minem *C. Gracchus* (Att. 14, 17 A, 7 ad Q. fr. 1, 1, 30 epist. 9, 14, 7). de orat. 2, 18 omnium ... ineptiarum ... haud sciam an nulla sit maior quam ... de rebus aut difficillimis aut non necessariis argutissime disputare. de orat. 1, 61 haud scio an minus vobis hoc sim probaturus. off. 3, 50 dubitet an turpe non sit. ac. 2, 81 quod haud scio an non possis. div. 1, 81 haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit nec phreneticis. Cato 56 Lael. 20. Lael. 51 haud sciam an ne opus quidem sit (ac. 2, 136 nat. deor. 2, 93). leg. 1, 56 Att. 4, 3, 2 (ulli *M*) epist. 9, 9, 2 (ulli *codd.*) NEP. Timol. 1, 1 (ulli *codd.*) (*cf.* LIV. 8, 35, 4 quae in discrimine fuerunt an ulla post hanc diem essent. 7, 6, 3). SEN. suas. 2, 11 deinde ille transiit an non esset necesse. contr. 1, 4, 6 (*bis*). 1, 7, 11. 2, 1, 20. 2, 5, 14 an ⟨ne⟩ sterilis quidem. 2, 5, 17. 7, 1, 17 *et* 19. 7, 2, 9 *et* 10 *passim* (*cf.* 2, 4, 7 an pater ob ullam adoptionem accusari possit. 7 praef. 2. 9, 5, 15 VAL MAX. 5, 2, 9). SEN. nat. 6, 1, 11 unde scis an⟨non⟩ melior eorum locorum condicio sit. clem. 1, 6, 2 benef. 7, 28, 1 (*cf.* dial. 3, 5, 1 an in ullum. STAT. Theb. 4, 772). QVINT. inst. 5, 10, 93 an sperandi Ligario causa non sit. 7, 6, 7 an ne servandae quidem civitatis causa (*cf.* 3, 6, 98 an ullo modo. 7, 1, 57. 7, 2, 50. 9, 4, 1. 10, 1, 65. 12, 10, 2. 7, 2, 41 an umquam. PLIN. epist. 3, 1, 1 APVL. met. 7, 5). TAC. hist. 1, 8, 12 an imperare noluisset, dubium.

2 *an in membro posteriore*: *post verba quaestioni apta eorundem generum atque sub 1, sed plura et post pleraque prius*:

an *suum habet verbum*: PLAVT. Men. 722 quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti an sis abitura a tuo viro? Pers. 34 haec dies summa hodie est, mea amica sitne libera an sempiternam servitutem serviat. Stich. 202 TER. And. 209 RHET. Her. 2, 14, 21. CIC. Phil. 11, 24 agitur ... liberine vivamus an mortem obeamus (fin. 5, 12 ac. 2, 19. 2, 122). Att. 10, 4, 11 sunt autem quae praeterii: interregnumne esset exspectaturus, an, quo modo dixerit ille quidem, ad se deferri consulatum, sed se nolle in proximum annum. LVCR. 5, 1211 temptat enim dubiam mentem rationis egestas, ecquaenam fuerit mundi genitalis origo et simul ecquae sit finis ... an ... possint ... aevi contemnere vires (1, 112). CAES. civ. 1, 25, 3 SALL. Iug. 14, 23. 93, 1. HOR. sat. 2, 3, 166 quid enim differt, barathrone dones quicquid habes an numquam utare paratis (ars 239). epist. 2, 1, 176 securus, cadat an recto stet fabula talo. OV. rem. 555 dubito, verusne Cupido an somnus fuerit, sed puto somnus erat (met. 1, 585. 7, 23. 9, 26. 11, 739 am. 3, 11, 50 Pont. 4, 9, 84 fast. 6, 336). Pont. 2, 2, 57 num tamen excuses erroris origine factum, an nihil expediat tale movere, vide. LIV. 2, 8, 8 non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum nec interpretatio est facilis (4, 35, 9. 4, 55, 8. 6, 27, 8. 8, 40, 2. 9, 15, 1 *et* 11. 9, 44, 3 *et passim*). 4, 40, 8 ecquid praesidi usquam habueris, an tu cohorsque in castra vestra virtute perruperitis ... dicenda tibi sunt hodie. SEN. contr. 7, 7, 17 *et passim.* TAC. hist. 2, 100, 18 nec sciri potest traxeritne Caecinam, an ... eadem illos pravitas inpulerit (3, 1, 5. 4, 49, 4 ann. 2, 40, 5 hist. 4, 60, 16 ann. 3, 12, 5 *et* 14. 6, 44, 9 *passim*). APVL. apol. 15 oportet ... considerare, num ... an. PLAVT. Aul. 729 nunc mi incertum est, abeam an maneam an adeam an fugiam. Poen. 108 eluas tu an exunguare, ciccum non interduim. TER. Ad. 240 VARRO rust. 3, 16, 19. CIC. Phil. 3, 18 nescit laedat an laudet. fin. 4, 69. HOR. epist. 1, 6, 12 gaudeat an doleat, cupiat metuatne, quid ad rem? OV. met. 10, 610 LIV. 2, 32, 5. 7, 55, 8. 10, 19, 11. 8, 7, 8. 8, 36, 2 SEN. contr. 2, 3, 15. 2, 4, 1 *et passim.* PLAVT. Aul. 431 volo scire sinas an non sinas. Capt. 455 Merc. 451 TER. Phor. 445 Hec. 558 Haut. 345 CIC. Cael. 52 LIV. 8, 3, 14 CELS. 7, 2 ARNOB. mai. 1, 31. PLAVT. Men. 592 redeat an non, nescio. Mil. 1265. 1336. VARRO ling. 9, 105 quod sit an non, nihil commovet analogiam. RHET. Her. 3, 2, 2 CIC. inv. 2, 60 Caec. 33 HOR. sat. 2, 3, 260 TERT. idol. 15. adv. Iud. 6 quaerendum an iam venerit an necne. CIC. Piso 68 rectene an secus, nihil ad nos (de orat. 3, 66 off. 3, 11). inv. 2, 70 iudicatio est ... rectene an contra fecerint.

contracto enuntiato: PLAVT. Asin. 805 tuos servos servet, Venerine eas det an viro. Capt. 270 servosne esse an liber mavelis, memora mihi. Cas. 515 nunc amici anne inimici sis imago ... mihi sciam. Curc. 463 Men. 575. 916 Merc. 633 Mil. 430 Most. 407 Poen. 108 Rud. 213. 746. 1069. 1106 Stich. 311 Trin. 92. 102. 210. 1065 Truc. 34 frg. inc. 19 TER. And. 794 Ad. 4 Haut. 485. 541. LVCIL. 330^{c} atque accurrere scribas 'd'-ne an 'c' non est quod quaeras atque labores. 834. CLAVD. QVADR. hist. 85 lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest. VARRO rust. 2, 5, 13 mas an femina sit concepta, significat descensu taurus. 1, 2, 12 docete nos agricultura quam summam habeat, utilitatemne an voluptatem an utrumque. 1, 44, 2 ling. 6, 5. 7, 77. RHET. Her. 2, 4, 7 locus quaeritur celebris an desertus, semper desertus an tum, ... sacer an profanus, publicus an privatus fuerit. CIC. leg. agr. 2, 56. Mil. 31 non illud iam in iudicium venit, occisusne sit ... sed iure an iniuria. Phil. 2, 99 quis interpretari potest impudentiorne, qui in senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patruo audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce .. dixeris? Verr. 3, 150 Caecin. 71 Cluent. 55 nat. deor. 2, 124 Att. 10, 4, 12. 15, 20, 3 off. 2, 30 *et passim.* ac. 2, 32 illos qui omnia sic incerta dicunt ut, stellarum numerus par an inpar sit, quasi desperatos aliquos relinquamus. CAES. Gall. 4, 14, 2. 6, 31, 1. 7, 5, 6 civ. 1, 25, 3 SALL. Cat. 25, 3. 52, 10. Iug. 24, 3 ferro an fame acrius urgear, incertus sum. 113, 1. VERG. Aen. 2, 390 dolus an virtus, quis in hoste

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

requirat. georg. 1, 25. 2, 227. 273 Hor. sat. 1, 1, 49. 1, 9, 40 dubius sum quid faciam ... tene relinquam an rem. 2, 2, 31. 2, 3, 210. 2, 4, 10 ede hominis nomen simul et Romanus an hospes. epod. 12, 4 odoror, polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis. carm. 1, 12, 33. 2, 3, 22. 3, 20, 8 epist. 1, 12, 20. 1, 14, 4 *al.* Prop. 2, 14, 29 nunc ad te ... veniet, mea litore navis servata an mediis sidat onusta vadis. Ov. epist. 19, 162 ars 3, 472 am. 2, 10, 6 Nvx 79. Liv. 1, 3, 2 haud ambigam ... hicine fuerit Ascanius an maior quam hic. 1, 8, 6 sine discrimine, liber an servus esset. 1, 13, 7. 1, 23, 8 *passim.* 34, 19, 8 cum incerta, bellum an pax, cum Celtiberis essent. Sen. contr. 2, 1, 3 diu dubitavi, ille amicum temptaret an hic filium *et passim.* *nota*: Heges. 2, 9, 1 interest lacessere hostem an excipere (*cf. p. 9,43*). Lvcif. de non conv. 11. Vvlg. num. 13, 19 considerate ... populum ... utrum fortis sit an infirmus, si pauci numero an plures. Arnob. iun. conflict. 1, 8 quaerit ... si Pater necessitate genuit Filium an voluntate. Greg. Tvr. hist. Franc. 6, 22. 9, 38 Coll. Moys. 16, 3, 4. Ivvenc. 3, 325 respice num nobis potius discedere longe an istic tantae spectacula cernere molis conveniat. Sidon. epist 4, 24, 4 percontor ... monachum ageret an clericum paenitentemne. Pavl. dig. 18, 1, 34 nec refert quanti sit accessio, sive plus in ea sit quam in ipsa re cui accedat an minus. *cum* vero: Cic. Balb. 10 ut id agatur, licueritne ei facere quod fecit an vero non dicam non licuerit sed nefas fuerit. Fronto ad Ver. 2, 3 p. 132, 9 N. an ... debeas ... corripere, an vero paulo altius dicere, ipse dispicies. Boet. herm. sec. 4, 10 p. 262, 2 ambiguum ... an infinitum nomen esset an vero finitum. *cum* potius: Lvcr. 4, 381 eadem vero sint lumina necne ... an potius fiat ... ratio discernere debet. Svet. Aug. 86 tuque dubitas, Cimberne Antonius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi ... an potius Asiaticorum oratorum ... volubilitas in nostrum sermonem transferenda? *cf.* Cels. 4, 26 Amm. 20, 1, 2 ambigebatur avarus esset potius an crudelis. *cum* magis: Ov. met. 4, 44 dubia est, de te, Babylonia, narret ... an magis, ut ... filia ... in turribus egerit annos, nais an ut ... verterit ... an ... ut ... ferat ... arbor. Val. Fl. 7, 75. *cf.* Prosp. chron. 2, 147 ut non discerneretur, hominibus magis an deo bellum intulisset. *cum* certe: Boet. herm. sec. 4, 10 p. 316, 10 quaeritur ... an haec adfirmatio sit an certe negatio. 5, 11 p. 371, 11. an *liberius iuncta in fine periodi* Prop. 3, 5, 25, *cf.* Ov. met. 15, 70 Sen. suas. 4, 2.

dubitatur de parte tantum enuntiati: Sall. frg. hist. IV 1 Cn. Lentulus ... perincertum stolidior an vanior, legem ... promulgavit. Hor. sat. 2, 1, 34 sequor hunc, Lucanus an Apulus anceps. Ov. met. 1, 765 ambiguum, Clymene, precibus Phaethontis an ira mota magis ... caelo bracchia porrexit. met. 11, 235 trist. 4, 4, 69 Pont. 4, 13, 30. Liv. 31, 41, 2 clauserant portas, incertum vi an voluntate (31, 43, 7. 37, 11, 2). Sen. contr. 9, 6, 4 duxi nescio peiorem uxorem an novercam. Vell. 2, 125, 4 Val. Max. 3, 8 ext. 4. 8, 1 absol. 4. Sen. dial. 6, 18, 8 mors, incertum facilis an per poenam cruciatumque. Cvrt. 4, 15, 12 Mela 3, 51 Plin. nat. 7, 150. 36, 167. 36, 50 primum ... marmoreos parietes habuit scaena M. Scauri, non facile dixerim secto an solidis glebis polito. Qvint. decl. 326 p. 283, 8 Frontin. aq. 1 Tac. ann. 4, 34 Agr. 7 hist. 4, 6 ann. 1, 11. 14, 7 (?). 14, 9. 14, 51. 15, 38, *cf.* 6, 23 vel. Plin. epist. 2, 4, 3 Svet. Iul. 58 Aug. 28 Cal. 1 Otho 1. Aug. 19 Claud. 44. Iul. 18 Tib. 10. Flor. 1, 30, 3 Andriscus invaserat, dubium liber an servus, mercennarius certe. 1, 22, 38 Apvl. flor. 92 Tert. anim. 34 Dict. 2, 30. 3, 15 Amm. 28, 6, 21 *passim.* *adsimilato nomine* (*cf. p. 9, 76*): Liv. 27, 37, 5 is quoque ... incertus, mas an femina esset, natus erat (31, 12, 6). Tac. ann. 13, 19 nemo solari, nemo adire praeter paucas feminas amore an odio incertas (incertum *codd. dett.*). Amm. 19, 11, 11 ignotus, dux esset an miles (Hor.*?* *v. l. 40*).

3 ***indicata partitione praemissis*** **uter, utrum** ***sim.*****:** (*cf.* Enn. ann. 6, 14 ferro non auro vitam cernamus utrique! vosne velit an me regnare era quidve ferat Fors, virtute experiamur). Plavt. Bacch. 500 inimiciorem nunc utrum credam magis, sodalemne esse an Bacchidem, incertum admodumst. Men. 886 nunc cogito, utrum me dicam ducere, medicum an fabrum. Stich. 118 Trin. 229 Ter. Ad. 195. Rhet. Her. 2, 28, 45 si quaeratur, utris maior honor habendus sit, Albensibus an Vestinis. Cic. S. Rosc. 88 dubitemus, uter potius S. Roscium occiderit, is ... an is .... Tull. 55 Verr. 5, 73 div. Caec. 45 div. 2, 129 epist. 9, 4, 1. ad Q. fr. 2, 11, 4 utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque nescio. Nep. Att. 5, 4 Liv. 29, 17, 19. 38, 47, 11. 42, 49, 5 frg. 22 Val. Max. 5, 4, 6 Cels. 3, 5 Sen. clem. 1, 7, 2 epist. 30, 12. 88, 6 Qvint. inst. 10, 3, 12. Naev. com. 115 utrum scapulae plus an collus calli habeat nescio. Plavt. Aul. 429 quid tu, malum, curas, utrum crudum an coctum ego edim. Cist. 678 facite indicium, si quis vidit, [si] quis eam abstulerit quisve sustulerit et utrum hac an illac iter institerit. Bacch. 575 Men. 386 Ter. Phor. 659. Qvadrig. hist. 89 quod utrum neglegentia partim magistratuum an avaritia an calamitate populi Romani evenisse dicam nescio. Varro ling. 8, 46 haec singulatim triplicia esse debent quod sexum, multitudinem, casum. sexum, utrum virile an muliebre an neutrum sit ..., multitudinem, unum an plura significet ..., casum, utrum recto sit ... an obliquo ... an communi (Cic. Verr. 3, 105 inv. 2, 61 Qvint. inst. 5, 12, 7. 6, 1, 18). Cic. Cluent. 26. orat. 206 quaerendumque, utrum una species ... sit earum anne plures (Att. 12, 51, 2). Sulla 48 Att. 4, 15, 7. Cat. 10, 30 is sibi paravit (*lecticarios Bithunos*). verum utrum illius an mei, quid ad me? 93, 2 Lvcr. 1, 957. 3, 545. 729. 6, 1135 Caes. Gall. 1, 40, 14. 1, 53, 7 civ. 3, 102, 3 Hirt. 8, 13, 4 *et passim.* Rhet. Her. 2, 16, 24 quaeretur, utrum potuerit nescire an non potuerit. Cic. de orat. 1, 72 utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est. Cat. 17, 22 ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit. Cels. 5, 28, 19 Sen. epist. 88, 34. Varro rust. 1, 2, 8 spectasse ... utrum saluber locus esset an non. Cic. Balb. 22 Sen. epist. 88, 4 frg. rem. fort. 16, 7. Varro ling. 10, 54 utrum ... an contra. Amm. 16, 11, 12 quae utrum ut vanus gerebat an mandatu principis multa temptabat, latuit. *praecedit* utrum *cum* ne: Plavt. Capt. 268 utrum strictimne adtonsurum dicam esse an per pectinem nescio. Most. 681 videndumst primum utrum eae velintne an non velint. Mil. 345 Poen. 1416 Pseud. 709. Cic. Quinct. 92 in discrimine versatur, utrum possitne se ... defendere ... an ... addicatur. Phil. 2, 30 inv. 2, 115 Tusc. 4, 59 ac. 2, 71 nat. deor. 2, 87 Cat. 97, 2. Sis. hist. 123 utrumne divi cultu erga se mortalium laetiscant, an superna agentes humana neglegant. Hor. sat. 2, 6, 73. 2, 3, 251. Sen. suas. 6, 19 cogitasse utrumne Brutum an Cassium an Sex. Pompeium peteret. 1, 4 contr. 7, 1, 20. 10, 4, 19 Sen. dial. 12, 9, 8. 8, 4, 2. 8, 5, 6. 12, 6, 1. 12, 11, 4 Cvrt. 3, 7, 8. 4, 9, 1 *et inde passim.* *cum* potius: Plavt. Stich. 75 quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor: utrum ego perplexim lacessam oratione an potius temptem saeviter. Trin. 306. Cic. Sex. Rosc. 88 dubitemus ... utrum inimicus potius an filius *eum occiderit.* Avg. civ. 22, 12. 12, 13 nescio utrum pro minimo an potius pro nullo deputandum est. *cum* contra: Cic. nat. deor. 1, 2 utrum *dii* nihil agant ... an contra ab iis ... omnia facta ... sint ..., magna dissensio est. *cum* vero: Vlp. dig. 11, 7, 14, 7. 16, 1, 8, 2. 27, 5, 1 Callistr. dig. 14, 2, 4, 2 *et passim in* Dig. Porph. Hor. carm. 3, 13, 2 *et passim.* Avg. civ. 15, 27. 20, 19. 19, 3 dubitat ... utrum ... an ... an vero. *Vollmer.*

an-. [*praepositio inesse videtur in verbo* an-helare, *fortasse in* an-testari, anquirere, anfractus, = *umbr.* an-, a- *in* an-ovi-himu 'induitor', an-seriato, a-seriato 'observatum' *sim., gr. ἀνά, got.* ana 'ad, in, ob, versus', *med.* ana 'super'. *Th.*] *alia v. sub* am-.

ana *ἀνά.* Gloss. aequalis mensura; aequis mensuris. *medici inde a Vegetio voce centies utuntur in medicaminum scripturis, ita tamen, ut versionem latinam* ex aequo, aequa mensura *vel numeralia distributiva non raro antiquiores libri habeant (cf. Rose, index Theod. Prisc.).* Itala Luc. 9, 3 Cantabr. neque ana duas tunicas habere (Vvlg. *cum Sinaitico om., ἀνὰ δύο codd. aliquot graeci*). Filastr. 129 David ... quattuor choros posuit ... ana septuaginta duo. Veg. mul. 5, 64, 6 sacchari, erer, pollinis ana unc. I. 6, 25 *etc.* Theod. Prisc. log. 108 gyn. 18 Plin. Val. 2, 17. 5, 5 Oribas. syn. 5, 51 *passim.*

Ana, -ae *m. fluv. v.* Anas. [*Lehnert.*

Ana, -ae *m. et f. nom. hebr.*, עֲנָה, *Ἀνά. gen.* Ana Vvlg I par. 1, 40. *ex. gr.* Vvlg. gen. 36, 18. 24 Isid. orig. 12, 1, 57.

Ana *indecl.*, חֲנַע, *Ἀνά. opp. Mesopotamiae.* Vvlg. IV reg. 18, 34. 19, 13 Is. 37, 13.

Anab *indecl.*, עֲנָב. *mons et opp. tribus Iudae.* LXX *Ἀναβώθ, Ἀνών* (*v. l. utroque loco Ἀνώβ*). Vvlg. Ios. 11, 21. 15, 50. *Otto.*

anabasis *f., ἀνάβασις. herba.* Plin. nat. 26, 36 ephedra ab aliis anabasis vocata, nascitur ventoso fere tractu scandens arborem et ex ramis propendens, folio nullo cirris numerosa, qui sint iunci geniculati, radice pallida. 1 libro XXVI continentur ... hippuris sive ephedron, sive anabasis, quae equisaetum. 26, 133. Dioscor. 4, 43 hippuris, aut anabasin vocant. *Lehnert.*

anabasius *ab ἀναβαίνω.* Hier. Ruf. 3, 3 idcircone cereales et anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent? *V.*

anabathmus, -ī *m., ἀναβαθμός.* Avg. in psalm. 38, 2 anabathmi gradus sunt, sed adscendentium, non descendentium. Ambr. epist. 26, 10 nec otiose quindecim anabathmorum psalmos Davidicos legimus (*canticum graduum*).

anabathrum, -ī *n., ἀνάβαθρον.* Ivv. 7, 46 nemo dabit regum quanti subsellia constant et quae conducto pendent anabathra tigillo. *cf.* Schol. vet. anabathra: a Graeco tractum, id est subsellia super quae altius sedeatur. *Lehnert.*

Anabestas *gen. sing.? dat. plur.? nomen videtur divinum.* Corp. VI 21 (*nil praeter hoc in lapide est*). *Otto.*

anabibazōn *m., ἀναβιβάζων* (*συνδεσμός*). Tert. adv. Marc. 1, 18 fortasse anabibazon ei (*deo*) obstabat. Chalc. comm. 88 eius (*lineae unius per medios orbes planos tam solis quam lunae ductae*) summa pars scindens proximum circulum catabibazon appellatur, ima vero secans aeque sursum versum maiorem orbem anabibazon (*v.* Theon Smyrn. p. 194, 18 *Hiller*).

anaboladium, -ī *n.* [*a vocabulo graeco non tradito tractum. Th.*] Gloss. pallium, vestimentum, amictorium. Itala *apud* Ambr. gen. 49, 11 lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvae anaboladium suum (*pallium* Vvlg). Ambr. patr. 4, 24. Isid. orig. 19, 25, 7 amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et Latini sindonem vocant. *v.* Not. Tir. 97, 81 anabolarium.

anabolicārius, -ī *m.* Vlp. frg. Vat. 137 anabolicari a tutelis curationibusque habent vacationem, *ubi Mommsen: 'videntur esse navicularii ex Aegypto frumentum aliaque ad urbem advehentes' v. Kubitschek, PW. I 2016.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

anabolicus, -a, -um. VOP. Aur. 45, 1 vectigal ex Aegypto urbi Romae Aurelianus vitri, chartae, lini, stuppae atque anabolicas species aeternas constituit; *cf. Rostowzew, Röm. Mitt. XI, 1896, 317.*

anabolium, -ī (ī*?*) *n.* [*ab ἀναβάλλω. Th.*] CORP. XII 354 Aesculapio signum somni aureum ...: anabolium ob insignem circa se numinis eius affectum; *cf. Mommsen ad locum et Mau, PW. I 2016.* NOT. Tir. 97, 81 *inter vestimenta* anabolium, anabolarium, anaboliae, *cf. ἀναβόλαιον.* *Lehnert.*

Anabucis *statio in via Lepti magna Alexandriam.* ITIN. Anton. p. 65, 7. TAB. Peut. 8, 2 Anabucis pr(a)esidium. RAVENN. p. 353, 7 (*sed* Anaucis p. 138, 2).

Anabura *plural., Ἀνάβουρα. oppidum Phrygiae.* LIV. 38, 15, 14.

Anabus. CORP. VIII 8992 deo Charoni Iulius Anabus votum solvit. *cf. Ἀνάβους Libys ap.* PLVT. mul. virt. 19. *Otto.*

anacampserotē, -ēs (*an* **-erōs** *m.?*) *f., ἀνακαμψέρως. herba.* PLIN. nat. 24, 167 anacampseroten (-tem*?*) cuius omnino tactu redirent amores vel cum odio depositi.

anacamptos, -ī *f.* [*vocabulum graecum ἀνάκαμπτος non traditum. Th.*] MART. CAP. 9, 958 exhinc in modulando alia euthia dicitur, quod est recta, alia anacamptos, quod est revertens ... euthia est, quae a gravi in acumen erigitur, anacamptos quae e contrario deficit.

anacardis GLOSS. III 586, 3 anacardis herba, semen eius ricino simulat.

anacatharticus, -a, -um, *ἀνακαθαρτικός, vomificus.* DIOSCOR. 5, 149 *herbae* virtus anacatartica.

anacephalaeosis, -is *f., ἀνακεφαλαίωσις.* GLOSS. recapitulatio. FORTVN. rhet. 2, 31 anacephalaeosis pars epilogorum ... id est recapitulatio vel enumeratio. FLOR. 1, 2. 1, 47 AVG. quaest. hept. 7, 10 FAB. VICTOR. rhet. 246, 31. 247, 9 SVLP. VICT. 23 MART. CAP. 5, 564 CASSIOD. rhet. 503, 15. *syn.* congregatio, enumeratio, renovatio, repetitio. *Lehnert.*

Anacharsis *m., Ἀνάχαρσις. philosophus Scythes. genet.*: Anacharsidis e Scythia CLAVDIAN. MAM. stat. an. 2, 8 (Anacharsi ex *vel* Anacharsi de *codd.*). *accus.*: Anacharsim SEN. epist. 90, 31; Anacharsin LACT. inst. 3, 25. *saepe, velut* CIC. Tusc. 5, 90 PHAEDR. 3 prol. 52 PLIN. nat. 7, 209. Anacharsius: IOS. CASS. c. Ap. 2, 269 Anacharsium sapientia mirabilem. *Otto.*

anachoresis, -is *f., ἀναχώρησις.* GLOSS. remotio, recessio. CASSIAN. conl. 2, 2, 2 anachoresin necessariam id est remotionem. 1, 7, 2. SIDON. epist. 7, 9, 9 sectatae anachoreseos praerogativa.

anachoreta, -ae *m., ἀναχωρητής.* GLOSS. recessor, solitarius. anachorita VEN. FORT. 1, 5, 5 NOT. Tir. 55, 43 ISID. orig. 7, 13, 3. *nota*: SIDON. carm. 16, 97 ānăchŏrētă tremit qui quamquam frigora portet, *item* VEN. HIER. epist. 22, 34 anachoretae qui soli habitant per deserta. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 2 ISID. orig. 7, 13, 3. *syn.* eremita.

anachoreticus, -a, -um. CASS. conl. praef. 3, 1 anachoreticam sublimitatem. 18, 11, 1. *Le Blant, inscr. chrét. de la Gaule* 27 post anachorĕticae vitae flammatus amore. *Lehnert.*

anachylis. *herba.* PS. APVL. herb. 60 *herbam consolidam* Graeci xylophyton, symphyton, anachylin, anazetesin. *V.*

Anacletus *v.* Anencletus.

anacliterium, -ī *n., ἀνακλιντήριον.* LAMPR. Hel. 5, 7 lectum eminentibus quattuor anacliteriis fecerat. *Lehnert.*

anaclomenon, *ἀνακλώμενον. genus metri maxime ionici.* GRAMM. *velut* VI 95, 26. 290, 7. 93, 23 anaclomena appellant quod retrorsum inclinentur. *V.*

anacoeliasmus, -ī *m., ἀνακοιλιασμός. medicamentum quo alvus cietur.* CAEL. AVR. chron. 2, 14, 213.

anacoënosis, -is *f., ἀνακοίνωσις.* ISID. orig. 2, 21, 28 anacoenosis dicitur communicatio consilii cum iudicibus et adversariis. *cf.* QVINT. inst. 9, 2, 40 IVL. RVF. rhet. 41, 8. *Lehnert.*

Anacole *insula in mari quod Thraciam et Cretam interluit.* ITIN. Anton. p. 522, 1. *Otto.*

anacollema, -atis *n., ἀνακόλλημα. emplastrum vulnera glutinans. hic illic* anacollima *in libris scriptum.* PLIN. med. 1, 8. 3, 16 emplastrum ...tamquam anacollema imponatur. VEGET. mul. 3, 17, 4 CHIRON 2, 75 DIOSCOR. 2, 29 PELAG. *passim* CASS. FEL. 29. *Lehnert.*

anacoluthon, -ī *n., v. ἀνακόλουθος.* MAR. PLOT. gramm. VI 457, 23 anacoluthon est dictio non habens verba sibi necessario iungenda; *sequuntur exempla.* SERV. Aen. 3, 541. *saepius graece scribitur. V.*

Anacreōn, -ontis *m. poeta Teius. passim, ut* CIC. Tusc. 4, 71 HOR. carm. 4, 9, 9 epod. 14, 10 VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 SEN. epist. 88, 37 PLIN. nat. 7, 44. 154. *acc.* Anacreonta HOR. epod. 14, 10 BASS. gramm. VI 261. 264 TER. MAVR. 2856. Anacreontem ATIL. gramm. IV 301.

Anacreontīus (versus, numerus *al.*) *velut* DIOM. gramm. I 509 MAR. VICT. gramm. VI 88. 143 ATIL. gramm. VI 297. Anacreontium (*sc.* metrum) *velut* GLOSS. III 489, 1 MAR. VICT. gramm. VI 172 SERV. gramm. IV 458. metrum Anacreonteum DIOM. gramm. I 520. Anacreontion colon QVINT. inst. 9, 4, 78; comma Anacreontion ATIL. gramm. VI 293. Anacreontion (*sc.* metrum) DIOM. gramm. I 512 MAR. VICT. gramm. VI 81. 109. Anacreonteon metrum *vel* Anacreonteon (*sc.* metrum) BASS. gramm. IV 259. 261 ATIL. gramm. IV 298. **Anacreonticus:** Anacreonticum metrum GLOSS. III 510, 4 MALL. THEOD. gramm. VI 593 ISID. orig. 1, 39, 7. FVLG. myth. 1 praef. pag. 10 Anacreonticis ... initiatus es sacris.

Anacrusis *f., ἀνάκρουσις.* CORP. X 5165 (*Casini*) Epidia L. l. Anacrusis.

Anactes *plur. m., Ἄνακτες.* CIC. nat. deor. 3, 53 primi tres (*Διόσκουροι*) qui appellantur Anactes Athenis.

Anactoria *f., Ἀνακτορία.* PLIN. nat. 5, 112 Miletus ... Lelegeis antea et Pityusa et Anactoria nominata.

Anactorie *f. puella Lesbia.* OV. epist. Sapph. 17 nec me Lesbiadum cetera turba iuvant: vilis Anactorie, vilis ... Cydro. *Otto.*

anactorion, *ἀνακτόριον. herba.* PS. APVL. herb. 78 *eadem quae* gladiolus. *V.*

Anactorium, -ī *n., Ἀνακτόριον. oppidum Acarnaniae.* PLAVT. Poen. 87 in Anactorium devehit. 93 ex Anactorio ... huc commigravit. 896 in Anactorio. Anactorius, -a, -um *adi., Ἀνακτόριος.* PLIN. nat. 4, 4 civitas Anactoria. SIL. 15, 299 Anactoria in ora.

Anacutasur (-cūtā-*?*) *sing. populus Mauricus.* CORIPP. Ioh. 2, 75 Astrices, Anacutasur, Celianus, Imaclas. *Otto.*

anadēma, -atis *n., ἀνάδημα.* LVCR. 4, 1129 bene parta patrum fiunt anademata, mitrae. PAVL. dig. 34, 2, 26. *cf.* ISID. orig. 19, 31, 1 diadema (anadema *Grial*) est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur et exinde dictum graece quod praeligetur. *Lehnert.*

anadendromalachē *ἀνα-δενδρο-μαλάχη. herba.* PS. APVL. herb. 39, *v.* ibiscus. *V.*

anadesmus, -ī *m., ἀνάδεσμός. ligamen.* THEOD. PRISC. log. 104 gyn. 2, 4.

anadiplosis, -is *f., ἀναδίπλωσις.* GLOSS. re⟨du⟩plicatio. ISID. orig. 2, 21, 3 anadiplosis est congeminatio verborum. *cf.* IVL. RVF. rhet. 8. CHAR. gramm. I 281, 11 anadiplosis est, cum eadem dictio et in clausula versus et in principio sequentis ponitur. DON. gramm. IV 398, 1 POMP. gramm. V 302, 26 *ubi exempla.* MART. CAP. 5, 533 BEDA 609, 4. SIDON. epist. 8, 11, 5 elegos per anadiplosin fine principiisque conexos. BOET. anal. pr. 38 de anadiplosi et thesi syllogismorum, hoc est de geminatione et positione.

anadiplumenon, *ἀναδιπλούμενον. metrum quoddam ionicum a minore.* ATIL. gramm. VI 290, 1.

anadosis, -is *f., ἀνάδοσις. ventris coctio.* ORIBAS. syn. 4, 12. 4, 30 anadosin faciunt *medicamenta.* *Lehnert.*

Anadynata *statio in Asia minore* TAB. Peut. 9, 4. *Otto.*

anadyomenē, -ēs *f., ἀναδυομένη. Venus ab Apelle picta.* PLIN. nat. 35, 87 *et* 91. *Lehnert.*

anaeschyntos, -on, *ἀναίσχυντος. stasis asystata.* FORTVN. rhet. 1, 4.

Anaetica, -ae *f., ἡ Ἀναῖτις χώρα. cf.* Anaetis, Anaeticus. PLIN. nat. 5, 83 (*Euphrates*) fluit Derxenen primum, mox Anaeticam, Armeniae regiones, a Cappadocia excludens.

Anaeticus, -a, -um. *cf.* Anaetica, Anaetis. PLIN. nat. 16, 157 in Asia circa Anaeticum lacum.

Anaetis, -idis *f., Ἀναῖτις. Asianorum dea.* PLIN. nat. 33, 82 in templo Anaetidis. *Otto.*

anaetius, -a, -um, *ἀναίτιος.* ITALA act. 16, 37 cod. Bezae: anetios caesos nos (*ἀναιτείους translatio, deest in cett.*). *V.*

[**anagallicum***?*] *velut* VEG. mul. 2, 28, 19. 5, 64, 11 *vulg., at codd.*: anum *vel* arum gallicum *i.* alium. *σύμφυτον. v. Pelagonius ed. Ihm p. 148.*

anagallis, -idis *f., ἀναγαλλίς. macia. gen.* anagallidos MARC. med. 8, 89; anagallis ORIBAS. syn. 1, 21. *acc.* anagallida PLIN. nat. 25, 144 MARC. med. 1, 35. PLIN. nat. 25, 144. 26, 101. 26, 35 *passim* MARC. med. 1, 35. 8, 39 DIOSCOR. 1, 99. 2, 164. 2, 168 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 160 chron. 3, 2, 42. GLOSS. semen buxi, auricula muris, scintella quae habet flores venetos, cicorius. *v. Wagler, PW. I 2021.*

anagargarisma, -atis *n., ἀναγαργάρισμα. potus aegrotorum in usum ad gargarizandum praeparatus.* CASS. FEL. 1 p. 6. *Lehnert.*

Anagastus (-ēs*?*) *m. cf. Ἀναγάστης, τοῦ Σκυθικοῦ γένους.* IOHANN. abb. monast. Biclar. chron. (Mommseni chron. min. II p. 214) ad a. X Iustini iun. imp.: Romanus filius Anagasti Patricii magister militiae.

Anagenī, -ōrum. *pop. et opp. Arabiae.* PLIN. nat. 6, 157 Anageni, oppidum in quo omnis negotiatio eius (*Arabiae*) convenit.

Anagildus, -ī *m. homo Francus (?) quem S. Iulianus sanavit.* GREG. TVR. virt. Iul. p. 562. 569.

Anagius, -ī *m.* COD. Greg. 1, 10, 6 imp(eratores) Diocletianus et Maximianus A(ugusti) Sergiae et Anagio. *Otto.*

anaglyphārius, -ī *m.* GLOSS. sculptor. AMBR. Tob. 13, 43 istis... anaglyphariis usurarum generatur et supergeneratur usura. SCHOL. Iuv. 9, 146 laboriosi anaglypharii.

anaglypho. GLOSS. V 561, 9 supersculpo.

anaglyphus, -a, -um, *ἀνάγλυφος. caelatus.* GLOSS. anaglypha sculpta species. ISID. orig. 20, 4, 8 anaglypha, quod superius sint sculpta. Graeci enim *ἄνω* sursum, *γλυφήν* sculpturam dicunt, id est sursum sculpta. ANECD. Helv. gramm. suppl. 174, 23 anaglypha caelaturae argenti. VVLG. III reg. 6, 32. AVG. in ep. Ioann. 7, 10 vasculum anaglyphum. HIER. in Ies. 15, 54. *v. Rossbach, PW. I 2022.*

anaglyptārius. CORP. II 2243 Valerius ... caelator anaglyptarius.

anaglypticus, -a, -um. [*ab* anaglyptus. *Th.*] SIDON. epist. 9, 13, 5 vs. 55 anaglyptico metallo.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

anaglyptus, -a, -um, *ἀνάγλυπτος. caelatus.* PLIN. nat. 33, 139. MART. 4, 39, 8 mensis anaglypta de paternis. CORP. X 6, 4 trullam argenteam anaglyptam. *Lehnert.*

Anagnia, -ae *f., αἱ Ἀνάγνειαι, posterius ἡ Ἀναγνία. caput Hernicorum.* VERG. Aen. 7, 684 dives Anagnia. SIL. 8, 392 pinguis. 12, 533 Cerealis. *passim, ut* CIC. Att. 16, 8, 1 FEST. p. 233 LIB. COL. grom. p. 230 MARCVS IMP. apud Front. ep. 4, 4 MACR. sat. 5, 18, 13 SCHOL. Veron. in Aen. 7, 683. sub Anagniae *statio in via Praenestina inter Praeneste et Ferentinum* ITIN. Anton. p. 302, 5. iuxta Angnias INSCR. christ. Rossi II p. 413, 24 (*sedente Gregorio II*), *cf.* GVIDONIS RAVENN. p. 479, 14 Anagnias (*acc.*). **Anagnīnus** *adi.*: CIC. dom. 81 municipibus Anagninis. LIV. 26, 9, 11 Anagninum agrum. (Aninae CORP. X 5919 *errore pro* Anagninae.) Anagninum, *villa*: CIC. Att. 12, 1, 1. 15, 26, 1 ad Q. fr. 2, 5, 4. Compitum Anagninum (*sc. viarum Praenestinae Labicanae Latinae*): LIV. 27, 4, 12 ad Compitum Anagninum. *abl.* TAB. Peut. 6, 1. (Compitum *tantum dicitur in* ITIN. Anton. p. 305, 1. 306, 1.) Anagnini *municipes*: ACT. triumph. IX a. u. 448 (CORP. VI p. 456) de Anagnineis Herniceisque. LIV. **9, 43. 2.** *velut* CIC. de or. 2, 269 LIV. 9, 42, 11. 43, 24 PLIN. nat. 3, 63. **Anagnicus** NOT. Tir. 88, 52. Anagni NOT. Tir. 88, 51 (Anagnini *Schmitz*). *Otto.*

a⟨na⟩gnorizomenē, -ēs *f., ἀναγνωριζομένη. titulus fabulae, quam Terentio tribuit* FEST. PAVL. 299. 298. *V.*

anagnostēs, -ae *m., ἀναγνώστης.* CIC. epist. 5, 9, 2 tuus servus anagnostes. Att. 1, 12, 4. NEP. Att. 13, 3 pueri litteratissimi, anagnostae optimi. Att. 14, 1. GELL. 18, 5, 2 *ἀναγνώστην* quendam non indoctum hominem voce admodum scita et canora Ennii annales legere ad populum in theatro. 18, 5, 5.

anagnosticum, -ī *n., ἀναγνωστικόν. epistula, decretum.* ENNOD. epist. 1, 4. 8, 5. ACT. syn. Rom. 425, 1 anagnosticum regis. GREG. M. epist. 9, 122. *Lehnert.*

Anagnutes *plur. populus Galliae Aquitanicae, cf. Ἀγνῶτες.* PLIN. nat. 4, 108. *Otto.*

anagogē, -ēs *f., ἀναγωγή.* NOT. Tir. 78, 25*. *genus allegoriae:* GLOSS. superior intellectus aut sensus; moralis sensus scripturae. HIER. epist. 120, 8. in Ies. 1, 1, 3 bos iuxta anagogen refertur ad Israel. ibid. 8. CASSIAN. conl. 14, 8, 1 spiritalis scientiae genera tria: tropologia, allegoria, anagoge. *fluor sanguinis ab inferioribus partibus ad os ascendentis:* CAEL. AVR. chron. 2, 9, 120. *Lehnert.*

Anagome *statio prope Ephesum.* TAB. Peut. 9, 5. *Otto.*

anagōn, -ōnis *v. ἀγών. qui nondum certavit.* CORP. VI 2, 10047 b 2 *et* 6 vici . . . equorum anagonum I (*i. semel*). *V.*

Anagriana, *-ae f.* FRG. Vat. 270 (*a. p. C. 294*) divi Diocletianus et Constantius Caeciliae Anagrianae. *Otto.*

anagyros, -ī *f., ἀνάγυρος. frutex.* PLIN. nat. 27, 30 anagyros quam alii acopon vocant fruticosa est. DIOSCOR. 3, 160. *v. Wagler, PW. I 2027.* *Lehnert.*

Anaharath *opp. Palaestinense,* אֲנָחֲרָת. VVLG. Ios. 19, 19.

Anaia *nom. vir. hebr.,* עֲנָיָה. VVLG. II Esdr. 10, 22.

Anaiedio(s) *v.* Annius.

Anaillus, -ī. CORP. VII 1336, 64 (*Britann.*) Anailli m(anu). XII 5686, 42 (*Gall. Narb.*) Anaill(us). INSCR. Helvet. 352, 13 Anaill(us) *al.*

Anai . . . CORP. VII 1336, 63 (*patella*). *Otto.*

Anaios *v.* Annius.

analecta, -ae *m. v. ἀναλέγω. servus qui cenarum reliquias deiectas humo colligit.* MART. 7, 20, 17 analecta quidquid et canes reliquerunt. 14, 82. SEN. epist. 27, 7 (*Calvisius Sabinus*) habebat ad pedes hos (*servos eruditos*) a quibus subinde cum peteret versus quos referret saepe in medio verbo excidebat. suasit illi Satellius . . . ut grammaticos haberet analectas. *cf.* HOR. sat. 2, 8, 11.

analemmata, -ōrum *n. plur. v. ἀνάλημμα.* VITR. 9, 1, 1 umbrarum aequinoctialium magnitudinibus designantur analemmatorum formae, e quibus perficiuntur ad rationem locorum et umbrae gnomonum horarum descriptiones; *cf.* 9, 7, 7. 9, 8, 7. *v. Kauffmann, PW. I 2053.*

analempsiacus, -a, -um. *v. ἀνάλημψις.* CORP. XIV 21, 4. 2215, 11 corona analempsiaca *scil. quae per dies festos ἀναλαμβάνεται. cf. Mommsen, Hermes 6 (1872) 10. Dilthey, Jahrb. d. Vereins d. Altertumsfreunde im Rheinland 53/54 (1873) 5. Mau, PW. I 2055. Lehnert.*

analentidium. PS. APVL. herb. 26 *herbam* chamaeleonem . . . nominant . . . Hispani analentidium. *V.*

analepticus, -a, -um, *ἀναληπτικός.* THEOD. PRISC. log. 69 cibi analemptici (*sic*). SORAN. 2, 9 primo analeptico cyclo (2, 23).

analēptides, -um *f. v. ἀναλαμβάνω.* OV. ars 3, 273 conveniunt tenues scapulis analeptides altis (analecptrides *cod. Regius; variant edd.*). *Lehnert.*

Analiba *opp. Armeniae minoris. Ἀνάλιβλα.* ITIN. Anton. p. 208, 4 NOT. DIGN. or. 38, 28 TAB. Peut. 11, 1. *Otto.*

analogia, -ae *f., ἀναλογία.* GLOSS. similitudo, proportio. *saepissime vocem Varro usurpat. acc.* analogian VARRO ling. 9, 33. 9, 49 *etc.* SEN. epist. 120, 4 QVINT. inst. 1, 5, 13 DIOM. gramm. I 456, 5. ANECD. HELV. gramm. suppl. 174, 3 analogia . . . producuntur in paenultima. **1** *proportio in universum:* VARRO ling. 8, 32 si esset analogia petenda supellectili, omnis lectos haberemus domi ad unam formam. 9, 9. 9, 23. 9, 34 VITR. 3, 1, 1 SEN. epist. 120, 4. AGENN. grom. 65, 5 geometrica analogia aut armonia. CHALC. comm. 21 analogiae norma; *v.* 18. 304; 102 (*anima mundi*) quae divisa sit numeris conposita analogiis. 208 *et passim.* ISID. orig. 1, 28, 1 analogia latine similium comparatio sive proportio nominatur. BOET. anal. post. 1, 9. 2, 16. CARM. epigr. 107, 5 vixitque numerum in se de analogia (*sic*) Pythagorae primarium (*τετρακτὺν dicit*). **2** *norma grammatica:* VARRO ling. 10, 74 analogia est verborum similium declinatio similis non repugnante consuetudine communi. MART. CAP. 3, 290 analogia est, quae Latine proportio dicitur, observatio similium inter se loquellarum. DIOM. gramm. I 456, 5 proprietatis est species regula sermonis. CHAR. gramm. I 116, 30 PROB. gramm. IV 47, 23 PALAEM. gramm. V 539, 21 . . . haec analogia est, id est regula perpetua. GLOSS. ratio verborum, similis declinatio, regula artium ad loquendum. VARRO 8, 47. 8, 61. 9, 5. 9, 34. 10, 1. 10, 30 tenuis analogia. 9, 109 index analogiae. *passim.* QVINT. inst. 1, 5, 13. 1, 5, 34. 1, 6, 3 . . . eius haec vis est, ut id quod dubium est ad aliquid simile de quo non quaeritur, referat et incerta certis probet. *passim.* PRISC. metrol. 82, 17 GELL. 2, 25, 2 MACR. sat. 1, 4, 8 MART. CAP. 3, 289. 3, 299. 7, 743 *etc.* ANECD. Helv. 122, 11. GELL. 19, 8, 3 Caesar in libris quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit. 1, 10, 4 SVET. Caes. 56 FRONTO de bell. Parth. p. 221, 9 N. *cf.* CIC. Brut. 253 CHAR. gramm. I 143, 32. 110, 23. **3** *consensus novi et veteris testamenti:* AMBR. Noe 6, 13. AVG. util. cred. 5 secundum analogiam, cum demonstratur non sibi adversari duo testamenta vetus et novum. quaest. hept. 2, 18 serm. 52, 23 gen. ad. litt. 2, 5 *passim apud Christianos. syn.* aequabilitas VARRO ling. 9, 1, comparatio CIC. Tim. 13, competens CHALC. comm. 16, competentia CHALC. comm. 19, corrationalitas AVG. mus. 6, 17, 57, norma, proportio, similitudo (*Wilmanns, de Varr. l. gramm. p. 134*). *contr.* anomalia.

analogicus, -a, -um, *ἀναλογικός.* GELL. 4, 19, 6 in libris analogicis (*Caesaris*). CHAR. gramm. I 141, 23. PROB. gramm. IV 124, 19 secundum analogicam disciplinam. MART. CAP. 7, 736. CLAVDIAN. MAM. stat. an. 1, 8 analogica ratione. *adv.* **analogicē.** GLOSS. rationabiliter. PROB. gramm. IV 88, 24 in isdem casibus analogice, non anomale declinantur. CLAVDIAN. MAM. stat. an. 1, 21.

analogium, -ī *n., ἀναλογεῖον.* GLOSS. V 412, 27 lectorium ligneum in quo leguntur libri. BENED. reg. 9 ISID. orig. 15, 4, 17 GREG. TVR. glor. conf. 36. *nota:* GREG. TVR. glor. mart. 93 analogius in quo libro superposito cantatur aut legitur.

analogos, -a, -on, *ἀνάλογος. qui analogiam habet.* VARRO ling. 8, 32. 8, 55. 10, 37. 10, 39 ANECD. Helv. 113, 12.

analyticē, -ēs *f., ἀναλυτική. resolutoria.* BOET. diff. top. 1 top. Cic. 1.

analyticus, -a, -um, *ἀναλυτικός. resolutorius.* BOET. herm. sec. 1 p. 4, 1 priores postremosque analyticos. herm. sec. 1, 1 p. 12, 20. herm. pr. 2, 10 p. 135, 6 quemadmodum in analyticis id est resolutoriis dictum est. herm. sec. 5, 12 p. 382, 13 herm. sec. 2, 7 p. 172, 30. *adv.* **analyticē** BOET. anal. post. 1, 18. *Lehnert.*

[Anamares] *gens Gallica prope Placentiam. v.* Marici. *Otto.*

anamartetos, -a, -on, *ἀναμάρτητος.* AVG. quaest. hept. 5, 52 tamquam ab omni prorsus peccato mundum et immunem hic dixerit *ἀναμάρτητον*, id est sine peccato. *latine scribitur:* CASSIAN. conl. 23, 7, 1. 23, 19, 1 anamarteton id est inpeccantiam. 23, 20. *Lehnert.*

Anamelech *idolum gentis cuiusdam Babyloniae,* עֲנַמֶּלֶךְ. VVLG. IV reg. 17, 31.

Anamim *nom. vir. hebr.,* עֲנָמִים. VVLG. *Otto.*

anamnesis, -is *f., ἀνάμνησις.* ISID. orig. 2, 21, 37 anamnesis est commemoratio eius rei, quam oblitos fuisse nos fingimus. *cf.* QVINT. inst. 9, 2, 106. *Lehnert.*

Anamon *statio in Macedonia.* TAB. Peut. 8, 1 Anamo (*ablativo*). RAVENN. p. 195, 2 *et* 374, 5 Anamon.

Anan *nom. vir. hebr.,* עָנָן. VVLG. II Esdr. 10, 26. *Otto.*

anancaeum, -ī *n., ἀναγκαῖον. crater uno haustu ebibendus.* PLAVT. Rud. 363 periit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. :: credo hercle anancaeo datum quod biberet. VARRO *apud* Non. 547 ad Sybaritanam praedam in qua sunt tripodes, creterrae, anancaea, opera nobilium toreutarum.

anancitēs *m., v. ἀνάγκη.* PLIN. nat. 37, 61 adamas et venena vincit . . . et lymphationes abigit metusque vanos expellit a mente. ob id quidam eum ananciten vocavere.

anancitis, -idis *f.* PLIN. nat. 37, 192 anancitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum, synochitide teneri umbras inferum evocatas. ISID. orig. 16, 5, 22. *Lehnert.*

Ananelus, -ī *nom. vir., Ἀνάνηλος.* HIER. chron. a. 1983 Herodes Ananelum quendam de Babylone accitum pontificem Iudaeorum constituit. *idem* a. 1984. *cf.* Hananeel. *Otto.*

ananeosis, -is *f., ἀνανέωσις. pars orationis qua causa enarrata orator iudices ad rem audiendam praeparat.* FORTVN. rhet. 2, 20. *Lehnert.*

[Ananes] *v.* Marici.

Anani *nom. vir. hebr.,* עֲנָנִי. VVLG. I par. 3, 24. *v.* Hanani.

Anania *opp. Palaestinense,* עֲנַנְיָה. VVLG. II Esdr. 11, 32.

Ananias, -ae *m. nom. vir. hebr.,* עֲנַנְיָה. VVLG. II Esdr. 3, 23. Ananias *tam graece quam latine etiam eorum nominum pars pronuntiatur quae in hebraeo a* ח *incipiunt; de his simul cum dubiis v. sub* Han-.

Ananis *fluv. Carmaniae, Ἄναμις, Ἄνδανις.* PLIN. nat. 6, 107.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ananīus, -ī *adi. ab Ἀνανίῳ poeta declinatum.* MAR. PLOT. gramm. VI 519 de hipponactio clodo trimetro acatalecto iambico ananio. *ibd.* 522.

Ananu *statio in Aegypto.* TAB. Peut. 9, 3.

Ananus, -ī *nom. vir., cf.* Ἄνανος. CORP. II 4118 (*Tarracone, saec. III*) 3, 1 Melius (*an* Aelius?) Ananus.

Anao, -nis *portus inter Monoecum et Nicaeam, cf.* Anava, Anavio, *similia celtica nomina.* ITIN. Anton. p. 405, 1 ab Avisione Anaone, portus. 2 ab Anaone ad Olivulam, portus.

Anaolsus, -ī *Gothus.* HYDAT. 92 (*a. 430*) Anaolso optimate eorum (*Gothorum*) capto. *Otto.*

anapaesticus, -a, -um. SERV. ecl. 8, 78 'Veneris dic vincula necto' anapaesticus est trimeter hypercatalecticus. hoc autem metrum est Cupidini consecratum. TER. MAVR. 1475 anapaestica nec non variantur inde metra. 1812 haec (*pars*) iuncta frequentius edet anapaestica dulcia metra. DIOM. gramm. I 504 anapaesticum metrum est, quod aut solo ipso anapaesto constat aut adiunctis cum eo ... spondio tribracho dactylo. 511 anapaesticum choricum habemus in Seneca. SERV. gramm. IV 46 MAR. VICT. gramm. VI 74 ATIL. gramm. VI 285. MART. CAP. 5, 519 Cicero (de orat. 3, 185) modo anapaesticum modo dithyrambicum pedem laudat. SIDON. epist. 4, 3, 8 anapaesticasque ternarias. 9, 13, 2 vers. 11 iuncto Lesbiaco sive anapaestico metro. anapaesticum (*sc. metrum*). TER. MAVR. 1517 anapaestica fiunt itidem per *συνάφειαν.*

anapaestum, -ī *n., metrum vel carmen anapaesticum.* CIC. orat. 190 elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus ... plerosque senarios, sed etiam anapaesta (-i *A*). Tusc. 3, 57 nec silet illud potentissimi regis anapaestum. fin. 2, 18 reliquique Graeci, qui hoc anapaesto laudantur. SEN. apoc. 12 *μεγάλῳ χορικῷ* naenia cantabatur anapaestis (*ab* anapaestus?). GELL. praef. 20 mutuabor ex Aristophanae choro anapaesta pauca.

anapaestus, -i *m.,* ἀνάπαιστος. GLOSS. pes metri. IV 18, 42 ex utraque longus. MAR. VICT. gramm. VI 45 erit anapaestus qui et antidactylus vocatur, ut scopulos ... anapaestus autem a situ contrario et repercussione dactyli, quod est *ἀναπαίεσθαι,* dictus ideoque antidactylus nuncupatur. TER. MAVR. 1402. MAR. PLOT. gramm. VI 498 anapaestus dactylo contrarius, inde dictus quod ei referiatur [id est repercutiatur], quod Graeci *ἀναπαίειν* dicunt. DIOM. gramm. I 478 AVG. gramm. VII 334. anapaestos QVINT. inst. 9, 4, 109. 116. -on 9, 4, 81.

CIC. de orat. 3, 185 post anapaestus procerior quidam numerus. orat. 190 prima enim syllaba dempta in (ex *A*) primo verbo sententiam postremum (-o *A*) ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis (-te *A*) sententiae (ins. sent. *om. L*): ita (-que *L*) factus est anapaestus qui Aristophaneus nominatur. Tusc. 2, 27 nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio. VAL. MAX. 2, 6, 2 (*Lacedaemonii*) tibiae concentu et anapaesti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent. QVINT. inst. 9, 4, 81 dactylum longa duabusque brevibus, huic temporibus parem, sed retro actum appellari constat anapaeston. *cf.* ANTH. 480, 5 *sq.* AMM. 24, 6, 10 velut pedis anapaesti praecinentibus modulis lenius procedebant. AVG. mus. 2, 8, 15. MART. CAP. 9, 982 anapaestus ... accipiet elationem pedis unius temporis, positionem vero duorum temporum faciet ... quare anapaestus *ἀπὸ μείζονος* dactylicus nobis esse dicitur, at ... anapaestus, qui *ἀπ' ἐλάσσονος* nominatur, ex duabus brevibus, quae in elatione sint, et ex una, quae in positione sit, copulatur. 984. SIDON. epist. 9, 15, 1 *v.* 12. *Klotz.*

Anapauma, -ae, *Ἀνάπαυμα, nom. mul.* CORP. VI 21635 Sallustia (mulieris) l. Anapauma. XIV 3506 (*in Latio*) Tongiliae (mulieris) l. Anapaumae. IX 72 (*Brundisii*) Anapauma. *Otto.*

anapauomenos, *ἀναπαυόμενος.* anapauomenos satyrus *Protogenis pictura* PLIN. nat. 35, 106. anapauomene *Aristidis Thebani pictura* PLIN. nat. 35, 99; *cf. Dilthey, Rhein. Mus. 25 (1870) 151.* *Lehnert.*

Anaphē *ins. maris Aegaei,* Ἀνάφη. (p, *non* ph *codd. Ov. Tert.*) *acc.* Anaphen OV. met. 7, 461. 462. PLIN. nat. 2, 202. 4, 71 TERT. nat. 1, 9 apol. 40. *Otto.*

anaphonesis, -is *f.,* *ἀναφώνησις. verborum clara et magna voce pronuntiatio.* FORTVN. rhet. 3, 15. *exercitationes hanc ad rem idoneae:* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 37. 1, 5, 164. 2, 6, 93.

anaphora, -ae *f.,* *ἀναφορά.* **1** *ascensio signorum ab oriente quae fit circumactu cotidiano mundi:* PLIN. nat. 7, 160 FIRM. math. 4, 17, 11 *passim.* **2** *repetitio eiusdem verbi in colorum initiis:* GLOSS. repetitio verbi in eodem versu. CHAR. gramm. I 281, 15 DON. gramm. IV 398, 5 MAR. PLOT. gramm. VI 458, 7 POMP. in Don. V 302, 32 BEDA rhet. 609, 10. DIOM. gramm. I 445, 12 secunda anaphora per quam elocutio non convenienter respondens ad aliud refertur occulte. CHAR. gramm. I 445, 21 PORPH. Hor. epod. 9, 32 (*ubi* ACRO hypallage). SCHOL. Hor. serm. 1, 8, 47 pepedi diffissa nate ficus] *ἀναφορά.* id est ego ficus, qui e fico factus sum Priapus, diffissa nate pepedi. PS. ASCON. CIC. div. in Caec. 3.

anaphoreticus, -ī, *ἀναφορητικός, qui cruenta sputa eicit.* DIOSCOR. 2, 167 asthmaticis et anaforeticis fert opem.

anaphoricus, -a, -um, *ἀναφορικός.* **1** VITR. 9, 8, 8 horologia hiberna quae anaphorica (anaporica *cod.*) dicuntur. *v. supra* anaphora 1. **2** *idem quod* anaphoreticus: FIRM. math. 3, 11, 1.

anaphorus, -ī *m.,* *ἀναφορεύς. vectis portatorius tabernaculi Iudaei.* ITALA num. 4, 6. 8. 10. 11. 12. 14 anaphoros (*ἀναφορεῖς,* vectes VVLG.).

anaphus vas vinarium, quod rustici appellant hanappum ... rectius autem scribitur anaphus. Graeci enim dicunt illud anaphos et ymnoforos (*ὑινοφόρος*). GLOSS. V 583, 8.

anaphysema, -atis *n.,* *ἀναφύσημα.* APVL. mund. 12 anaphysemata Graeci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae explosi ad superna meare solent. *Lehnert.*

Anāpiās *iuvenis Catinensis, frater Amphinomi;* Ἀναπίας, Ἄναπις. VAL. MAX. 5, 4 ext. 4 (Anaphas *codd.*, Anapius *Paris*). **Anāpius:** SOLIN. 5, 15 *ubi codd. aliquot* Anaphius. **Anāpis:** CLAVD. carm. min. 17, 41 fortis Anāpi (*vocativo*). Anapis *fluv. v.* Anapus.

Anaplades *deus, ut videtur, Aegyptius.* HYG. astr. p. 56 nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladen (*Montepessul.* Anaphaden) pulchritudine Veneris inductum in amorem incidisse. *cf. fabulae finem.* *Otto.*

anapleromaticus, -a, -um, *ἀναπληρωματικός, quo caro succrescit.* CHIRON 2, 60 curato vulnus anapleromaticis medicamentis.

anapleroticus, -a, -um *idem quod* anapleromaticus. VEG. mul. 3, 26, 2 CHIRON 2, 93. *Lehnert.*

Anaplus, -ī *locus Byzantio vicinus,* Ἀνάπλους. MARC. COM. a. 481 (*unde* IORD. Rom. 346) usque ad Anaplum quarto urbis miliario.

Anapolis *opp.* HIL. hist. frg. p. 678 Narcissus episcopus ab Anapoli, *ubi* Irenopoli *vel* Neronopoli (*Ciliciae*) *alii legunt.*

[**anapsi**] GLOSS. V 339, 31 anapsi (*vel* anopsii) nigri coloris. 626, 14 anopsii nigri coloris. *Αἰθίοψ temptavit Helmreich, Archiv 7 (1892) 274.*

Anapsychia, -ae *nom. mul., cf.* *ἀναψυχή. scripserunt* HIER. epist. 126 *et* AVG. epist. 165 Marcellino et Anapsychiae. *Otto.*

anaptoterium, -ī *n.* CORP. XIV 100 can⟨delabrum et⟩ anaptoterium ... civibus donum de⟨dit⟩ *aliquis sub Hadriano: genus esse instrumenti candelabro suppositi, in quod ἀναπίπτει massa deusta, putat Buecheler.* *Lehnert.*

Anāpus, -ī *m. fluv. Siciliae et numen eius,* Ἄναπος. OV. Pont. 2, 10, 26 suis Cyanen miscet Anapus aquis. fast. 4, 469 fontes lenis Anapi. SIL. 4, 515. 575 MYTHOGR. Vat. 2, 93. **Anaposalios** (Ἄναπος ἅλιος?) RAVENN. p. 405, 6, *cf.* VIB. SEQV. p. 146, 12 R. *sic cod.*: miscetur mari appellaturque ... anopos caenos, superior anatos faeos (*καινός et παλαιός Riese*). **Anāpis,** *cf. Anapim iuvenem Catinensem.* OV. met. 5, 417 et me dilexit Anapis. LIV. 24, 36, 2 ad flumen Anapim (*sic fortasse rectius corrigetur quod cod. habet* Anatim; Anapum *Cluverius*).

Anar *statio ad sinum Carmanium sita.* TAB. Peut. 12, 1.

Anariacī, -ōrum *populus ad mare Caspium habitans,* Ἀναριάκαι. PLIN. nat. 6, 46.

anarrhinon, -ī *n.* *ἀνάρρινον, herba. v.* antirrhinum.

Anartēs, -ium *gens finitima Dacis, cf.* Ἄναρτοι. CAES. Gall. 6, 25, 2 ad fines Dacorum et Anartium. **Anartī,** -ōrum. *ubi secundum Ptol. 3, 8, 3 habitaverunt* Ἄναρτοι, *ibi prodiit miliarium* CORP. III 8060 *in quo legitur* a R .. ul vico An⟨artorum⟩. Anartus (*an* Anartius?) *nom. vir.* CORP. III 10552 (= 3598) Iu⟨l(i)⟩ Anarti. [*Otto.*

Anarus *statio in via Ecbatanis orientem versus.* TAB. Peut. 12, 2.

anas, -itis (*Plaut. Cic. opt. codd.*), -atis (*Varro et posteri fere omnes*), -etis (*det. codd. Cic., optimi Capitol.*) *f.; gen. plur.* anatium *ap.* VARR., *al.* anatum. ['ente' = *lituan.*ántis, *theodisc.* anut, enit, *anglosax.* aned 'anas', *cf. c. gr. νῆσσα, ind.* ātíḥ 'avis aquatica'. *Th.*] VARRO ling. 5, 78 anas a nando. *cf.* ISID. orig. 12, 7, 51. GLOSS. CLED. gramm. V 55, 4 aneo, quod est tremo, unde et anates dicimus, quod in aqua sint hoc est in frigore. *cf.* POMP. gramm. V 222, 8. *pervenit ad ling. rom. cf. Groeber, Archiv 1 (1884) 240.* anax (ORIBAS. GLOSS.), annas (GLOSS.), anes (GLOSS.), aneda (LEX Sal.), anet (PLIN. VAL. 3, 53 GLOSS.). *natura et usus:* GLOSS. anas *νῆσσα.* PLAVT. Capt. 1003 quasi patriciis pueris ... anites ... dantur, quicum lusitent. VARRO Men. 489 neque quas agipennis anates remipedas buxeirostris pecudes ... sequens (*loc. corruptus*). ling. 5, 78 sunt ... animalia in aqua, quae in terram interdum exeant ..., ut rana ⟨anas⟩ mergus. rust. 3, 3, 3 quae non sunt contentae terra solum ..., ut sunt anseres querquedulae anates. 3, 5, 14 circum falere et navalia sunt excavata anatium stabula. 3, 11, 1 qui ... volunt greges anatium habere ac constituere nessotrophion ... locum ... eligere oportet palustrem. 3, 11, 3. CIC. nat. 2, 124 quin etiam anitum (*var. lect.* anetum) ova gallinis saepe supponimus. OV. met. 11, 773 fugit nymphe veluti ... accipitrem fluvialis anas. COLVM. 8, 15, 1 clausae pascuntur anates. PLIN. nat. 8, 101 annuum fastidium purgant ... anates anseres ceteraeque aquaticae herba siderite. 10, 102 anates solae ... in sublime protinus sese tollunt. 10, 115 super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fetum (*gallinae*). 18, 362 anates ... pinnas rostro purgantes ventum (*praesagiunt*). MART. 3, 93, 12 (*cum*) anatis habeas orthopygium macrae. *vox:* SVET. rell. 161 anatum (*vox est*) tetrissitare. CARM. de Philom. 5, 61, 22 in fluviisque natans forte tetrinnit anas. AVIEN. 2, 1684 latipedem ... anatem cernes excedere ponto saepius. LEX Sal. 7, 4 si quis ... anedam (*sic*) domesticam furaverit. GREG. M. epist. 4, 31 unam ... anatem cum duobus parvulis anaticis pro vestri amoris gratia transmittere praesumpsi. COLVM. 6, 7, 1 ventris ... et intestinorum dolor sedatur visu nantium et maxime anatis ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eadem anas maiore profectu mulos et equinum genus conspectu suo sanat. *cf.* VEG. mul. 4,4,6. SCRIB. LARG. 177 (*ex antidoto*) anatis feminae ⟨sanguinis⟩ recentis p. ℈ II, anatis masculi sanguinis aridi p. ℈ III. 230 huic medicamento (*trypherae*) si anatis sanguinis quasi duae ligulae adiunctae fuerint, minus mordescit. PLIN. nat. 29, 104 coagulum adversus omnia mala medicamenta pollet, item sanguis anatum ponticarum . . ., quidam feminae anatis efficaciorem putant. 114 (*sistit sanguinem*) a cerebro profluentem . . . sanguis . . . anatis infusus. 30,60 sistit (*alvum*) . . . anatum mascularum sanguis. *sim.* PLIN. nat. 25,6. 29,125 PLIN. med. 2,6,8 MARC. med. 27,28,33 PLIN. VAL. 3,53 *al.* *cuppedium*: PETRON. 93 anas . . . plebeium sapit. MART. 13,52 tota quidem ponatur anas; sed pectore tantum et cervice sapit. CAPITOL. Maximin. 28, 2 ut nonnisi . . . anetes . . . ederet. ED. DIOCL. (CORP. III 2) 4,31 anat⟨um par⟩ ℈ quadraginta (*gr.* ν[η]σσῶν ζεῦγος ℈ μ΄). AVSON. 18, 18, 2 anites maritas iunximus remipedes. MACR. sat. 3,13,12 in cena . . . anates querquedulas elixas. APIC. 6,213 gruem vel anatem lavas, ornas et includis in ollam. 214. 216—219 *sim.* ANTHIM. 32 anates . . . teneriores sunt. ORIBAS. syn. 4,17 (*indigesti sunt*) qui duras habent carnes, turtur anax . . . . *Bannier.*

anas, -atis (*altera* ā*?*) *f.* [*derivatum esse videtur ab* anus. *Th.*] PAVL. FEST. 29 anatem dicebant morbum anuum id est vetularum sicut senium morbum senum. GLOSS. γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν, *unde* anate sollicitudine cura. CAPER gramm. VII 107, 15 anas et anus utrumque femininum est. *Lehnert.*

Anās, -ae *m.*, Ἄνας, *fluv. Hispaniae. sic casu recto* MELA 2,87, *sed* Ana AVIEN. or. mar. 205 PRVD. perist. 3,188. ab Ana (*trad.* uni) AVIEN. or. mar. 266 *secund. Muellenhoffium.* *velut* CAES. civ. 1,38,1 PLIN. nat. 4, 116 ITIN. Anton. p. 431, 8 AVSON. 417, 74. Caput fluminis Anae *statio in itinere a Laminio Caesaraugustam* ITIN. Anton. p. 446, 10. *Otto.*

anasceua, -ae *vel* **anasceuē,** -ēs *f.*, ἀναστκευή, *refutatio, destructio.* SVET. gramm. 25 fabulis fidem firmare aut demere, quod genus thesis et anasceuas et catasceuas Graeci vocant. ISID. orig. 2, 12, 1. 2, 12, 2 PRISC. gramm. III 434,1 *cf.* SVLP. VICT. 3 QVINT. inst. 2,4,18 IVL. RVF. rhet. 61, 14. MAR. PLOT. gramm. VI 455, 21 catasceuan, cum mediocri oratione res maximae deprimuntur, anasceuan, cum res humiles sublevantur tumore aliquo dictionis.

anasceuasticus, -a, -um, ἀνασκευαστικός. FORTVN. rhet. 1,13 simplex (*definitio*) quae anasceuastica dicitur. *Lehnert.*

Anasafia, -ae *f. uxor Neoptolemi tertii, mater Olympiadis Alexandri magni matris.* IVL. VAL. 1, 7.

Anasamum, -ī *castellum Moesiae inferioris ad Asami fluvii ostium situm*, Ἄσημοῦς, ἡ Ἄσημος, τὰ Ἄσημα. TAB. Peut. 8, 1 Anasamo (*ablat.*). *idem* **Ansamum, Ansamon.** NOT. DIGN. or. 40, 19 milites praeventores, Ansamo. RAVENN. p. 189, 14 Ansamon.

Anasī, -ōrum *gens Sarmatica Tanaim transgressa.* PLIN. nat. 6, 22 Anasos.

Anassa, -ae *f.*, ἄνασσα. CORP. VI 11605 Anassae fil. dulcissimae . . . Basilius et Felicitas b. m. p.

Anasta . . . (*sequitur lacuna*) *opp. Ciliciae.* THEODOS. de situ terrae s. p. 150. (Anazarbum *latere putat Gildemeister, vix recte.*)

Anastasius, -ī *m.*, **Anastasia,** -ae *f. nomen christianum*, Ἀναστάσιος, Ἀναστασία, *usurpatum vix ante saec. III, in titulis satis rarum.* Anastasa INSCR. christ. Rossi I 263 (*a. 377*). 969 (*a. 519*). Anestasius INSCR. christ. Rossi II p. 311 II n. 8 sanctus Anestasius (*Arretinus*). tristis Anastasio *in principio hexametri* INSCR. christ. Rossi I 127 (*a. 355*). Anastasius *claudit pentametrum in* INSCR. christ. Rossi II p. 126, 4 n. 2. *sed* CORIPP. Anast. 31 *in principio hexametri* quaestor Anastāsi (*vocativo, traditur* Anastasii), *tamen ibid.* semper Anastasii . . ., Iust. 1, 16 quaestor Anastasius . . . . *genetivo fem.* Anastasies INSCR. christ. Rossi I 977 (*a. 522*). *velut* AVSON. 200 *titul.* Anastasio grammatico Pictaviorum (*Burdigalae genito*); *v.* 46. SYMM. epist. 5,23 AVG. epist. 145. NOT. AFR. Num. 73 Anastasius (*episcopus*) Aquae-Novensis (*a. 484*). Anastasius imperator (*a. 491—518*) *passim.* CORP. V † 6180 (*Mediolanii*) Anastasius. Anastasia, ἡ Ἀναστασία, *basilica Constantinopolitana unde nomen accepisset veteres dubitaverunt.* CASSIOD. hist. 9,8. 9. NOT. urb. Const. reg. 7. *non christianum*: ACTA Ruinart p. 265 Anastasius Fortunatus *procurator prov. Maur. Tingitanae a. 298.* **Anastasiānus,** -a, -um. AMM. 26,6,14 Anastasianas balneas (*Constantinopoli*). NOT. urb. Const. reg. 9 thermas Anastasianas. COD. Iust. 5,13,1,15c Anastasiana lex. 4,35,23,3 Anastasianis temporibus. *Otto.*

anastasis, -is *f.*, ἀνάστασις. GLOSS. resurrectio, restitutio. *acc.* anastasim *vel* -in LACT. inst. 7,23,5. *abl.* anastase COMM. instr. 2,3,1. COMM. instr. 2, 3, 1 apol. 992 LACT. inst. 7, 23, 2. 7, 23, 5. PS. AMBR. hymn. 42,20 tu es prima anastasis. ARNOB. in psalm. 20. *Lehnert.*

Anastasis, -is *f.*, ἀνάστασις, *locus Hierosolymitanus ubi Christus resurrexit, et basilica ibi posita. genetivo* Anastasis, *velut* SILVIA 24,1. 25,8. *accusativo* Anastasim, *ut* ADAMNAN. loc. sanct. 1,6 SILVIA 24,3. 4. 7. Anastase(m) (*cod.*) *velut* SILVIA 27,2. 3. 4. *abl.* Anastasi *vel* Anastase *velut* 24,6. 27,9. 29,1. 2. *passim, ut* SILVIA 48,1 sancta ecclesia quae est ad Anastase, id est in eo loco, ubi dominus resurrexit post passionem. 24,1 ostia Anastasis. 10 spelunca Anastasis. 25, 8. *Otto.*

anastomosis, -is *f.*, ἀναστόμωσις. THEOD. PRISC. eup. 67 cutis vulneris patefactio . . . frequenter etiam ferro hanc anastomosin procurare debemus. *cf.* CELS. med. 4,11. CAEL. AVR. chron. 2,121 tres differentias fluoris . . . osculationes quam Graeci anastomosin vocant.

anastomoticus, -a, -um, ἀναστομωτικός, *vim aperiendi habens.* CELS. med. 5, 18, 25 DIOSCOR. 1, 44. 1, 56. 2, 137 *passim* CAEL. AVR. acut. 3, 4, 40 chron. 3, 5, 73.

anastrophē, -ēs *f.*, ἀναστροφή. *inversio verborum.* GLOSS. ordo praeposterus, regressio. QVINT. inst. 8,6,65 CHAR. gramm. I 275, 8 DIOM. gramm. I 460,26 DON. gramm. IV 401,9 POMP. in DON. gramm. V 309, 16 SCHOL. Iuv. 15, 173 BEDA rhet. 614, 16. *Lehnert.*

anastros, ἄναστρος, *summus circulus mundanus.* SERV. Aen. 6, 645. *V.*

anatāria, -ae *f. ab* anas, *genus aquilarum.* PLIN. nat. 10,7 tertii (*generis aquilarum*) morphnos, quam Homerus et percnum vocat, aliqui et plangum et anatāriam. *Bannier.*

Anatellon, -ontis *m.*, Ἀνατέλλων, *nomen a servis et de plebe hominibus saeculo p. Chr. II usurpatum in Italia, Gallia, Hispania.* Anatello: CORP. IX 1854 (*Beneventi*) L. Labienus Anatello. VI 10300 (*ante a. 198*). *una l*: CORP. IX 1854 (*ibidem*) L. Labieni Anatelontis. II 568 (*Lusitania*). *ex. gr.* CORP. VI 10229, 61 (*a. 108*) Anatellonti (*liberto*). 107 Anat⟩ellontem. XIV 2973 (*Praeneste*) Aeli Aug. lib. Anatellontis. 250 III 7 (*Ostiae*) L. Iulius Anatellon (*a. 152*). VI 13004 (*Romae*) M. Aurelius Aug. l. Anatellon. II 3753. XII 4027.

Anath *nom. vir. hebr.*, עֲנָת (LXX Ἀνάθ). VVLG. iud. 3, 31 filius Anath. 5, 6 filii Anath.

Anatha, -ae *castellum Mesopotamiae in insula Euphratis situm*, Ἀναθώ, τὰ Ἄναθα. AMM. 24, 1, 6 Anathen munimentum expugnaturus. *castellum dispositioni ducis Syriae subditum.* NOT. DIGN. or. 33, 20 Anatha (*abl.*), *sed ibid.* 11 Aratha.

Anathalon *m., cf.* ἀναθάλλων. *episcopus Mediolaniensis.* CORP. V p. 623, 15 d(omno) Anathaloni Attico Secundo ep(iscop)o. Petri hospes, sancteque Anathalon domne probate, atque idem socius Barnabae apostolici. *versus elegiaci; posuisse fertur titulum Mirocles qui fuit archiepiscopus Mediolani ab a. 303 ad 315.* *Otto.*

anathema, -atis *n.*, ἀνάθεμα. GLOSS. perditio, abominatio. anathema -ae LVCIF. de non conv. 2. ANECD. Helv. 176,35 anathema naturaliter habet paenultimam longam sed antepaenultima habet accentum. 182, 20. **1** *devotio, exsecratio, saepissime de excommunicatione*: TERT. scorp. 1 scorpio pro solea anathema inlidito et relinquito in suo pure morientem. *cf.* HIER. epist. 38,4. 121,9. VVLG. I Cor. 12, 3 nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. AVG. c. Iul. op. imp. 1,53. LVCIF. de non conv. 2. AVG. c. Pelag. 1,24,42 anathema dicere (= *anathematizare*). AMBR. fid. 3,16,130 MERCAT. Theod. exp. praef. 3 PROSP. contra collat. 15 ACT. syn. Rom. 404, 12. **2** *personae vel res devotae excommunicataeque*: ITALA Tert. I Cor. 16, 22 siquis non amat dominum Iesum sit anathema amarantha (*item* VVLG.) *cf.* GLOSS. anathema maranatha perditio in adventum domini. TERT. ieiun. 1 adv. Marc. 4, 4 HIER. epist. 93 VVLG. Gal. 1, 9 AVG. quaest. hept. 4, 41 OROS. apol. 9, 2 AVELL. 539, 19. LVCIF. de non parc. 34 . . . anathema habeam te. DAMAS. epist. 2 AMBR. fid. 3, 16 HIER. epist. 15, 3 CORP. XIII 1661. **3** *piaculum*: LVCIF. de non parc. 3 (Achar) quia habuerit de anathemate. VVLG. num. 21, 3 Horma, id est anathema. Ios. 7,1 Achan tulit aliquid de anathemate (LXX: ἀνάθεμα). Rom. 9, 3.

anathēma, -atis *n.*, ἀνάθημα. *donum deis vel deo oblatum.* VVLG. Iudith 16, 23 IOSEPH. CASSIOD. c. Ap. 1, 11. 1, 199 PRVD. ham. 461 psych. 540.

anathemābilis, -e. ARNOB. in psalm. 110 anathemabilis Manichaeus.

anathemātio, -ōnis *f.* AVG. in psalm. 41,12 Hermoniim anathematio interpretatur (anathematizatio *edd.*).

anathematismus, -ī *m. exsecratio, excommunicatio.* MERC. Cyr. apol. 220 CASSIOD. hist. 2,17 NOVELL. 42,1,1. 146,1,2 PROSP. 65,24.

anathematizo, -āre, ἀναθεματίζω. *frequentius ac prius ab ecclesiasticis adhibitum quam* anathemo. NOT. Tir. 111, 76ᵇ anathematizatus. ITALA *et* VVLG. Marc. 14, 71 coepit anathematizare et iurare. *exsecror, excommunico.* LVCIF. Ath. 2, 32 ITALA (Lucif. Ios. 6,21) DAMAS. epist. 3 *et* 4 AMBR. fid. prol. HIER. epist. 112,13 VVLG. I Mac. 5,5 AVG. epist. 75, 4, 13. 178, 3. c. Iul. op. imp. 5, 7, 26 utrosque . . . exsecror, damno, anathematizo, detestor. serm. sanct. 224, 3 corripimus, obiurgamus, anathematizamus, excommunicamus. MERC. Cyr. ep. syn. 5 *et passim apud ecclesiasticos; v. Funck, Archiv 3 (1886) 425 et 406.*

anathemo, -āre [*ab* anathĕma. *Th.*] *idem quod* anathematizo. GLOSS. anathematus abominatus, perditus exsecratus, foris missus. AVG. quaest. hept. 4, 41 anathemabo illum et civitates eius (num. 21, 2. VVLG. delebo urbes eius) . . . anathemare quod vulgo dicitur devotare. c. Fel. 2, 13 in psalm. 41, 12 c. Iul. op. imp. 1, 5, 19 epist. 53, 4, 6. 157, 2, 4 in vit. Possid. 18 *passim.* AVELL. 96, 453, 2 SVLP. SEV. dial. 2, 12, 9 NOVELL. 42, 3 pr. *cf.* anathematizo. *Lehnert.*

Anathiango *v.* Nazianzus.

Anathoth *f. opp. prope Hierosolyma situm, ubi natus est Ieremias propheta*, עֲנָתוֹת, Ἀναθώθ. VVLG. Is. 10,30 paupercula Anathoth. Ier. 1, 1. 11, 21. 23. III reg. 3, 26 *al.* HIER. transl. hom. Orig. in Ier.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hom. VIII (Migne 25 p. 644) interpretatur quippe Anathoth oboedientia. THEODOS. sit. terr. s. p. 140 de Hierusalem usque Anato. *incola* **Anathothites,** עֲנָתוֹתִי, *ὁ ἐξ Ἀναθώθ, ὁ Ἀναθωθίτης, ὁ Ἀναθωθί.* VVLG. I par. 11, 28. 12, 3. 27, 12 Ier. 29, 27. *sed* II reg. 23, 27 Abiezer de Anathoth (הָעַנְּתֹתִי). *idem nom. vir.* עֲנָתוֹת. VVLG. I par. 7, 8 II Esdr. 10, 19. **Anathothia** *nom. vir.*, עֲנָתוֹתִיָה, *Ἀναθωθία.* VVLG. I par. 8, 24.

anathymiasis, -is *f.*, *ἀναθυμίασις.* PETR. 47 anathymiasis in cerebrum it et in toto corpore fluctum facit. THEOD. PRISC. log. 42. 43.

Anatiae aquae *v.* Angae. *Lehnert.*

anatiārius, ī *m. ab* anas. CORP. VI 2, 9143 A. Petronius . . . anatiarius.

anaticula, -ae *f.* (PLAVT. aniticula) *ab* anas. PLAVT. Asin. 693 dic . . . med aniticulam columbam vel catellum. CIC. fin. 5, 52 nare anaticulas . . . videmus. GLOSS. *κόραξ, ἐπιστροφίς. cf.* Poll. 7, 111. 10, 22 GLOSS. II 38.

anaticus, -a, -um *ab* anas. *de fetu anatis.* GREG. M. epist. 4, 31 unam anatem cum duobus parvulis anaticis pro vestri amoris gratia transmittere praesumpsi. *Bannier.*

Anatilia *opp. latinum Galliae Narbonensis.* PLIN. nat. 3, 36 Augusta Tricastinorum, Anatilia, Aera. **Anatilii** *populus ibidem.* PLIN. nat. 3, 34 Campi Lapidei . . ., regio Anatiliorum. *Otto.*

anatīna, -ae *f. caro anatis.* PETRON. 56 quod (*medici*) mihi iubent saepe anatinam parari. *Bannier.*

Anatinius, -ī *nomen gentile.* CORP. III 6294 (*Moesia sup.*) L. Anatinio L. lib. Phoebo Aug(ustali) col(oniae) Vlp(iae) Rat(iariae).

Anatis *fluv. Mauretaniae Tingitanae, Ἀνίδης, ab indigenis* Asana (*quod vide*) *appellatus.* PLIN. nat. 5, 9 ad flumen Anatim. *Otto.*

anatocismus, -ī *m.*, *ἀνατοκισμός.* CIC. Att. 5, 21, 11 cum centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario. Att. 5, 21, 12 Scaptio qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. *cf.* 6, 1, 5 confeceram ut solverent centesimis sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum. *v. Leonhard, PW. I 2070. Lehnert.*

Anatolē *f.*, *Ἀνατολή, una ex Horis* HYG. fab. p. 36. *nomen servile obvium in Italia, Gallia, Hispania, usurpatum iam initiis aetatis imperatoriae. dativo* Anatole CORP. VI 11607. 13908. V 6000 a. XIV 3440. *ex. gr.* CORP. V 6000 a (*Mediolanii*) M'. Cutio Ti. f. Pantheraé, . . . Cútiae Anatole aviaé. VI 28976. II 3906. **Anatolius,** -ī, **Anatolia,** -ae, *Ἀνατόλιος, Ἀνατολία, nomen humiliorum hominum, postea vel nobilissimorum, christianis acceptum, in usum receptum fere saec. p. Chr. III.* Anatholia *in acrostichide* INSCR. christ. Rossi I 677 (*a. 539*); *sic saepius in libris, velut* MARC. COM. p. 80, 24 GREG. TVR. hist. Franc. 8, 34. Ănătōlĭŭs VEN. FORT. vit. Mart. 2, 227. 238. 253. 271. *ex. gr.* HIER. vir. ill. 73 Anatolius Alexandrinus, Laodiceae Syriae episcopus, sub Probo et Caro imperatoribus floruit. CORP. X 2069 (*Puteolis*) Anatolus *C. Antisti Respecti filius.* Anatolius *cos. a. 440* MARC. COM. p. 80, 14. Anatolius vir spectabilis NOVELL. 82, 1 (*a. 539*). CORP. IX † 6400 (*Tarenti*) Anatoli(us) filio (*i. filius*) Iusti. **Anatolicus,** *ἀνατολικός.* CASSIOD. var. 11, 36 Anatolico cancellario provinciae Samnii (*a. 534*). *Otto.*

anatolicus, -a, -um, *ἀνατολικός, orientalis.* THEOD. PRISC. 10 cymini anatolici.

anatomē, -ēs *f.*, *ἀνατομή.* GLOSS. apertio. *cf.* GELL. 10, 10, 2. BOET. anal. post. 2, 16 anatomen et analogiam terminandis problematis momentum habere (*Arist.* 98 a 2 *ἀνατομαὶ καὶ διαιρέσεις*). *synonyma*: incisio, dissectio.

anatomia, -ae *f.* CAEL. AVR. acut. 1, 8, 57 per apertionem, quam Graeci anatomian dicunt.

anatomicus, -a, -um *v.* anatome. AMM. 28, 4, 34 ut discissarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes. AVG. civ. 22, 24 medicorum diligentia . . . quos anatomicos appellant, laniavit corpora mortuorum. anim. 4, 23. MACR. sat. 7, 13, 8. AVG. de anim. 4, 6, 7 artem anatomicam. MACR. sat. 7, 15, 1. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 33 secundo libro anatomicorum. chron. 5, 10, 104.

anatonus, -a, -um, *ἀνάτονος.* VITR. 10, 10, 5 si capitula altiora quam erit latitudo facta fuerint, quae anatona dicuntur. *Lehnert.*

Anatuleius, -ī *nom. gentile.* CORP. VI 11608 Anatuleius Alexander. *nil aliud in lapide.* *Otto.*

ānātus GLOSS. II 17, 6 *δακτυλοφόρος, συμποδισθείς. cf. Bücheler, Rhein. Mus. 39 (1885) 560.* GLOSS. anatum: miserum. *Lehnert.*

Anāv- *nomina celtica.* **Anavus Anaus Annavus:** CORP. XIII 1189 (*Gallia Aquitanica*) Anavus Attici lib. (*imperante Gaio*). CORP. II 1690 (*Baetica*) Q. Ancarius Q. f. Ser. Anaus. CORP. inscr. rhen. 981 Annavus Osedavonis f. 937 Annai (*genet.*). **Anava** *fluv. Britannicus. Ἀβρακόανννος Ptolemaei?* RAVENN. p. 438, 4 Anava. **Anavio,** -onis *locus in Britannia*: INSCR. ephem. epigr. 7 p. 336 p. 1102 (= CORP. VII 1168) Anavione (*ante a. 114*). **Anavo,** -onis *f. nom. mul.* INSCR. ap. Wilthem. Luciliburg. tab. 9, 21 Anavoni aviae def(unctae). *cf.* Anao *et ex italicis* Anavis *sim.* *Otto.*

Anaucis *v.* Anabucis.

Anaunī, -ōrum *m.* (*cf.* Anavos Anava, *celtica alia*), *populus contributus municipio Tridentino, a Claudio civitate Romana donatus; opp. Ἀνάνιον.* CORP. V 5050, 22 (*edict. Claudi*) condicionem Anaunorum. **Anaunia,** -ae *f. Anaunorum sedes.* GAVDENT. 17 *med.* in Anaunia. MAXIM. TAVR. serm. 81 in Anauniae regione. **Anaunenses** *martyres.* AVG. epist. 139, 2 clericorum Anaunensium qui occisi a gentibus nunc martyres honorantur.

Anauros, -ī *m.*, *ὁ Ἄνανρος, fluv. Magnesiae.* LVCAN. 6, 370 quique nec umentis nebulas nec rore madentem aera nec tenues ventos suspirat Anauros (in auros *codicum Montepess. et Voss. I primae manus*). VIB. SEQV. p. 146 R. Anaurus Thessaliae ita denominatus quod ex se neque auram neque nebulam emittit.

Anaus *v.* Anav-.

Anausaro (*ablativo*) *statio in Dardania.* TAB. Peut. 7, 4. *idem* Nausaron RAVENN. p. 205, 19.

Anausis *m. dux Alanorum Heniochorumque, Medeae procus.* VAL. FL. 6, 43 infensus Anausis. 272 Anausin. *Otto.*

anax *m.* GREG. TVR. virt. Iul. 8 pateram et urceum, qui anax dicitur. *cf. Ducange I 240.* *Lehnert.*

Anax, -cis *nom. vir.* CORP. VI 29673 Valerio Anaci. XIV 1820 (*Ostiae*) ⟨V⟩alerio Anaci.

Anaxagorās, -ae *m.*, *Ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus. accusativo* Anaxagoran CIC. ac. 2, 44 div. 2, 58 VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 PLIN. nat. 2, 149 CENS. 6 SYMM. epist. 3, 6, Anaxagoram APVL. apol. 27 TERT. anim. 12 AVG. civ. 18, 37. physicum *vocant*: VARRO rust. 1, 40, 1 CIC. Brut. 44 orat. 15 QVINT. inst. 1, 3, 2. LVCR. 1, 830. 876 VITR. 8 praef. 1 SEN. nat. 4, 2, 17 SIDON. carm. 2, 177. 15, 89 *al.* **Anaxagorēus** *adi.*, *Ἀναξαγόρειος.* Anaxagorea, *τὰ Ἀναξαγόρεια, quae docuit Anaxagoras.* PLIN. nat. 1 index ad 2, 149 Anaxagorea de his. **Anaxagorastēs** NOT. Tir. 115, 3 (Anaxatorastis *codd.*). *Schmitz confert Πυρρωνιαστάς et* (*Beitr. z. lat. Spr. p. 286*) *Πυθαγοριστής.*

Anaxander, -drī *m.*, *Ἀνάξανδρος, pictor.* PLIN. nat. 35, 146. (*apud* SEN. nat. 2, 19 anaxandros *codices male pro* Anaxagoras.) **Anaxandridēs,** -is *m. Ἀναξανδρίδης, poeta comicus.* MACR. sat. 5, 21, 8.

[**Anaxanon,** -tis *m.*] VIT. PATR. 10 (Migne 74 p. 140) abbatem Anaxanontem (*an* Auxanontem, *Αὐξάνοντα?*).

Anaxarchus, -ī *m.*, *Ἀνάξαρχος, Abderites philosophus.* CIC. Tusc. 2, 52 de Anaxarcho Democritio. nat. deor. 3, 82 Anaxarchum Democriteum. Ov. Ib. 571 VAL. MAX. 3, 3 ext. 4. 8, 14 ext. 2 PLIN. nat. 7, 87 TERT. apol. 50 IVST. 12, 13, 5.

Anaxaretē, -ae *f.*, *Ἀναξαρέτη, virgo Cypria.* Ov. met. 14, 750 sonus . . . ad aures venit Anaxaretae. 699 viderat . . . Anaxareten. 718 vincis, Anaxarete.

Anaxatīnī *v.* Anxa.

Anaxēnōr, -is *m.*, *Ἀναξήνωρ, nom. serv.* CORP. VI 29469 C. Voltilius C. l. Anaxenor. 19120 M. Vergilio Anaxenori.

Anaxibius, -ī *m.*, *Ἀναξίβιος, dux Lacedaemoniorum.* FRONTIN. strat. 1, 4, 7. 2, 5, 42. **Anaxibia,** -ae *f.*, *Ἀναξιβία. Biantis filia*: HYG. fab. p. 48 Anaxibiae (*genetivo*). *soror Menelai*: DICT. 1, 1. Anaxibie: HYG. fab. p. 57 Anaxibies Biantis filiae.

Anaxilāus, -ī *m.*, *Ἀναξίλαος. Messenius, Rheginorum tyrannus*: IVST. 4, 2, 4 MACR. sat. 1, 11, 29. *Larissaeus, philosophus*: PLIN. nat. 19, 20. 25, 154 *al.* PS. CYPR. rebapt. 16 IREN. 1, 13, 1 HIER. chron. a. Abr. 1989.

Anaxilidēs, -is *m.*, *Ἀναξιλίδης.* HIER. adv. Iovian. 1, 41 Anaxilides in secundo libro philosophiae.

Anaximander, -drī *m.*, *Ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus.* CIC. div. 1, 112 ab Anaximandro physico. ac. 2, 118 nat. deor. 1, 25. MELA 1, 86 Anaximandri physici. PLIN. nat. 2, 191 Anaximandro Milesio physico. 7, 204. 18, 213 *al.* APVL. flor. p. 59 AVG. civ. 8, 2. 18, 25. 37 *al.* Anaximandrus SEN. nat. 2, 18.

Anaximenēs, -is *m.*, *Ἀναξιμένης, Milesius philosophus, Lampsacenus rhetor. accusativo* Anaximenen VAL. MAX. 7, 3 ext. 4 AVG. civ. 8, 2, Anaximenem AVG. civ. 18, 37. CIC. ac. 2, 118 nat. deor. 1, 26 VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 SEN. nat. 2, 17. 6, 10, 1 PLIN. nat. 2, 187 QVINT. inst. 3, 4, 9 TERT. anim. 9 SIDON. carm. 2, 176 AVG. civ. 8, 2 *al.* **Anaximenē,** -ēs *f.* SERV. Dan. Aen. 2, 341 *Coroebus* filius Mygdonis et Anaximenes.

Anaxipolis *m.*, *Ἀναξίπολις, Thasius.* VARRO rust. 1, 1, 8 Anaxipolis Thasius. PLIN. nat. 1 ind. ad 8. 10. 14. 15. 17. 18 ex . . . Anaxipoli Thasio.

Anaxippē, *Ἀναξίππη, cogn. mul.* CORP. VI 25207 d. m. Pul(laienae *sim.*) Anaxippe dulcissime . . . .

Anaxum, -ī *n. fluv. Venetiae.* PLIN. nat. 3, 126 Anaxum quo Varamus defluit. *Otto.*

anaxyris, *ἀναξυρίς, herba.* DIOSCOR. 2, 96 quartum genus lapathi quem multi zandam dicunt aut anasaridam. *V.*

Anazarbus, -ī, *Ἀνάζαρβος, opp. Ciliciae.* Nazarbus VIT. PATR. 10, 41 (Migne 74 p. 140). AMM. 14, 8, 3 Anazarbus auctoris vocabulum referens. ITIN. Anton. p. 211, 5 a Caesarea Anazarbo (*ablat.*). 212, 4 Anazarbo (*ablat.*). TAB. Peut. 10, 4 Anazarbo (*ablat.*). CORP. VI 2385 b, 5 (*a. 209*) Anazarbo (*ablat.*). ACT. Tarachi . . . (Ruinart 1731) 7 in Anazarbo civitate. *incola* **Anazarbēnus:** PLIN. nat. 5, 93 Anazarbeni qui nunc Caesarea. *Otto.*

anazetesis, *ἀναζήτησις, herba.* PS. APVL. herb. 60 *v. sub* anachylis. *V.*

Anbusulus, -ī *m. nom. celticum* (*?*). CORP. III 4854 (*Noricum*) Bonis Anbusuli f(ilia). *Holder, altc. Sprachsch. confert* Ambudsuilus (CORP. III 4724). *Otto.*

Anbivius *v.* Ambivius.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ancaesa *n. plur.* [*cps. ex* ambi- *et* caesus, *cf. c.* ancisus. *Th.*] PAVL. FEST. 20 ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa, quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt. *v.* ancido. *v. Mess.*

Ancaeus, -ī *m. nom. graec. Ἀγκαῖος ex fabulis notum.* OV. met. 8, 315. 401. 407. 519 GRATT. 67 SEN. Med. 643 PLIN. nat. 35, 138 VAL. FL. 1, 191. 377. 410 *al.* STAT. Theb. 5, 399 HYG. fab. p. 14 *al.* *hinc* Ancaeus *nomen servile*: CORP. X 1693 (*Puteolis*) Ancaeus Hilarionis tonsor. *Otto.*

ancalē, -ae *f.*, *ἀγκάλη*. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 3 *et* 25 ancalen. 5, 1, 23 ex talo atque ancala. *V.*

Ancalites *plur. gens Britannica.* CAES. Gall. 5, 21, 1 Segontiaci Ancalites Briboci. *Otto.*

Ancara. STEPH. BYZ. *Ἄγκαρα πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Ἀγκαράτης, ὡς Πολύβιος ὀγδόῃ* (*Ἄκαρα habet* STRABO 5, 216, *sed fortasse emendandum est*). *huc potest pertinere* HIL. frg. III 29 Florentinus episcopus ab Ancara.

ancarius *v.* angarius. **Ancarius** *v.* Ancus.

Ancarsius, -ī *nom. gent.* CORP. X 906 (*Pompeis*) Commodus Stron(i), Menophil(us) Ancars(i), Felix Helv(i). *an cognatum cum* Ancarius?

Ancasta, -ae *f. nom. divinum Britannicum.* CORP. VII 4 deae Ancastae Geminus Manti v. s. l. m. *Otto.*

ancentum *herba.* DIOSCOR. cod. Vind. p. 299, 183 *ἀγκεντουμ i. q. σίκυος ἄγριος.* *V.*

ancentus, -ūs *m. vulgariter pro* incentus. CARM. epigr. 1319, 6 tibicinis cantu modulans alterna vocando Martios ancentu stimulans gladiantes in arma vocavi. *v. Mess.*

anceps (ancipes), ancipitis *adi.* [*cps. ex* ambi- *et* caput. *Th.*] *floruit per totam Latinitatem, inprimis post Vergilium apud poetas et historicos.* anceps *de capitibus in diversum spectantibus,* biceps *generatim de duobus.* ancipes [*pristina forma nominativi, pro qua* anceps *ad exemplum vocum* princeps manceps *sim. formatum esse videtur. Th.*] PLAVT. Rud. 1158; *cf.* CHAR. gramm. I 88, 12. 120, 14. 144, 15 PRISC. gramm. II 325, 6 ANECD. Helv. gramm. 122 (*cf.* praecipes). GLOSS. anticeps. PRISC. gramm. II 29, 19 anceps pro amceps. PRISC. gramm. II 341, 12 ab ancipite vel ancipiti. (ancipite GLOSS. *bis, praeterea nusquam, ut videtur; cf. Neue-Wagener I³ 72 sq.*) LIV. 5, 1, 8 ancipitia; *passim (Neue-Wagener II³ 121). genetivus pl. exemplo eget, item comparatio (N.-W. II³ 252), licet significationes III sqq. eam admissurae sint.* PRISC. gramm. II 30, 21 *ex Varrone*: (aggulus *al.*) in eiusmodi Graeci et Accius noster bina g scribunt, alii n et g, similiter agceps agcora, *cf.* MAR. VICT. gramm. VI 19, 11.

I *cui caput vel pars praecipua duplex est.* GLOSS. *δικέφαλος. Ianus*: OV. fast. 1, 95 sacer ancipiti mirandus imagine Ianus bina ... obtulit ora (met. 14, 334 *lege* Ausonio ... Iano). SIDON. carm. 7, 11 necte bifrontes, anceps Iane, comas; *cf.* ARN. gent. 6, 25 fronte Ianus ancipiti. *bipennis*: PAVL. FEST. p. 19 anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat ut secures bipennes (sed magis a capiendo quod ex utraque parte aeque captatur appellatum est). NON. 245 anceps acutum ex utraque parte. PLAVT. Men. 858 securim capiam ancipitem (OV. met. 8, 397). Rud. 1158 altrinsecust securicula ancipes. LVCIL. 751 vecte atque ancipiti ferro effringam cardines, *vide* 750. LVCR. 6, 168 (ungipiti *codd.*) CAT. 64, 369. *gladius*: GLOSS. ancipitis (anceps bis? *Goetz,* ancipes: bis?) acutus aut gladium qui in medio habet manubrium; gladii bis acuti; ancipite gladio ex utraque parte acuto aut duplici. VERG. Aen. 7, 525 nec iam ... stipitibus duris agitur sudibusve praeustis, sed ferro ancipiti (*i. ξίφει ἀμφιτόμῳ*) decernunt ... horrescit strictis seges ensibus aeraque fulgent. APVL. met. 5, 20. 8, 27 (5, 26 novacula). anceps gladius: VVLG. iud. 3, 16 psalm. 149, 6 Hebr. 4, 12 (= *δίστομος*; *cf.* GLOSS. anticeps); *praeter hos locos vox in* VVLG. *omnino non legitur.* PRVD. cath. 6, 85. SIDON. carm. 5, 418 ensis. *translate*: SEN. dial. 3, 17, 2 *natura* hoc dedit telum (*sc. rationem*) firmum perpetuum obsequens nec anceps nec quod in dominum remitti posset. *aliae res*: PERS. 4, 11 scis iustum gemina suspendere lance ancipitis librae. OV. met. 12, 337 Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis (*i. ab utraque parte praecipiti; v. Haupt ad h. l.*). MART. 7, 93, 1 Narnia ... ancipiti vix adeunda iugo. *aliter* RVT. NAM. 1, 316 mons Argentarius ... ancipiti ... iugo (*δίλοφος*). STAT. Theb. 3, 2 nocte sub ancipiti (SCHOL. vel propter noctem ancipitem, cum ipse anceps esset vel ancipiti media *hoc, puto, rectius*). COLVM. 5, 10, 13 ternas nuces in trigonum statuito ... et anceps (*i. acies, v. Schneider comm. p. 292*) ad Favonium spectet. LIV. 30, 33, 15 *elephanti* ancipites ad ictus.

II *duplex, geminus.* NON. 245 duplex. GLOSS. ancipiti: duplici; anceps: utrumque. PLAVT. Poen. 25 vitent ancipiti infortunio ne et hic varientur virgis et loris domi. VARRO ling. 5, 30 de Tiberis nomine anceps historia: nam et suum Etruria et Latium suum esse credit; *idem ap. Non.* 245 Caesar ne ... ancipiti urgueretur bello (LIV. 44, 20, 5). CIC. Manil. 9 ancipiti contentione (*in Hispania et in Ponto*) districti; *cf.* LVCR. 6, 377. *de proelia duplici acie signisque in diversum inlatis facto*: CAES. Gall. 1, 26, 1 Romani conversa signa bipertito intulerunt ... ita ancipiti proelio pugnatum est. 7, 76, 5. civ. 3, 63, 3 duplicem fecerat vallum ... si ancipiti proelio dimicaretur. LIV. 5, 8, 8. 5, 13, 9 adversus tres exercitus. 9, 21, 4 dimicatio. CVRT. 3, 7, 9 acies. TAC. ann. 6, 35 pugna. *aliter de dubii eventus proelio, v. sub III.* LVCR. 6, 596 ancipiti trepidant ... terrore ... tecta superne timent, metuunt inferne cavernas. CAES. civ. 3, 72, 2 ancipitem terrorem intra extraque munitiones. LIV. 3, 70, 4 *al.* ancipiti terrore. LVCR. 2, 520 finita distant ratione creata (*sc. a summo calore et frigore*), ancipiti quoniam mucroni utrimque notantur, hinc flammis illinc rigidis infesta pruinis. LIV. 26, 46, 1 ad ancipitis utrimque ictus subiectos (*Romanos*). 30, 33, 3 qua inruerent in ancipitia tela. SALL. Cat. 29, 1 ancipiti malo permotus, quod neque ... poterat neque ... habebat; *cf.* Iug. 67, 2 LIV. 3, 28, 9 CVRT. 4, 15, 9 *al.* TAC. Agr. 26 DICT. 2, 12. LIV. 35, 27, 8 ex ancipiti peste. SALL. Iug. 38, 4 vis ... hostium, caelum ... obscuratum, periculum anceps. NEP. Them. 3, 3 HEGES. 5, 35, 2. CIC. de orat. 3, 59 ancipitem ... faciendi dicendique sapientiam. VERG. Aen. 3, 47 ancipiti mentem formidine pressus (*sanguinis et vocis*). LIV. 2, 24, 2 ancipiti metu et ab cive et ab hoste; *cf.* 6, 33, 12 anceps hostis et a fronte et a tergo. 26, 46, 5 (*pleonast.*) utrimque ancipitem hostem habebant. LIV. 34, 12, 1 anceps cura. TAC. ann. 24. PERS. 5, 156 subeas alternus oportet ancipiti obsequio dominos, alternus oberres. anceps causa: *v. sub IV.* CIC. nat. deor. 1, 103 (*de amphibiis*) bestiae quasi ancipites in utraque sede viventes. LIV. 5, 1, 9 ancipitia munimenta ... alia in urbem versa, aliis frons in Etruriam spectans. iugum *v. 23, 67* anceps via *i. quae in duas finditur*: CIC. rep. 6, 12 eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam, *cf.* de orat. 3, 145 illorum ancipites vias rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi. SEN. Oed. 779 error ancipitis viae (MELA 1, 56 *sub V*).

III *quod in utramque partem plus minus movetur; nutans, fluctuans, aequilibrium quaerens*: **1** *proprie*: *de proeliis:* CATO (?) ap. Gell. 3, 7, 15 proelium diu anceps. tandem superat multitudo. CIC. rep. 2, 13 proelii certamen varium atque anceps. *deest ap.* CAES., *hoc quidem sensu, cf. 23, 80 et* civ. 3, 112, 7 aequo proelio. VERG. Aen. 10, 358 non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit; anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra (*v.* NON. 245); LIV. 8, 38, 10. LIV. 7, 25, 4 ut ancipiti proelio decertarint dubiique discesserint ... victos se an victores putarent. 7, 29, 2 ancipiti Marte. 21, 1, 2 *cf.* FLOR. 4, 2, 75. STAT. Theb. 9, 566 anceps dura belli vice mutua Grais Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors. TAC. hist. 3, 22 proelium ... varium anceps atrox; his, rursus illis exitiabile. VERG. Aen. 10, 303 (*navis*) inflicta vadi dorso dum pendet iniquo, anceps sustentata diu. IVV. 14, 272 hic (*petaurista*) ... ancipiti (*i. neutro inclinante*) figens vestigia planta. VAL. FL. 4, 306 (*Pollux Amycum*) turbatque premitque ancipitem (*i. titubantem*). SOL. 27, 18 ancipiti recessu (*i. interdum subsistentes*) dissimulant timorem *leones.* LVCAN. 5, 172 (*de Pythia bacchabunda*) per inania templi ancipiti cervice rotat (SCHOL. Web. BC instabili). SIL. 15, 27 (*de Voluptate*) lasciva ... crebras ancipiti motu iaciebant lumina flammas. STAT. Theb. 9, 117 mater (*vacca iuvencum protegens*) ancipiti circumfert cornua gyro. MELA 2, 115 *fretum Siculum* angustum et anceps alterno cursu modo in Tuscum modo in Ionium pelagus perfluit. VAL. FL. 4, 576 pontus. **2** *translate de animis hominum*: CIC. epist. 12, 10, 3 anceps cura propter incertos exitus proeliorum. LIV. 1, 28, 9 animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem. CVRT. 3, 8, 3 ancipitem fidem et mercede venalem. LIV. 24, 45, 2 ancipitis animi communis hostis. CVRT. 5, 12, 2 ancipitem hostem (LVCAN. 9, 46). SEN. Med. 939 anceps aestus incertam rapit. QVINT. 10, 7, 33 anceps inter utrumque animus aestuat. ARN. 2, 31 medietas quaedam et animarum anceps ambiguaque natura. LIV. 26, 5, 11 in ancipiti spe ac periculo, *cf.* 26, 37, 1. 30, 32, 4. 33, 15, 10. SEN. Oed. 847 dubitat anceps memoria. PETR. 89 vers. 1 maestos inter ancipites metus Phrygas (STAT. silv. 5, 1, 66). VAL. FL. 3, 74 pavor. SIL. 3, 557 timor. AMM. 20, 4, 9 ancipiti sententia fluctuans. **3** *de hominibus*: ISID. orig. 10, 11 anceps est huc illucque fluctuans ac dubius an illud capiat et in quam partem declinet anxius. SALL. hist. 4, 9 qua nocte ipse fiebat anceps (*Mithridates?*). VERG. Aen. 5, 654 matres primo ancipites oculisque malignis ambiguae ... inter amorem et ... regna. HOR. sat. 2, 1, 34 sequor hunc, Lucanus an Apulus, anceps (*mascul. puto, quamquam Porph.* non: ego dubius sum, sed: incertum est). LVCAN. 9, 582 sortilegis egeant dubii semperque futuris casibus ancipites (VAL. FL. 5, 308). FRONTO p. 114 N. Clitomachus (*scepticus*) anceps in dubium vocare omnia. ARN. 2, 7 homo ... anceps varius mobilis. SIL. 5, 572 ancipites superi. LVCAN. 2, 448 urbes Latii dubiae varioque favore ancipites (1, 266 VAL. FL. 3, 46). STAT. Theb. 11, 102 vulgus. METR. p. 142, 20 H. ne quis anceps et ambigens medelarum auxilia ... vituperet.

IV *incertus, ambiguus.* GLOSS. dubius, incertus, irritus, *ἀμφίβολος.* ancipiti: *ἀμφιβληθέντος (?).* RHET. Her. 4, 67 verborum ancipites aut multiplices potestates. *anceps causa*: CIC. inv. 1, 19 genera causarum quinque sunt: honestum admirabile humile anceps obscurum (*cf.* RHET. Her. 1, 3 genera ... quattuor: honestum turpe dubium humile). *ib.* 1, 20 anceps (*genus causae*) in quo aut iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudinis particeps. FAB. VICTOR. rhet. 196, 22 CASSIOD. rhet. 497, 31 ISID. rhet. 510, 33 ALBIN. 535, 22. GRILL. rhet. 601, 3 anceps genus causae est, ubi iudex dubitat quid primum iudicet, sicut in Cluentiana ... item ... ubi et honestas benivolos facit iudices et crimen infensos, sicut in Scauriana. QVINT. 4, 1, 40 *de generibus causarum*: dubium vel anceps ... id est ... *ἀμφίδοξον* (CHIR. rhet.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

109, 5 SVLP. VICT. 317, 7). CIC. de orat. 2, 186 in ancipiti causa et gravi. 2, 125 locus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam novus. *cf. ibid.* 3, 107 alii (*loci habent*) ancipites disputationes, in quibus ... in utramque partem disseri licet. HOR. sat. 2, 5, 34 ius anceps. LIV. 5, 27, 7 disceptatio. CVRT. 7, 1, 32 crimen. CIC. epist. 5, 12, 5 viri excellentis ancipites variique casus (VAL. MAX. 6, 2, 1). LIV. 4, 27, 6 rem in casum ancipitis eventus committunt (VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 LVCAN. 5, 67). PLIN. nat. 17, 236 ancipiti eventu quando ... innati ... adimunt, augent, si .... 23, 31 ancipiti eventu potum (*vinum*) auxilium fit aut nocet (24, 75. 25, 16). VERG. Aen. 4, 603 anceps pugnae fuerat fortuna. VELL. 2, 79, 3 dubia et ancipiti fortuna. LVCAN. 4, 390 fortuna successibus anceps. STAT. Theb. 6, 474 SVET. Caes. 36 *al.* SEN. Phoen. 629 fortuna belli semper ancipiti in loco est. AVSON. 191 ancipitem palmam Quintilianus habet (*cf.* GLOSS. *ἀμφισβητητόν, ἀμφήριστον*). LIV. 8, 12, 12 responsum. 9, 3, 8 oraculum. 21, 3, 4 sententia. CVRT. 6, 11, 21 coniectura. 9, 9, 2 anceps et caeca aestimatio. *ap. grammaticos*: GELL. 12, 9, 2 haec (*sc. verba ut tempestas, valitudo, similia*) ... ancipitia esse et utroqueversus dici posse. 7, 16, 5 'de' praepositio quoniam et anceps in uno eodemque verbo (*sc. deprecor*) duum significatum capit. TERT. pudic. 7. PRISC. gramm. II 9, 30 vocales apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidae, hoc est, quae facile modo produci modo corripi possunt. 10, 4 sunt similiter ancipites vel liquidae consonantes ut l r quae modo longam modo brevem ... faciunt syllabam. [syllaba anceps *nusquam nisi* ANECD. Helv. gramm. praef. XXXIII syllabae ... dichronae id est ancipites.]

V *dubius in malam partem*: **1** *fallax*: GLOSS. dubiam et dolosam. VERG. Aen. 5, 589 fertur Labyrinthus ... ancipitem ... mille viis habuisse dolum (MELA 1, 56). LVCAN. 8, 283 hinc anceps dubii terret sollertia Mauri. LAVS Pis. 201 ancipites subit ille moras similisque ligato obligat ipse duos. APVL. met. 4, 15 ancipitis machinae aleam. GELL. 5, 10, 11 captio. **2** *periculosus vel perniciosus*: CIC. orat. 98 non extimescet ancipites (-tis *L*) dicendi incertosque casus. off. 1, 83 periculosas curationes et ancipites. OV. met. 14, 438 ancipites vias ... et saevi ... pericula ponti. trist. 3, 4, 69 versibus in nostris nomina vestra legi ... quoniam est anceps, nulli causa timoris ero. Pont. 3, 6, 60 (*opp.* tutus). LIV. 6, 22, 3 oppugnatione tribuni abstinuere quia anceps erat. 21, 35, 5. 27, 20, 2. VELL. 2, 2, 3 praeruptum atque anceps periculum (TAC. ann. 4, 59). 2, 125, 4 ancipitia maluit quam perniciosa. CELS. 2, 10 p. 53 D. satius ... anceps auxilium ... quam nullum. VAL. MAX. 9, 15 pr. uni anceps temeritas. SEN. benef. 4, 22, 3 *natura* si tantum bonum miserum et anceps et sterile fecisset. epist. 22, 8 gravia incerta ancipitia (*opp.* tutum). SCRIBON. 84 medici ... neglegentes in ancipiti casu hominum. PLIN. nat. 4, 10 navium ambitus. 7, 49 morbi (TAC. ann. 14, 22 SVET. Aug. 59). 22, 97 cibus (*sc. fungi*). IVV. 5, 146 vilibus ancipites fungi ponentur amicis (SCHOL. mortiferi venenosi). TAC. hist. 1, 5 Galbae vox ipsi anceps. AMM. 16, 12, 9 cautiorem viam eligamus, non praeproperam et ancipitem. ***structurae***: *c. dat.* (= *periculosus*): VAL. MAX. 9, 15 pr. PLIN. nat. 23, 20 TAC. hist. 1, 5. *c. gen.* (= *dubius, inops*): SVLP. SEV. chron. 2, 13, 5 (*Esther*) anceps consilii; *cf.* PRISC. gramm. III 217, 26 anceps illius rei. *c.* ad (= *patens*): LIV. 30, 33, 15. *c.* inter (= *nutans*): HOR. sat. 2, 1, 34. AMM. 29, 1, 19 anceps quid statui debeat.

anceps *quasi subst. neutr.: discrimen, periculum, haesitatio.* **1** *sing.*: SEN. Herc. f. 1307 causam tuam ... in arto stare et ancipiti scias (*cf.* Phoen. 629 fortuna belli semper ancipiti in loco est). dial. 9, 10, 6 TAC. ann. 1, 36 ARN. 2, 61 HILARIAN. chron. 2 DAR. 27 AMM. 26, 9, 7. QVINT. inst. 8, 2, 21 ingeniosa et fortia et ex ancipiti diserta. TAC. ann. 4, 73 dubia suorum re in anceps tractus. PAVL. NOL. carm. 20, 326. SOL. 71, 3 ne quid haereat sub ancipiti. **2** *plur.*: SEN. epist. 16, 3 (*philosophia*) per ancipitia fluctuantium derigit cursum. TAC. Germ. 14 inter ancipitia clarescunt. hist. 3, 40 ann. 11, 26. (*sine praep.*) TAC. hist. 2, 86 pro certis ... ambigua ancipitia malebat. ann. 14, 22 nova et ancipitia. SOL. 23, 19 omisso ancipiti quaestionum. *synonyma*: *ad I*: bifrons. *ad II*: alternus, duplex. *ad III*: aequus, alternus, ambigens, ambiguus, anxius, dubius, fluctuans, mobilis, mutuus, varius. *ad IV*: dubius, varius. *ad V*: dubius, incertus, miser, periculosus (periculum, timor), perniciosus. *opposita*: *ad V*: cautus, certus, tutus. *compositum*: peranceps. *Hey.*

Ancetolus, -ī *m. nom. originis externae.* CORP. II 2601 (*Hispania Tarrac.*) Ancetolu⟨s⟩.

Ancharius, Ancharenus *sim. v.* Ancus.

Anchemolus, -ī *m. cf. Ἀγχίμολος, Ἀγχέμαχος. filius Rhoeti Marrubiorum regis.* VERG. Aen. 10, 388 Anchemolum thalamos ausum incestare novercae. *vide* SERV. *ad h. l.*

Anchialē, -ēs *f., Ἀγχιάλη, opp. Ciliciae.* PLIN. nat. 5, 91 Anchiale. CORP. VI 2385 b 5, 18 (*a. 209*) Castra Anciales. Anchiala RAVENN. p. 93, 13. *eadem est* **Anchialīa,** *Ἀγχιάλεια*: AVIEN. orb. terr. 1040 Lyrnessusque dehinc, hic Malus et Anchi⟨a⟩lia (*traditur* Anchilia *et* Anchilla), *ex* DIONYS. orb. descr. 875 *Ἀνρνησσὸς Μαλλός τε καὶ Ἀγχιάλεια Σόλοι τε.* **Anchialē** *f. mater Dactylorum Idaeorum.* VARRO AT. 3 magno Anchiale (*libri* tantale *sim.*) partus adducta dolore, *ex* APOLL. RHOD. 1, 1130. SERV. buc. 1, 65 Oaxen ... Apollinis et Anchiales (*libri* tantilae *sim.*) filium. *mulieris nomen.* CORP. II 380 (*Baetica*) G. K⟨a⟩dius Salvianus et Albania Anchiale. **Anchialus,** -ī *f., ἡ Ἀγχίαλος, opp. Thraciae.* OV. trist. 1, 10, 36 arta sub Anchiali moenia tendat iter. COD. Iust. 5, 51, 11 s(cripta) ... Anchialo. 6, 50, 17 supposita ... Anchiali. *idem* Anchialos *f.* MELA 2, 22 Anchialos. AMM. 22, 8, 43 Anchialos. 31, 5, 16 Anchialos capta. 27, 4, 12 Anchialon (*accusat.*). TREB. Claud. 12, 4 barbari ... Ancialon (ancialo *codd.*) vastare conati sunt. *idem* Anchialum PLIN. nat. 4, 45. *idem* Anchiali, -orum. IORD. Get. 108 mari vicinam Anchialos civitatem. ITIN. Anton. p. 229 Ancialis (*ablat.*), *item* TAB. Peut. 8, 4. RAVENN. p. 181 Anchialis. p. 371 civitas Achialis. *idem opp. videtur intellegi apud* HIL. hist. frg. III 29 Timotheus episcopus ab Anchilo. **Anchialitānus,** -a, -um *adi.* CORP. III 405 (*Asia*) in vexillation(e) eq(uitum) Dal(matarum) comit(atensi) Ancialitana. IORD. Get. 109 Anchialitanae civitatis (*est Anchialus Thraciae*). **Ancialus,** -ī *nom. vir. graecum.* LIV. ANDR. trag. 21 obsecro te, Ancíale. Anchialus, -ī *nom. serv.* CORP. XII (*in tessera a. u. 691*) Anchial(us) Sirti L(uci) s(ervos). V 2675 (*Ateste*) Sex. Qusoni (*mulieris*) l. Anciali Primus l. posit. CIC. epist. 13, 23, 1 libertus eius (*L. Cossini*) L. Cossinius Anchialus. 13, 45 Anchialum servum *L. Egnati.* div. 2, 88 Anchialum et Cassandrum, summos astrologos illius aetatis, qua erat ipse (*Panaetius*). MART. 11, 94, 8 CORP. VI 9288. 11622 *al.* IX 3754. X 4730. V 193 (*Polae*) M. Liburnius M. l. Anchialu⟨s⟩.

Anchīsēs *m., Ἀγχίσης, Aeneae pater.* Agchises *vetustissimi auctores secundum* PRISC. gramm. II p. 30, 14. QVINT. inst. 1, 5, 61 quod ab antiquorum plerisque Aenea ut Anchisa sit dictus. CHARIS. gramm. I p. 20 hic Anchisa et hic Anchises. et si quidem erit nominativus hic Anchisa, declinatur ut hic poeta. si vero hic Anchises habuerit nominativum ... huic Anchise, hunc Anchisen, o Anchise, ab hoc Anchise, ut tantum modo genetivum singularem supra scriptis nominibus (*ut poeta*) similem habeat. DIOM. gramm. I p. 304. PRISC. gramm. II p. 284 hic Anchises, huius Anchisae, huic Anchisae, nisi divisio fiat in genetivo poetica, qua frequenter veteres Romanorum poetae utuntur: ... Anchisai ... pro ... Anchisae. ANON. Bern. gramm. suppl. p. 97 hic Anchises, huius Anchisae, huic Anchisae, hunc Anchisem vel Anchisen, o Anchisa vel Anchises, ab hoc Anchisa vel Anchise. SERG. expos. Donat., gramm. suppl. p. 147 Anchises, Anchisae, Anchisae, Anchisam, Anchisa, Anchisa ... sed ... invenimus apud auctores hunc Anchisen. Anchisa *nominativus brevi* a ENN. ann. 1, 24 *secundum schol. Veron.* Anchisēs *passim, ut* NAEV. ep. 3 VERG. Aen. 6, 713. 723. 7, 245 *al.* OV. met. 13, 640 *al. genetivo* Anchisae *passim, ut* VERG. Aen. 2, 300. 10, 533 *al.* HOR. carm. saec. 50 OV. met. 9, 425 *al.* LIV. 1, 1, 8 LVCAN. 9, 971 HOMER. 776 AVG. civ. 3, 4, 5. *dativo* Anchisae *passim, ut* VERG. Aen. 9, 664 *al.* SIL. 15, 59. *accusativo* Anchisēn ENN. ann. 1, 23 VERG. Aen. 6, 670 *al.* HOR. carm. 4, 15, 31 DAR. 6. 40 FVLG. Virg. cont. p. 102. Anchisem ACC. inc. fab. III HYG. fab. p. 141. Anchisam HYG. fab. p. 88. *vocativo* Anchisā VERG. Aen. 3, 475. *ablativo* Anchisā VERG. Aen. 5, 244. 424. 6, 322. 331. 7, 152 PORPH. Hor. carm. saec. 50. Anchisē VELL. 2, 41, 1 AVG. civ. 3, 3 LACT. inst. 1, 17, 9. pium Anchisen ENN. ann. 1, 23. pius Anchises OV. met. 13, 640. **Anchīsēus,** -a, -um *adi., Ἀγχίσειος.* VERG. Aen. 5, 761 tumulo ... Anchiseo. **Anchīsiadēs,** *Ἀγχισιάδης, i. Aeneas.* PRISC. gramm. II 66 Anchises ergo Anchisades vel Anchisides debuit facere, fecit autem Anchisiades, quasi ab Anchisios nominativo. ANON. BERN. gramm. suppl. p. 99 omnia nomina patronomica in des desinentia primae sunt declinationis, ut Anchisiades, Anchisiadae. p. 132. *vocativo* Anchisiadē: VERG. Aen. 6, 126 Tros. 348 dux. SIL. 13, 71. Anchisiades (*nominativo*): VERG. Aen. 5, 407. 8, 521 Aeneas. 10, 250 Tros. 820. **Anchises,** -is *nom. vir.* INSCR. christ. Rossi I 593 Anchisi innocenti (*a. 409*). Antiopa, Anchisa *in titulo Galliae Narbon.* CORP. XII 5978. *Ἀγχίση condita in Latio ab Aenea in honorem patris* DION. HAL. ant. 1, 73, 3. *Otto.*

Ancho *v.* Ancona.

anchoma *v.* enchyma.

anchomanes *herba v.* dracontea PS. APVL. herb. 15. *V.*

anchusa, -ae *f., ἄγχουσα, ἔγχουσα, herba* (anchusa tinctoria *L.*). GLOSS. ancusa: flos calcatrippae, lacca. PLIN. nat. 22, 48 anchusae radix in usu est, digitali crassitudine. finditur papyri modo manusque inficit sanguineo colore, praeparat lanas pretiosis coloribus (*dat.*). 13, 7 *et* 10. 21, 85 *et* 99. 22, 50 *et* 51. 27, 58 *et* 110. 28, 151. 32, 85. 37, 48 DIOSCOR. 4, 23 *et* 24 *et* 25 de herb. f. 61 ISID. orig. 17, 9, 69. *de usu medicinali v.* PLIN. nat. 22, 48 THEOD. PRISC. log. 79 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 127. 3, 5, 74 PELAG. 354 CASS. FEL. 49 p. 130 MISC. Tiron. 66, 23 VEG. mul. 5, 70, 4. *v. Wagler, PW. I 2111.* *V.*

[**ancia**] *v.* ancyla.

(**ancīdo**), —, cīsum. [ancisus *cps. ex* ambi- *et* caesus. *Th.*] LVCR. 3, 660 *serpentis corpore disciso* omnia iam sorsum cernes ancisa recenti volnere tortari. ISID. orig. 18, 12, 3 ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte veluti ancisum et rotundum. PRISC. gramm. II 29, 20. *v.* ancaesum. *ital.* ancidere *non idem est.*

ancīle, -is *n.* [ancile *antiqui ab* ambi *et* caedere *derivatum esse putarunt, fortasse recte* (VARRO ling. 7, 43 OV. fast. 3, 377). *Th.*] *graece*: DIONYS. HAL ant. 2, 70, 3 *πέλτη Θρακία.* LYD. de mens. 4, 55 *διοπετῆ ὅπλα* (*cf.* 49). GLOSS. *διιπετὲς ὅπλον, ἀσπιδασκάριον*; ancilia: scuta, arma caelestia. *Habel, PW. I 2112. Baumeister, Denkmäler*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1546. *de abl. in* -e CHAR. gramm. I 61, 4. *gen. plur.*: TAC. hist. 1, 89 ancilium. HOR. carm. 3, 5, 10 anciliorum (*cf.* PROB. gramm. IV 208, 26 *al.*).

PAVL. FEST. 131 Numa Pompilio regnante a caelo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum infimumque eius latius medio pateret, unaque edita vox omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. itaque facta sunt (*a Mamurio*) eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci caeleste posset (*cf.* OV. fast. 3, 259—398 SERV. Aen. 7, 188; *de forma* VARRO ling. 7, 43 PLVTARCH. Num. 13 DIONYS. HAL. ant. 2, 70, 3). OV. fast. 3, 377 idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est, quaque notes oculis, angulus omnis abest. GLOSS. scutum ... breve quidem (quoddam *cod. Bamb.*) et undique rotundum; scutum quadratum. ENN. ann. 127 mensas constituit idemque ⟨ancilia⟩ (*suppl. ex lemm.*) ... libaque fictores Argeos et tutulatos. LVCIL. 281 hinc ancilia, ab hoc apices capidasque repertas, praesul ut amptruet inde, ut vulgus redamptruet inde. VARRO ling. 6, 22 (*de armilustrio*) circumibant ludentes (luentes *Spengel*) ancilibus armati (LIV. 1, 20, 4 OV. fast. 3, 259. 387). LVCAN. 1, 603 Salius laeto (laevo *Jahnke*) portans ancilia collo (IVV. 2, 125). VERG. Aen. 8, 664 lapsa ancilia caelo (LIV. 5, 54, 7 LVCAN. 9, 480). FEST. 270 (*ex lege ant.*) dum verba anci⟨libus movendis praeit⟩. OV. fast. 3, 393 nubere siqua voles ... differ ... condita cum fuerint (*ancilia*), aptius omen erit (*cf.* LIV. 37, 33, 6 TAC. hist. 1, 89 SVET. Otho 8). LIVI per. 68 ancilia cum strepitu mota esse. HOR. carm. 3, 5, 10 anciliorum et nominis et togae oblitus aeternaeque Vestae. LIV. 5, 54, 7 hic Vestae ignes, hic ancilia caelo demissa (*cf.* 5, 52, 7. 6, 41, 9). VAL. MAX. 1, 1, 9 arma ancilia tulit. IVV. 2, 126 clupeis ancilibus. FAST. PHIL. 260 (*Mart. 9*) arm⟨a⟩ anc[h]ilia movent (CHAR. gramm. I 81, 22 SERV. Aen. 8, 285 SCHOL. Hor. carm. 3, 5, 10). *scutum*: VERG. Aen. 7, 188 laevaque ancile gerebat Picus (*inde* NON. 554, *cf.* GLOSS. V 638, 10). GLOSS. V 5, 2 ... unde omnia minora scuta ancilia dicuntur. GLOSS. IV 309, 6 arma caelestia vel virgae aureae (*cf.* GLOSS. ancil). *synonyma*: caelestia arma, arma magnalia (CORP. VI 2158). *v. Mess.*

ancilla, -ae *f.* [*ab* ancula *deminutive. Th.*] PAVL. FEST. 19 ancillae dictae ab Anco Martio rege quod in bello magnum feminarum numerum cepit. sive ideo appellantur, quod antiqui anculare dicebant pro ministrare *cett. v. sub* anculo. GLOSS. *δούλη, κόρη, παιδίσκη, θεραπαινίς, θεράπαινα. vox inde a Livio Andronico usque ad infimam aetatem in usu fuit, scaenicae, satiricae* (LVCIL. VARRO HOR. IVV.), *amatoriae poesi* (CAT. HOR. TIB. OV. MART.) *familiarissima. abhorret ab epico sermone, in quo* famula *praefertur.* ACILA CORP. XIV 4104. ancila (= *ancillae*) XII 1412. ancella †XII 482 (*cf. ital.* ancella). MAR. VICT. gramm. VI 19 anceps ancilla Angitia angustum anquirit ⟨ancora ...⟩ non iudicat (iam dixi Accium non iudicare *Ritschl*) per an, sed more Graecorum per ag solitum scribere.

I *proprie.* *iam a Plauto opponitur dominae, etiam ingenuae; voce* serva *Plautus septies tantum utitur, Terentius nusquam.* LIV. ANDR. trag. 26 ego puerum ... ancillae subdam lactantem meae. PLAVT. Cas. 646 ere mi. :: numquid vis mea me ancilla? Pers. 341 utrum tu pro ancilla me habes an pro filia? Amph. 1048 ubi quemque hominem aspexero, si (sive *libri*) ancillam seu servom sive uxorem sive adulterum. Asin. 183 Aul. 501 Cas. 521. Men. 120 quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, vestem, purpuram bene praebeo. 620. 801. Trin. 799 servos ancillas amove. Merc. 201 matri te ancillam tuae emisse illam. Truc. 530 adduxi ancillas tibi eccas ex Suria duas. TER. Haut. 142 ancillas servos ... omnis abduxi ac vendidi. 300 Eun. 581. Phorm. 511 ancillam aere emptam meo. LVCIL. 874 gerdius, ancillae, pueri, zonarius, textor. CATO (FEST. 234) servi ancillae, si quis eorum sub centone crepuit ... nullum mihi vitium facit. (GELL. 13, 24 (23), 1) neque pretiosus servus neque ancilla. VARRO Men. 146 vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum. CIC. off. 1, 113 (*Vlixes*) contumelias servorum ancillarumque pertulit. *servi ancillaeque saepius coniunguntur.* SALL. Iug. 12, 5 occultans se tugurio mulieris ancillae (*cf.* SERV. Aen. 1, 409). HOR. sat. 1, 2, 62 quid inter est in matrona, ancilla peccesve togata? carm. 2, 4, 1. epist. 1, 18, 72 non ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve. TIB. 1, 2, 93 OV. ars 2, 251 am. 1, 8, 87. 2, 8, 11 Thessalus ancillae facie Briseidos arsit, serva Mycenaeo Phoebas amata duci. LIV. 3, 44, 10 dominum sequi ancillam aequum esse. 39, 10, 5. FEST. 257 quamvis sint qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent (*nomen Quintipor*). SEN. contr. 1, 2, 3. 7. VAL. MAX. 6, 7, 3 cum duabus ancillis totidemque servis. PETR. 126 quod ancilla haberet matronae supercilium et matrona ancillae humilitatem. MART. 3, 33, 1 ingenuam malo, sed si tamen illa negetur, libertina mihi proxima condicio est; extremo est ancilla loco. 6, 11, 6 vendidit ancillam, nunc redimit dominam. QVINT. inst. 5, 11, 34. decl. 385 p. 430 adulescens cum amaret ancillam meretricem. 301 p. 190 amare aliquam ancillam, deperire aliquam ministrarum. IVV. 6, 119. 8, 259 ancilla natus (*Servius Tullius*). TAC. dial. 29 Germ. 20 ann. 14, 62, 63 SVET. Vesp. 11. PLIN. epist. Trai. 96, 8 necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae (*hetaeriarum christianarum*) dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. GAIVS inst. 82 ex ancilla et libero ... servus nascitur. APVL. met. 5, 9 nos (*Psyches sorores*) ... maritis advenis ancillae deditae. 5, 10 sciet (*Psyche*) se non ancillas, sed sorores habere maiores. TERT. anim. 47 SPART. Hadr. 18, 8 HIER. epist. 69, 5. 130, 18 VVLG. exod. 21, 32 levit. 25, 44 LEX Burg. 33, 1. *saepissime apud ecclesiasticos scriptores dei vel Christi ancillae dicuntur feminae fideles*: HIER. epist. 22, 24. 53, 8 servos dei et ancillas. VVLG. I reg. 1, 11 nec oblitus ancillae tuae dederisque servae tuae sexum virilem. Luc. 1, 33 ancilla domini. AVG. civ. 17, 4 de quibus ancillae Hierusalem, hoc est, ingratae vineae, comminatus est.

II *translate:* *de viris*: SALL. or. Lep. 51 Fufidius ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum. TREB. Claud. 5, 4 Gallus Antipater ancilla honorum et historicorum dehonestamentum. *de rebus*: SEN. dial. 7, 13, 5 virtutem ... excelsissimam omnium (dominam *Gertz*) voluptati tradere ancillam. PS. SEN. monit. 107 pecunia, si uti scias, ancilla est, si uti nescias, domina. PLIN. nat. 2, 155 (*terra*) mitis indulgens ususque mortalium semper ancilla. HIL. psalm. 14, 6 sit ... ei ... non ... pecuniae vita ancilla. AVG. c. Iul. 4, 3, 21 quales virtutes Epicurus inducit voluptatis ancillas. EVGIPP. 3, 2 cupiditatis te praebes ancillam. MART. 14, 40 ancillam tibi (*candelae*) sors dedit lucernae, totas quae vigil exigit tenebras. *syn.* serva *5. 27, 71.* ministra *27, 78. cf. 27, 81. opp.* matrona *27, 65.* *derivata*: ancillula, ancillariolus, ancillaris, ancillarius, ancillatus, ancillo, exancillo, ancillor. *Klotz.*

***?* Ancilla,** -ae *f. nom. mul.* CORP. VIII 8460 (*Sitifi, a. 246*) Arrenia Ancil(la) (*an* Ancillu?) *uxor Q. Munati Vrbani sacerdotis. nomen non videtur esse in titulo* CORP. I 1479 = II 3495. *Otto.*

ancillāriolus, -ī. SEN. benef. 1, 9, 4 si quis nulla se amica fecit insignem nec alienae uxori annuum praestat, hunc matronae humilem et sordidae libidinis et ancillariolum vocant. MART. 12, 58, 1 ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa lecticariola est: estis, Alauda, pares.

ancillāris, -e, *quod ad ancillam spectat eiusve proprium est.* CIC. Tusc. 5, 58 ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris. CIRIS 443 men inter matres ancillarisque (-ique *codd.*) maritas, men alias inter famularum munere fungi. AVG. c. Faust. 22, 31 *Sarra* naturali ordine filios volens seque sterilem sciens ancillaris uteri fecunditatem in usum iuris sui ... vindicavit. *translate*: AMM. 16, 2, 2 ancillari adulatione posthabita. 26, 6, 16 ancillari adulatione adlocutus.

ancillārius GLOSS. *ἐργόμωκος, δουλοπρεπής* II 17, 18. III 493, 73. 519, 68. *contra* III 334, 50 *ἐριστικός* (*ἐρωτικός?*). *v. Funck, Archiv 8 (1893) 370.*

ancillātus, -ūs *m.* ARNOB. nat. 7, 13 ut si quisquam viso potentissimi nominis atque auctoritatis viro via decedat, adsurgat, caput revelet vehiculoque desiliat, tum deinde salutet adclinis, ancillatumque (-atrum *P, sed* t *eras.*) servuli pavibundis trepidationibus imitatus.

ancillo *aliquid ancillam facio, subigo, non nisi translate.* PS. CYPR. singul. cler. 30 clerici ... mulierum nexibus ancillatam [vel compeditam] recusare non valent caritatem. 40 *virginitas* se sola contenta cupidinem domat mentemque castificat, concupiscentiam subigit, desideria ardoris extinguit, artus debilitat, corpus ancillat et ita carnalia cruci figit. *derivatum*: exancillo.

ancillor, -ātus sum, -ārī, *ancillam ago, servio, adulor.* NON. 71 ancillantur pro serviunt. DIOM. gramm. I 313 ancillor amico, adulor amicae. CHAR. gramm. I 294 ancillor magistro, adsentio domino. GLOSS. *ἐργομωκεύω, κολακεύω*; famulatur, prosequitur, adulatur; *θηλεύεσθαι* (*var. θηλύνεσθαι*), *παλλακεύεσθαι*, humiliter servire. *proprie*: TITIN. com. 73 dotibus deleniti ultro etiam uxoribus ancillantur. ACC. trag. 442 quam invita ancillans, dicto oboediens viri. PS. SALL. in Tull. 7 quem amicum, quem inimicum habes? cui in civitate insidias fecisti, ancillaris. PS. CIC. in Sall. 11 non uni privatim ancillatus sum. AMBR. exam. 6, 9, 57 ministerium suum exhibent, parent ut principi, ancillantur ut domino. *translate*: PLIN. nat. 2, 213 nec umquam eodem tempore quo pridie, reflui (*aestus maris*) ut ancillantes siderum avido (*i. lunae*) trahentique secum haustu maria. APVL. Plat. 1, 13 cetera ... membra ancillari et subserviri capiti. PACAT. pan. 2 tristis illa facundiae ancillantis necessitas. AVG. Iob 1, 19 adulatores qui recedunt ab eo quod confitetur deo; ipsi enim dicuntur ancillari. *v. Funck, Archiv 4 (1887) 76.* *Klotz.*

Ancillu *f. nom. mul.* CORP. VIII 9142 (*Mauret. Caes.*) Magnia Ancillu et Geminius Nabor. *idem* Anciliu †CORP. VIII 13459. *Otto.*

ancillula, -ae *f. v.* ancilla. GLOSS. *ἐργόμωκος, παιδίσκη, θεραπαινίδιον. per totam fere Latinitatem viguit, maxime vero familiare est nomen comicis, spretum epicis. proprie*: PLAVT. Cas. 193 quin mihi ancillulam ingratiis postulat ... vilico suo se dare. Men. 339 ad portum mittunt servulos ancillulas. Mil. 795 praecipi⟨t⟩o mulieri atque ancillulae, ut simulet se tuam esse uxorem. *al.* TER. Haut. 252 ancillas aurum vestem, quam ego cum una ancillula hic reliqui, unde ⟨ei⟩ esse censes? Phorm. 665 uxori emenda ancillulast; tum [autem] pluscula supellectile opus est. OV. rem. 639 nec veniet servus nec flens ancillula fictum suppliciter dominae nomine dicat 'have'. LIV. 39, 9, 5 scortum nobile, libertina Hispala Fecenia, non digna quaestu, cui ancillula adsuerat. SEN. contr. 7, 6, 8 VAL. MAX. 6, 7, 1. 2 PHAEDR. app. 13, 11. SEN. epist. 47, 17 dabo consularem aniculae (*sic* ς: annicula te *L, om. p*) servientem, dabo ancillula divitem. QVINT. inst. 11, 3, 112 in fabulis iuvenum, senum, militum, matronarum gravior ingressus est, servi ancillulae parasiti piscatores citatius moventur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Apvl. met. 1, 21. 23. Rvt. rhet. 13 vix mediocris ancillulae dignitatem retinet. Ivl. Vict. rhet. 413 cum ancillulis familiaritatem habuisse. Heges. 1, 40, 5. 43, 2. Hier. epist. 6, 11 non servis et ancillulis imperabat. 77, 3 solo stupro et adulterio condemnato passim per lupanaria et ancillulas libido permittitur. 108, 15 tanta se humilitate deiecit, ut ... ipsam esse non crederet, sed ancillularum ultimam. Vvlg. Esth. 15, 10 lassum super ancillulam reclinavit caput. *translate*: Cic. de orat. 1, 236 iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti. fin. 2, 69 iubebat (*Cleanthes*) ... cogitare pictam in tabula Voluptatem ... in solio sedentem, praesto esse Virtutes ut ancillulas. Avg. acad. 3, 10, 23 (*Democritus*) atomos quasi ancillulas suas ... sponte declinare permittit. *Klotz.*

ancipes *v.* anceps.

ancipit *ἀμφιβάλλει* Gloss. II 16, 53, *cf.* 55 ancipiti *ἀμφιβληθέντες.*

ancīsio, -ōnis *f.* Isid. orig. 18, 12, 3 *v. sub* ancido. *V.*

ancīsum *v.* ancaesa.

ancistrum, -ī *n.*, *ἄγκιστρον.* anchistrum Cael. Avr. chron. 5, 1, 19. Priscill. tract. 1 p. 11, 22 tu adduces draconem in ancistro (Vvlg. Iob 40, 20; hamo Itala). Oros. apol. 4, 6. *medicorum instrumentum*: Cael. Avr. chron. 5, 1, 19 Isid. orig. 4, 11, 3 Soran. 2, 33 (hamus Cels. 7, 28). *v. Mess.*

ancita *ἐνδότατα* Gloss. II 17, 5.

Ancites, Ancitialis, Ancitius, Ancitus *v.* Angitia.

ancla, Anclae *v.* antlia.

anclabeo vel **auricabeo** id est lex Longobardorum Gloss. Scal. V 589, 38 *v. Bruckner, Sprache der Langobarden p. 206.* *V.*

anclābris *adi.* [*ab* anculare *derivatum esse videtur. Th.*] Naev. com. 8 = Gloss. II 17, 34 angla *ογες* (anglones *al.*) *τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Νέβιος* (anclabres *Müller*). Pavl. Fest. 11 anclabris mensa ministeriis aptata divinis. vasa quoque in ea, quibus sacerdotes utuntur, anclabria appellantur. 77 anclabris ex qua (ea quae *codd.*) in sacrificando dis anclatur (adclaratur, addatur *codd.*) quod est hauritur ministraturque. *Klotz.*

Anclacae, -ārum *m.* Plin. nat. 6, 21 ad iuga Caucasi ... Anclacas. *v. Mess.*

anclātor Gloss. II 25, 46 (auclator *h. e.* anclator *codd.*) *ὑπηρέτης.* II 567, 5 anciator (anclator *Stowasser*) minister fidelis et occulta sciens. [*Klotz.*

[**anclea**] *v.* antlia.

[**anclena**] *v.* andena.

anclo, -āre ['schöpfe' *a gr. ἀντλεῖν tractum. Th.*] *confusum cum* anculo *in* Gloss. V 491, 39 anclo vel anclor haurio vel haurior, deficio, perficior, exerceor. V 440, 19 haurire aut in aliquo loco [officio merentur] laborare. II 17, 21 ancleat *ἀρύεται.* II 16, 56 anglare *ἀντλῆσαι.* IV 309, 44 antlat exunciat (exanclat *Löwe*), haustat, haurit. *v. Löwe, Prodromus p. 372.* Prisc. gramm. II 391, 1 vetustissimi ... 'anclor' pro 'anclo'. Liv. Andr. ep. 39 carnis vinumque quod libabant anclabatur (*ἠφύσσετο*). Pavl. Fest. 11 anclare haurire a Graeco descendit; Livivs (Andr. trag. 30) florem anclabant Liberi ex carchesiis. 77 (*v. sub* anclabris).

ancōn, -ōnis *m.*, *ἀγκών.* Gloss. V 652, 17 ancon cubitus dicitur. Fortvn. rhet. 3, 4 Hispani non cubitum vocant, sed Graeco nomine ancona (anconem *Bern.*). *transfertur ad varias res figura vel usu similes*: Gloss. V 589, 32 incantatores (incastraturas*?*) vel vicini (uncini *corr.*). *ames*: Gratt. 87 linteaque expositis lucent anconibus arma *ad terrendos cervos.* Corp. III 8267 Traianus ... montibus excisis anco⟨ni⟩bus sublati⟨s⟩ via⟨m⟩ f⟨ecit⟩ (*trabes intellegit Mommsenus, ego angulos montis*). *brachium regulae*: Vitr. 8, 5, 1 chorobates ... regula ... habet ancones in capitibus extremis aequali modo perfectos. 3, 5, 14 norma ... circumacta anconibus ⟨angulos⟩ striarum ... tangat. *genus vectium in hydraula*: Vitr. 10, 8, 1 *et* 5. *uncus in testudine*: Vitr. 10, 15, 4. *lapides in hyperthyro*: Vitr. 4, 6, 4 ancones sive parotides. *in sella medicinali*: Cael. Avr. chron. 2, 1, 46 sella tonsoria sedeant aegrotantes, quae sit obliquis anconibus fabricata, quibus incumbentes sese levare nitantur. Avg. in hept. 2, 109 anconiscos autem dicit, quos vulgo vocamus ancones, sicut sunt in columnis cellarum vinariarum, quibus incumbunt ligna, quae cupas ferunt. Pavl. dig. 33, 7, 13 inter instrumentum tabernae cauponiae ... dolia vasa ancones calices trullae. *nomen extat in linguis romanicis et significat cardinem vel sinum maris; ital.* ancona *etiam angulum stratae.* *Vollmer.*

Ancōna, -ae *f.* (Ancōn), *ἡ Ἀγκών, opp. Piceni.* Anchona Anon. gramm. suppl. 187, 16 *al. nom.* Mela 2, 64 in angusto illorum duorum promunturiorum ex diverso coeuntium inflexi cubiti imagine sedens, et ideo a Grais dicta Ancona. *item* Plin. nat. 3, 111 Ravenn. 258, 14 *al. loc.* Anconae Vitr. 2, 9, 16 (*cf. infra*). *acc.* Anconam Cic. epist. 16, 12, 2 Phil. 12, 23 Caes. civ. 1, 11, 4 Liv. 41, 1, 3 Mela 2, 64 Plin. nat. 6, 218 Itin. Anton. 100, 7. *abl.* Ancona Cic. Att. 7, 18, 2 Plin. nat. 2, 182. 3, 111. 112. 115. 129 Corp. VI 2379 b II 11. *altera forma* Ancōn, -ōnis *f.*, Ancho Not. Tir. 85, 40. *nom.* Lvcan. 2, 402 Sil. 8, 436 Ivv. 4, 40 Dorica. *acc.* Anconem Cic. Att. 7, 11, 1, Ancona Cat. 36, 13. *abl.* Ancone Tab. Peut. 5, 3; *legitur* Cic. epist. frg. V 2, 4 Plin. nat. 14, 67 (*fortasse* Anconae). *adi.* **Ancōnitānus,** -a, -um. *legitur* Anchoitanus *et sim.* Not. Tir. 85, 41. Cic. Cluent. 40 Anconitanum quendam, L. Clodium. Corp. X 6006 res p(ublica) Anconitanor(um). Lib. Col. grom. p. 225 ager Anconitanus. *al. cognomen*: Corp. IX 5924 L. Gavius Anconitanus. VI 27933. IX 5910 Caecilia Anconitana.

Ancōna, -ae *f., locus quidam in monte Oliveti*: Itin. Theod. p. 146, 14 in montem Oliveti domnus super lapidem humeros inposuit, in qua petra ambo humeri eius descenderunt sicut in cera molli, qui locus Ancona dicitur. **Ancōn,** -ōnis *f.* (Ancōna), *portus et oppidum Ponti*: Val. Flacc. 4, 600 quas Iris aquas aut torqueat Ancon. Tab. Peut. 10, 2. Ancona Ravenn. 100, 17; Ancone 365, 16. *v. Mess.*

Ancondei *plur. gens?* Corp. II 2520 (*Hispania Tarrac.*) monumentum fecerunt Ancondei amico caro. *Otto.*

anconiscus, -i *m.*, *v.* ancon. Gloss. incastraturas. Itala (Aug. quaest. 2, 109 = exod. 26, 17) facies duos anconiscos columnae uni consistentes ex adverso (incastraturas Vvlg.). Avg. l. l. (p. 164, 22) anconiscos autem dicit quod vulgo vocamus ancones, *v. s. v.* ancon. *V.*

ancora, -ae *f.* [*a graeco ἄγκυρα tractum. Th.*] *instrumentum nauticum (de forma et usu v. Breusing, Nautik der Alten 1886, p. 107—115). translate dicitur nomen de ferramento quolibet adunco propter similitudinem formae et de cibo quodam. de forma vocabuli in linguis romanicis extantis* ancora *et* ancre *v. Körting 546. Varro ap. Prisc. gramm. II 30 testatur vetustissimos quosdam auctores, in his Accium, Graecorum more* agcora *scripsisse. saepe in codicibus legitur* anchora, *unde anglice* anchor: *v.* Serv. ad Aen. 1, 169 hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur. *cf.* idem ad 6, 4 Isid. orig. 19, 2, 15 Gloss. V 560, 55.

I *proprie*: Afran. com. 139 iacitur anchora. Caes. Gall. 4, 28, 3 ancoris iactis *cf.* Liv. 36, 45, 7. Verg. Aen. 3, 227 (6, 901) anchora de prora iacitur. Prop. 3, 24, 16 traiectae Syrtes, ancora iacta mihi est. Liv. 25, 11, 19 ante os ipsum portus ancoras iacit (29, 27, 11. 27, 28, 5). Plin. nat. 32, 2 ancorae pondere inrevocabili iactae. Tac. hist. 2, 34 iactis super ancoris, quae firmitatem pontis continerent. Svlp. Sev. dial. 1, 3, 2 nautae ... iactis navem anchoris sistunt. Ov. met. 1, 297 figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato. Mela 1, 32 infixae cautibus anchorae. Liv. 28, 17, 13 incidit, ut ... Hasdrubal ... ancoris positis terrae adplicaret naves. Vvlg. act. 27, 29 de puppi mittentes (*ῥίψαντες*) anchoras quatuor. Caes. Gall. 5, 10, 2 quod neque ancorae funesque subsisterent (*?*). Bell. Alex. 9, 4 loca ... egregia ... ad tenendas ancoras. Plin. nat. 6, 82 mare ... ita profundum, ut nullae ancorae sidant. Verg. Aen. 1, 169 unco non alligat anchora morsu. *contra* Liv. 37, 30, 9 ancora, ictu ipso excussa e nave sua, unco dente, velut ferrea manu iniecta, alligavit alterius (*navis*) proram. Verg. Aen. 6, 4 dente tenaci ancora fundabat navis. Prop. 3, 7, 33 ancora te teneat, quem non tenuere Penates? Ov. rem. 447 non satis una tenet ceratas ancora puppes. Oros. hist. 4, 10, 6 classes ... intertextis propemodum anchoris constiterunt. Naev. com. 52 in alto navem iubet ... destitui ancoris. Caes. civ. 1, 25, 7 has (*rates*) quaternis ancoris ex IV angulis destinabat. Plin. nat. 9, 100 pluribus anchoris navigia infrenant. 22, 3 intacta etiam ancoris scrutatur vada. Tac. ann. 2, 23 (*naves*) non adhaerere ancoris ... poterant. Vvlg. act. 27, 30 a prora anchoras extendere. Coripp. Ioh. 1, 230 cuius tunc ancora portus Romanae classis morsu perstrinxit obunco. Caes. civ. 3, 102, 4 ipse ad ancoram una nocte constitit. Liv. 25, 25, 11 stare ad ancoram. Caes. Gall. 4, 29, 2 (*naves*) quae ad ancoras erant deligatae *cf.* 5, 9, 1. Bell. Alex. 20, 6 expeditas ad ancoram naves consecuti. Svet. Cal. 19 navibus ordine duplici ad anchoras conlocatis. Liv. 22, 19, 10 resolutis oris in ancoras evehuntur. Caes. civ. 3, 28, 1 naves ... contra Lissum in ancoris constiterunt. Liv. 32, 32, 12 in proram navis in ancoris stantis *cf.* 37, 13, 8. Flor. 1, 18, 7 Oros. hist. 4, 7, 8. 6, 9, 4. Itin. Alex. 7 classi, quae Amphipoli in ancoris (bicoris *cod.*) erat. Avg. in ps. 64, 3 (36, 774 M.) (*navis*) quae in ancoris est. Caes. Gall. 4, 23, 4 in ancoris exspectavit. Bell. Afr. 63, 5 in ancoris commoratus. Nep. Them. 8, 7 navem tenuit in ancoris. Caes. Gall. 4, 23, 6 sublatis ancoris *cf.* civ. 1, 31, 3. 2, 22, 3. 2, 25, 7. Bell. Hisp. 40, 6 Liv. 22, 19, 6 Qvint. inst. 4, 2, 41. Vvlg. act. 27, 40 et cum ancoras sustulissent (*περιελόντες*). Cic. Att. 1, 13, 1 ancora soluta (sublata *Lamb.*). Liv. 28, 17, 15 prius ... quam Poeni ancoras molirentur. 36, 11 ancoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt. Cic. Verr. 5, 88 praecidi ancoras imperavit. *cf.* Plin. nat. 35, 139. Ov. trist. 3, 9, 14 dum sequitur celeres ancora tracta manus. Lvcan. 2, 693 non anchora voces movit, dum spissis avellitur uncus harenis. 3, 700 adductum quotiens non senserat anchora funem. Val. Fl. 5, 72 puppe sedens ⟨tristes⟩ dimiserat anchora terras. Stat. Theb. 4, 25 scisso redit anchora fundo. 7, 143 natat omnis in aequore summo ancora. Sen. Tro. 759 ancoras classis legit. Caes. Gall. 3, 13, 5 ancorae pro funibus ferreis catenis revinctae (*erant*). 4, 29, 3 funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis. Liv. 37, 30, 9 *cf. supra 30, 41.* Tac. hist. 2, 34 ancorarum funes non extenti fluitabant. Labeo dig. 9, 2, 29, 3 funes anchorarum. Call. dig. 47, 9, 6 ancorae involantur de mare. Mart. epigr. 26, 3 fuscina dente minax recto (nectho *codd.*) fuit, ancora curvo. Ven. Fort. 2, 16, 84 litoribus Libycis anchora fracta iacet. Plin. nat. 36, 99 Argonautae eum (*lapidem fugitivum*) pro ancora usi reliquerunt. *per comparationem*: Colvm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 17, 6 *vinea* quae ex utraque parte iugo devincta pari libramento velut ancoris quibusdam distenditur. PLIN. nat. 9, 83 saepiae et lolligini pedes duo longissimi, quibus in fluctu se velut anchoris stabiliunt. APVL. flor. 43 *psittacus* rostro se velut ancora excipit. (DIOM. gramm. I 439, 27?) VVLG. Hebr. 6, 19 quam (*spem*) sicut anchoram habemus animae tutam. AVG. in psalm. 42, 2 (36, 476 M.) qui in desiderio terrae illius stabilissimae spem tamquam ancoram praefixerunt. in psalm. 64, 3 (36, 774 M.) iam spem in illam terram quasi anchoram praemisimus.

II ***translate*: 1** VARRO rust. 17, 1 si vultis ... ancoras tollere (= *proficisci*). OV. her. 2, 4 litoribus nostris ancora pacta tua est. OV. ars 1, 772 hic teneat nostras ancora iacta rates (*de carmine*). *de subsidio, solacio* OV. trist. 5, 2, 42 ancora iam nostram non tenet ulla ratem. Pont. 3, 2, 6 tu (*Cotta*) lacerae remanes ancora sola rati. SEN. rem. fort. 15, 2 perdidi amicum. ... quid? tu in tanta tempestate ad unam ancoram stabas? SEN. Anthol. 405, 1 Crispe meae vires lassarumque ancora rerum. SIL. 7, 24 Libyae ductor ... cognoscere havebat, ultima fessis ancora cur Fabius (*v. Breusing p. 115 ἡ ἱερὰ ἄγκυρα, τὸ ἱερὸν σκεῦος*). PAVL. NOL. carm. 13, 36 in te compositae mihi fixa sit anchora vitae. AVG. serm. 177, 8 (38, 958 M.) ibi (*in deo*) fige spem, ibi ancoram cordis tui. in psalm. 54, 24 (36, 644 M.) ab anchora noli abrumpi. fluctuat navis in anchoris ... anchora ligatur, anchora spes eius est. cant. nov. 2 (40, 680 M.) ascendamus navem fidem simul et crucem, nec desit anchora spes nostrae salutis ... quando dicebat (*Paulus apostolus Rom. 8, 24*): Spe salvi facti sumus; anchoram in cordibus credentium figebat. VEN. FORT. 4, 6, 10 pectore sub cuius regnans patientia victrix fluctibus in tantis anchora sensŭs (*gen.*) erat. SIDON. epist. 1, 1, 4 (*versuum opinio*) de qua mihi (in portu iudicii publici) gloriae ancora sedet. SED. epist. ad Mac. 1 (p. 12, 4) nec pigeat post tanti gurgitis emensa discrimina fluctuanti adhuc paginae auctoritatis tuae ancoram commodare. SEN. dial. 7, 19, 1 laudavit aetatis in portu et ad ancoram quietem. *proverbialiter*: PS. QVINT. decl. 12, 23 in portu naufragium fecimus, et frumentum ad ancoras perdidimus. *imago ancorae pro signo navigationis*: QVINT. inst. 11, 2, 19 sit autem signum navigationis, ut ancora. *cf.* 11, 2, 29 ipsae notae ... aptentur (adtentus *cod.*) ad eos, qui excidunt, sensus, ancora (ancoram *cod.*), ut supra proposui, si de nave dicendum est. *pro nota originis*: IVST. 15, 4, 3 anulus in cuius gemma anchora sculpta esset.... 5 figura anchorae, quae in femore Seleuci nata cum ipso parvulo fuit.... 9 filii nepotesque (*Seleuci*) anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere. *cf.* AVSON. 287, 11 Seleucum ... ingenuum cuius fuit ancora signum. *pro nota critica*: ANECD. Parisin. de notis (*v.* SVET. rel. *ed. Reifferscheid* p. 141, 5) ⚓ ancora superior apponitur ad aliquod praecipue dictum (*vel* ubi aliqua res magna omnino est ISID.) ⚓ ancora inferior ad humilius vel inconvenientius quid enuntiatum. *cf.* ISID. orig. 1, 21, 24. **2** *ancon*; GLOSS. ferrum incurvum, uncus: LIV. 38, 5, 4 falces ancoris ferreis iniectis in interiorem partem muri trahentes asserem praefringebant. PALL. 1, 38 (40), 5 bipedas constitues ferreis ancoris conligatas. **3** GLOSS. IV 405, 46 anchoras: molestias (dubias molestias *pars codd.*; angores?). **4** GLOSS. III 184, 67 (*in capite de secunda mensa*) prora (*i. e. πρῴρα*) anchora (*genus placentae?*). *synonyma*: STAT. silv. 3, 2 unca retinacula. VAL. FL. 2, 428 legitur piger uncus harenis. *derivata*: ancoratus, ancoralis, ancorarius, ancorago (?). *Oertel.*

ancorago *piscis*. CASSIOD. var. 12, 4, 1 a Rheno veniat ancorago, *v. Ducange s. v.* ancora. *V.*

ancorālis -e (*et* anchoralis) *adi.* (*v.* ancora) *ad ancoram vel ancoras pertinens*: APVL. met. 11, 16 navis absoluta strophiis ancoralibus. *multo prius subst. n.* **ancorāle**, -is *funis, quo ancora religatur*: LIV. 22, 19, 10 alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt. 37, 30, 10 tractum ancorale et implicitum remis latus alteram (*navem*) detersit. PLIN. nat. 16, 34 usus eius (*corticis suberis*) ancoralibus (*dat.*) maxime navium. DICT. 6, 1 solutis anchoralibus navigant. AMM. 14, 2, 2 per ancoralia quadrupedo gradu repentes. HEGES. 3, 20, 2 ruptis anchoralibus. *v. Lübeck, PW. I 2115.*

ancorārius, -a, -um *adi.* (*v.* ancora): CAES. civ. 2, 9, 4 storias ex funibus ancorariis ... fecerunt. *Oertel.*

Ancorarius, -ī *m. mons.* PLIN. nat. 13, 95 Ancorarius mons ... citerioris Mauretaniae. AMM. 29, 5, 25. *Otto.*

ancorātus, -a, -um *v.* ancora. CET. FAV. 17 (*camerae*) figulinae autem ad contignationem suspendantur ita ut catenis ancoratis fixae tegulae velut palliola quae cameram circinent sustineant. *Oertel.*

ancra (angra, ancrea, ancria, antra), -ae *f.* GLOSS. *αὐλών, στένος, ἐπιμήκης τόπος, φάραγξ*; *ἄγκεα, αὐλῶνες*; vallis. Placidus: intervalla arborum (arvorum *Deuerling*) vel convalles. FEST. PAVL. 11 antras convalles vel arborum intervalla. *hispan.* angra *sinus maris.* *V.*

ancula *v.* anculo.

anculo ['bediene', *ab* anculus, ancula. *Th.*]. PAVL. FEST. 19 sive ideo sic appellantur (*ancillae*) quod antiqui anculare dicebant pro ministrare, ex quo di quoque et deae feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi et Anculae. *v. Aust, PW. I 2115.* GLOSS. V 660, 20 anclare paratus sum.

anculus [*gr. ἀμφίπολος, ind.* abhicaraḥ '*comes, pedisequus*', *cf.* ambi *et* colere. *Th.*] *v.* anculo. anculus *v.* avunculus. *Klotz.*

ancunulentus, -a, -um. PAVL. FEST. 11 ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur, unde trahitur inquinamentum. *V.*

Ancuria, -ae *f. nom. gent.* CORP. VIII 1286 (*prov. procos.*) Ancuria Victoria. *Otto.*

ancus [*cf. gr. ἀγκών, ἀγκύλος, hibern.* ēcath '*hamus*' *et cf.* uncus. *Th.*]. PAVL. FEST. 19 ancus appellatur qui aduncum brachium habet, et exporrigi non potest. GLOSS. II 17, 27 ancus mancus, *κυλλός, λορδός*. V 591, 36 ambus malcus (*an* ancus mancus?).

ancus GLOSS. III 439, 39 ancus (*pro* antus) *ἄντυξ*. *Klotz.*

Ancus, -ī *m. praenom. sabinum secundum Varronem* AVCT. de praen. 4, *cf.* anculus anculo anclabris ancilla, *umbricum* anglaf *oscines quasi deorum ministras.* Ancum Sabina matre ortum LIV. 1, 34, 6, sacrifico ... ab Anco OV. fast. 6, 803. *fuerunt qui aduncum vellent significari velut Valerius Antias ap.* AVCT. de praen. 4, *cf.* PAVL. FEST. p. 19. Ancus Marcius, *Ἄγκος Μάρκιος, quartus Romanorum rex, passim velut* ENN. ann. 3, 2 a bonus Ancus. VERG. Aen. 6, 815 (*Tullum*) iuxta sequitur iactantior Ancus. LIV. 1, 32, 1. 1, 33, 1 *et saepe.* AVCT. de praen. 4 Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat. Valerius Antias ⟨ita vocatum regem Ancum⟩ scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui graece vocatur *ἀγκών*. OR. CLAVDI (CORP. XIII 1668) I 11. FLOR. 1, 2 aedificator Ancus. PRVD. Symm. 1, 193 AVG. civ. 18, 25 *al.* Anci *pluralis*: MART. 9, 27, 6 Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos, et quidquid unquam legimus pilosorum. *ab anculo fit* **Ancilius**, -ī *nom. gent. ut a Caeculo Caecilius sim.* CORP. XIV 3050 (*Praeneste*) C. Ancili(os) T. f. IX 3188 (*Corfinii*) L. Ancilius Theodorus Q. Ancilius Eros. **Ancarius**, -ī *vel* **Ancharius**, *Ἀγχάριος, more Etruscorum qui habuerunt* ancarie *et* anχarie, *ex Anco natum ut ex etymis suis Caesar, aesar al., cf. praenomen etrusc.* ancar (*Deecke, etrusc. Forsch. VI p. 144*). A[e]sculanorum *dea* Ancharia TERT. nat. 2, 8 apol. 24. *nom. gent., haud rarum in Italia media et in Venetia, obvium hic illic in provinciis. in usu esse desiit fere saec. p. Chr. III. sine adspiratione* CORP. VI 11616. IX 4556 (*Nursiae*). 4557 (*ibid.*, Ankarius). V 2461 (*in Venetia*). II 1690. (Q.) Ancharius *senatorii ordinis vir, iussu Mari necatus* FLOR. 2, 9, 17. Q. Ancharius Q. f. *trib. pl. a. u. 695* CIC. Sest. 113. Pis. 89. or. frg. II 3 C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate. Cluent. 161. Ancharia *C. Octavi Augusti patris prior coniux* SVET. Aug. 4. TAC. ann. 3, 38 Ancharius Priscus Caesium Cordum pro consule Cretae postulaverat repetundis (*a. p. Chr. 21*). VOP. Aur. 13, 1 Quinto Ancario praeside orientis (*a. 258*). *tituli antiquiores*: CORP. VI 11620. IX 4556 (*Nursiae*). X 6011 (*Minturnis*). Ancharius, -a *agnomen*: CORP. XIV 178 (*Ostiae*) ⟨L. V⟩olusius L. f. Celer ⟨qui⟩ et Ancharius. VI 24581 Pompiliae Anthusae ... q(uae) vocitata es(t) Ancharia. **Anchariānus**, -a, -um. familia Anchariana *id est C. Anchari Rufi Fulginatis* CIC. or. frg. II 5. 8. QVINT. inst. 7, 2, 10. fundi Anchariani *Veleiae* CORP. XI 1147 cap. I 72 *et* IV 13. 71. **Ancarēnus** *vel* **Ancharēnus**, -ī *nom. gent., cf. etrusc.* ancarnei, ancarni. CORP. VI 7193 ⟨An⟩carenus (*mulieris*) l. Nothus, Ancarena Chreste. 11610 Q. Ancarenus Corydo. 11611 Q. Anchareni Onesimi. 11612 Q. Ancarenus (*mulieris*) l. Theogenes. IX 4704 (*Reate*) T. Ancharenus Sabinus, Ancharena T. l. Donata. III 2709 (*in Dalmatia*) T. Ancharenus T. f. Ser(gia) dom(o) Laranda. VI 19143 Q. Hancareno (*sic*) Maximo. ? **Anchariēnus**, -ī *nom. gent.* CORP. X 6178 (*Formiis*) C. Anchariēnus Blastus (*traditur* C. Anchmienus Blasius).

Ancus *opp. Liburniae.* TAB. Peut. 5, 3 RAVENN. p. 225, 2.

Ancusēnsis, -e. *adi. fictum ex oppido provinciae Byzacenae.* NOT. Byzac. p. 124 (*a. 482*) Victorinus (*episcopus*) Ancusensis. *Otto.*

ancyla, -ae *f.*, *ἀγκύλη* (anquila, ancila, ancia, angia, antia, ancilia). GLOSS. IV 479, 28 scuti buccula quae abintus tenetur. V 626, 5 ferrum in scuto quod manu tenetur. V 589, 46 ferrum bucculae scuti. GLOSS. V 345, 39 axcylas poplites. V 561, 3 poplites id est sub genua. AMBR. exam. 6, 5, 31 nec sicut nos in anquilas (ancylas *pars cod.*) saepe deponimus, ita se etiam bestia (*camelus*) potest tanta deflectere. SORAN. 102 concava loca sicut sunt ascellae et anquilae diligenter extergantur. 2, 34.

ancyloma, -atis *n. v. ἀγκυλόω*. ORIBAS. syn. 7, 22 unguentum ad angilomata nervorum. *V.*

Ancȳra, -ae *f.*, *Ἄγκυρα, opp. Galatiae. legitur* Ancura POMP. TROG. prol. 27. angyra, angira ITIN. Anton. 200, 4 *et sim. pro varia lectione.* Anchira ITIN. Burdig. 15, 16. 17. 17, 6. Anquira HIL. hist. frg. 3, 29 (10, 677 M.) ITIN. Theod. 144, 18. Ancyra LIV. 38, 24, 1 *al.* CVRT. 3, 1, 22 PLIN. nat. 5, 146 CLAVD. 20, 98 MARC. COM. p. 98, 25 CANON. 56, 380 M. *al.* **Ancȳrānus**, -a, -um *adi.* CLAVD. 20, 416 Ancyranique triumphi. **Ancȳritānus**, -a, -um *adi. legitur* Anquiritanus HIL. hist. frg. 15, 3. anquiritani (anceritani, anciritani *sim.*, antiqui Nicaeni *al. cod.*) canones CANON. Epaon. 30 (VI 2 p. 172 Mon. Germ.). canones Ancyritani concilii CANON. 56, 433 M. **Ancȳrēnsis**, -e *adi.* CANON. 56, 749 M. explicit capitula canonum Ancyrensium.

Ancȳra, -ae *f. in Illyrico*: LIV. 43, 20, 4. *in Phrygia*: VARRO (Lact. inst. 1, 6, 12) nonam (*Sibyllam*) Phrygiam, quae vaticinata sit Ancyrae. PLIN. nat. 5, 145. CANON. 56, 381 M. (ferrea). **Ancȳrōn**, -ōnis. PROSP. chron: 1, 727 Constantinus ... in Ancyrone villa publica iuxta Nicomediam moritur (CASSIOD. chron. *s. anno*). *v. Mess.*

ancyromagus (**-machus**?). ISID. orig. 19, 1, 16 ancyromagus (*varie codd.*) dictus pro eo quod celeritate sui ancoris et instrumentis reliquis navium vehendis sit aptus. GLOSS. genus navigii (anquiromacus). *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ancyropolis *opp. Aegypti latere videtur sub* Angiopolis RAVENN. p. 128, 15. *Diehl.*

Andabalis *mansio in Cappadocia.* ITIN. Anton. p. 145 Andabalis. Burdig. p. 577 Andavilis. TAB. Peut. 10,2 Addavalis. RAVENN. p. 95 Ambavalis. *Otto.*

andabata, -ae *m.* [*inc. orig. Th.*] VARRO Men. *tit.* Andabatae (Varro Andabatis NON. *passim*). CIC. epist. 7,10,2 qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne andabatā (-am *codd.*) quidem defraudare poteramus (*cf.* Sest. 126). AVG. c. Iul. op. imp. 1,19 in certamen maximum luminibus involutis, andabatarum more, processit. HIER. Helvid. 5 more andabatarum gladium in tenebris ventilans. in Iovin. 1,36 clausis quod dicitur oculis andabatarum more pugnare. *v. Meyer, PW. I 2117.* *V.*

Andag *m. Amalus.* IORD. Get. 209 Andagis (*genetivo*). 266 Andages (*genetivo*). '*genetivus Andages nominativum Andag potius quam Andagis videtur habuisse*' *Muellenhoff.*

Andaga *statio in Armenia.* TAB. Peut. 11, 3. *sed* RAVENN. p. 74 Andacas.

Andaitia, -ae *nom. mul.* CORP. II 454 (*Lusitania*) Ammius Andaitiae f(ilius).

Andamius, -ī *et* **Andamionius,** -ī, *nom. vir. Dalmat.* CORP. III 8486 Andamionius Andami f. *Diehl.*

Andana *f. nom. gent. Africum.* CORP. VIII 5733 (*prov. Numidia*) ⟨L.⟩ Caecilius ⟨L.⟩ f. Q. Concessus ... Andana Fron⟨t⟩illa .... *Otto.*

Andania, -ae *f.*, *Ἀνδανία, opp. Messeniae.* LIV. 36, 31, 7. **Andanius,** -ī *cognomen.* CORP. VIII 2403, 1, 12 (*saec. IV*).

Andarado *v.* Antaradus.

Andarae, -ārum *m. gens Indiae.* PLIN. nat. 6, 67. *v. Mess.*

Andarba *v.* Anderba.

Andarchius *vel* **Andarcius,** -ī *m. Felicis senatoris servus, temporibus Sigiberthi regis.* GREG. TVR. hist. Franc. 4 capitula 34 de interitu Andarci. 4, 46 de Andarchi (*vel* Andarci) interitu. ... Andarchius (*vel* Andarcius, *bis*).

Andarta, -ae *dea Gallorum. Deae Augustae Vocontiorum et in eius vicinia tituli positi sunt* deae Aug(ustae) Andartae *vel* deae Andartae CORP. XII 1554—1560.

Andasius, -ī *nom. vir.* CORP. VI 2613 coh. VI pr. (centuria) Andasi.

Andautonia, -ae *f.*, *Ἀνδαυτόνιον, opp. Pannoniae superioris.* CORP. III 3679 (*Pann. inf.*) T. F(lavius) Bonio Quri(na?) Andautonia. 4008 (*Pann. sup.*) Iul. Victorinus vet. ⟨c(ivis)⟩ mun(icipii) And(autoniae). 4010 (*ibidem, a. 250*) resp(ublica) Andaut(onia). 4316 (*ibidem*) Aurel. Vindex Andautonia. *fortasse eadem* Dautonia *sita in via a Poetovione Sisciam secundum* ITIN. Anton. p. 266.

Ande, -es *nom. vir.* CORP. III 2824 (*Dalmatia*) Paulus Andes Barcini. *v. sub* Andia.

Andebrocirix, -gis *nom. mul., cf.* Andebrogius *in nomine* Andecumborius. CORP. XII 1924 d. m. Pompeiae Coccae Andebrocirigis Sequanae.

Andebrogius *v.* Andecumborius.

Andeca, -nis *Suevorum tyrannus.* ISID. reg. Gothor. 92 huic Heboricus filius in regnum succedit, quem adulescentem Andeca sumpta tyrannide regno privat, ... Leovigildus Gothorum rex (*a. 567—586*) Suevis mox bellum inferens obtendo eodem regno Andecanem deiecit.

Andecamulēnsēs, -ium *m. incolae pagi vicive Andecamuli in Lemovicum agro siti.* CORP. XIII 1449.

Andecāvī, -ōrum *et* **Andicāvī,** *posteriore aetate* **Andegāvī** *vel* **Andigāvī** *m. gens Gallica, Ἀνδικανοῖ, nunc* Angers. PLIN. nat. 4, 107 Andicavi *vel* Andigavi. TAC. ann. 3, 41 Andecavi ac Turoni. OROS. hist. 6, 8, 7 apud Andicavos (CAES. Gall. 3, 7, 2 in Andibus). VEN. FORT. vit. Albini 11 (31) Andecavis (*locativo*). Ps. VEN. FORT. vit. Mauril. 16 Andecavis revertens. episcopus Andecavorum. 2 (5) Andecavorum ... urbem. 16 (81) Andecavorum plebs. GREG. TVR. hist. Franc. 5, 26 Andecavi. 8, 42 Andecavus (*accus. plur.*) veniens. NOT. Gall. III 5 civitas Andecavorum. FORMVL. Andec. 1ª (*a. 514—530*) p. 4, 4 Z. Andicavis civetate. *adi.* Andecavus VEN. FORT. vit. Albini 9 (24) Andecavam civitatem. 10 (26) in civitate Andecava. GREG. TVR. hist. Franc. 5, 13 in terminum Toronicum et Andecavum. 6, 21 apud Andecavam urbem. Andecavum *opp.* GREG. TVR. hist. Franc. 2, 18 Adovacrius ... Andecavo venit. 5, 29 Andecavo ... delatur. 7, 11 in Andecavo terra tremuit. 8, 43 Antestius ... in Andecavo ... dirigitur. VIT. Brioci 59 An. Boll. 2 p. 188 ad urbem Andecavum. Andegavus, Andigavus: GREG. TVR. hist. Franc. 4, 47 per Andigavus (*accus. plur.*). 8, 18 Guntchramnus ... Theodulfum Andegavis comitem esse decrevit. 10, 9 ad Andigavam urbem. **Andecāvis, Andegāvis,** -is. FORMVL. Andec. 25 (*a. 514—530*) p. 12, 27 Z. ecclesiae Andicavis. 32 p. 14, 28 in civetate Andecave. VIT. Seren. 7 (Act. Sanct. 21. Iul. V p. 167 F) Andegavim translatum est. **Andecāvēnsis, Andegāvēnsis,** -e *adi.* GREG. TVR. hist. Franc. 6, 6 Andecavensis incola. virt. Mart. 3, 23 incola Andecavensis urbis. 4, 14 ex Andecavensis urbis terreturio. 4, 17 de vico Andecavensi. 9, 18 Andegavensis territorii. Ps. VEN. FORT. vit. Mauril. 6 (23) Andecavensis territorii. 13 (63) sancta Andecavensis mater ecclesia. **Andecāvīnus, Andegāvīnus** *adi.* GREG. TVR. virt. Mart. 1, 22 hominis Andicavini. CONCIL. Aurelian. a. 511 (Mansi 8 c. 356 E) ecclesiae Andegavinae.

Andegāvodus *adi.* VIT. Audoeni 2, 11 (Act. Sanct. 24. Aug. IV 807 F) per pagum Andegavodum. *exemplorum copiosissimam collectionem nummis quoque adhibitis dedit Holder, altcelt. Sprachsch.* Andecavos CAESAR Andes *dixit.*

Andecumborius, -ī *nom. vir. celticum.* CAES. Gall. 2, 3, 1 Remi (miserunt) ... ad eum legatos Iccium et Andecumborium: *sic cum secunda Parisini II manu Glueck, die bei Caesar vorkommenden kelt. Namen p. 26—31*; Andocumborium *et* Andebrogium *ceteri codices*; Andecombogium *Holder secundum nummos gallicos* Andecombo(gi) *nomen praebentes, altcelt. Sprachsch. p. 144. cf. etiam* Andebrocirix.

Andedūnis (*genetivo*) *nom. vir.* CORP. III p. 845 (*Vindobonae, a. 60*) equiti Iantumaro Andedunis f. Varciano (*i. e. domo Varcia*).

Andei *dativo. nom. deae.* CORP. XIII 15 (*salt. Pyren.*) deae Andei Laetinus Laeti f. v. s. l. m.

Andela *Amalus. gen.* Andele IORD. Get. 266.

Andelaus -ī *opp. Galliae Belgicae.* GREG. TVR. hist. Franc. 9, 20 cum ... Andelao ... convenissent. *alia apud Holder, altcelt. Sprachsch.*

Andelipa, -ae *nom. vir.* CORP. XIII 750 (*Burdigalae*) C. Iul(io) Andelipae Aquitani f(ilio) Iulia Advorix uxor ....

Andelonēnsēs *pop. Hispanus conventus Caesaraugustani cuius oppidum Ἄνδηλος.* PLIN. nat. 3, 24 Andelonenses (*v. l.* Andologenses *vel* Andelogenses). CORP. II 2963 (*convent. Caesaraugust.*) Sempronia Firmi f. Andelonensis.

Andematunnum, Andemantunnum, -ī *n. opp. Galliae Belgicae, Ptolemaeo Ἀνδομάτουνvον.* ITIN. Anton. p. 385, 6. 386, 1 ab Andematunno. TAB. Peut. 2, 5 Andemantunno. NOT. Tir. 86, 83 Andematunum. *miliariorum inscriptiones apud Holder, altcelt. Sprachsch.* *Otto.*

andena (anclena). GLOSS. instrumentum ferreum foci. *v.* Ducange *s. v.* *V.*

Andenus, -i *m. nom. dei.* INSCR. arch.-epigr. Mitt. 7, 145 (*in Epiro*) deo Andeno ... sac(rum) Tib. Cl. Certus. *cognata sunt nomina humana*: **Andena,** -ae *nom. mul.* CORP. III 1488 (*Dacia*) Ael(iae) Andenae (*dativo*); **Andenius,** -ī *nom. gent.* CORP. V 2114 (*Venetia*) C. Andenius C. f. (centurio) legio(nis) secundae. *Otto.*

Andera, *τὰ Ἄνδειρα, opp. Teuthraniae.* PLIN. nat. 5, 126.

Anderae, -ārum *m. gens Africae.* PLIN. nat. 6, 190. *v. Mess.*

Anderba *opp. Dalmatiae.* RAVENN. p. 211. Andarba ITIN. Anton. p. 338. Sanderva TAB. Peut. 7, 1. Anderba *Pannoniae* RAVENN. p. 218.

Anderedus, -ī *nom. vir.* VEN. FORT. vit. Radeg. 34 (79) Anderedus agens eiusdem beatissimae (*Radegundis*).

Anderelio *v.* Anderidos.

Anderes *nom. propr.* CORP. XIII 187 (*salt. Pyren.*) Erge deo Anderes Sapalonis f. v. s. l. m. **Andereni** *dativo.* CORP. XIII 169 (*ibid.*) Andereni (*hic lapis fractus est*) filiae.

Anderetiānī *vel* **Andereciānī,** -ōrum *m. gens Gallica.* NOT. DIGN. oc. XLI 17 (*sub dispositione ducis Mogontiacensis*) praefectus militum Anderetianorum, vico Iulio. XLII 22 in provincia Lugdunensi Senonia: praefectus classis Anderetianorum, Parisius. VII 100 (*intra Gallias cum magistro equitum Galliarum*) Andere[ni]tiani. *fortasse his locis cum codicum parte legendum* Andereciani.

Anderex *nom. mul.* CORP. XIII 324 (*salt. Pyren.*) Anderex Socondannosi f(ilia) uxor. **Anderexo** *dativo?* CORP. XIII 23 (*ibid.*) Ilurberrixo Anderexo (*hic lapis fractus est*).

Andergus, -ī *nom. vir.* CORP. II 2465 Alluquio Andergi f(ilio).

Anderica, -ae *nom. mul.* CORP. VIII 2446 (*prov. Numid.*) d. m. s. Primulae Andericae ... coniugi piissimae Primulus Marcellinus fecit.

Anderidos *castellum in Britannia.* NOT. DIGN. oc. XXVIII 10. **Anderelio** RAVENN. p. 427.

Anderitum, -ī *n. opp. Aquitaniae, Ptolemaeo Ἀνδέριηδον.* TAB. Peut. 2, 3. NOT. Tir. 87, 31. Andereton RAVENN. p. 238.

Andernus, -ī *nom. vir. vasorum Britannicorum inscriptiones* CORP. VII 65 a b c d Anderni m(anu); Andorn.; Andoru.

Andero *vel* **Anderonus** *cogn. Iovis.* CORP. II 2598 I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Anderon. sac(rum) M. Vlpius Aug. lib. Eutyches.

Anderoudus, -ī *nom. vir.* CORP. V 2911 (*Patavii*) L. Caetronio L. l. Anderoudo.

Anderourus *v.* Andorourus.

Andēs, -ium *m. brevius* Andecavorum *vocabulum.* CAES. Gall. 2, 35, 5 in Carnutes, Andes, Turones. 3, 7, 2 in Andibus. HIRT. 8, 26, 2 ab Dumnaco, duce Andium. *eidem* **Andī,** -ōrum *m.* CAES. Gall. 7, 4, 6 Lemovices, Andos reliquosque omnes qui Oceanum attingunt.

Andes *vicus XXX m. p. a Mantua distans.* DON. vit. Verg. p. 54 R. natus est (*Vergilius*) ... in pago qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul. HIER. a. Abr. 1948 in pago qui Andes dicitur. GLOSS. Andes pagus ubi Virgilius natus est. **Andicus,** -a, -um *adi.* PROB. vit. Verg. p. 323 H. P. Vergilius Maro natus ... vico Andico qui abest a Mantua milia passuum XXX.

Andescoci *dativo, cognomen divinum.* CORP. VII 87 (*Camulodūni*) numinib(us) Aug(ustorum) et Mercu(rio?) deo Andescoci. (*videtur periisse.*) *Otto.*

[**Andētae** *legebatur pro* Anderae PLIN. nat. 6, 190.] *v. Mess.*

Andethanna *vicus in via a Durocortoro Treveros.* SVLP. SEV. dial. 2 (3), 13, 3 a vico cui nomen est Andethanna. VEN. FORT. vit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mart. 4, 366 ubi se Andēthanna proprinquat. **Andethannale** vicus *dicitur in* ITIN. Anton. p. 366.

Andetiaca, -ae *nom. mul.* CORP. V 2438 M. Turiaco M. f. Marcello, Andetiacae M'. f. Gallae.

Andetius *nom. vir.* INSCR. apud Pais 411 (*Concordiae*) Andetius Cra⟨ssi f.*?*⟩.

Andetrium, -ī *n. castellum conventus Salonitani, Ἀνδήτριον Straboni, Ἀνδέκριον Ptolemaeo, Ἀνδήριον Dioni Cassio.* PLIN. nat. 3, 142 Andetrium. CORP. III 3200 ⟨P. Dolabella (*iussu Tiberi*)⟩... viam Gabinianam ab Salonis Andetrium aperuit. **Andretio** TAB. Peut. 6, 2. **Endetrio** RAVENN. p. 210.

Andevotus, -ī *dux romanae militiae.* HYDAT. chron. 114 (*a. 438*) *Rechila Suevorum rex* Andevotum cum sua quam habebat manu ad Singillionem Baeticae fluvium aperto marte prostravit magnis eius auri et argenti opibus occupatis. ISID. hist. Goth. Vand. Suev. 85.

Andia, -ae *cogn. et vir. et mul.* CORP. VI 24767 Volcaciae L. l. Andia (*sic*). V 8740 (*Concordiae*) ⟨Fl⟩avio Andiae centenario numeri brachiatorum col(oniae) (*aevo Arcadi et Honori*). 4246 (*Brixiae*) Cornelia Andia. **Andius** *nom. gent.* CORP. XII 2256 (*Gratianopoli*) Q. Andio Quintini filio Quintiano. 2274 (*ibid.*) T. Andius Eu⟨...⟩. **Andium** *insula in mari quod Gallias et Britannias interluit.* ITIN. Anton. p. 509. *cf.* Andros. **Andis** *dativo, nom. vir.* CORP. V 1359 (*Aquileiae*) Andis Cai f(ilio) coniugi. **Andiatis.** CORP. VII 960 deo veteri sancto Andiatis v. s. l. m.

Andiānus, -ī *cogn. vir.* CORP. VIII 5966 (*prov. Numidia*) C. Iulius Andianus. **Andiēnsis** *adi.* (*?*). CORP. VIII 8796 (*Mauret. Sitif.*) praef. eq. ⟨A*?*⟩ndiensiu⟨m⟩.

Andicāvī *v.* Andecavi.

Andiccus *nom. vir.* INSCR. rhen. 1199 C. Iulius C. f. Vol. Andiccus.

Andiourus, -ī *nom. vir.* INSCR. rhen. 1525 Muranus ⟨eq.⟩ a⟨l⟩a I ⟨F⟩lavia Andiouri f. civis Secuanus.

Andisenī *plurali, gens Indica.* PLIN. nat. 6, 78.

Andivia, -ae *nom. gent.* CORP. IX 4931 (*Trebulae Mutuescae*) Andivia P. l. Hedulio.

Andizetes *plurali, gens Pannoniae inferioris, Straboni Ἀνδιζήτιοι, Ptolemaeo Ἀνδίζητες* (*cod.* X). PLIN. nat. 3, 147 Andizetes (*accusativo*).

Ando, Andon, -is *nom. vir.* CORP. VII 1331, 11 (*inscriptio vasis*) Andon. XII 1988 (*Viennae*) Octavi⟨us*?*⟩ Andoni⟨s*?*⟩ fil. INSCR. apud Pais 1229 (*Concordiae*) Ando maritus.

Andobales *v.* Indebilis.

Andobla, -ae *cogn. mul., cf. Ἀνδοβάλην τῶν Ἰλεργετῶν βασιλέα apud Polybium.* CORP. VI 20367 Iuliae Andoble ... Iulius Apolaustus coniug(i) b. m. **Andoblatio,** -ōnis *cogn.* (*vir.?*). CORP. V 5832 (*Mediolani*) Andoblationi P. f. *Otto.*

Andochius, -ī *m. martyr.* LIT. Gall. 3, 63 (72, 301 M.) beatos patres Andochium Benignumque.

Andocidēs *m., Ἀνδοκίδης, orator Atticus. nom.* AMM. 30, 4, 5. *gen.* Andocidi NEP. Alc. 3, 2 (*bis*). *acc.* Andocidem QVINT. inst. 12, 10, 21.

Andocumborius *v.* Andecumborius. [*v. Mess.*

andola GLOSS. canason, canason niger.

Andolatius, -ī *nom. gent.* CORP. XII 3093 C. Andolatius. *Otto.*

Andomatunnum *v.* Andematunnum.

andometu(s*?*). LEX Sal. 51 rubr. de andometo, *a germ.* andtômitha *sec. Kern apud Hessels 241.*

Andoneus, -ī *nom. vir.* VIT. II. Eleutherii 3, 14 (Act. Sanct. 20. Febr. III p. 192 E) quidam ex clero eius nomine Andoneus. 4, 23 (p. 191 E) Andoneo.

Andonius, -a *nom. gent.* CORP. VI 11625 C. Andonius C. f. Valens sibi et Antoniae M. f. Antusae uxori. *an pro* Antonius*?*

Andornus *v.* Andernus.

Andorourus, -ī *nom. vir.* CORP. XII 2891 Mansueto Andorouri f(ilio). 2876 Andoro⟨uro⟩ Terti f(ilio). **Anderourus.** CORP. XII 4577 ⟨A⟩nderou⟨rus *vel* ra⟩.

Andossus, -ī *numen Pyrenaeum. cf. Ἀνδοσίνους Hispaniae Tarraconensis.* CORP. XIII 26 (*salt. Pyren.*) deo Bascei Andosso Andoxus v. s. l. m. 226 (*ibid.*) ⟨H⟩ercu(li) deo Andos(so) v. s. l. m. 434 (*ibid.*) Herculi Tole Andosso (*an* Toleandosso*?*) invicto Primigenius Sembi fil. v. s. l. m. **Andose** (*dativo*) *cogn. Herculis Ilunni.* CORP. XII 4316 (*Narbone*) Cn. Pompeius Cn. l. Hyla Herculi Ilunno Andose v. s. l. m. (*in altera parte*) deus Herculis invictus. **Andossus** *nom. vir.* CORP. XIII 124 (*salt. Pyren.*) Andossus Piandossonnii fil. 264 (*ibid.*) Andosso Primuli f(ilio). 268 (*ibid.*) Andosso f(ilio). 247 (*ibid.*) Andos(sus*?*) Barosis f. *idem* **Andoxus.** CORP. XIII 25 (*salt. Pyren.*) deo Bascei Andosso Andoxus v. s. l. m. **Andossic(us***?*). CORP. XIII 263 (*salt. Pyren.*) d. m. Andossic(o*?*) Salisius fil(io) pientissimo. **Andossio,** -onis *cogn. divinum?* CORP. XIII 188 (*salt. Pyren.*) deo Erge Andossion(i*?*) Andossi Vitalis n(omine*?*) Arhonsus vot. s. l. m. **Andossius** *nomen gentile? vide quae proxime antecedunt.*

Andostennus, -ī *nom. vir.* CORP. XIII 321 (*salt. Pyren.*) Andostenno Andost(enni*?*) Bihoxus fil. 84 (*ibid.*) Andosten(nus*?*) Licini f. **Andostenni** *dativo* CORP. XIII 268 (*salt. Pyren.*). **Andostonis** *genetivo?* CORP. XIII 89 (*salt. Pyren.*) *iam nil aliud in lapide legitur.*

Andoti *genetivo.* CORP. II 5675 (= 2696) (*Hispan. Tarr.*) Andoti Flavi Areni f.

Andovarto, -onis *nom. barbaricum.* CORP. V 5955 (*Mediolani*) M. Atilio C. f. Adiutori, Q. Albucio Q. f., Andovartoni Terti.

Andoxponni *dativo, nom. vir.* CORP. XIII 80 (*salt. Pyren.*) Orgoanno et Andoxponni filis. *Otto.*

andrachlē, -ēs *f., ἀνδράχλη, ἀνδράχνη, ἄνδραχνος. arbor* (arbutus andrachne L.): PLIN. nat. 13, 121 silvestris arbor neque in planis nascens similis unedoni. 16, 80 folia decidunt iis praeterquam in cacuminibus non decidunt. 17, 234 nec andrachle offenditur si non simul incidatur et corpus. *herba* (portulaca oleracea L.): COLVM. 10, 376 humidaque andrachne (andrachnie *Sangerm.*) sitientis protegit antes. PLIN. nat. 13, 120 andrachlen omnes fere Graeci porcillacae nomine interpretantur, cum sit herba et andrachne vocetur unius litterae diversitate. DIOSCOR. 2, 108 de andracla id est portulaca (andrafaxis *codd.*). PS. APVL. herb. 103. ORIBAS. *et* DIOSCOR. *passim*: andragne. GLOSS. andrago herba olixon. *alia herba*: PLIN. 1 ind. 103 andrachle agria, quae inlecebra; *describitur* 25, 162. *v. Wagler, PW I 2130.* *V.*

Andracini *dativo, cogn. mul., Ἀνδρακίς?* CORP. IX 2535 (*Saepini*) Magniae C. l. Andracini.

Andrada *nom. mul.* CORP. III 917 (*Dacia*) Andrada Bituvantis.

Andrae Indi *populus Indicus.* TAB. Peut. 12, 5 Andre Indi. *Otto.*

Andraemōn, -onis *m., Ἀνδραίμων, nomen mythicum.* OV. met. 9, 333 *Dryopen* excipit Andraemon. 9, 363. 13, 357 *al.* Andraemo *equus* CORP. VI 10052. 10053. *v. Mess.*

andrafraxin, *v. ἀνδράφαξις. herba.* DIOSCOR. 2, 103 de andrafraxin (andrafaxin *al.*) id est catone. andrafraxin olus est. *V.*

Andragathius, -ī *m. Ἀνδραγάθιος, cf.* Andragathus, *magister equitum Gratiani.* RVF. hist. eccl. 2, 14 (21, 523 M.) per Andragathium ducem. OROS. hist. 7, 35, 3. 5 Andragathius (-tius, -zius *var. l.*). MARC. COM. p. 62, 11 Andragathius comes (-tius, -zius *var. l.*). CASSIOD. hist. 9, 21. 23 Andragatius. *idem* **Andragaisus** CHRON. GALL. a. 511 (Mon. Germ. IX p. 647). **Andragathus,** -ī *m., Ἀνδράγαθος.* CORP. V 4431 (*Brixiae*) C. Iulio Paulino Andragatho VIvir. August. gratuit. VI 8444 Andragatho ... Caes. ser(vo) arcar.

Andragorās, -ae *m., Ἀνδραγόρας.* MART. 6, 53, 1 lotus nobiscum est, hilaris cenavit ... Andragoras. IVST. 12, 4, 12. 41, 4, 7 *praefecti ab Alexandro et Seleuco instituti.* *v. Mess.*

Andrapa, *Ἄνδραπα, opp. Paphlagoniae.* NOVELL. 28 praef. Zela et Andrapa. Andrapa *opp. Cappadociae, Ptolemaeo Ἄνδρακα.* ITIN. Burdig. p. 16 mutatio Andrapa.

Andratana *opp. Mediae, cf. Ἀνδραπάνα Ptolemaei.* RAVENN. p. 65 (*cf.* Indrapana p. 47). *Otto.*

Andreās, -ae *m., Ἀνδρέας, nom. Graecorum.* VITR. 9, 8, 1 CELS. 5, 18, 7 *al.* (*medicus*). *acc.* Andrean (*medicum*) TERT. anim. 15, Andream IOSEPH. c. Ap. (Cassiod.) 2, 46. CAECIL. com. *secundum* NON. 152 (Caecilius Andrea, *sed fort.* Andria) *fabulam huius nominis scripsit. cogn.*: CORP. VI 9485 Ti. Cl. Andreas (*cf. infra* Andrea). *nomen apostoli, christianorum.* e *producitur metri causa* IVVENC. 1, 423 PAVL. NOL. carm. 19, 78. 336. 27, 406 (pater Andreas). 32, 17 PS. DAMAS. carm. 70, 5 (*in iamb.*). 83, 14 (*presbyter*). CARM. epigr. 916, 6. 1371, 2 (*episcopus*). VEN. FORT. 1, 1, 6. 1, 2, 11 *al.* CARM. epigr. 1399, 2 filius hic Andrae (Andreae *Rossi, cum syniz.*). *voeat.* (*nom. apostoli*) Andrea PS. DAMAS. carm. 70, 5 (Andreas *var. l.*), Andreas GREG. TVS. mir. Andr. 2. *apostolus* VVLG. Matth. 4, 18 *et passim.* MARC. COM. p. 101, 10 (*cubicularius*). VICT. VIT. 1, 32 (*monasterii praepositus*). CORP. X 7748 *al.* **Andriās,** -ae *m., Ἀνδρίας, servi.* CORP. VI 2353 Andrias ser(vus) pub(licus). XIV 197. *forma* **Andrea,** -ae *m.* (Andria) *cogn.*: CORP. IX 569 L. Scutarius Andrea. X 5521 N. Satrius N. l. Andrea. V 3572 C. Quintius Andrea. *al.* Andria: CORP. X 4936 Q. Cornelii Q. l. Andriae. 5731 M. Elvio M. l. Andriae. IX 2722 M. Hirrio M. l. Andriae. *al.* **Andrea** *f.* CORP. X 466 (*Veliae*) Publ⟨i⟩l⟨ia....⟩ Andrea.

Andraeus, -ī *m.* CORP. VI 4355 Philusa Andraei liberti uxor (*initio aetatis imperatoriae*). **Andricus,** -ī *m., Ἀνδρικός.* CIC. epist. 16, 14, 1 (*servus*). CORP. VI 16288 L. Cornelius Andricus (*libertus*). XIV 1800 Vocconius Andricus. X 5424. XII 4716 *al.* **Andriscus,** -ī *m., Ἀνδρίσκος, Pseudophilippus.* FLOR. 1, 30 *al.* **Andrō,** -ōnis *m., Ἄνδρων. Centuripinus* CIC. Verr. 2, 156. 3, 108. 114. *alii* CIC. Flacc. 84. 94 CELS. med. 6, 18, 2 (conpositio Andronis, *cf.* 5, 20, 4 SCRIB. LARG. 63) *al. nom.* Andro CIC. Flacc. 88 (OROS. hist. 4, 6, 26 *err.*), Andron VITR. 3 praef. 2 (*coni.*) CORP. XII 181 C. Venusius Andron sexvir Aug. CORP. VI 10639 P. Aelio Androni. *Ἀνδρώνειος*: **Androneus,** -a, -um *adi.* MARC. med. 32, 2 Andronei pastilli. **Andronius,** -a, -um *adi.* CELS. med. 6, 14 p. 251 medicamentum ... quod Andronium appellatur. SCRIB. LARG. 225 Andronium medicamentum (248). THEOD. PRISC. eup. 1, 61 Andronius trociscus (log. 23. 102). *absolute*: SCRIB. LARG. 232 Andronio perungere. 235 Andronios (*ed. princ.*, Andronium *ed. Rhod.*) ex vino bene facit. MARC. med. 11, 29 medicamentum ... quod vocatur Andronios. ORIBAS. syn. 2 add. 845 iniciendi sunt trocisco melan aut Andronio cum lacte aut sapa aut aqua. *v. Wellmann, PW. I 2161 s. voce Andron 16.* **Andronius,** -ī *m. nomen* LVCIL. 1146 Andrōnius Flacci teget utria. *v. Mess.*

Andrecco *nom. mul.* CORP. XIII 280 (*salt. Pyren.*) Andrecconi matri.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Andreine *nom. propr.* CORP. II 902 (*periit*) **ANDREINE · SA · LVCRETIA** *Otto.*

andremas *herba.* PS. APVL. herb. 103. *v.* andrachne, portulaca.

andrenogonon *v.* ἀρεννογόνος. DIOSCOR. 3, 135 foliu(m) . . . dicitur vero andrenogonon quia quisquis eum bibebit masculos generabit. *V.*

Andrenus, -ī *dubium.* CORP. XII 5686, 46 **ΛIDRENI** (*in vasculo, Gall. Narb.*).

Andres *v.* Marici.

Andretium *v.* Andetrium.

Andria *opp. Lyciae.* PLIN. nat. 5, 100 Andria civitas (Andriaca E^2); *cf.* Ἀνδριακή.

Andria *opp. Phrygiae.* PLIN. nat. 5, 145 Ancyra Andria Celaenae Colossae *etc.; cf.* ἡ Ἄνδειρα *Steph. Byz.*

Andriās, Andricus, Andriscus, Andrō, Andrōn *v.* Andreas.

Andrō *vel* **Andros,** Ἀνδρώ, Ἀνδρῶν πόλις, *opp. Aegypti.* ITIN. Anton. 154, 1. 155, 3 Andro. NOT. DIGN. or. 28, 9 Andros. 28, 18 legio tertia Diocletiana [Thebaidos], Andro. RAVENN. 130, 18 Androca *de eodem oppido dictum videtur.*

Androbius, -ī *m.*, Ἀνδρόβιος. PLIN. nat. 35, 139 Androbius pinxit Scyllum. [*v. Mess.*

Androbulus, -ī *m.*, Ἀνδρόβουλος, *artifex.* PLIN. nat. 34, 86.

Androcalis *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 179 (*ex Iuba*) Androcalim (*acc.*). *Otto.*

androclas *v.* ἀνήρ *et* κλάω. FIRM. math. 4, 20, 3 unde LXIII. annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit, androclas appellatus est. . . . hac ex causa ab Aegyptiis androclas dictus est, quod omnem viri substantiam frangat ac debilitet. *V.*

Androclēs *m.*, Ἀνδροκλῆς. LIV. 33, 16, 4 Androcles (*princeps Acarnanum*). 44, 32, 7 Androclen praefectum (*Persei*). **Androclus,** -ī *m.* Ἄνδροκλος. GELL. 5, 14, 10 ei servo Androclus nomen fuit (AELIAN. *hist. an. 7, 48* Ἀνδροκλῆς). HIER. chron. ann. Abr. 968 (p. 61 *Schoene*) ab Androc⟨l⟩o vel ab Andronico (*varie codd.*). *v. Mess.*

Androcottus, -ī, Ἀνδρόκοττος, *Indus.* OROS. hist. 3, 23, 45 quae (*India*) post mortem Alexandri . . . praefectos eius occiderat, Androcotto quodam ad vindicandam libertatem duce.

Androcus *fluv. Ciliciae* (Ἄνδροκος *vocatur mons Ciliciae*). PLIN. nat. 5, 91. *Otto.*

Androcydēs *m.*, Ἀνδροκύδης. PLIN. nat. 14, 58. 17, 240 Androcydes (*medicus*). 35, 64 (*pictor*). *v. Mess.*

androdamās, -antis *m.*, ἀνδροδάμας, *lapis.* PLIN. nat. 36, 146 Sotacus e vetustissimis auctoribus quinque genera haematitarum tradit . . . alterum androdamanta dicit vocari, colore nigrum, pondere ac duritia insignem et inde nomen traxisse praecipueque in Africa repertum; trahere autem in se argentum, aes, ferrum; *inde* ISID. orig. 16, 4, 7. *alius lapis*: PLIN. nat. 37, 144 androdamas argenti nitorem habet [ut adamas] quadratis semper tessellis similis. magi putant nomen inpositum quod impetus hominum et iracundias domet; *inde* SOLIN. 33, 21 ISID. orig. 16, 5, 8 *et* PRISC. perieg. 883 androdamasque lapis compescens pectoris iras. *V.*

Androgeōs *m.*, Ἀνδρόγεως, *filius Minois. nom.* OV. epist. 10, 99 viveret Androgeos utinam (PROB. gramm. IV 19, 2), Androgeus HYG. fab. p. 70 HIER. chron. ann. Abr. 786 SERV. Aen. 6, 14 MYTHOGR. Vat. I 43. II 122. *gen. legitur* Androgei VERG. Aen. 6, 20 in foribus letum Androgei, *sed cf. gramm.*: CHAR. gramm. I 92, 7 itaque si fuerit nominativus Androgeos, genetivus erit Androgeo[s], ut apud Vergilium: in foribus letum Androgeo[s], sed apud eundem invenimus: Androgei galeam (*cf. infra*), sed non ex eodem nominativo (*cf.* ANON. gramm. IV 227, 33. V 561, 16 SERV. Aen. 6, 20). PROB. gramm. IV 19, 2 Vergilius Androgeos Androgei . . . omnia haec in genetivo o ante novissimam litteram aut corripient (*sic*) aut eam in i mutabunt. OV. met. 7, 458 Androgeique necem (*item* HIER. chron. 27, 314 M. PROSP. chron. 83 SERV. ecl. 6, 74 MYTHOGR. Vat. I 3). *acc.* Androgeona PROP. 2, 1, 62, Androgeum SERV. Aen. 6, 14 MYTHOGR. Vat. I 43 *al.* **Androgeōnēus,** -a, -um *adi.* CAT. 64, 77 Androgeoneae poenas exolvere caedis. **Androgeōs** *m. nomen epicum.* VERG. Aen. 2, 371 *primus se* Androgeos offert nobis (Androgeus *Med., etiam* 2, 382). 2, 382 Androgeos visu tremefactus abibat. GLOSS. Androgeus: unus Graecorum. VERG. Aen. 2, 392 Androgei galeam. *v. Mess.*

[**androgynon**] *herba.* PS. APVL. herb. 67 Graeci nymphaeam . . . androgynon (androgamon *edd.*).

androgynus, -ī *m.*, ἀνδρόγυνος. CIC. div. 1, 98 ortus androgyni nonne fatale quoddam monstrum fuit? LVCR. 5, 837 tellus etiam portenta creare conata est . . . androgynum (-em *codd.*), inter utras⟨que⟩ nec utrum, utrimque remotum. LIV. 27, 11, 4 Sinuessae natum ambiguo inter marem et feminam sexu infantem, quos androgynos volgus ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Graeco sermone appellat (OBSEQV. 22. 27. 32. 34. 36). PLIN. nat. 7, 34 gignuntur et utrimque sexus *homines,* quos Hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis (*cf.* 7, 15 LACT. inst. 1, 17, 9 AVG. gen. ad litt. 3, 22, 34 PHYSIOGN. 98 OROS. 5, 4, 8). AVG. civ. 16, 8 androgyni, quos etiam hermaphroditos nuncupant . . . a meliore . . . hoc est a masculino *sexu* ut appellarentur loquendi consuetudo praevaluit. nam nemo umquam androgynaecas aut hermaphroditas nuncupavit (*v.* GLOSS. IV 405, 47). AVSON. 69, 12 vidit nubentem Plinius androgynum. *adi.* CASSIOD. hist. 6, 16 simulacrum . . . androgynum. *exsecti*: LVCIL. 977 inberbi androgyni, barbati moechocinaedi. Androgynus *titulus* CAECILI. VAL. MAX. 8, 3, 1 *Maesiam,* quia sub specie feminae virilem animum gerebat, androgynen (-em *cod.*) appellabant. *v. Lachmann ad Lucr. 5, 839.* *V.*

Androlitia. PLIN. nat. 5, 114 (*Magnesia ad Maeandrum*) antea Thessaloche et Androlitia (Mandrolytia *Kern*) nominata.

Andromacha (Andromachē) *f.*, Ἀνδρομάχη, *coniux Hectoris. fabulam tractavit iam Ennius* (*cf. Wölfflin, Archiv 8, 234*). *nom. et voc.* Andromache VERG. Aen. 2, 456. 3, 303. 319 (Andromachen *var. l.*). 3, 482 OV. ars 2, 645. 3, 109. 519 epist. 5, 107 EPICED. Drusi 319 SEN. Troad. 968 HOMER. 565 DRAC. carm. prof. 9, 38. 91. 151, *prosaicorum* DICT. 5, 13 MACR. sat. 4, 3, 15 PRISC. rhet. p. 557, 41 SERV. Aen. 3, 297 MYTHOGR. Vat. I 41. 141. Andromacha SEN. Troad. 533. 907. 925 AVG. civ. 3, 13 DICT. 3, 22. 6, 12 DAR. 24 *al.* (*cf.* LAEV. 4, 1 FPR. I p. 287). *gen.* Andromachae ENN. 65 VARRO ling. 7, 82 VERG. Aen. 3, 487 PROP. 2, 22, 31 QVINT. inst. 6, 6, 22 IVST. 17, 3, 6 HYG. fab. p. 98, Andromaches OV. rem. 383 am. 1, 9, 35 DRAC. carm. 9, 199. *acc.* Andromacham CIC. opt. gen. 18 ac. 2, 20 div. 1, 23 SEN. Troad. 576 FRONTO p. 216, 8 N. TERT. pudic. 8 DAR. 24, 44 SERV. Aen. 3, 348, Andromachen VERG. Aen. 3, 297 (*cf. l. 11*) OV. her. 8, 13 SEN. Troad. 804 MART. 3, 76, 4. 5, 53, 2 IVV. 503 DRAC. carm. 8, 154, *prosaicorum* MYTHOGR. Vat. I 41. *abl.* Andromacha VARRO ling. 7, 6 CIC. Att. 4, 15, 16 Tusc. 3, 53 PROP. 2, 20, 2 FEST. 298 HYG. fab. p. 105 DICT. 3, 20. 6, 12 *al.*, Andromache OV. ars 2, 709 rem. 383; MACR. sat. 6, 5, 10. **Andromachē** *f.* SERV. Aen. 6, 21 Andromache Eurymedontis.

Andromacha, -ae *f.* CORP. IX 4641 ⟨P. N⟩umisius P. l. ⟨Phi⟩lodamus . . . daea (mul.) l. ⟨An⟩dromacha. VI 27838. Andromaca: VI 27961 Maenia L. l. And⟨ro⟩maca. XII 4410 ⟨P⟩ilia M. l. Andromaca. **Andromachus,** -ī *m. in Alexandri exercitu.* CVRT. 4, 5, 9 *al. filius Aegypti.* HYG. fab. p. 33. CORP. VI 5840 C. Vibius Andromach(us). CIG 2218 (*procurator Augusti*). *al.* Andromacus: CORP. VI 17101 T. Otacilius Andr(o)macus. *comes, postea praefectus* COD. Iust. 5, 5, 4. 12, 60 (61), 1 (*a. 395*) COD. Theod. 2, 12, 6 *al., cf.* SYMM. epist. 2, 79.

Andromeda, -ae *f.*, Ἀνδρομέδα, *filia Cephei, inde signum caeli. legitur* Andromada *semper* HYG. fab. p. 62 *in cod. Fris.*; OV. met. 4, 671 *et* SOL. 33, 1 *var. l. fabulam tractarunt Livius Andronicus et al. nom.* Andromeda VARRO Men. 406 ling. 5, 19 PLIN. nat. 35, 432 AVG. civ. 18, 13 *al.*, *signum caeli*: CIC. Arat. 436 *al.* COLVM. 11, 2, 59 *al.*, Andromede (Ἀνδρομέδη) PROP. 1, 3, 4. 2, 28, 21. 4, 7, 63 OV. epist. Sapph. 36 *sidus* GERM. 201 (Andromeda *var. l.*). 340. *gen.* Andromedae CIC. Arat. 5 *et al. passim. dat.* Andromedae OV. ars 3, 429 MANIL. 5, 616. *acc.* Andromedam CIC. Arat. 140 MANIL. 1, 356. 5, 657 VITR. 9, 4, 3 GERM. 200. 357 PLIN. nat. 5, 128 (*puella*), Andromedan OV. ars 1, 53 met. 4, 671 (Andromadam *var. l.*). 757 MANIL. 5, 23 (-am *var. l.*). 544 (Andromedaen, -am *var. l.*) MART. epigr. l. 27, 10, *sidus*: OV. epist. 17, 151. *abl.* Andromeda MANIL. 1, 350 (-am *var. l.*). 5, 572 (-em, -en *var. l.*). FEST. 258. 375 *al.* **Andromeda,** -ae *f.* PLIN. nat. 7, 75 mulier Andromeda, liberta Iuliae Augustae.

Andromenēs, *m.*, Ἀνδρομένης. CIC. Att. 13, 24, 1 Andromenem. 13, 25, 1 de Andromene. CVRT. 5, 1, 40 Amyntas Andromeni. *v. Mess.*

andromis PLIN. VAL. 5, 7 de fluvialibus *piscibus* edant eum qui dicitur andromis.

andrōn, -ōnos *m.* GLOSS. III 355, 16 androna ἀνδρών. II 521, 29 αὔλιον. PAVL. FEST. 22 andron locus domicilii appellatur angustior longitudine, in quo viri plurimi morabantur ut gynaeceum a mulieribus. NOT. Tir. 100, 26 andro. VITR. 6, 7, 5 inter duo autem peristylia et hospitalia itinera sunt quae mesauloe dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita, nostri autem eas andronas appellant. . . . Graeci . . . andronas appellant oecos, ubi convivia virilia solent esse. PLIN. epist. 7, 17, 22 interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit. IVS canon. 833 M. clericus per plateas et andronas . . . ambulet. *v. Mau. PW. I 2161.* *V.*

Andron *opp. Galatiae.* RAVENN. 110, 12, *cf.* Ἄναρος (Ἄνδρος) PTOLEM. 5, 4, 7.

Androna *opp. Syriae.* ITIN. Anton. 195, 2.

Andronīcus, -ī *m.*, Ἀνδρόνικος. *homines Graeci*: LIV. 37, 13, 9. 45, 31, 15 VITR. 1, 6, 4 CVRT. 7, 3, 2 *al. apud Romanos*: FEST. 333 Livius Andronicus (QVINT. inst. 10, 2, 7). SVET. gramm. 8 M. Pompilius Andronicus natione Syrus. CIC. Att. 5, 15, 3 familiari homini ac domestico, C. Andronico Puteolano. CORP. *saepius* (*liberti et sim.*), *ut* XIV 1527 Q. Quintilius Andronicus Quintiliae Callirohe coniux (*cf.* 1526). 2548a Iulius Andronicus Iuliae Anthidis frater. IX 6219 Andronicus filius Boni (*Iudaeus*). *in rescriptis imperatoriis* COD. Iust. 8, 39 (40), 3 (4) *anno 294.* 3, 14, 1 *a. 334*; CORP. III 5565 *cos. a. p. C. 310.* **Andronīca,** -ae *f.* CORP. X 6276 Tatia M. l. Andronica.

Andronīcē, -ēnis. CORP. VI 8870 Andronice Caesaris n(ostri) (*T. Flavi*) vern(a). 1674 Aemiliae Andronicenis c. et spect. f. neptis urbis praefecti. *v. Mess.*

andronitis, -idos *f.*, ἀνδρωνῖτις. VITR. 6, 7, 4 haec autem peristylia domus andronitides dicuntur, quod in iis viri sine interpellationibus mulierum versantur. GELL. 17, 21, 33 *Alexandrum Molossum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dixisse ... se quidem ad Romanos ire quasi in andronitin, Macedonem ad Persas quasi in gynaeconitin. *v. Mau, PW. I 2168.* *V.*

Andrōnius *v.* Andreas.

Androphagoe *m.*, *Ἀνδροφάγοι.* MELA 3, 59 Scythae sunt Androphagoe et Sacae.

Andros, -ī *f.*, *Ἄνδρος, insula maris Aegaei. cf.* Antandros. *nom.* Andros OV. met. 7, 469. 13, 649. 661 MELA 2, 111 AMPEL. 6 HYG. fab. p. 152 ITIN. Anton. 522 (Andron *var. l.*). 523. 529 RAVENN. 396, 6 GLOSS., Andrus PLIN. nat. 4, 65 EXC. Barb. p. 212, 21, Andrum LIB. gener. p. 28, 20. *acc.* Andrum TER. Andr. 222. 923 LIV. 31, 15, 8 *al.* VELL. 1, 4, 3 CVRT. 4, 1, 37 PLIN. nat. 4, 51. 68, Andron OV. epist. 20, 81 met. 13, 665. *loc.* POMP. TROG. prol. 27 Andro proelio navali *vicit.* PLIN. nat. 31, 16 Andri (*fons*). **Andrius,** -a, -um *adi.* TER. Andr. 906 Andrium ego Critonem video? LIV. 31, 45, 7 e quibusdam Andriorum. **Andrius,** -ī *m. nomen.* VARRO ling. 8, 81 (*ex suppl.*). **Andria,** -ae *f. nomen.* TER. Andr. 85 *et passim.* **Andros** *eponymos insulae.* OV. met. 13, 647 *sqq.*

Andros *insula.* PLIN. nat. 4, 103 inter Hiberniam ac Britanniam ... Andros. *v. Mess.*

androsaces *n.*, *ἀνδρόσακες, herba.* PLIN. nat. 27, 25 androsaces herba est alba amara, sine foliis, folliculos in cirris habens et in his semen. nascitur in maritimis Syriae. *v.* DIOSCOR. 3, 145.

androsaemon *n.*, *ἀνδρόσ-αιμον, herba.* PLIN. nat. 27, 26 androsaemon sive ut alii apellavere ascyron non absimile est hyperico. 27, 37 *ascyri* comae tritae velut cruentant, qua de causa quidam hanc androsaemon vocavere. DIOSCOR. *passim. v. Wagler, PW. I 2171.* *V.*

Androsthenēs *m.*, *Ἀνδροσθένης.* Androstenes *codd.* CAES. civ. 3, 80, 3 (*praetor Thessaliae*). *dux Macedonum*: LIV. 33, 14, 5. 33, 15, 1. *occ.* Androsthenen 32, 23, 5, Androsthenem 33, 14, 1. *cognomen.* PAVL. dig. 28, 5, 93 (92) Pactumeius Androsthenes. [*v. Mess.*

Androtiōn, -ōnis *m.*, *Ἀνδροτίων, scriptor.* VARRO rust. 1, 1, 10 *al.*

andrunculus, -ī *m.* NOT. Tir. 100, 27 *post* andro.

andruo, -āre. PAVL. FEST. 9 andruare id est recurrere a Graeco verbo *ἀναδραμεῖν* venit. hinc et drua vocata est. *variae formae*: amptruo, antruo. *V.*

Andueia *nom.* (*illyricum?*) *indecl.* CORP. III 945 (*Dacia, a. 159*) Andueia Batonis. *ter dativo dicitur* Andueia.

Anduenna *nom. mul.* (*illyricum?*). CORP. III p. 931 (*Dacia, a. 162*) Anduenna Batonis.

Anduit *Vandalus*: VICT. VIT. 1, 41 quidam presbyter eorum Anduit nomine. *alius*: CASSIOD. var. 5, 29 (*a. 523/26*) movit nos quidem (*loquitur Theodericus rex*) Anduit fusa precatio. *de huius nominis origine dixit Schroeder in indice Cassiodori Mommseniani.*

Andulfus *nom. germanicum.* VEN. FORT. vit. Germ. 52 (140) Andulfus ecclesiae Parisiacae clericus.

Andunocnes *nom. vir.* CORP. III p. 939 (*Dacia, a. 139*) Anneses Andunocnetis.

Andura *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 178.

Andurēnsis, -is, -e. CORP. II 1693 (*Hispan. Baetica*) L. Aelius Epaphroditus Andurensis (*scilicet domo* Andura *oppido nobis ignoto*).

Andus, -ī *nom. vir.* CORP. XIII 53 (*salt. Pyren.*) Andus Bellaisis f(ilius) h. s. e. 608 (*Burdigalae*) Intercilius Andus.

Andusia *opp. agri Volcarum attributum Nemausensibus, hodie* Anduze. CORP. XII 3362 Andusia. *cf. Hirschfeld, ibidem p. 346.*

Anea, *Ἀνεά, Ἀναιά, nom. duorum vicorum Iudaeae.* HIER. sit. et nom. (Lagarde, Onom. sacra p. 23, 13. 18) Anea *bis.* *Otto.*

Anebōn, -ontis, *Ἀνεβώ,* -ῶς, *Aegyptius quidam daemonicola.* AVG. civ. 10, 11 epistula Porphyrii ad Anebontem Aegyptium. *cf. initium et paullo post* Anebontem ... sacrorum praeclarissimum antistitem. *Πορφύριος πρὸς Ἀνεβὼ (Ἀνεβὼν) τὸν Αἰγύπτιον auctores graeci plerique; semel πρὸς Νεκτανεβὼ Eusebius. πρὸς Ἀνέβοντα fortasse Psellus Merc. Trismeg. ed. Migne 122 p. 1156 A, ubi vulgo legitur Πορφύριος πρὸς ἀναβαίνοντα. cf. Nectanebus, Nectanebis, sim.* *Diehl.*

? **Anecius,** -ī *nom. gent.* CORP. X 2049 (*Puteolis, periit*) d. m. Anecio Hereti et Pompeiae Cytheridi. *pro* Anicio? *Otto.*

aneclogistus *adi.*, *ἀνεκλόγιστος.* VLP. dig. 26, 7, 5, 7 quidam decedens filiis suis dederat tutores et adiecerat 'eosque aneclogistos esse volo'. *v. ibi sequentia.* *V.*

Anecmachus, -ī, *Ἀνέκμαχος, nom. serv. vir.* CORP. X 1403g 1, 27 l C. Iulius C. l. Anecmac⟨h⟩us (*Herculanei*). *Diehl.*

Anectus, -ī *m.* LVCIAN. Alex. 57 *ὁ τότε ἡγούμενος τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Πόντου Ἄνεκτος (circa a. 170). nomen corruptum est, cf. Prosopogr. imp. Rom. I 434.*

Anedia, *Ἀναίδεια?* CORP. IV 2269 (*in lupanari*) Ver et Anedia.

ānellārius, -ī *m.* NOT. Tir. 99, 57 *post* anellus. *v. ital.* anellaro, *provenc.* anelier.

ānellus, -ī *m. v.* ānulus (PRISC. gramm. II 109, 16), ānus. GRAMM. suppl. 70, 18 anulus, anellus ... omnia e paenultimam naturaliter productam habent. *cf. ital.* anello, *hisp.* anillo, *francog.* anneau. GLOSS. *δακτυλίδιον, δακτύλιος ὃν φοροῦμεν.* PLAVT. Epid. 639 auream ad te afferre natali die lunulam atque anellum aureolum in digitum. HOR. sat. 2, 7, 8 saepe notatur cum tribus anellis, modo laeva Priscus inani. (CIC. fin. 5, 3 anulis *codd.* anellis Non. 70.) PLAVT. Pers. 571 ferreas aedis commutes, limina indas ferrea, ferream seram atque anellum (anulum *A P*). LVCR. 6, 910 *magnes* catenam saepe ex anellis reddit pendentibus ex se (*cf.* 1024. 1039). 6, 1087 quasi ... anellis hamisque plicata inter se ... coplata teneri. (TERT. spect. 2 vides homicidium ferro veneno magicis devinctionibus perfici: tam ferrum dei res est quam herbae quam angeli; anelli *Reifferscheid.*) *V.*

Anem, עֵינֵם, *Αἰνάν, opp. leviticum in tribu Issachar.* VVLG. I par. 6, 73 Anem (*acc.*) cum suburbanis suis. *in Daroma Iudaeae*: HIER. sit. et nom. (Migne 23 p. 871) ad aquilonem loci Anem. *Otto.*

Anemachus, -ī *nom. serv.* CORP. X 8059, 82 L. C. Anemachi (*Cataniae in signaculo*). *ibid.* *1403 e 7 C. Vibius C. l. Anem⟨achus⟩ (*Herculanei*).

Anemesetus, ī, *Ἀνεμέσητος, nom. serv.* CORP. VI 8486 Anemeseto. CORP. XIV 1500 (*Ostiae*) ⟩tia Aneme⟨seto⟩ *potius quam* Aneme⟨to⟩.

Anemius, -ī, *Ἀνέμιος, episcopus Sirmiensis* AMBR. epist. 1, 8 PAVL. MED. vita Ambr. 11. *episcopus Gallus* LEO M. epist. 99.

Anemia, -ae *nom. mul.* CORP. III 2355 (*Salonis*). **Animius,** GREG. TVR. virt. mart. 2, 11 Animi.

Anemo *fluv. prope Ravennam; hodie Lamone.* PLIN. nat. 3, 115 *inter terminos octavae regionis enumerantur* Sapis et Vitis et Anemo, Ravenna, Sabinorum oppidum cum amne Bedese. TAB. Peut. 4, 4 *Padum influit e regione Veronae* fluvius Animo (Ammo *Desjardins*). *Diehl.*

anemonē, -ēs *f.*, *ἀνεμώνη, herba.* PLIN. nat. 21, 64 in Graecia tardius etiamnum anemone; est autem haec silvestrium bulborum flos, alia quam quae dicetur in medicis. 65 alterum genus anemones, quae limonia vocatur (99). 164 anemonas coronarias tantum diximus, nunc reddemus et medicas; *sequitur descriptio; notanda*: 165 flos nunquam se aperit nisi vento spirante, unde et nomen accepere. 27, 109 *othonnam* quidam anemonem vocaverunt. PS. APVL. herb. 54. *de vi medica*: MARC. med. 8, 152 ORIBAS. syn. 1, 21 DIOSCOR. 2, 162. *forma folii*: PLIN. nat. 25, 102 folia habet qualia anemone, divisa apii modo. 26, 109 *geranii* alterum genus foliis anemones. DIOSCOR. 2, 162. *in hortis*: QVINT. inst. 8, 3, 8. *de mytho*: OV. met. 10, 728 *Adonidis* cruor in florem mutabitur. 739 excutiunt idem qui praestant nomina venti. *v. Wagler, PW. I 2180.* *V.*

Anemōrīa, -ae, *Ἀνεμώρεια al. Ἀνεμώλεια, oppidum Phocidis prope Delphos.* STAT. Theb. 7, 347 qui Parnason utrumque aut Cirrham tauris Anemoriamque supinant Coryciumque nemus. *cf.* Anemurium.

Anemurium, -iī, *Ἀνεμούριον, Ciliciae promunturium et oppidum, hodie* Anamûr. LIV. 33, 20, 4 Zephyrio et Solis et Aphrodisiade et Coryco et superato Anemurio — promunturium id quoque Ciliciae est. MELA 1, 77 Ciliciam a Pamphylia distinguit Anemurium. PLIN. nat. 5, 93 in continente oppida Mysanda Anemurium Coracesium finisque antiquus Ciliciae Melas amnis. *cf. ibid.* 94 *et* 130. RAVENN. 2, 17 p. 102, 10 Anemurion, *sed idem oppidum* 5, 8, 11 *appellatur* Animuria, *ut apud* GVIDON. 96, 9 Anemoria. **Ammurio** TAB. Peut. 10, 2. **Anemuriēnsis.** TAC. ann. 12, 55 civitas Anemuriensis. **Anemurius** *nom. serv.* CORP. VI 1052 Anemurius lib(ertus) (*a. p. Chr. 198*).

Anemus, -ī, *Ἄνεμος, nom. vir.* CORP. V 3414 Q. Octavio Anemo VIvir Aug. (*Veronae*). *Diehl.*

Anenclētus, -ī *m. Ἀνέγκλητος, nom. servile.* CORP. VI 5271 (*priore saec. I parte*) Marcia Augustina et Sicerus Anencleto ... parenti. XIV 3384 et 3436. VII 28 Anencletus provinc(iae servus). VI 13741 A. C⟨aeci⟩li⟨o⟩ Anincleto; *bis vocativo* Anincletae. 19829 Iulio Anicleto. IX 1455, 2, 72 (*reg. II, a. 101*) L. Vibbio Anencleto. Anencletus *dicitur temporibus Domitiani quintus episcopus romanus fuisse, nomen ex Cleto tertio urbis episcopo ficticium, cf. Mommsen lib. pontif. p. VIII.* Anencletus LIB. PONT. (*codd.* Aneclitus, Anecletus *sim.*). CHRONOGR. a. 354 (*Mommsen, chron. min. I p. 74, 7*) Anaclitus. CHRON. GALL. a. 511 (*ibid. p. 640, 331. 337*) Anacletus. OPTATVS 2, 3 *codd.* Anicletus. IREN. 3, 3, 3 Anacletus (*graece Ἀνέγκλητος*). PS. TERT. carm. adv. Marc. 3, 278 huius Anacletus successor sorte locatus. **Anenclētis** *f.* CORP. VI 16540 Cossutiae Symferusae fecit Anencletis filia matri.

Anenius, -a *nom. gent.* CORP. III 2170 (*Salonis*) Aneniae Fuscine. VI 2547 C. Sabinio C. f. Solva Angulato ... S. Anenius Euporas. II 5763 Aneni Ammedi (filii?). *Otto.*

Anennoëtos, *Ἀνεννόητος, aeon Valentinianorum.* TERT. adv. Val. 35 primo ... constituunt Proarchen, secundo Anennoëton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. ... processisse ... ex Anennoëto secundo et sexto loco Acatalepton. *idem fere* IREN. 1, 11, 5. *Diehl.*

aneo. GLOSS. anet: *γηρᾷ, γηράσκει.* POMP. gramm. V 222, 5 apud maiores ... nostros habebantur inchoativa; dicebant 'quieo' et 'seneo', unde et aneo. legimus enim 'anet ille' id est quasi anicula tremescit. CLEDON. gramm. V 55, 5 si quis tremit, 'aneo' dicat, hoc est tremo. CAPER gramm. VII 93, 18 anet floret ... haec perfecta sunt; at inceptiva sordescit acescit anescit. PLAVT. Merc. 755 satis scitum filum mulieris. verum hercle anet. *V.*

Anepsia, -ae, *Ἀνεψιά, Victorini uxor perfida et capite damnata a. p. Chr. 374.* AMM. 28, 1, 34. 35. *ibid.* 49. *cf.* SYMM. or. 4, 13.

Aneptus, -ī *nom. serv.* CORP. X 5471 M. M. Fuficior⟨u⟩m M. l. Sexti et Anepti (*Aquini*). *Diehl.*

Aner, עָנֵר (LXX *Ἀνάν*), *nom. vir. hebr.* VVLG. gen. 14, 13 Aner (*genetivo*). 24. GILD. epist. fr. I (chron. min. Momms. III p. 87). *opp. in tribu Manasse,* עָנֵר (LXX *Ἀνάρ vel Ἐνήρ vel Ἀμάρ*). VVLG. I par. 6, 70 Aner (*acc.*). *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aneraxius, -ī, *ἀνὴρ ἄξιος?*, *cogn. vir.* CORP. VIII 6247 (*prov. Numidia*) d. m. P. Sitti Aneraxi. *Diehl.*

anēsātus, -a, -um *ab* anesum. PLIN. VAL. 5, 34 propoma apiatum et anisatum. *Bannier.*

anēsco *γηράσκω* GLOSS. II 263, 15. SIDON. epist. 7, 10, 1 litterarii consuetudo sermonis ... iam pridem caritatis obtentu merito inducta veteribus anuit exemplis (*sic cod. Laudianus*, annuit *cett.*). *V.*

Anesiatēs *incolae vici Bergomatibus attributi.* CORP. V 5203 (*vicinia Bergomi*) vicanis ... Anesiatibus.

Anesis, *Ἄνησις? Ἄνεσις?*, *nom. servarum.* CORP. X 3958 Canuleia Anesis *A. Canulei A. f. Pal. Salutaris liberta.* VI 9342 Anesis filia.

Anestus, -ī *Maurus.* CORIPP. Ioh. 8, 419 pectusque impressit Anesti (*claudit hexametrum*). *Otto.*

anēsum, -ī *n.* (anisum CELS. COLVM. ISID. GLOSS. *al.* anaso MISC. Tir. 48, 23) *v. ἄνισον.* ISID. orig. 17, 11, 6 aneson ut Graeci dicunt, sive ut Latini anisum (*falso*). *de verbo in ling. roman. cf. Körting s. anisum. pro masculino hic illic* GLOSS. DIOSCOR. ORIBAS. *utuntur.* GLOSS. hicar hycoar hycar hitcar (*?*). *herba hortensis.*

GLOSS. anesus i. e. herba, folia eius coriandri (-o) simulant; anisi semen daucu (*non recte*). CELS. 2, 21 (*mali suci sunt*) anethum feniculum cuminum anisum .... 32 quaecumque in horto nascentia boni odoris sunt ut ... anethum ... anisum .... COLVM. 12, 15, 3 cum aniso Aegyptio. 12, 51, 2. 53, 2. PLIN. nat. 20, 187 laudatissimum est (*anesum*) Creticum, proximum Aegyptium. 25, 151 semen (*cicutae*) aneso crassius. 27, 94 folium (*isopyri*), quod est aneso simile. PALLAD. 4, 9, 17 anesum ... nunc (*m. Martio*) bene seritur. VEG. mul. 5, 51, 2 anisi Pontici. DIOSCOR. 3, 61 utilior (*anesus*) Creticus est, cui secundatur Egiptius. 62 semen (*carei*) est aneso simile. ORIBAS. syn. 1, 17 suavia et bene olentia, qualia sunt anesus .... CATO agr. 121 mustaceos sic facito. ... anesum cuminum ... eodem addito. COLVM. 12, 51, 2 (*aridum condimentum*) ... anisum Aegyptium; 15, 3; 53, 2. PLIN. nat. 19, 167 anesum et anetum culinis et medicis nascuntur. CELS. 3, 24 (*in morbo arcuato*) potui dare ... absinthium anisum sic ut pars huius minima sit. 4, 17 (*renibus exulceratis auxilio est*) ... anisi, quod tribus digitis sumi possit .... 5, 23, 1 *et* 3 (*in antidoto*) anisi p. ℈ III .... 25, 5 (*in catapotio ad vulvam dolentem*) ... anisi murrhae singulorum p. ℈ I. 12 (*in catapotio Crassii*) croci anisi castorei singulorum p. ℈ III. SCRIB. LARG. 52 (*pastillus ad narium gravedinem*) ... anisi pondo quadrantem. 70 (*ad anginam*) anesi schoeni casiae rufae singulorum p. ℈. *sim.* 113. 120. 126. 134. 144. 145. 148. 152. 170 (*in antidoto Mithridatis*). 173 (*in antidoto Celsi*). 177 (*in antidoto Marciani medici*). 260. PLIN. nat. 20, 185—195 *uberrime de anesi variis virtutibus agit, cum ei, qui eum sequantur,* anethum *scribant.* 264 (*compositio ... adversus venenata animalia*) ... anesi et feniculi seminis ... denarium senum e singulis generibus. 28, 100 maxilla comminuta in aneso et in cibo sumpta horrores sedari. *similiter* GARG. MART. 2, 39 MARC. med. 10, 23. 12, 15. 15, 6. 20, 16 *passim* THEOD. PRISC. log. 61. 71. 87 DIOSCOR. 3, 61 *et* 62. 4, 75 CAEL. AVR. chron. 2, 7, 113. 4, 2, 17 CASS. FEL. 42. 44 *passim* ORIBAS. syn. 1, 17. 1, 23. 4, 1. 29. 40 eup. 2, 1, 25.

anēthātus, -a, -um *ab* anethum. PLIN. VAL. 2, 17 bucellas anetatas cum sale et oleo (*manducet*). 20 aquam anetatam ... bibat. APIC. 4, 160 mullos anetatos sic facies. 6, 239 pullum anetatum mellis modice, liquamine temperabis. 7, 287 ius ... anetatum crudum.

anēthinus *vel* **anētinus,** -a, -um *v.* anethum (anetum). MARC. med. 16, 105 olei anethini. 29, 54. 61. 27, 117 aquae anethinae. THEOD. PRISC. log. 11 oleo ... anetino. 27. 41. 42. 43. 31 anetino iuscello. DIOSCOR. 1, 56 oleum anetinum. 5, 86 vinu anetinu. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 95 (*oleum*) anethinum. 100. 104. acut. 3, 17, 170. CASS. FEL. 1 oleo anetino (*bis*). ORIBAS. syn. 5, 6 oleo anetino. 16 *passim.* ISID. orig. 4, 12, 10 quaedam simplicia unguenta sunt, ut anethinum: est enim sincerum ex oleo et anetho tantum.

anēthum, -ī *n.* (anetum PLIN. PALLAD. PLIN. med. CORP. V 6415 *al. cf.* PLACID. GLOSS. anethum cum h scribi oportet) *a gr. ἄνηθον. pro masculino utuntur* CASSIOD. inst. Migne 70, 112 more anethi, qui ... proicitur. ORIBAS. eup. 2, 1, 33. *ad ling. roman. non pervenit. anglos.* 'dil' *vocabatur* (GLOSS.). *significat oleris genus, cuius naturam usum virtutem auctores laudant.* GLOSS. *inter olera ἄνηθον* anethum (anetum). CELS. 2, 21 (*mali suci sunt*) ... anethum feniculum cuminum anisum .... 32 quaecunque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium ruta anethum .... COLVM. 10, 120 (*m. Febr.*) bene odorati flores sparguntur anethi. 314 cereale papaver anetho iungite. 11, 3, 14 semina ... anethi ... vel circa Calend. Septembres vel melius ante Calendas Martias Februario seruntur. 11, 3, 42. 12, 8, 3. *cf.* PALLAD. 3, 24, 5. 4, 9, 5. 10, 13, 3. 11, 11, 4. PLIN. nat. 13, 123 natura (*ferulae*) eadem quae aneto. 19, 62 quaedam vocabimus ferulacea, ut anetum malvas. 117 anetum quarto (*die erumpit*). 119 nudum semen est coriandri aneti feniculi .... 123 singula genera sunt ocimo lapatho ... anetho. 114 tertium (*genus apii*) est oreoselinum ... semine aneti, minutiore tantum. 170 aequinoctio autumni seruntur coriandrum anetum .... 186 acuti et odorati (*suci et sapores*) apii aneti feniculi. 188 reliqua a ceteris et odore et sapore differunt, ut anetum. 20, 21 (*napum*) flore aneti (*Sillig; codd.* floreant et *cf.* GARG. MART. 33). 22, 77 (*bupleuron*) capite aneti. VVLG. Matth. 23, 23 vae vobis ... qui decimatis mentham et anethum. *cf.* HIER. epist. 69, 4. ANTHIM. 55 (*de oleribus*) apium ... coriandrum et anetum .... VERG. ecl. 2, 46 tibi candida nais ... florem iungit bene olentis anethi. MORET. 58 vetus adstricti fascis pendebat anethi. PLIN. nat. 19, 167 anesum et anetum culinis et medicis nascuntur. CELS. 2, 26 feniculum ... et anethum inflationes ... levant. 29 alvum movent ... lactuca anethum .... 31 urinam ... movent ... apium ruta anethum. 3, 10 (*ad capitis dolorem ex febri ortum minuendum*) olfacere ... anethum non alienum est. 4, 27 (*ad vulvam sanandam*) dandum ... potui vel git vel anethum. SCRIB. LARG. 92 (*in pastillo ad tussim*) ... anethi p. ℈ XII .... 109 (ad *stomachi dolorem et inflationem*) ... anethi p. ℈ IIII .... PLIN. nat. 20, 87 (*ius brassicae*) contra singultus cum coriandro et aneto .... 110 (*ad venerem*) semen (*asparagi silvestris*) valet cum aneto. 191 Dalion ... dedit ... (*anesum*) bibendum cum aneto parturientibus. 196 anetum ructus movet. 28, 97 sterilitatem mulierum emendari (*hyaenae*) oculo cum ... aneto sumpto in cibo. *sim.* 28, 208. 29, 47. 70. 80. 119. 121. 32, 94. 101. APVL. met. 3, 23 anethi modicum cum lauri foliis (*pristinam figuram revocat*). SER. SAMM. 904 (*ad quartanam*) sume tribus digitis adprensum semen aneti (*sic O*; PLIN. nat. 20, 194 anesum). 276. 419. 470. 578. 624. 1023. 1085. PLIN. med. 1, 1 (= MARC. med. 1, 61) (*ad capitis dolorem*) decoquitur ex oleo. 3, 4 (MARC. med. 4, 38) vermes ... combusti cum aneti pari pondere impositi ... cancros sistunt (PLIN. nat. 20, 191 *et* 30, 115 anesum). *sim.* 1, 8. 15. 16. 3, 21. 37 MARC. med. 2, 16. 4, 30. 38 *passim.* PLAC. med. 16, 30. 31, 7 THEOD. PRISC. log. 75 eup. faen. 40. 45. 53. 80 *passim.* DIOSCOR. 1, 56. 3, 63 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 23. 2, 7, 98. 3, 2, 33. 4, 7, 96 PELAGON. 106. 128. 192. 272. 281. ANTHIM. 55 ORIBAS. syn. 1, 22. 2 add. 4, 1 *passim.* *Bannier.*

Anēthus, -ī, *Ἄνηθος.* SERV. ecl. 2, 47 Papaver Narcissus Anethus pulcherrimi pueri fuerunt, quique in flores suorum nominum versi sunt. *cf.* PHILARG. *Diehl.*

aneticus, -a, -um, *ἀνετικός.* THEOD. PRISC. gyn. 11 post resumptionem corporis aneticis temporibus ... cyclicas disponere curationes. *V.*

anetīnus, -a, -um *ab* anas. PLAVT. Rud. 533 utinam fortuna nunc anetina uterer (anitina *A, cf. Lachmann ad Lucr. 1, 1*). NON. 406 anutinam. *Bannier.*

Anētor, *Ἀνήτωρ?*, *Pelei armentorum pastor.* OV. met. 11, 384 cursu festinus anhelo advolat armenti custos Phocëus Anetor (Onetor *J. J. Hartmann, Mnem. 1893, 201*). *Diehl.*

aneurisma, -tis *n.*, *ἀν-εύρυσμα, genus tuberis. describitur* VEG. mul. 3, 30, 1 CHIR. mul. 98 *et* 99 ORIB. syn. 1, 12. PS. APVL. herb. 115 aneurismata hoc est tumores. *V.*

Anextlomarus, -ī *potius quam* Anextiomarus *cognomen Apollinis celticum.* EPH. epigr. 7, 1162 (*Britanniae*) Apollini Anextlomaro *an* Anextlo Maro? *idem nomen supplendum videtur* CORP. XIII 3190 ⟨Apollin⟩i Anex⟨tlomaro⟩ (*Le Mans*). *Diehl.*

Anfion *v.* Amphion.

ānfrāctārius, -a, -um NOT. Tir. 81, 29.

ānfrāctuōsus, -a, -um *v.* anfractus. AVG. c. Petil. 3, 20, 23 (43, 358 M.) anfractuosus circuitibus (retract. 1, 27 (32, 630 M.)). c. Iul. op. imp. 2, 28 anfractuosis disputationibus. 5, 60 ambagibus. 1, 27 *liber* et obscurus et anfractuosus. serm. temp. 59 (135), 6 (38, 401 M.) verba locutionis anfractuosae.

ānfrāctus, -a, -um. [*sunt qui cps. esse putent ex* agere, actus *et praepositione* anfr- amfr-, *derivata ab* amb(i)-, *quae in verbo umbr.* ambr-etuto '*ambiunto*', *fortasse osc.* amfret '*ambiunt(?)*' *inesse videtur; v. Zeyss, Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch. 16, 380. antiquis ex* amb- *et* frangere *cps. esse videbatur, v. Varronem l. 62. Th.*] *cf. subst.* anfractus. AGENN. grom. p. 283 *aequalitas* modo curvis anfracta in flexuram, modo in rectum rigentibus lineis porrecta. AMM. 29, 5, 37 tumulos per anfracta undique spatia in sublime porrectos. MAX. TAVR. hom. 65 super anfractas daemonum semitas erraticus viator incedit. *subst.* **ānfrāctum,** -ī *n.* VARRO ling. 7, 15 (*ad Acc. fragm., v. i.*) anfractum est flexum, ab origine duplici dictum ab ambitu et frangendo, ab eo leges iubent in directo pedum VIII ⟨viam⟩ esse, in anfracto XVI, id est in flexu. GAIVS dig. 8, 3, 8 viae latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim (CELS. dig. 8, 6, 6, 1 d; *cf. Elvers, röm. Servitutenlehre 1856 p. 394*). ACC. trag. 335 super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta revisam. VARRO Men. 387 (*vers.*) cavata aurium anfracta. SYMM. epist. 7, 14 multo anfracto circumvectus. GLOSS. iter difficile tortuosum, iter difficile vel circuitus, circumfractum, id est flexuosum, confractum, *περιφερές*; anfracto: per flexum, adeunti difficile. *synonyma*: flexuosus, tortuosus (CIC. nat. deor. 2, 144). *opposita*. derectum, porrectum.

ānfrāctus, -ūs *m.* GLOSS. *κάμψις ὁδοῦ, περίοδος, περιοδεύσιμος τόπος, διασφαγή*, circuitus, flexus; amfractibus: circumflexionibus; II 566, 39 rima duarum rerum termin[i]um unum ⟨habentium⟩. *traditur* amfractus LVCR. 5, 683 CAES. Gall. 7, 46, 1 AMM. 15, 4, 2. 26, 8, 3 *al. et saepe* GLOSS., anfractus *legit* PRISC. gramm. II 29, 20.

I ***proprie:*** **1** *angulus*: CIC. nat. deor. 2, 47 (*de sphaera*) nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum (Tim. 17). MANIL. 2, 362 alterno devertitur angulus astro sexque per anfractus curvatur virgula in orbem; *cf.* MART. CAP. 6, 579 ibi vel lineares ductus vel circulares flexus vel triangulares arraduntur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amfractus. **2** *flexus viae*: *cf.* GAIVS (*ex lege XII tab.*) *s. v.* anfractum *et v. Leonhard, PW. I 2184.* CAES. Gall. 7, 46, 1 *murus*, si nullus amfractus intercederet, MCC passus aberat; quicquid huc circuitus ad molliendum clivum accesserat, id spatium itineris augebat. NEP. Eum. 8, 5 *via*, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum (*cf.* 9, 6). MELA 1, 56 *labyrinthi vias* continuo anfractu ... ancipites (CORIPP. Ioh. 4, 607, *cf.* ENNOD. op. II p. 304). TAC. hist. 3, 79 *pugnatum inter* anfractus viarum (*cf.* IVVENC. 1, 318). LACT. inst. 1, 1, 23 cum habeant iter rectum, devios secuntur anfractus (*in fig.*). AMM. 17, 1, 9 per anfractus longos et asperos. SIDON. carm. 5, 175 ad anfractum metae. SED. pasch. 4, 1 inflexis viarum ... anfractibus. PETRON. 7, 8 per anfractus ... obscurissimos egressus (APVL. met. 3, 10). AVIAN. fab. 31, 4 *mus* in anfractus conditur inde suos. *cf.* apol. 31 in suo foraminis anfractu. *aliter* VEG. mul. 5, 4, 2 ex itineris longi fatigatione aut ab anfractu limosarum viarum. **3** *flexus vallium, montium, maris, sim.*: VERG. Aen. 11, 522 est curvo anfractu valles. LIV. 21, 37, 3 rupem ferro pandunt molliuntque anfractibus modicis clivos. 22, 28, 6. 44, 4, 6 anfractus iugi (PLIN. nat. 31, 58 collis. TAC. ann. 4, 51 montis. AMM. 15, 4, 2). APVL. met. 6, 25 clivis et anfractibus fatigatos (TERT. spect. 3 in anfractu. HEGES. 4, 1, 1 clivosis). AMM. 24, 4, 10 undique rupibus anfractu celsiore discissis. LIV. 29, 32, 5 per anfractus montis ignotos sequentibus se eripuit. CVRT. 5, 4, 15 per callium anfractus ... intrare. LVCAN. 4, 159 tutae quos inter opaco anfractu latuere viae. AMM. 27, 9, 6 per angustum quendam transiens devexitatis anfractum. SIL. 5, 3 silvarum anfractus caecis insiderat armis. LVCR. 1, 718 quam (*insulam*) fluitans circum magnis anfractibus aequor (VAL. FL. 4, 727 curvis. SOL. 23, 15 magnis. RVT. NAM. 2, 23 variis). PLIN. nat. 3, 5 flexuoso litorum anfractu. VAL. FL. 2, 45 blando. LVCAN. 5, 416 nec maris anfractus lustrandaque litora nobis. SIL. 15, 173 hinc legit Ausonius sinuatos gurgite ductor anfractus pelagi (*cf.* HIER. epist. 1, 2). APVL. mund. 6 quibus (*maribus*) terminantur orbis nostri anfractus. MEROB. paneg. Aetii fr. II[B] 9 terrae. AMM. 17, 13, 4 insularem anfractum. LVCAN. 1, 605 dumque illi effusam longis anfractibus urbem circumeunt. SIL. 12, 54 aggeris anfractu. AMM. 31, 8, 1 intra vehiculorum anfractus. VEG. mil. 4, 2 (*de muris*) sinuosis anfractibus ... clausere urbes. HEGES. 4, 27 (*de portu*) ingrediendi angustias, undarum sinus, vestibuli anfractus. COMP. CARTH. 2, 13 cancellorum anfractibus. SEN. epist. 104, 15 *flumen* implicatur crebris anfractibus. STAT. Theb. 4, 52 anfractu riparum incurvus Elisson. AMM. 26, 8, 3 *fluminis* sinuosos amfractus (AVIEN. Arat. 803 AMBR. exam. 6, 9, 62. MART. CAP. 1, 14 flexuosis. HONOR. geogr. 37 tortuosos). PLIN. nat. 11, 124 *cornua arietum* convoluta in anfractum. VAL. FL. 7, 523 immensis recubantem anfractibus anguem (STAT. Theb. 5, 520. AVIEN. Arat. 141 curvis. AMBR. in psalm. CXVIII 2, 2. AVG. civ. 14, 11 tortuosis. *al.*). ARNOB. nat. 3, 13 *aures* curvis perterebratas anfractibus (AMBR. exam. 6, 9, 62). LACT. op. 11, 16 internorum anfractus. **4** *circuitus siderum*: LVCR. 5, 683 *sol* imparibus currens amfractibus (AVG. civ. 12, 14). CIC. rep. 6, 12 cum aetas tua septenos octiens solis anfractus reditusque convertit (*cf.* MACR. somn. 1, 6, 83). leg. 2, 19 annuis anfractibus. GERM. 442 neque anfractus brevis illis (*stellis*). APVL. Socr. 8, 140 lunae anfractibus (MART. CAP. 8, 858). CHALC. carm. 15 celsis (*de planetis*). **5** *de equo*: VAL. FL. 6, 239 orbibus hos (*hostes*) rapidis mollique per aequora Castor anfractu levioris equi deludit (*cf. p. 43, 60*).

II ***translate*:** CIC. div. 2, 127 quid opus est circumitione et anfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum potius, quam derecto deus ... diceret. partit. 6, 21 *coniunctio* circumscripta non longo anfractu. QVINT. inst. 9, 2, 78 haec deverticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis, ut qui cursu parum valent, flexu eludunt (eludant *codd.*). 12, 9, 3 iuris anfractus. VIGIL. TOLET. epist. 2, 2 (13, 553 M.) praetermissis ambagibus et longis anfractibus (AVG. civ. 7, 23). AMBR. exam. 5, 24, 86 longae disputationis anfractu. HIER. epist. 1, 2 inter asperae orationis anfractus. 57, 5 hyperbatorum. AVG. conf. 12, 27, 37 loquelarum. c. Iul. op. imp. 4, 120 (45, 1414 M.) longis et tortuosis, fallacibus et fugacibus anfractibus. MACR. sat. 1 praef. 2 compendia longis anfractibus anteponenda. MART. CAP. 4, 423 multinodos ... anfractus (*dialecticae*). 8, 803 numerorum. HONOR. geogr. 1. *curarum, illecebrarum*: PANEG. X 5 nullae cupiditatum deflexiones, nullus erroris anfractus. AMBR. exhort. virg. 5, 31 virginitas, quae nullis in hoc saeculo curarum anfractibus reflectitur. AVG. conf. 6, 6, 9 aerumnosis anfractibus et circuitibus. AMBR. Abrah. 2, 7, 39 deflexionis quodam ambiguo atque anfractu absolutus rectas ... semitas ... coepit carpere. exam. 3, 5, 23 *vitae* declinare dubios anfractus (Iac. 1, 6, 25). Ios. 6, 34 potentiae. Iob 4, 3, 12 saeculi huius. Abrah. 2, 2, 7 in illis diverticulis et anfractibus constitutus vel adhuc aevi recentioris vel nondum perfectioris disciplinae vel loci patentis ad vitia. *synonyma*: angulus, circuitus, deverticula, flexus, ambages, deflexiones. *opposita*: iter rectum, compendia.

ānfragōsus, -a, -um GLOSS. II 566, 23 locus qui ex multis partibus perambulari potest (*trad.* amfragosus). *v. Mess.*

Angae *aquae, in Bruttiis.* TAB. Peut. 7, 1 Aque Ange. Aquae Anatiae RAVENN. p. 278. Aque Ancie RAVENN. GVID. p. 382. *Otto.*

angaria, -ae *f.*, ἀγγαρεία. GLOSS. περιεργασία, ἀκουσία, ἐργασία. conpulsio vel vi coagens. V 589, 20 Anianus (in expositione super Matthaeum): et agrum locat ut agrariam suscipiat (angariam accipiat *Scaliger*). *ital.* angheria, *hisp.* anguera, enguera, *v. Körting s. v.*

clabulares currus vel iumenta (*v. Seeck, PW. I 2184*): CHAR. dig. 50, 4, 18, 21 patrimoniorum munera ... veluti agminales equi vel mulae et angariae atque veredi ... huiusmodi obsequia ... tributiones eiusmodi. 29 neque ab annona neque ab angariis neque a veredo neque ab hospite recipiendo ... excusari possunt. 4 angariarum praebitio. NOVELL. 17, 9 neque angariis collatores adfligentem (ἀγγαρείαις) *v. et* angarium. LEX Vis. Rec. 5, 5, 2 de animalibus in angariam praestitis. *iter coactu factum*: AVG. in psalm. 51, 4 (IV 1, 602 M.) angariam faciebat (61, 8 p. 736). serm. dom. 1, 20, 66 (III 1263 M.) de angaria mille passuum. *translate*: POSSID. vit. Aug. 19 hanc suam a melioribus occupationem tamquam angariam deputabat. PS. AVG. serm. 247, 7 qui in angaria Christi crucem portat (*v. sub* angario).

angariālis, -e. COD. Theod. 8, 5, 4, 1 (*a. 326*) is qui angarialem habet copiam *i. ius angarias exigendi.*

angario *vel* **angarizo.** GLOSS. ἀγγαρεύω. angariati: coacti compulsi, portati. angarizanti: cogenti vel compellenti. VLP. dig. 49, 18, 4 sed et naves eorum (*veteranorum*) angariari posse ... rescriptum est. ACTA S. Tarachi 10 milites ... angariaverunt homines. ITALA *et* VVLG. Matth. 5, 41 quicunque te angariaverit (angarizaverit *Sangall. cod. aur.*) mille passus, vade cum illo et alia duo. 27, 31 Simonem ... angariaverunt (angarizaverunt *Sangall. cod. aur.*) ut tolleret crucem eius (Marc. 15, 11, *at* Luc. 23, 26 imposuerunt illi crucem portare). *inde christiani passim, velut* AVG. epist. 138, 2, 11 cum angariante duplicandam viam (BENED. reg. 7). IREN. 1, 24, 4 Simonem ... angariatum portasse crucem. AVG. serm. 46, 41 Simon angariatus est ut tolleret crucem (*ibidem quater similia, cf.* PS. HIER. indic. de haer. 2). *translate*: AVG. in psalm. 51, 4 (IV 1, 602 M.) regnum terrenum angariat cives regni caelorum. epist. 139, 3 qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare. ... nos necessitates angariatos trahunt. serm. dom. 1, 20, 66 (III 1263 M.) qui angariat hominem improbe. PAVL. NOL. epist. 37, 1 carnis infirmae iumentum angariavit in vias duras. ARATOR hist. apost. 2, 902 angāriat, inquit.

angarium, -ī *n. v.* angaria. PAVL. dig. 50, 5, 10 angariorum praestatio. HERMOG. dig. 50, 5, 11 angariorumve exhibitio.

angarius, -ī *m. v.* ἄγγαρος. LVCIL. 200 concursans, veluti angarius (ancarius *codd.*), clareque quiritans. *cf.* NIGID. ap. Gell. 19, 14, 7. *V.*

Ange *montes Ciliciae.* VVLG. Iudith 2, 12 venit ad magnos montes Ange qui sunt a sinistro Ciliciae. *opp. Indiae.* TAB. Peut. 12, 2. RAVENN. p. 47 *et* 54.

Angeficus, -ī *m. deus, ut videtur.* CORP. II 809 (*Lusitania, periit*) ara(m) Angefici. *Otto.*

Angeia (*?*) *oppidum Thessaliotis meridianae.* LIV. 32, 13, 10 transgressi in Thessaliam Cymenes et Angeias ... potiti sunt. *Diehl.*

Angeitius, -ī *m. nom. vir.* CORP. II 833 (*Lusitania*) Aunia Angeiti f(ilia). *Otto.*

angela, -ae. TERT. adv. Val. 32 deputor angelis, non angelus, non angela (*h. e.*: *fio angelus abiecto masculino et feminino sexu, cf.* HIER. epist. 108, 22).

angelicus, -a, -um *adi. v.* angelus, ἀγγελικός. *de nuntiis*: DIOM. gramm. I 512 angelicum metrum celeritate nuntiis aptum Stesichorus invenit. unam enim ultimam syllabam detraxit de hexametro. MAR. PLOT. gramm. VI 507 de Choerilio hexametro et eius schematibus octo. Choerilium metrum, quod et Diphilium (delphicum *codd.*) et angelicum nuncupatur, constat penthemimerica caesura et syllaba et altera penthemimerica. PS. CENS. gramm. VI 615 angelicus numer[at]us syllabam coartat hexametro (⟨una⟩ syllaba coartat hexametrum *Keil*) *cf.* 617, 5. *aliud* MAR. VICT. gramm. VI 85 dimetrus autem (*trochaicus*) 'Phoebe tu lyra sonante' quod angelicon vocatur. *de angelis christianis*: TERT. ieiun. 5 illis xerophagiae panis (-es *codd.*) angelici displicebant. anim. 34 (*Helenen*) angelicas potestates genuisse. mart. 3 corona aeternitatis brabium angelicae substantiae est. LACT. inst. ep. 22, 9 ne (*angeli*) honore angelico multarentur. CHALC. comm. 120 porrigit (*Plato*) diligentiam usque ad angelicae naturae, quos daemones vocat, extricationem. FVLG. aet. mund. 2 angelica extorris caelo nequitia. HIER. epist. 100, 10 ieiunia id est conversationem angelicam. VVLG. iud. 13, 6 vir dei ... habens vultum angelicum. PRVD. ditt. 40 panibus angelicis (*manna*). apoth. 46 in angelicas vel mortales ... species. AVG. civ. 5, 10 humanis vel angelicis vel cuiusquam creati spiritus voluntatibus. 13, 1 angelica immortalis et beata aeternitas. PROSP. psalm. 136, 1 ad patriam caelestem angelicamque. SED. carm. pasch. 2, 70 angelicos coetus. BOET. cons. 4, 6 seu angelica virtute seu daemonum varia sollertia. ENNOD. pro syn. 106, 9. CORIPP. Iust. 1, 365 *etc. saepe in tit. christ.* CORP. X 1376. DE ROSSI II 56, 15. 127, 6. 208, 34. CARM. epigr. 688, 15 *al.* *beatus, pietate insignis*: AVELL. 224, 24 ex angelica sede vestra (*i. e. papae*). GREG. TVR. Mart. 2, 58 virtus angelici confessoris. VITA Caes. Arel. 1, 36 video angelicum virum *etc.* **angelice:** HIER. epist. 107, 13 vivat angelice. *Klotz.*

Angelicī, -ōrum *haeretici.* AVG. haer. 39 Angelici in angelorum cultum inclinati, quos Epiphanius (*haeres. 40 s. 60 = Corp. haereseo-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

log. ed. Oehler II 195) iam omnino defecisse testatur. ISID. orig. 8, 5,18 (*de haeres. christ.*) Angelici vocati quia angelos colunt. *Diehl.*

angelifico, -āre *angelum facio.* TERT. resurr. 26 quae (*bona*) illam (*carnem*) manent in regno dei reformatam et angelificatam. *Klotz.*

Angelis *ab ἄγγελος nom. serv. mul. graecanicum. cf. Antiochus Antiochis.* CORP. XIV 1120. 1121 Húmania P. l. Angelis (*Ostiae*). *cf.* CORP. XIV 24 I. O. M. Angelum *Ostiae cultum (a. p. Chr. 176—180).*

Angelē, -ēnis CORP. VI 13798 Caeciliae Angeleni. *v.* Angelus. *Diehl.*

Angellae, -ārum. ⟨ad⟩ Angellas *statio in via Gadibus Cordubam.* ITIN. Anton. p. 412 (adgemellas *D, ceteri* angellas).

Angellicus, -ī. CORP. VIII 3384 (*Lambaesi*) Angellicu(s) v(ixit) a. VI. *Otto.*

Angelliī, -ōrum, *haeretici.* GREG. M. epist. 3,62 idolorum cultores atque Angelliorum dogmatis. *Diehl.*

angellus, -ī *ab* angulus. LVCR. 2,426 sunt etiam (*corpora*) quae iam nec levia iure putantur esse neque omnino flexis mucronibus unca[que], sed magis angellis paulum prostantibus. *hinc* ARNOB. nat. 7,49 (*lapis*) coloris furvi et atri, angellis prominentibus inaequalis.

angelticos, -ē, -on, *ἀγγελτικός, narrativus.* DIOM. gramm. I 482, 31 *ex Suetonio*: exegetici vel enarrativi *poematos* species sunt tres: angeltice, historice, didascalice. angeltice est qua sententiae scribuntur, ut est Theognidis liber, item chriae.

Angelum *v.* Angulus.

angelus, -ī, *ἄγγελος.* GLOSS. nuntius gaudii, nuntius, *ἄγγελοι.* CHALC. comm. 133 angeli partim ... dei ministri ... partim adversae potestatis satellites. AVG. civ. 5,9 angelorum ... voluntates dico, seu bonorum, quos angelos dei vocamus, seu malorum, quos angelos diaboli vel etiam daemonas appellamus. 15, 23 qui enim Graece dicitur *ἄγγελος* quod nomen Latina declinatione angelus perhibetur, Latina lingua nuntius interpretatur. *cf.* gen. ad litt. 5,19,37 ISID. orig. 7,5,5. *v. ital.* angelo, *hispan.* angel, *francog.* ange.

1 ***mali angeli*:** PS. APVL. Ascl. 23 fit deorum ab hominibus dolenda recessio, soli nocentes angeli remanent. 38 evocantes animas daemonum vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis. TERT. spect. 2 cum ... hominem ... illa vis interpolatoris et aemulatoris angeli ... de integritate deiecerit. 4 renuntiasse nos diabolo et pompae et angelis eius. 8 daemoniis et angelis. idol. 5 crucis a serpentibus id est ab angelis diaboli liberaturae nos. testim. 3 quem (*satanan*) nos dicimus malitiae angelum. VVLG. psalm. 77, 49 misit ... immissiones per angelos malos. AVG. civ. 9,15 misera multitudo malorum angelorum. 12,2 cum de angelis apostaticis loquamur. PROSP. epigr. 62, 2 letifer ... angelus (*diabolus*). CORIPP. Ioh. 1, 252 mente malignus angelus ille fuit claro deiectus Olympo.

2 ***boni angeli*:** TERT. spect. 27 omnes angelos prospicere de caelo et singulos denotare. 30 quae illa exultatio angelorum! scorp. 6 hominibus et angelis et universis potestatibus. bapt. 6 angelus baptismi arbiter. anim. 34 angelos et archangelos. 37 nos officia divina angulos credimus. cult. 2,3 sufficit, quod angelis dei (*fideles intellegunt,* ancillis *coni. de la Cerda, neutrum necessarium*) non est necessaria (*formae dignitas*). ARNOB. nat. 2,35 omnes omnino quos esse opinatio suspicatur, dii angeli daemones. LACT. inst. 1,7,8 ostendit (*versus ex Sibyllinis libris*) ministros dei non deos, verum angelos appellari oportere. CHALC. comm. 132 huius generis ... est illud aetherium ... quos Hebraei vocant sanctos angelos. 232 divinis potestatibus, quae adpellantur angeli et daemones. SILVIA 12, 2 hic positus est sanctus Moyses ab angelis. AMBR. virg. 11, 63 olebat tantum angelis et archangelis. Coloss. 2, 18 quas (*stellas*) angelos vocant. HIER. epist. 51, 4 qui (*Origenes*) angelos vertit in animas. 108, 22 quomodo erimus similes angelorum cum inter angelos non sit masculus et femina? 124,14 angeli et potestates ceteraeque virtutes. VVLG. gen. 16,7 cumque invenisset eam angelus dei. PRVD. perist. 1,66 apoth. 891 CLAVD. carm. min. app. 21, 1 PAVL. NOL. epist. 21, 3 AVG. civ. 2, 14. 9, 14 angelis immortalibus beatis. 22,25 propheta Malachiel sive Malachi, qui et angelus dictus est. AVELL. 284,12 angeli et universa caelestis militia. MART. CAP. 2, 153 quoniam cogitationum arcana superae annuntiat potestati, etiam angelus poterit nuncupari (*genius*). BOET. c. Eut. 2 at hominis dicimus esse personam, dicimus dei, dicimus angeli. **3** *homo pietate insignis*: AVELL. 566, 8 nos vestro sancto angelo (*tibi, papa*) dignum est passiones exponere. **4** *emplastri genus*: PLIN. VAL. 3, 14 emplastrum podagricum, quod dicitur angelus. *Klotz.*

Angelus, -ī *epitheton Iovis in columna quadam Ostiae effossa.* CORP. XIV 24 I. O. M. Angelo Heliop(olitano) (*inter a. 176—180*). CORP. VI 142 d Angelus bonus, *iuvenis togatus et coronatus, in pictura sepulcri cuiusdam viae Appiae inducit defunctam. nom. serv. vir.* CORP. VI 8053 L. Vettius L. l. Angelus (*paulo post mortem Augusti*). 19491 Angelus pater et mater Chelidon. 9920 *inter tabernarios* 3, 8 Angelus. 29073.

Angenior *Sardiniae oppidum.* RAVENN. 5, 26 p. 411, 4 Caralis Angenior Sulci Sartiparias Neapolis.

Anger, -is *vel* **Angeris** *fluvius apud Turones, postea* **Endria,** *nunc* Indre. GREG. TVR. vit. pat. 18, 1 super fluvium Angerem; *ibid.* 2 in ipso Angeris fluvii alveo. *cf. Krusch ad l. an idem sit* Alere RAVENN. p. 298 *dubitatur.* *Diehl.*

Angerōna, -ae *f. dea. nomen cognatum videtur cum* angor *et* anxius, *cf. Angitiam Marsorum.* VARRO ling. 6, 23 ab Angerona cui sacrificium fit in curia Acculeia. PAVL. FEST. p. 17 Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur. PLIN. nat. 3, 64 diva Angerona, cui sacrificatur a. d. XII kal. Ian., ore obligato obsignatoque simulacrum habet. MACR. sat. 3, 9, 4 sunt qui Angeronam, quae digito ad os admoto silentium denuntiat, *tutelam urbis Romae habere dicant.* Angeronia: MACR. sat. 1, 10, 7 duodecimo vero *kalendas Ianuarias* feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt. quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait quod angores atque sollicitudines animorum propitiata depellat. Masurius adicit simulacrum huius deae ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant perveniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dicit, quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, praemisso voto sit liberatus. GLOSS. Angeronia *ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν.* **Angerōnālia,** -um *n. feriae Angeronae.* VARRO ling. 6, 23 Angeronalia ab Angerona ... cuius feriae publicae is dies. PAVL. FEST. p. 262 cuius (*Angeronae*) festa Angeronalia dicebantur.

Angetus, -ī *nom. vir. Dalm.* CORP. III 8492. *Diehl.* [*Otto.*

Angilius, -ī. CORP. IX 832 (*Luceriae, vid. periisse*) Angili Asota Vinai Ve .... *Otto.*

angina, -ae *f.* [*ab ἀγχόνη. Th.*] *morbus quidam acutus animalium et hominum.* GLOSS. *συνάγχη, κύναγχος,* morbus ab a⟨n⟩gendo, faucium dolor, dolus (*i.* dolor) de inguine, tubera sive glandulae. FAVL. FEST. 8 angor id est animi vel corporis cruciatus proprie a Graeco *ἄγχειν τὴν δείρην* id est ⟨a⟩ strangulatione dictus; unde et faucium dolor angina dicitur. NON. 35 angina genus morbi, eo quod angat et Graece synanche appellatur. *invenitur vox apud* PLAVT. LVCIL. *saepissimeque apud medicos, pluraliter solum apud* PLIN. angena PLACIT. 32,3 *cod. Montecas. dactylicum vocis numerum firmat* LVCIL.; *male* angīna *vulgabatur apud* SER. SAMM. 278. ***proprie*:** PLAVT. Most. 218 in anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi fauces prehendam atque enicem scelestam stimulatricem. Trin. 540 sues moriuntur angina acerrume. frg. 68 anginam vinariam (*cf.* PAVL. FEST. 28 anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur). LVCIL. 864 abiit, quem una angina sustulit hora. PAVL. FEST. 17 Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur. CELS. 2,10 ubi angina strangulatur *aegrotus.* 4,7 nostri *morbum* anginam vocant: apud Graecos nomen prout species est; interdum enim neque rubor neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id *συνάγχην* vocant (*sequitur κυνάγχης descriptio*). SEN. epist. 101,3 genere valitudinis praecipiti arreptus, angina. SCRIB. LARG. 67, 206 angina correptis faucibus. PLIN. nat. 20, 188 *anesum* sedat anginas. 22,108 faucibus, tonsillis, anginae omnibusque oris desideriis utilissimum *mel.* 30, 35 milipedam inlini anginis efficacissimum putant. SER. SAMM. 278 angina ⟨iam⟩ vero mixtum sale poscit acetum. SOL. 17, 10 MACR. sat. 1, 10, 9 MARC. med. 14, 38. PLACIT. 4, 6 ad anginam et fauces dolentes. ***translate*:** GLOSS. II 566, 33 angina angustia pectoris. TERT. anim. 48 compressu iecoris angina sit mentis. FVLG. myth. pr. ni me ... memorum (maerorum *codd. dett.*) angina improbior sequeretur. *de* OREST. trag. 559 *cf. Rossberg, Archiv 1 (1884) 564.* *Klotz.*

Angina, -ae *cogn. mul.* CORP. VIII 4987 Gabinia M. fil. Angina uxor L. Iul. Secundi. *Otto.*

Angiopolis *v.* Ancyropolis.

angiportum, -ī *n. vel* **angiportus,** -ūs *m.* [*cps. esse videtur ex adiectivo obsoleto* *angus (*conferendo c. got.* aggwus, *slavon.* ązŭkŭ, *arm.* anjuk ancuk 'angustus') *et* porta. *Th.*] VARRO ling. 6,41 hinc (*ab* ago) *dicimus* angiportum, qua nihil potest agi. 5,145 angiportum, si id angustum, ab agendo et portu. *rectius* PAVL. FEST. 13,11 angiportus iter compendiarium in oppido, eo quod sit angustus portus, id est aditus in portum. DONAT. Ter. Ad. 4, 2, 39 angiportum id est angusta et curva via, quasi anguiportus, ut angitia et anguitia. alii, quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, nam domos vel portus vel insulas veteres dixerunt. SCHOL. Hor. carm. 1,25,10 angiportum alii dicunt vicum sine exitu. VLP. dig. 50, 16, 59 portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces et inde exportantur: eaque nihilo minus statio est conclusa atque munita. inde 'angiportum' dictum est. GLOSS. *passim στενωπός,* angusta porta, angustia, *et* angustus portus, *inde* refugium navis, *rectius* IV 405,49 via sine exitu, hoc est profugatus quodam, IV 17,40 callem, II p. XII viae angustae inter minores vicos quae exitum ad muros aut nullum aut angustum habent, V 439, 57 vico angusto, *passim* loca secreta, IV 17, 32 aedium materia (maceria?) vel aediculae. V 209, 35 (*ad Plaut. Pseud. 971*) quasi in anfracto partium aedium huius aedificiorum. NOT. CONST. reg. I vicos sive angiportus XXIX. *nominabantur angiporta ut Calibus* CORP. X 4650 ad angiportum Matutae, 4660 ab angiporto aed⟨is⟩ Iunonis Lucinae, *numerantur a peregrino* PLAVT. Pseud. 960 sextum a porta proxumum, *cf.* APVL. met. 3, 2 *et v. p. 47, 27. de re v. Nissen, Pompej. Stud. 541. Mau, PW. I 2190.* PRISC. gramm. II 262 (*cf.* suppl. 127, 30) a portu compo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

situm tam masculini quam neutri generis invenitur et secundae declinationis, 'hic angiportus' et 'hoc angiportum, huius angiporti'. sic Plinius Secundus in I artus grammaticae. *laudat pro exemplis* Ter. Ad. 578 *et* Phorm. 891 (angiportum hunc *Prisc.*, hoc *Bemb.*), *similia* Non. 190. *praevalent formae neutrae et dubiae, quartae decl. traduntur hae*: Plavt. Most. 1046 Cist. 124 Hor. carm. 1, 25, 10 Apvl. met. 4, 20. 9, 2 angiportu, Ter. (*? v. l. 4*) angiportum, Cic. div. 1, 69 *hos* angiportus, Not. Const. (*v. p. 46, 79*), Vitr. 1, 6, 1 angiportuum; *nom. sing. in* -us *non extat nisi apud* Pavl. (*v. p. 46, 64*) *et in* Gloss., *qui passim dant* anguiportus (*v. p. 46, 66*), *et* II 437, 20 angustiportum. *Landgraf, Archiv 5 (1888) 139 et 191. apud scriptores subest fere notio secreti, ubi sicarii latrones moechi rem habent.*

Plavt. Asin. 741 angiporto illac per hortum circum iit clam, nequis se videret (Pers. 678). Most. 1045 ostium quod in angiportu est horti, patefeci fores. Pers. 444 abi istac travorsis angiportis ad forum. Pseud. 971 ecquem in angiporto hoc hominem tu novisti, *cf.* 961. Cist. 124 parvolam puellam proiectam ex angiporto sustuli. Ter. Ad. 578 Eun. 845. C. Titivs Macrob. 3, 16, 14 dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant. Rhet. Her. 4, 64 similitudine loci deceptos angiporto toto deerrasse. Cic. Mil. 64 nullum in urbe vicum, nullum angiportum ... in quo Miloni conducta non esset domus, *cf.* Verr. 2, 141 div. 1, 69. Cat. 58, 4 *Lesbia* nunc in quadriviis et angiportis glubit magnanimi Remi nepotes. Bell. Alex. 4. Hor. carm. 1, 25, 10 in solo ... angiportu. Fest. 146 in angi⟨portu⟩, de quo aris sublatis balnearia sunt facta domus Cn. D⟨omiti⟩ Calvini (*cf.* Edict. Theod. cod. Iust. 8, 11, 20). 516 stercus ex aede Vestae XVII Kl. Iul. defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini. Vitr. 1, 6, 1 intra murum arearum divisiones platearumque et angiportuum ad caeli regionem directiones, *cf.* 1, 6, 7. 1, 6, 13. 1, 7, 1. Svet. Galb. 10 Apvl. met. 1, 21. 3, 2. 4, 20. 9, 2 *et* 25 Socr. 165. *proverbium*: Plavt. Cist. 384 fr. XII quasi carnificis angiporta purigans. *synonymum*: vicus, *a quo postea vocabulum longius funditus ex usu expulsum est.* *Vollmer.*

Angiscirī, -ōrum *gens Hunnorum.* Iord. Get. 272 Angisciros. *D.*

Angitia, -ae *f. Marsorum dea, Oscis* Anagtia. *male* Anguitia *propter angues apud posteriores velut in Mediceo cod. Vergili* 7, 759 (Anguetiae). Vib. Seqv. p. 153. Gloss. Anguitia *Μήδεια* (Anxicia meretrix, *cf. Schepss, Archiv 8, 500*), *cf.* Serv. Aen. 7, 750. Aggitia *ex doctrina Acci* Mar. Vict. gramm. VI p. 19. Corp. IX 3885 (*in Marsis*) Sex. Paccius M. ⟨f.⟩ et Sex. Paccius Ka⟨es. f.⟩ murum vet⟨ust.⟩ consumtum a solo resti⟨t(uerunt)⟩ ex p(ecunia) p(ropria) Angitiae. Verg. Aen. 7, 759 nemus Angitiae. Sil. 8, 498 Aeetae (*Sang.* ac te) prolem Angitiam. Sol. 2, 28 C. Coelius Aeetae tres filias dicit Angitiam Medeam Circen ... Angitiam vicina Fucino occupavisse ibique salubri scientia adversus morbos resistentem cum dedisset homines vivere deam habitam. *a* luco *Angitiae dicti* Lucenses *quos inter oppida Marsorum memorat* Plin. nat. 3, 106 (*cf. Mommsen, Corp. IX p. 367*); *nemus* Angitiae vel Anguitiae Lucaniae *errore* Vib. Seqv. p. 153. **Angitiae** *deae.* Corp. IX 3073 (*Sulmone*) Fuficia C. Fufici Amandi f. Iusta mag(istra) Angitiis d. d. *cognati* **di Ancites**, *cf. Paelignorum* Anceta, Anaceta. Corp. IX 3515 (*Furfone*) dis Anciti-bu⟨s B?⟩usutranorum Q. Pontius Severus. *hinc natum* **Ancitius** *gentilicium.* Corp. VI 11624 P. Ancitio P. f. qui vixit ... Ancitia Fortunata et L. Cornelius Neptunalis filio dulcissimo fecerunt. *vix sanum* **Ancitus** Corp. X 7462 (*in Sicilia, periit*) d. m. M. Volumni Eratus ... C. Ancitus amico m. p. *eodem genere prognata videtur* **Angitula** *fluv. Bruttii. nomen corruptum in Ravenn. recte exscr.* Gvido p. 482. ad fluvium Angitulam Itin. Anton. p. 106, 1. *vide etiam* Annicia. Angitialis *ex coni. Schmitzii* Not. Tir. 56, 3 (Antitialis). *Otto.*

angitūdo, -inis *f.* (*vel* angetudo) Gloss. anxietas.

Angitula *v.* Angitia.

angium, -ī *n. v. ἀγγεῖον.* Theod. Prisc. eup. 37 amurca in diplo angio cocta (*v.* log. 101 in diploangio). Soran. 50 unde *corium* dictum est angion? angion hoc est vasculum. quare dictum est vasculum? quod ibi infans est clausus. *idem verbum pro circuitu?*: Solin. 27, 12 ipsa (*Africa*) suo cingitur angio. interna eius ... bestiae ... tenent. (augio, augurio, angino *sim. codd.*) *V.*

Angius, -ī *m.* Corp. XII 5686, 47 (*in vasculis*) of(ficinator) Angiu(s) *et* of. Angi. 15 of. Anci. *Otto.*

Anglevariī, -ōrum. Not. Dign. or. V *sub dispositione magistri militum praesentialis inter auxilia Palatina decem et octo*: 59 Anglevarii *v.* Angrivarii.

Anglīī, -ōrum *Sueborum gens?* Tac. Germ. 40 Reudigni ... et Aviones et Anglii et Varini et Eudoses et Suardones et Nuitones fluminibus aut silvis muniuntur. **Anglī,** -ōrum *Britanniae incolae ex Germania transvecti* (*a. 449*). Greg. M. epist. 11, 65 nova Anglorum ecclesia (*et passim*). *saepe apud* Avg. vol. 6 Migne. Avit. App. 6, 13, 11 *epitaph. Greg. M.* ad Christum Anglos convertit pietate magistra. Inscr. christ. Rossi p. 274, 2 (Gregorius papa) gentem Anglorum ad Christum converti fecit. Ptol. 2, 11, 8 *Ἀγγειλοί*, Procop. bell. Goth. 4, 20 *Ἄγγιλοι.* **Anglia,** -ae *Britannia.* Greg. M. epist. 11, 1155 volumus in Anglia episcopos ordinare. *adi.* **Anglus,** -ī. Greg. M. epist. 6, 7 pueros Anglos. *Diehl.*

anglobes *ποπάνου εἶδος* Gloss. II 17, 1. *cf.* globulus. *V.*

ango, -ere. [= *gr. ἄγχω, cf. c.* angor, angustus. *Th.*] Prisc. gramm. II 34, 21 'ango' ... pro 'ancho' (anco *pars codd.*). Gell. 1, 3, 8 anxit (Prisc. gramm. II 523, 7 Char. gramm. I 245, 16 Diom. gramm. I 369, 9). Pavl. Fest. p. 29 anctos, excruciatos. Prisc. gramm. II 513, 12 angor, anctus. II 525, 14 'ango' ... differentiae causa servavit 'n' in supino 'anctum', nam ab 'ago' actum fit. quidam tamen etiam 'anxus' eius participium protulerunt. Gloss. ancti *ἀγχόμενοι*; excruciati. anctos *ἀναγκασθέντας.* Varro *ex Accio* (Prisc. gramm. II 30, 18) aggens *pro* angens.

I *proprie*: **1** Gloss. *ἄγχω; πνίγω.* Verg. Aen. 8, 260 *Hercules Caci* angit inhaerens elisos oculos et siccum sanguine guttur. georg. 3, 497 tussis ... sues ... faucibus angit obesis. Ov. met. 9, 78 angebar ceu guttura forcipe pressus. Sil. 13, 584 angens utraque manu sua guttura Livor. Stat. Theb. 4, 828. 6, 270. **2** Gloss. angit, *θλίβει, στενοχωρεῖ.* Ov. met. 15, 218 angi corpora visceribus ... condita matris. Colvm. 4, 2, 2 *vitis* pluribus radicibus inter se conexis angitur (10, 149. 11, 3, 45). 7, 3, 18 robustus (*agnus*) angit imbecillum. Val. Fl. 2, 387 bellator equus ... brevis in laevos piger angitur orbes. 4, 688 fluctu ... coacto angitur ... aequor. Apvl. apol. 50 *dulcedo* (*albedo?*) potu et cibo plenos comitialis morbi praenuntia strangulatione ... angit. Ivvenc. 2, 750 frugem ... internecat angens *sentis.*

II *translate*: **a** *de animo*: Gloss. angit, contristat; sollicitat vel stimulat; cruciat. **1** *absolute*: Cic. Tusc. 1, 83 illud angit vel potius excruciat: discessus ... (5, 89 fin. 1, 41). Lvcr. 4, 1134 amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Liv. 24, 2, 4 ea cura angebat, quod neque ... audebant ... et .... 26, 7, 6 una ea cura angebat, ne ... dederentur Campani. 27, 47, 6 duos ... consules esse, et quonam modo alter ... abscessisset, cura angebat (*cf.* 27, 40, 2. 28, 1, 5). Sen. epist. 63, 5 omne, quod angebat, extinguitur. Val. Fl. 4, 545 angunt proxima. Sil. 7, 26 angebant anni (17, 230. 17, 345). Tac. ann. 1, 47 multa et diversa angebant. Apvl. flor. 78 cuius angat absentia. Avg. civ. 14, 9 angit dolor. **2** *c. acc.*: Caecil. com. 35 caecus animum ... (*lac. in cod.*) adventus angit. Plavt. Cas. 153 ego pol illum probe incommodis dictis angam. Ter. Phorm. 160 cura ... angeret animum (Cic. Att. 3, 15, 2 Liv. 2, 7, 7. 4, 51, 6 Cvlex 64 Lvcan. 2, 681 Gell. 1, 3, 8). Cic. Brut. 10 quae me angebat de re publica cura. Tusc. 2, 29 illud ..., quod me angebat (Att. 6, 3, 1). Cato 66 causa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur. ad Q. fr. 3, 3, 1 me illa cura sollicitat angitque (Att. 1, 18, 1). Att. 13, 13, 3 *Attica* me valde angit (13, 42, 1). 5, 21, 4 angunt (ungunt *M*, pungunt *Klotz*) me dubitationes tuae (*et sic saepius*). Verg. Aen. 9, 88 sollicitam timor anxius angit. Hor. ars 110 *natura nos* ... ad humum maerore gravi deducit et angit. epist. 1, 18, 75 ne dominus ... munere te parvo beet aut incommodus angat. 2, 1, 211 poeta, meum qui pectus ... angit. sat. 2, 3, 39 pudor ... te malus angit (urget *det.*; Cvrt. 5, 3, 21). Ov. rem. 571 filius hunc miles, te filia nubilis angat! met. 13, 578 deam ... luctus ... angit. Liv. 21, 1, 5 angebant ... virum Sicilia Sardiniaque amissae. 32, 5, 2 Philippum ... curae angunt (28, 1, 5. 39, 23, 6. 39, 53, 5 Sen. dial. 2, 19, 1 Lvcan. 2, 64 Val. Fl. 7, 128). Sen. benef. 3, 17, 3 urit illum et angit ... conscientia. Stat. Theb. 1, 141 sceptra tenentem ... novus angeret heres (2, 343 salus. 5, 326 dolor. 6, 827 variae laudes et conscia virtus). Ach. 1, 183 angunt sua gaudia matrem. Tac. hist. 1, 5 severitas eius angebat aspernantes veterem disciplinam. 2, 24 angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama (2, 66. 4, 19. 4, 68). Plin. epist. 5, 1, 12 quae me vel delectant vel angunt. 5, 5, 2 angit me ... casus ipsius (Sidon. epist. 1, 7, 1). Min. Fel. 4, 3 me Octavi angit et remordet oratio. Amm. 21, 13, 12 angebat nos ... recordatio. Hier. epist. 148, 28 quod me non mediocriter angit et stimulat. Vvlg. I reg. 6 eam aemula ... vehementer angebat. Sidon. epist. 4, 11, 1 angit me ... damnum. **3** *reflexive*: *v. p. 49, 5 seqq.* **4** *usu neutro*: Gloss. angit, taedio afficitur. Ven. Fort. vit. Mart. 1, 164 dolet heiulat uritur angit. 4, 363 gravis anxius angens. **5 angor:** Gloss. *μεριμνῶ; ὀδυνῶμαι. absolute*: Cic. Tusc. 1, 22 cupere timere, angi laetari (3, 25. 3, 83). fin. 2, 14 qui nec laetetur nec angatur. Tusc. 4, 27 neque ... omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec qui anxii, semper anguntur. Att. 9, 6, 4 ante sollicitus eram et angebar ... nunc autem ... non angor, sed ardeo dolore. epist. 9, 25, 3 angar, excruciem me? (Brut. 5 Tusc. 1, 30. 1, 96 fin. 4, 69 epist. 9, 26, 1 Att. 6, 7, 2. 9, 10, 9. 12, 14, 4). Liv. 28, 7, 8 Philippus maerebat ... et angebatur (40, 54, 4). Val. Fl. 3, 376 cur ... angimur? Stat. silv. 2, 2, 81 Megalia ... angitur. Apvl. Socr. 12, 146 et misereri et indignari et angi et laetari. Amm. 17, 8, 1 Caesar ... diutius angebatur. 31, 10, 7 ire in hostem differendi impatiens angebatur (urgebatur *Petschenig*). *coniungitur*: *c. abl.*: Cic. fin. 5, 32 cum ... angantur appropinquatione mortis ... homines (Tusc. 3, 32 Lael. 10 off. 2, 25 epist. 4, 3, 1 *passim*). Nep. Dion 7, 3 cura (frangebatur *A*). Liv. 29, 6, 7 desiderio. Qvint. inst. 1, 6, 22 non alio magis quam quod .... Val. Max. 8, 11 ext. 1 solli⟨ci⟩tudine. Sen. epist. 74, 33 futuris. Colvm. 6, 27, 7 desideriis naturalibus. Stat. Theb. 5, 649 vicini pulvere Martis. Tac. ann. 1, 52 bellica gloria. 15, 28 infamia. Plin. epist. 4, 1, 5 profectionibus. 4, 21, 2 infantium sorte. Apvl. met. 10, 22 exili metu. Avg. civ. 15, 4 adversis (*rebus*). *c. acc. pronom.*: Cic. Tusc. 5, 17 qui nihil metuant, nihil angantur. fin. 1, 62 ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

angatur. BOET. cons. 3,3 quin aliquid semper angerer. *c.* de: CIC Att. 2, 18, 4 de Statio manu misso et non nullis aliis rebus angor. 7, 22, 1 eum, de quo angor et crucior. *c.* propter: CIC. Tusc. 4, 61 ut ... propter mala ... angatur. *additur* animi *vel* animo *sim.*: PLAVT. Epid. 326 qui angas te animi. CIC. Verr. 2, 84 angebatur animi. SVLP. APOLL. Ter. Haut. 3 animi ... sese angebat. SYMM. epist. 1, 49 impendio angor animi. 1, 50, 1 minimum animi angerer. CIC. Brut. 7 angor animo. epist. 16, 14, 2 audio te animo angi. Att. 5, 10, 3 angor intimis sensibus. APVL. flor. 17 nihil aeque se laborare et animo angi et mente. angor *sive* aliquid angit *cum acc. c. inf.*: CIC. Marc. 2 dolebam ... et vehementer angebar virum talem ... non in eadem esse fortuna (Brut. 7 Lael. 90 epist. 7, 15, 1 LIV. 1, 46, 6. 28, 8, 1 PLIN. epist. 2, 8, 2 SVLP. SEV. chron. 1, 15, 4. 2, 21, 3). CIC. Att. 4, 18, 2 nullus dolor me angit unum omnia posse (SIL. 8, 11). *c.* quod: CIC. Att. 12, 4, 12 angebar ..., quod Tiro ... dixerat (epist. 6, 4, 3 LIV. 26, 38, 1 SEN. Thy. 1105 PLIN. epist. 1, 10, 9 SVLP. SEV. chron. 1, 12, 3). cura angit, ne: *v. p. 48, 26.* **6** angi *idem fere quod* laborare, moliri: APVL. apol. 67 *accusatores* ibi omne virus totis viribus adnixi effudere, ibi maxime angebantur.

b *de corpore*: GLOSS. angere, lacerare, cruciare. LIV. 3, 6, 3 ea colluvio ... odore insolito urbanos et agrestem ... aestu ac vigiliis angebat. PLIN. nat. 10, 164 *pelli* (*ardeolae*) in coitu anguntur. LVCAN. 6, 107 *hostis* aëre non pigro nec inertibus angitur undis. FRONTIN. strat. 2, 1, 11 Caesar cum exercitum ... siti angeret. 3, 15, 6 cum longa obsidione milites ... angerentur. SER. SAMM. 351 clausas (*mammas*) penitus dolor angit acerbus (380). AVR. VICT. Caes. 13, 10 vinolentiam, quo vitio angebatur *Traianus*. AMM. 19, 4, 8 hac exitiali peste quassati, paucis intemperanti aestu consumptis, quos multitudo angebat. AVG. civ. 16, 35 gestiebant gemini ... in utero eius inclusi. qua molestia cum angeretur .... SVLP. SEV. chron. 2, 22, 6 Antiochus cum internis doloribus angeretur. BOET. mus. 1, 1 aurium vis ita sonos captat, ut delectetur, si dulces sint, angatur vero, si incohaerentes feriant sensum. ANTHIM. praef. 8, 29 nos, qui diversis cibis et diversis deliciis et diversis poculis nos angimus (agimus, utimur, implemus *codd.*). *synonyma*: angere: sollicitare, stimulare, cruciare, excruciare, remordere, urere. angi: dolere, maerere, sollicitum esse, timere, laborare, torqueri (SEN. epist. 13, 7 APVL. Plat. 2, 18). *oppositа*: angere: delectare, beare. angi: gaudere, laetari. *derivata*: *cf.* angor, angustus, angitudo, anxius, angina, angulus. *Prinz.*

angobatae. [angobates *a vocabulo graeco non tradito tractum esse videtur. Th.*] VITR. 10, 7, 4 *post descriptionem Ctesibicae machinae* plures et variis generibus ab eo liquores pressionibus coactae spiritūs efferre ab natura mutuatos effectus ostenduntur, uti merularum aquae motu voces atque angobatae, bibentiaque et eadem moventia (vomentia?) sigilla. *V.*

angor, -ōris *m.* [*cf. c. ind.* áṃhaḥ 'angustiae' *et c.* angere angiportum angustus anxius. *Th.*] PAVL. FEST. 8, 3 angor id est animi vel corporis cruciatus, proprie a Graeco *ἄγχειν τὴν δειρὴν* (*Thewrek.* anchedellin *codd.*) id est strangulatione dictus; unde et faucium dolor angina vocatur. GLOSS. angor *ἄχθος*. tristitia, molestia, dolor.

1 *proprie de corpore*: PLIN. nat. 8, 100 occupat ilico fauces *pantherarum* angor. LIV. 5, 48, 3 *gens* ... et aestu et angore vexata. AMM. 17, 7, 6 angore et inedia consumendos *quosdam incolas*. **2** *translate*: *de animo*: CIC. Tusc. 4, 18 angor *est* aegritudo premens. 4, 16 aegritudini *subiciuntur* ... misericordia, angor, luctus, maeror, aerumna. 4, 27 differt anxietas ab angore. Lael. 48 angor iste, qui pro amico saepe capiendus est. fin. 1, 49 animus ... liber cura et angore. Tusc. 4, 38 sine molestia atque angore. fin. 1, 60 conficiuntur et angore et metu. epist. 6, 12, 3 angoris et doloris tui levandi causa. leg. 1, 40 *furiae eos agitant* ... angore conscientiae fraudisque cruciatu. Att. 1, 18, 1 curam et angorem animi (LVCR. 3, 903 dissolvant animi magno se angore metuque. SVET. Tib. 7 APVL. met. 3, 11 AMM. 14, 10, 2. 22, 9, 4 SVLP. SEV. epist. 2, 2). LVCR. 3, 993 anxius angor (6, 1158). STAT. Theb. 3, 690 pervigil angor. TAC. ann. 2, 42 angore ... finem vitae ... implevit. SVET. Tib. 49 *Lentulum* metu et angore ad fastidium vitae ... actum. APVL. met. 5, 30 in angorem mei. Socr. 147 nullo angore contrahi. apol. 28 matrimonium nostrum Aemiliano ... angori ... fuit. IVVENC. 4, 484 angore ... maestus. AMM. 20, 4, 13 angore inpliciti. SIDON. epist. 8, 9, 2 vinculo incursi angoris. *plur.* (*nonnunquam idem quod μελαγχολία*): CIC. Phil. 2, 37 off. 1, 73. 2, 2. 3, 84. fin. 1, 67 laetamur amicorum laetitia aeque atque nostra et pariter dolemus angoribus. Tusc. 5, 3 angoribus et molestiis implicatos *animos*. epist. 5, 13, 5. APVL. met. 3, 19 me ... angoribus inplicasti. HIL. trin. 1, 2. AMM. 26, 6, 20 periculorum angoribus implicatus. Ps. AMBR. serm. 112a. PRVD. apoth. 86. MAR. MERC. Nest. adv. Pel. 1, 1 angorum imbribus inundatus (1, 7). MACR. sat. 1, 10, 7 angores ac sollicitudines animorum. SIDON. epist. 8, 11, 3. *de corpore*: *idem quod* dolor: ENNOD. epist. 132, 6 oculorum pressus angore. *de re*: *fortasse idem quod* carcer: COMM. instr. 2, 3, 19 in angore (augure *codd.*) saeptus.

synonyma: angor, dolor, cura, metus, timor; angores, molestiae, sollicitudines. *oppositum*: laetitia. *derivata*: *v.* ango. *Prinz.*

Angrivarii, -ōrum, *Ptol. 2, 11, 9 Ἀγγριονάριοι, Germaniae gens ab utraque parte Visurgis; postea* Engern. TAC. Germ. 33 iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur. 34 ann. 2, 19. 41. LATERC. VERON. XIII *inter gentes barbaras quae pullulaverunt sub imperatoribus enumerantur* Angrivarii. ISID. orig. 9, 2, 97. *cum Ampsivariis confusi videntur esse* TAC. ann. 2, 8. 22. 24. *num corrupti in* Anglevarii NOT. DIGN. or. 5, 59? *v.* Anglevarii. *Diehl.*

Angubbi *v.* Atigubbi.

anguen, -inis *n.* IVL. VAL. 1, 29 angues complusculi indidem emersisse sunt visi; ... mos est templum Heroi scandere, cui talia scilicet anguina obsequio famulentur.

anguena (-ē?) GLOSS. III 432, 66 *δράκαινα*.

[**anguens** GLOSS. V 340, 37 breer (*angl. sax.* 'Dornstrauch'). *cf.* VERG. Aen. 2, 379.]

angueus, -a, -um. SOL. 24, 4 aestuarium ... adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur. *cf.* ISID. orig. 14, 6, 10.

anguicoma, -ae *f. adi.* OV. met. 4, 699 Gorgonis anguicomae. STAT. Theb. 1, 544 anguicomam ... Gorgona. 6, 495 anguicomam monstri effigiem. 12, 647 anguicomae ... sorores. DRAC. carm. prof. 10, 439 anguicomae vos quoque deae (*sc. Furiae*), quibus impius horror turpia vipereae funduntur membra cerastae, plurimus ora tegit pendens de vertice serpens et sinuant orbes per pallida colla dracones.

anguiculus, -ī *m. v.* anguis. *proprie*: CIC. fin. 5, 42 serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas videmus. *translate*: PROSP. epigr. in obtrect. Aug. 2, 4 *livor* caput ... tollere humo miserum perpulit anguiculum (*obtrectatorem Augustini*).

anguifer, -a, -um. PROP. 2, 2, 8 Gorgonis anguiferae. OV. met. 4, 741 anguiferum caput (*Medusae*), *cf.* PRVD. ham. 131 (*Marcionitae dei = diaboli*). SEN. Herc. f. 812 utrumque cauda pulsat anguifera latus (*sc. Cerberus*). STAT. silv. 2, 1, 181 in anguiferae gramine Lernae. 3, 2, 119 anguiferamque domum, blando qua mersa veneno Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas. *sidus*: COLVM. 11, 2, 49 Anguifer, qui graece dicitur *Ὀφιοῦχος*. *synonymum*: colubrifer.

anguigena, -ae *m.* OV. met. 3, 531 anguigenae, proles Mavortia (*Thebani*). *synonyma*: draconigena, serpentigena.

Anguiger, -ī *m. sidus, gr. Ὀφιοῦχος.* CARM. de sphaera (poet. min. V p. 380) 49 oblongus (*cf.* 13 Anguitenens). *Dittmann.*

Anguilia, -ae *cogn. mul.* CORP. V † 1633 (*Aquileiae, videtur periisse*) Aurelia Anguilia. *Otto.*

anguilla (anguila), -ae *f.* [*cf. esse videtur c. gr. ἔγχελυς, lituan.* ungurys, *boruss.* angurgis 'anguilla'. *Th.*] GLOSS. *ἔγχελυς*. VARRO ling. 5, 77 vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, lingulaca, sudis; *cf.* ISID. orig. 12, 6, 41 anguillae similitudo anguis nomen dedit. PRISC. gramm. II 115, 13 anguis anguilla, unguis ungula, nubes nubilum, quae magis denominativa sunt existimanda quam diminutiva, quippe non habent diminutivorum significationem, sed formam tantum, *cf.* 106, 10. PRISC. gramm. II 30, 18 (*ex Varrone*): (agguilla, *al.*) in eiusmodi Graeci et Accius noster bina g scribunt, alii n et g. anguila *scribit pars codd.* PLAVT. Pseud. 747 (*P*) MART. 12, 31, 5 PRISC. gramm. II 30, 18 LEX Sal. 27, 20. *cf. etiam* anguillaricius. *Lindsay, Archiv 8 (1898) 442. pervenit ad linguas romanicas*: *ital.* anguilla, *sard.* ambiḍḍa, *francog.* anguille, *hispan.* anguila, *lusitan.* anguilla, anguia, enguia.

I *proprie*: **1** *indicatur natura anguina*: PLIN. nat. 9, 73 binae omnino (*pinnae piscibus*) longis et lubricis, ut anguillis et congris, nullae murenis. ... haec omnia flexuoso corporum inpulsu ita mari utuntur, ut serpentes terra, et in sicco quoque repunt. ideo etiam vivaciora talia. IVV. 5, 103 anguilla ... longae cognata colubrae. **2** *natura, species, mores, captus, sim. narrantur*: SEN. nat. 3, 19, 3 latebrosis locis nascuntur, gravis et ipsae cibus ob ignaviam, utique si altitudo illas luti penitus abscondit, *cf.* ANTHIM. 43 anguillae, quae in glarea aspera vel in saxosis nascuntur, meliores sunt quam illae, quae in limosis locis vel lutosis nascuntur. PLIN. nat. 32, 145 (*maris peculiaris*). 9, 177 (*pisces exiguis branchiis fieri non indigos umoris*), propter quod et anguillas diutius vivere exemptas aquis, *cf.* 9, 74. 9, 160 (*generatio*), *cf.* 10, 189. 9, 74 (*vitalitas, captus — 75 in lacu Benaco —*) pascuntur noctibus. exanimes piscium solae non fluitant. 31, 36 si amnis (*limosus*) anguillis scateat, salubritatis indicium. 9, 4 in Gange amne tricenos pedes *inplent.* 32, 16 in Labrayndi Iovis fonte inaures additas gerunt. MART. 12, 31, 5 quaeque natat clusis anguilla domestica lymphis. TERT. anim. 32 anima ... aeri postea insultabit in aquila aut mari postea desultabit in anguilla? 15 *vivunt* caprae et testudines et anguillae, si corda detraxeris. Ps. GARG. app. 62 p. 209 capiuntur pisces natura pingues, ut sunt salmones et anguillae et alausae. MACR. sat. 3, 15, 7 in summo supernantes sole torrefactae curvare se posse et in aquam mergere desinunt atque ita faciles captu fiunt. ORIBAS. syn. 4, 14 in utrisque aquis nutriuntur, id est in dulci et salsa, qualia sunt cefalus lupus triscors murena et gambari et anguillae. ISID. orig. 12, 6, 41 origo eius (*sc. anguillae*) ex limo, unde et quando capitur, adeo lenis est, ut quanto fortius presseris, tanto citius elabatur. **3** *usus*: SEN. nat. 3, 19, 3 gravis cibus. PLIN. nat. 29, 111 anguibus in cibo sumptis anguillarum modo. IVV. 5, 103 (*vilis esca, opp. muraena v.* 99).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HIER. epist. 121, 10 neque gustaveritis carnem ... murenae et anguillae et universorum piscium qui squamas et pennulas non habent. THEOD. PRISC. eup. 96 ⟨in modum anguillarum edendas ...⟩ vipereas carnes [⟨ ⟩ *solus r*]. APIC. 4, 162 murenas aut anguillas vel mullos sic facies. 10, 477 ius in anguillam. 478 *id.* ORIBAS. syn. 4, 1 mollibus carnibus sunt. PLIN. nat. 32, 138 (*anguillae II in vino putrefactae taedium vini adferunt*). PLIN. nat. 9, 77 anguillis crassius (*sc. tergus*), eoque verberari solitos tradit Verrius praetextatos, et ob id multam his dici non institutum. **II** *translate*: *de homine* PLAVT. Pseud. 747 quid cum manifesto tenetur? :: anguillast, elabitur. GLOSS. est qua coercentur in scholis pueri, quae vulgo scutica dicitur [= ISID. orig. 5, 27, 15]. genus flagelli. *cf. s. l. 8.* *synonymum*: conger.

anguillārīcius, -a, -um *v.* anguilla. LEX Sal. 27, 20 si quis retem anguilaritiam [ad anguilas *codd. mel.*] ... furaverit.

anguillātio, -ōnis *f.* (*v.* ancyla, anquila?). HONOR. geogr. A p. 48, 14 Nilus ... concurrens per anguillationem, coronam faciens contortuosam. B p. 49, 3 *Nilus et Astroboris* currunt in unum per magnam anguilationem [angul- *al.*] et unam coronam faciunt. p. 53, 4 *fluvius Malva* includit omnem partem Mauritaniae Caesariensis, intercludens per anguillationem [-guil- *al.*] tortuosam.

anguimanus, -ūs *adi.* (*de forma cf. Lachmann ad Lucr. p. 107*). LVCR. 2, 537 anguimanus elephantos. 5, 1303 boves ⟨lu⟩cas ... anguimanus. LACT. op. 5, 12 (*si hoc cubitis accideret, sc. ubique versus moveri*) manus mobilitate nimia proboscidi similis videretur, essetque homo plane anguimanus, quod genus in illa inmanissima belua mirabiliter effectum est. *cf.* ISID. orig. 12, 2, 14.

anguineus, -a, -um *adi. v.* anguis. TIB. 3, 4, 87 *de Cerbero*: canis anguinea [consanguinea *Ambr.*] redimitus terga caterva. OV. trist. 4, 7, 12 ora Medusae Gorgonis anguineis cincta ... comis. HOMER. 891 [s]anguineis *parcae* capillis. COLVM. 2, 9, 10 cucumeris anguinei, *cf.* 7, 10, 5; 7, 13, 2. *v.* anguinus.

anguīnus, -a, -um *adi. v.* anguis. *proprie*: CATO agr. 73 pellem anguinam ubi videris, tollito et condito, ne quaeras cum opus siet. eam pellem et far ... dato bubus bibant omnibus. *cf.* PLIN. nat. 30, 148. PLIN. VAL. 1, 26 anguinae pellis cinis intritur naribus. PLIN. nat. 30, 23 anguinum cor (*efficax habetur*). 30, 37 anguinus adeps (*strumis inlinitur*). 30, 24 anguinae vernationis membrana (*adhibetur in auribus et dentibus curandis*). PROP. 4, 8, 10 temere anguino creditur ore manus. PRVD. ham. 113 *diabolus* anguino medicans nova semina suco. ditt. 2 Eva ... nigra facta per anguinum malesuada fraude venenum. SALV. gub. 6, 76 (*de hydra Lernaea*:) anguinum illud monstrum. TERT. nat. 1, 14 sunt penes vos et canino capite et leonino et de bove et de ariete et hirco cornuti dii, caprigenae vel anguini, et alites planta, fronte et tergo. PACVV. trag. 3 quadrupes cervice anguina (*testudo*). CAT. 64, 193 Eumenides, quibus anguino redimita capillo frons. *cf.* PRVD. psych. 560 (*Bellonae*) crines ... anguinos. HYG. astr. p. 47, 22 anguina crura habuisse Erichthonium. *translate*: PRVD. perist. 5, 176 cui praetor ore subdolo anguina verba exsibilat. SASERNA Varr. rust. 1, 2, 25 cucumerem anguinum. PLIN. nat. 20, 9 *cucumis*, qui anguinus vocatur, ab aliis erraticus. MARC. EMP. 30, 10 cucumeris anguini radix et eius quem edimus. *v.* anguineus. *synonymum*: serpentinus.

anguipes, -pedis *m.* GLOSS. anguipedes γίγαντες. V 266, 43 gigantes, id est draconte pede (dracontipedae?) [fruitur]. OV. met. 1, 184 tempestate, qua centum quisque parabat inicere anguipedum captivo bracchia caelo. PANEG. 12, 44 anguipedum bella monstrorum (*gigantum*). MANIL. 4, 581 anguipedem ... Typhona. *synonymum*: serpentipes (OV.).

anguis, -is *m.* [= *lituan.* angis, *armen.* ōj 'anguis', *cf. c. theodisc.* unc 'anguis'. *Th.*] GLOSS. ὄφις, δράκων, κεγχρίνης, χε⟨λ⟩ύδριον, serpens. ISID. orig. 12, 4, 1 anguis vocabulum omnium serpentium genus, quod plicari et contorqueri potest. et inde anguis, quod angulosus et nunquam sit rectus. PRISC. gramm. II 160, 17 vetustissimi, quos non sequimur, ut haec amnis, funis, anguis. *fem. adferunt Non. 191 ex Plauto (Amph. 1108; Plauti codd. masc.) Varrone Atacino (frg. 8), Char. gramm. I 90, 13 ex Tibullo (1, 8, 20) Ovidio (medic. 39) Varrone Atacino (frg. 8), tradunt libri* ENN. trag. 28 (*loc. em.*) CIC. nat. 1, 101 VERG. Aen. 8, 289 (*Non. 291; codd. masc.*) VAL. MAX. 1, 6, 4. 1, 6, 7 (?). 1, 6, 8 TAC. ann. 11, 11 (CIC. div. 2, 62 OV. met. 4, 594 *de anguibus feminis*). *de Acci scriptura* agguis *cf.* MAR. VICT. gramm. VI 8, 11 *coll.* PRISC. gramm. II 30, 18. NIGID. Gell. 19, 14, 7. *abl.* angui *adfert Prisc. gramm. II 346, 3 ex Horatio (epist. 1, 17, 30;* angue *pars codd. Horat.*). *adde* ENN. trag. 28 (*loc. em.*) CIC. div. 2, 66. *abl.* angue *ex Statio (Theb. 4, 485) adfertur a Prisc. l. c., traditur* ENN. trag. 404 CIC. div. 2, 68 *et passim (Neue I² 218).*

In pedestri sermone vocabulum frequens apud unum Livium (*semel* serpens), *semel legitur apud Columellam* (*aliquoties* serpens), *raro (quadragies) apud Plinium* (*trecenties sexagies* serpens), *deest in Catonis et Varronis rusticis* (*adsunt* serpens, anguinus), *apud Ciceronem praeter libros de div., nat. 1, 101* (volucris anguis), *Verr. 5, 124* (Gorgonis), *Senecas, Scribonium Largum, Apuleium, in Augustini libris de civ.* (*praeter 18, 13* anguibus alitibus), *Vulgata* (*ubique magis minus frequenter legitur* serpens), *in Hygini fabulis* (*saepissime* draco, *aliquoties* serpens), *nec pervenit ad linguas romanicas.*

I proprie*: 1 *animal taetrum venenatum lubricum. *proverbia, sim.*: PLAVT. Merc. 761 uxor tua, quam dudum dixeras te odisse aeque atque anguis. HOR. epist. 1, 17, 30 Mileti textam cane peius et angue vitabit chlamydem (*cf.* Carm. de fig. 47 peius serpente time illum). VERG. Aen. 2, 379 *sqq.* inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem pressit humi nitens trepidusque repente refugit attollentem iras et caerula colla tumentem (= *Hom. Γ 33 δράκοντα ἰδών, cf.* OV. fast. 2, 342 HOMER. 255 IVV. sat. 1, 43). ecl. 3, 93 frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba (*cf.* OV. met. 11, 775 (780) STAT. Theb. 4, 98). *natura virulenta*: OV. Ib. 481 venenato ... angue, *cf.* MANIL. 2, 44 PLIN. nat. 24, 101. 29, 71 (*quando sit venenatus*). CARM. de Philom. (poet. min. V p. 363) 63 venenosus. CARM. de dieb. Aeg. (Corp. I p. 411) 11 virosus, *cf.* MART. CAP. 4, 328 anguis virosos circulos. AEM. MAC. carm. 8 seu terga exspirant spumantia virus seu terra fumat qua taeter labitur anguis. OV. ars 3, 7 quid virus in angues adicis? STAT. Theb. 4, 100 OREST. trag. 224. LACT. inst. 6, 15, 3 (*castrare hominem*) tale est, quale si velint aut metum detrahere cervis aut venenum anguibus. STAT. silv. 1, 4, 103 anguis abundat spumatu, *cf.* CARM. genes. 73 spumeus. *feritas*: HOR. carm. 3, 10, 18 nec Mauris animum mitior anguibus. TIB. 1, 8, 20 iratae ... anguis. OV. met. 11, 56 ferus anguis. her. 6, 98. STAT. Theb. 6, 156 anguis atrox. 4, 98 minax. FLOR. 1, 40 (3, 5, 24) more anguium, qui optrito capite postremo cauda minantur. *ferae, volucres, angues*: OV. met. 11, 21 fast. 3, 194. OV. Ib. 288 sint artus avidis anguibus esca tui, *cf.* SIL. 6, 198 trepidum ... haustu sorbens et faucibus atris. STAT. silv. 2, 1, 182 avidus bibit anguis (ignis *Köstlin*) Ophelten. MANIL. 4, 664 horrendos angues (*Libya procreat*), *cf.* CLAVD. bell. Poll. 446 horridus anguis. CELS. 5, 27, 10 (*Italiae regiones*) minus terribiles angues edunt (*cf.* VERG. georg. 2, 154). COL. 9, 7, 1 lacertis aut anguibus aliisque noxiis animalibus. CALP. 5, 91 malis ... anguibus. *nocet morsu, al.*: OV. trist. 5, 2, 14 pestiferum tumido vulnus ab angue datum. met. 11, 780 Ib. 527. trist. 5, 4, 12 ictus ab angue, *cf.* CELS. 5, 27, 11. OV. Ib. 481 feriaris ab angue. LVCAN. 9, 936 morsus ... anguis (*locutionis sollemnis proprii sunt* serpentium ictus, morsus, plagae). STAT. Theb. 4, 99 a miser! agrestum si quis per gramen hianti obvius et primo fraudaverit ora veneno! *cf.* OV. met. 11, 60 patulos ... hiatus. SIL. 6, 187 MART. CAP. 4, 333. CARM. b. Aeg. 47 perculit adflatu brevis hunc sine morsibus anguis, *cf.* OV. met. 3, 49. *natura lubrica, al.*: VERG. Aen. 5, 84 lubricus. 7, 353. STAT. Theb. 4, 95 MART. CAP. 4, 333. RVF. hist. eccl. 1, 3 (*de homine*:) ubi maxime putaretur adstrictus, velut anguis lubricus elaberetur. HIER. virg. Mar. 14. PRIAP. 83, 33 (*de peni*:) licebit aeger angue lentior cubes. VERG. ecl. 3, 93 *et* 8, 71 frigidus. MART. 12, 29, 5 cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem. CARM. genes. 21 sexta (*sc. dies*) praegelidos in spiras lubricat angues. 74 spiris frigentibus anguis. VERG. georg. 2, 154 squameus (*cf.* georg. 3, 426 Aen. 2, 219. 5, 87). STAT. Theb. 6, 247 ANTHOL. 66. SIL. 13, 643 squalentem ... anguem (*cf. Gell. 2, 6, 20*). *species*: ENN. trag. 28 caerulea ... angui (igni *codd.*). VERG. georg. 4, 482 SIL. 2, 585 CLAVD. Ruf. 1, 118 (VERG. Aen. 2, 381. 5, 87 SEN. Oed. 729 VAL. FL. 7, 535). VERG. georg. 3, 427 notis ... maculosus grandibus, *cf.* LIV. 41, 21, 13 SIL. 2, 585. 15, 140. OV. met. 4, 619 varios angues, *cf.* CIC. carm. 19, 4. VERG. georg. 3, 437 nitidus iuventa. PLIN. nat. 8, 99. 30, 25 candidos (*membranam exuere*). *partes corporis*: CIC. carm. 19, 4 cervice micantem. VERG. Aen. 2, 381 colla tumentem. georg. 3, 426 sublato pectore. PETRON. 89, 36 tumida ... pectora. VERG. georg. 3, 426 squamea ... terga. Aen. 2, 208. 5, 87 AEM. MAC. carm. 8 PETRON. 89, 43 VAL. FL. 1, 400 ardenti ... tergo. VERG. georg. 3, 427 longam ... alvum. SIL. 6, 199 obscaena ... alvo. *motus*: TERT. anim. 10 incedunt quaedam (*animalia*) sine pedibus manante impetu, quod angues, *cf.* PLIN. nat. 7, 25 gentem anguium modo loripedem. AEM. MAC. carm. 8 labitur. VERG. Aen. 5, 86. 7, 349 *et passim.* Aen. 5, 91 agmine longo ... serpens. FRONTO 218, 10 N. CARM. de Philom. (poet. min. V p. 363) 63 MART. CAP. 4, 328 CARM. genes. 74. VERG. Aen. 7, 350 *et* georg. 3, 438 volvitur (georg. 3, 426). STAT. Theb. 6, 248. VERG. Aen. 2, 208 sinuat ... volumine terga. ACC. trag. 307 anguium spiras. VERG. Aen. 2, 217 VAL. FL. 5, 254. 7, 527. 7, 168 (tot spiris ... tot ductibus). SIL. 6, 194. VERG. georg. 2, 154 in spiram tractu se colligit. VERG. georg. 2, 153 rapit ... orbes. Aen. 2, 204. OV. met. 3, 41 *sqq.* volubilibus squamosos nexibus orbes torquet et ... sinuatur in arcus. PETRON. 89, 35. VAL. MAX. 1, 8, 2 in multiplicem orbem est convolutus. MART. CAP. 4, 333 anguis circulatos orbes. VERG. Aen. 5, 85 septem gyros ... septena volumina traxit. SIL. 13, 644. VAL. FL. 7, 523 recubantem anfractibus. 7, 525 ille, quod haud alias, stetit. *vox*: VERG. Aen. 7, 561 stridentibus anguibus. SIL. 2, 587 STAT. Theb. 1, 600 CLAVD. Pros. 1, 12. SEN. Oed. 727 sibilat. LVCAN. 6, 690 CLAVD. Stil. 2, 459 CARM. de Philom. (poet. min. V p. 363) 63 *cf.* LVCAN. 9, 631 VAL. FL. 7, 525 SIL. 2, 587 DRAC. carm. prof. 10, 466. *exuit pellem* (*cf.* serpens, draco, coluber): LVCR. 3, 614 vestem relinquere, ut anguis. VERG. georg. 3, 437 positis novis exuviis. OV. ars 3, 77 anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas. PLIN. nat. 8, 99 anguis, hiberno situ membrana corporis obducta, feniculi suco impedimentum illud exuit nitidusque vernat ... replicans, ut extra fiat membranae quod fuerit intus. idem hiberna latebra visu obscurato marathro herbae se adfricans oculos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inunguit ac refovet. si vero squamae obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. 30,25 (*tempus vernationis*). 29,101 membrana sive senectus anguium vernatione exuta, *cf.* 29,122. 9,95 *locustae et cancri* senectutem anguium more exuunt, *cf.* 8,111. 29,111 eorum vernatione, quam exuunt. 28, 175 cute, quam relinquunt angues. STAT. Theb. 4, 96 Tydeus iam laetus et integer artus, ... ceu lubricus alta anguis humo verni blanda ad spiramina solis erigitur liber senio et squalentibus annis exutus. *incantatione rumpitur* (*cf.* serpens, colubra): VERG. ecl. 8, 71 frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. TIB. 1, 8, 20 cantus et iratae detinet anguis iter. OV. am. 2, 1, 25 carmine dissiliunt abruptis faucibus angues. medic. 39 nec mediae Marsis finduntur cantibus angues, nec redit in fortes unda supina suos. MANIL. 1, 92 rumpere vocibus angues. LVC. 9, 914 cantu verbisque fugantibus angues. *adhibetur in medicina et arte magica*: PROP. 3, 6, 28 illum ... lecta exectis anguibus ossa trahunt, *cf.* PLIN. nat. 30, 122 ossa anguium (*tela corpori extrahunt*). 29, 71 prodest vivus conprehensus et in aqua contusus. 30, 37 edisse eos medios, abscisis utrimque extremis partibus, adversus strumas prodest, *cf.* CELS. 5, 28, 7. PLIN. nat. 30, 37 anguium cinis. 29, 122 anguium adeps. 30, 25 dens anguium. 30, 100 cor anguium, sinistra manu exemptum viventibus. 30, 144 membrana senectutis anguium. 30, 57 senectus anguium *cf.* 29, 122. 30, 128. 30, 120 vernatio anguium *cf.* 29, 111. 32, 37. 28, 175 cutis. PALLAD. 4, 10, 3 corium anguis. STAT. silv. 1, 4, 103 spumatus. PLIN. nat. 30, 148 pulvere e vestigio anguium collecto sparso apes in alvos reverti. 30, 128 baculum, quo angui rana excussa sit, parturientes adiuvat. *genus*: CIC. div. 2, 62 feminae anguis ... maris anguis. AMBR. in psalm. 37, 8 celebris sermo est ... serpentem sibilo sibi feminae anguis sponsare concubitus. *genera*: CELS. 5, 27, 3 in singula genera anguium singula medendi genera. ARNOB. 2, 59 beluarum et anguium tam infinita atque innumerabilia genera. VERG. georg. 3, 425 *sqq.* ille malus Calabris in saltibus anguis (*ferocitate insignis*). HOR. carm. 3, 10, 18 Mauris ... anguibus. MELA 1, 99 circa (*Rhyndacum flumen*) angues (Plin. 8, 36 serpentes) nascuntur immanes ... ob id etiam mirabiles, quod ubi in alveum eius aestus solemque fugerunt, emergunt atque hiant, supervolantesque aves ... absorbent. PLIN. 29, 72 terrenorum (terrarum *codd.*) pulcherrimum anguium genus est quod et in aqua vivit; hydri vocantur, nullo serpentium inferiores veneno. 8, 229 in Syria angues circa Euphratis maxime ripas dormientes Syros non attingunt aut etiamsi calcati momordere, non sentiuntur malefici, aliis ... infesti.

volucres: LVCIL. 575 nisi portenta anguisque volucris ac pinnatos scribitis. CIC. nat. 1, 101 ibes volucris anguis ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt; ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant nec odore mortuae. SOLIN. 32, 33 Arabicae paludes pennatorum anguium mittunt examina, quorum tam citum virus est, ut morsum ante mors quam dolor insequatur. AMM. 22, 15, 26 pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus venena malignantes.

2 ***animal portentosum, religiosum.*** (anguis *vocabulum portentorum peculiare.* serpens *de portentis apud Ciceronem et Livium non nisi Civ. div. 1,49. 1,79. Liv. 21,22,8. Obsequ. 57. cf. Luterbacher, Prodigienglaube u. Prodigienstil der Römer, Progr. Burgdorf 1880, p. 34*). TER. Phorm. 705 *sqq.* quot res postilla monstra evenerunt mihi! intro iit in aedis ater alienus canis; anguis per inpluvium decidit de tegulis; gallina cecinit. CIC. div. 2, 62 duobus anguibus domi conprehensis haruspices (*a. Ti. Graccho*) convocatos. qui magis anguibus quam lacertis, quam muribus? quia sunt haec cotidiana, angues non item .... at mors insecuta Gracchum est. causa quidem, credo, aliqua morbi gravioris, non emissione serpentis. *cf.* 1, 36 VAL. MAX. 4, 6, 1 PLIN. nat. 7, 122 VIR. ill. 57, 4. CIC. div. 1, 72 ut ... ab infima ara subito anguis emergeret; *cf.* 2, 65 de angue illo, qui Sullae apparuit immolanti ... anguem ab ara extitisse. VAL. MAX. 1, 6, 4. CIC. div. 2, 62 coniector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur ei qui quondam ad eum rettulisset quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumiectus fuisset: 'tum esset' inquit 'ostentum, si anguem vectis circumplicavisset'. 2, 66 de ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui; sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Solonio praesertim, ubi ad focum angues nundinari solent. OV. fast. 2, 711 mediis altaribus anguis exit et extinctis ignibus exta rapit. LIV. 1, 56, 4 anguis ex columna lignea elapsus. 25, 16, 2 adedere iecur. VAL. MAX. 1, 6, 8. LIV. 26, 19, 7 eum (*Scipionem*) anguis immanis concubitu conceptum et in cubiculo matris eius visam persaepe prodigi eius speciem, *cf.* SIL. 13, 643 GELL. 6, 1, 3. LIV. 27, 4, 13 in mari angues magnitudinis mirae lascivientium piscium modo exultasse. 28, 11, 2 in aedem Iovis foribus ipsis duo perlapsi angues. 41, 9, 5 quadrupedem anguem visum. 41, 21, 13 anguem ... iubatum ... maculis sparsum apparuisse. *cf.* 43, 13, 4. OBSEQV. 28 angues duo nigri in cella Minervae allapsi. 42 angues nigri aram circumdederunt. 47. 58 in lecto uxoris duo angues conspecti. SIL. 2, 585 caeruleus maculis auro squalentibus anguis. 15, 140 squalentibus auro effulgens maculis ferri inter nubila visus ... anguis et ardenti radiare per aera sulco. TAC. ann. 11, 11 vulgabatur adfuisse infantiae eius (*L. Domitii*) dracones in modum custodum ... ipse unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. (*at cf.* CIC. off. 3, 54 in

omnibus cubiculis apparere serpentes, *ubi portentum non indicatur.*) 14, 12 anguem enixa mulier. GRAN. LIC. 20, 12 (*apud aram*) angues nigri subito apparuerunt. CAPITOL. Ant. 9 in Arabia iubatus anguis maior solitis, qui se a cauda medium comedit. IVL. Val. 1, 29. VERG. Aen. 5, 84 *sqq.* adytis ab imis (*anguis elapsus*), caeruleae cui terga notae maculosus et auro squamam incendebat fulgor ... libavitque dapes. (*Aeneas*) hoc magis inceptos genitori instaurat honores, incertus geniumne loci famulumne parentis esse putet. VAL. FL. 3, 457 libavitque dapes, placidi quas protinus angues, umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis. SIL. 2, 585 *sqq.* (*anguis solitam sedem reliquit*), ceu prodita tecta expulsi fugiant manes, umbraeque recusent captivo iacuisse solo. PERS. 1, 113 pinge duos anguis: 'pueri, sacer est locus, extra meite'. SERV. Aen. 5, 85 nullus locus sine genio, qui per anguem plerumque ostenditur. ISID. orig. 12, 4, 1. OV. met. 15, 389 *sq.* sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro mutari credant humanas angue medullas. PLIN. nat. 10, 188 SERV. Aen. 5, 95. *anguis Aesculapii*: OV. met. 15, 742 Phoebeius anguis (670. 737 serpens). STAT. silv. 3, 4, 25 salutifero mitis deus incubat angui. LIV. per. 11 VAL. MAX. 1, 8, 2 PLIN. nat. 29, 72 VIR. ill. 22 ARNOB. nat. 7, 46 hanc ... colubram ... si nomen hoc sordidum est, anguem dicimus, serpentem nominitamus. HYG. astr. p. 52, 5. SIDON. carm. 22, 79 Epidaurius anguis. HYG. astr. p. 47, 14 Erichthonius anguis.

3 ***animal fabulosum.*** **a** *monstra*: *angues ab Hercule infante necati* (*cf.* serpens, draco, hydrus): PLAVT. Amph. 1108 *sqq.* devolant angues iubati deorsum in impluvium duo maximi *eqs.* VERG. Aen. 8, 289 prima novercae monstra ... geminosque ... angues. OV. met. 9, 67 her. 9, 21 ars 1, 187 SEN. Herc. f. 217 VAL. FL. 3, 516 MART. 14, 177 CLAVD. Pros. 2 prol. 31. *anguis Lernaeus* (*cf.* hydra, echidna, serpens): VERG. Aen. 8, 300 te (*Herculem*) Lernaeus turba capitum circumstetit anguis. VAL. FL. 1, 35 Lernae defensus ab angue Arcas. FLOR. 1, 13 (18, 19) quasi ab angue Lernaeo tot caesa hostium capita ... renascuntur. *hydrae Lernaeae angues* (*cf.* serpens, colubra, draco): SEN. Herc. O. 1927 anguesque suos hydra sub undas ... mersit. 1193 centum anguibus vallatus hydram tabe pavissem mea. LVCAN. 4, 635 desectam ... reparatis anguibus hydram. SIL. 3, 33 Lernaea recisis anguibus hydra iacet. STAT. Theb. 4, 169. ANTHOL. 627, 2 anguis quae pullulat hydra. *angues Laocoontem interficientes*: VERG. Aen. 2, 204 (214 serpens uterque. 225 gemini dracones). PETR. 89, 35. 44 angues corusci. ANTHOL. 99 (*cf.* draco, serpens). *anguis a Cadmo interfectus* (*cf.* draco, serpens, hydrus): OV. met. 3, 32 Martius anguis, cristis praesignis et auro, igne micant oculi, corpus tumet omne venenis. tres vibrant linguae, triplici stant ordine dentes (38. 62. 93. 98 serpens). SEN. Oed. 726. STAT. Theb. 10, 612 *et* 806 Martius anguis. IVV. 14, 241. *anguis vellus aureum custodiens* (*cf.* serpens, draco): OV. her. 12, 60 pervigil anguis. COLVM. 10, 367 VAL. FL. 5, 253. 527. 7, 166. 523. 531. 8, 67 CLAVD. bell. Poll. 23. *mala Hesperidum custodiens* (*cf.* draco, serpens): SIL. 6, 184 Iunonius anguis. ANTHOL. 134. *Archemorum interficiens*: STAT. Theb. 5, 628 *et* 737 letifer (506. 539 serpens). ANTHOL. 66. *anguis ab Apolline interfectus* (*cf.* draco, serpens): STAT. Theb. 6, 359 (*Apollo*) sui anguis opus ... cantarat. 5, 531. 7, 96. *angues iugo iuncti* (*cf.* draco, serpens): PACVV. trag. 397 angues ingentes alites iuncti iugo. *Medeae*: VARRO sat. 284 Medeam advectam per aera in reda anguibus. OV. met. 7, 223 (218. 220. 234. 236 dracones) her. 6, 98. VAL. FL. 1, 224 aligeris secat anguibus auras. 5, 453. DRAC. carm. prof. 10, 563 atros ... angues. *Cereris*: OV. met. 5, 642 geminos dea fertilis angues curribus admovit. fast. 4, 497 frenatos curribus angues iungit. *Triptolemi*: CLAVD. Pros. 1, 12 AVGVST. civ. 18, 13. *homines vel dei in angues convertuntur* (*cf.* serpens, draco, colubra): *Cadmus*: HOR. ars 187 vertatur Cadmus in anguem. OV. met. 4, 585 dum non totum (*Cadmum*) occupat anguis (576 serpens, 599 draco). 594 cur non me (*Cadmi uxorem*) quoque caelestes in eandem vertitis anguem? Ib. 534 angue creatus avo (*Pentheus*). *Proteus*: OV. met. 8, 734 nunc, quem tetigisse timerent, anguis eras. *Achelous*: OV. met. 8, 881 modo flector in anguem. 9, 63 longum formatus in anguem. 9, 75 falsum versus in anguem. *Iuppiter*: SIL. 13, 643 squalentem conversus in anguem.

b *angues monstris attributi*: *Gigantibus* (*cf.* serpens): ACC. trag. 307 Pallas bicorpor anguium spiras trahit. OV. fast. 5, 37 (*Terra*) mille manus illis dedit et pro cruribus angues. VAL. FL. 2, 29 (*Typhoea*) torquentem anguibus undas. SIL. 6, 182 armati ... Gigantes ... anguibus. CLAVD. gig. 53. 111 bell. Poll. 66. *nymphae Horae in duos angues desinenti*: VAL. FL. 6, 52. *Cerbero* (*cf.* serpens, vipera, colubra, draco): ENN. trag. 403 angue villosi canis. CVLEX 221 anguibus hinc atque hinc ... horrent cui colla reflexis. HOR. carm. 3, 11, 18 quamvis furiale centum muniant angues caput eius. OV. her. 9, 94 Cerberos implicitis angue minante comis. SEN. Herc. f. 789 attollit hirtas angue vibrato comas. *Chimaerae* (*cf.* draco): OV. trist. 4, 7, 14 (Chimaeram), a truce quae flammis separet angue leam. *Furiis* (*cf.* serpens, vipera, coluber, colubra, hydrus, draco, cerastes): ENN. trag. 28 caerulea incinctae angui (igni *codd.*). VERG. georg. 4, 482 caeruleosque implexae (impexae, innexae *al.*) crinibus angues Eumenides. Aen. 6, 571 (*Tisiphone*) torvos sinistra intentans anguis. 7, 346 huic dea (*Allecto*) caeruleis unum de crinibus anguem conicit. 7, 450 geminos erexit crinibus angues. 7, 561 attollit stridentis anguibus alas. georg.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 38 tortos Ixionis anguis (orbes *R*). Hor. carm. 2, 13, 36 intorti capillis Eumenidum recreantur angues (*carminibus*). Tib. 1, 3, 69 Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues saevit. Prop. 3, 5, 40 Tisiphones atro si furit angue caput. Ov. Ib. 79 torto vittatis angue capillis. met. 10, 349 atro crinitas angue sorores. 4, 454 deque suis atros pectebant crinibus angues. met. 4, 483 (*Tisiphone*) torto incingitur angue. 495 duos mediis abrumpit crinibus angues. 511 sumptum recingitur anguem. Ib. 185 (*Furia*) Tartareis sectos dabit anguibus artus. Sen. Herc. O. 1003 torquens angue vipereo (*cf.* Drac. carm. prof. 10, 440 vipereae . . . cerastae) comam. Thy. 96 Herc. f. 101 Oct. 262 succincta anguibus ultrix Erinys. Val. Fl. 7, 149. Stat. Theb. 1, 91 (*Tisiphone*) resoluta vertice crines lambere sulphureas permiserat anguibus undas. 7, 466 geminum excutiens anguem. 4, 485. 11, 61. Clavd. Ruf. 1, 118 (*Megaera*) caeruleo angue vestes conexuit. Eutr. 2, 186 (*Bellona*) virides flavescere iusserat angues. Drac. carm. prof. 10, 466. 482. Stat. Theb. 1, 600 stridens a vertice (*Luis*) surgit et ferrugineam frontem discriminat anguis. 8, 381 (*Mors*) dignissima vita funera . . . cruento angue (ungue *Barth*) notat. Liv. 7, 17, 3 sacerdotes eorum (*Faliscorum et Tarquiniensium*) facibus ardentibus anguibusque praelatis incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie, *cf.* Frontin. strat. 2, 4, 18. *Furiarum angues homines in furorem instigant*: Verg. Aen. 7, 346 *sqq.* Ov. met. 4, 496 *sqq.* Stat. Theb. 5, 69. *Medusae* (*cf.* draco, serpens, colubra): Cic. Verr. 5, 124 Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus. Ov. Pont. 3, 1, 124 nexaque nodosas angue Medusa comas. epist. 18, 134. am. 3, 16, 14 terribili densum angue caput. met. 4, 792 (771 crinita draconibus ora, 784 colubras). am. 3, 12, 23. Lvcan. 9, 632 angues . . . femineae more comae per terga soluti ipsa flagellabant gaudentis colla Medusae. 653. *angues in aegide Minervae* (*cf.* draco, hydrus): Verg. Aen. 8, 437 Ov. met. 4, 803 Val. Fl. 4, 238 Stat. Theb. 2, 597. 8, 518. 12, 609. Ach. 1, 486 Libycos . . . angues. Clavd. Hon. 4, 164. *angues in clipeo*: Verg. Aen. 5, 657 clipeoque insigne paternum centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram. Sil. 2, 158. *epitheta anguium portentorum vel monstrorum propria*: iubatus, cristatus (*cf.* Plin. 29, 54 caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium . . . neque enim cristatos esse in caduceo mos est), ater, niger.

Anniēnus, -a *nom. gent.* CORP. IX 4559 Sex. Annienus Sex. f. 4287. 4625. VI 7022 Anniena C. l. Chila. 18121a Annieno Iusto. **Anniolus,** -ī *et* **Anniola,** -ae *cogn.* CORP. XIII 1396 Anniae Annio⟨l⟩ae. 1397 d. m. e(t) m(emoriae) Ann⟨i⟩ola⟨e⟩ Anai⟨l⟩lus p(osuit). VIII 10481, 8 (*in signaculo*) T. Aeli Anioli (*sic*). II 1985 Anniola. 1289 Aem(ilia) Anniola. **Anniolēius,** -a *nom. gent.* Annioleiae *fortasse fuit in titulo* CORP. VI 11698 *qui periit.* **Anniolēnus,** -a *nom. gent. usurpatum in Italia et in Africa.* CORP. XIV 3519 T. Anniolenus M. f. Anie⟨nsi⟩. VI 5874 Anniolena T. f. Maxima. *adde* IX 4928. 3205. 3405. X 5691. VIII 4642 *et* 4656. **Anīcius,** -a *gens Praenestina, labente imperio Romano vel nobilissima* (*Seeck, PW. I 2198*). AVSON. 249, 2 consumpsit Anīcia. PRVD. Symm. 1, 552 generosus Anīcius. CORP. XIV (*epitaphia antiquissima Praenestina*) 3051 L. Anicio(s). 3052 L. Anici(os) V. f. 3057 Maio(s) Anicia C. f. *al. ibid.* 2975 M. Anicius L. f. Baaso. LIV. 23, 19, 17 (*a. 216 a. Chr.*) cum praetore suo (*Praenestinorum*) M. Anicio — scriba is ante fuerat —. *alii* LIV. 44, 17, 5 *al.* 44, 46, 3. CIC. Brut. 287 ita vetere (*vino*) ut Opimium aut Anicium (*a. 160 a. Chr.*) consulem quaerat, *cf.* Aniciana nota. GAVDENT. 15 *init.* Aniciorum progenies vel si qua huiusmodi nuncupationum vocabula quae stirpem nobilitatis usurpent ex divitiarum terrestrium cumulo descendentem. *ibid. med.* Anicii quippe ex graeco sermone a nobis nuncupantur invicti. *adi.* AVSON. 406, 84 Anīcio *sanguine.* HIER. epist. 130, 3. *cogn. est* CORP. II 2458 Anicius Aqu⟨i⟩i *et* X 2321 (*Puteolis*) Cominiae Aniciae ... Flavia Anicia *nisi haec falsa est.* **Anicium,** -ī *locus Galliae Aquitanicae, cf. Holder, altcelt. Sprachsch.* Aniciacus, *Ihm, PW. I 2196.* GREG. TVR. hist. Franc. 10, 25 ad locum quem Anicium (*codd. pars* Anitium) vocitant. **Aniciānus,** -a, -um *adi. lapidicinae:* VITR. 2, 7, 3 lapidicinae complures in finibus Tarquiniensium, quae dicuntur Anicianae. PLIN. nat. 36, 168 in Tarquiniensi Anicianis lapidicinis circa lacum Volsiniensem. *pira:* CATO agr. 7, 4 pira ... Aniciana. VARRO rust. 1, 59, 3. COLVM. 5, 10, 18

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut quam generosissimis piris pomaria conseramus, ea sunt ... Aniciana. PLIN. nat. 15, 54 auctores suos nobilitavere ... *pira* Aniciana postautumnalia acidulo sapore iucunda. 15, 61. MACR. sat. 3, 19, 6 Cloatius sic eorum (*pirorum*) vocabula describit: Anicianum, cucurbitivum.... *Aniciana nota vini sc. consulis a. 160 a. Chr.*: CIC. Brut. 288 praeclaram Thucydidi nimis vetustam tamquam Anicianam (*sc. orationis*) notam. *Aniciana domus*: SECVNDIN. Manich. ad August. epist. p. 895, 21. *cogn.* CORP. X 3729 (*Volturni*) P. Anicius P. l. Eros ... Domitia Cn. l. Fausta Aniciana. **Anicilla,** -ae *cogn.* CORP. II 3361 C. Sempronius C. f. Gal. Sempronianus II vir bis, pontufex perpet., Sempronia Fusca Vibia Anicilla filia. **Annīdius,** -a *nom. gent. nisi in Italia fere non invenitur.* CORP. VI 11697 T. Annídius Symphorus. 15135 Ti. Cla(udius) Aug. l. Liris ... Annidiae Rufillae coniugi. 3884, 2, 19. 9146. 11696. XIV 568. IX 767. 1218. 3708. III 7401 = 732 (*Byzantii, imperante Gaio*) L. Annidius L. f. Cla. Fronto. XII (*Narbone*) 4581. 4955. 4956. **Annīdiēnus,** -a *nom. gent.* CORP. VI 3413 d. m. C. Annidieni Marcelli C. Annidienus Frequens. **Anīlius,** -a *nom. gent.* CORP. XIV 3670 (*Tibure*) L. Anilius L. ⟨f.⟩. **Anīnius,** -a *nom. gent. in Italia frequens, in provinciis rarum, cf.* Aninus vicus *in Marsis.* Anninius CORP. II 2125 (*periit*) H(erennius?) Anninius, *nisi* Anni⟨an⟩nus *potius legendum aut omnino pro celtico habendum est, cf.* Aninus, Aninna. CORP. VI 11660 L. Anínio Severo *et sic saepius*: 11661. IX 4458. X 6463. X 829 (*Pompeis*) C. Vulius C. f., P. Aninius C. f. II v. i. d. IX 475 (*Venusiae*) M. Aninius Sp. f. 4057 (*Carsiolis*) L. Aninius L. l. Eros lictor Augusti Caesaris. IV 1997. V 757 add. *al.* **Anīniānus,** -a *cogn.* CORP. IX 6383 (*Auximi*) L. Vettius L. f. Vel. Aninianus tr. mil. leg. VI. **Annālius,** -a *nom. gent.* PLVT. comp. Nic. et Crass. 2 *Ἀσύχιον Ἀνναλίου senatorem cui Crassus os verberavit.* CORP. IX 5464 (*Falerione*) Q. Annalius Q. l. Ases, Annalia Q. l. Stratonice. *cf.* Annalis. **Annālēnus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 5053 (*reg. V*) Annalenorum (donarium). Her(culi) d(ederunt). VI 23329 Octavia coiux Annaleno cogiugi (*sic*). **Annālēnius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 1058, 7, 11 (*a. 210*) M. Annalenius Primus *vigil.* **Annāvos,** -āva *et* Annā *nom. gent. paelignum.* CORP. IX 3097 (*Sulmone*) L. Annaus L. l. Habitus ... L. Annavo Felici lib. 3106 (*ibid.*) T. Annavo T. l. Primo. 3169 (*Corfinii*) M. Attio M. f. Ser. Draconi Clodiano Annavo Rufo. 3204 (*ibid.*) Annau⟨s⟩.... 3241 (*ibid.*) Anńae T. l. Germullae. V 8288 (*Aquileiae*) M. Annaus Q. f. 1072 (*ibid.*) Annava (mulieris) l. Helena. *cogn.*: CORP. X 1407 (*Herculanei*) N. Égnat. C. l. Anavos. *v. de his Solmsen, Stud. p. 139. hinc natum nom. gent.* **Anāvis** *i.* An(n)avius: CORP. VI 8221 L. Anavis L. f. eidibus Sex(tilibus). **An(n)aius** (-ā-*?*), -a *nom. gent.* CORP. X 8336, 1 (*Ardeae, in vasculo*) eqo K. Anaios. IX 3827 (*Ortonae*) Pampila Anaia P. l. III 3777 (*Pannon. sup.*) Q. Annaius Q. l. Torravius, M. Fulginas M. l. Philogenes mag. vici ... coir(averunt). VI 11670 C. Annai (mulieris) l. Antigenis. Annaea (mulieris) l. Anthis. 11673 L. Annaio Firm.... Annaia Ferusa. *hinc originem habent* **Annēius,** -a *et* **Annaeus** (Anneus), -a *nom. gent.* **Annēius,** -a. *Ἀνήιος* CIG. III 1101. M. Anneius Ciceronis in Cilicia legatus CIC. epist. 13, 55. 57. 15, 4, 2. 8 Att. 5, 4, 2. M. Anneius Carseolanus splendidissimus eques Romanus VAL. MAX. 7, 7, 2 (*aetate Pompei*). CORP. VI 1058, 3, 31 (*a. 210*) M. Anneí(us) Candidus. 7021 Anneia M. et (mulieris) l. Statia. XIV 2981. IX 4061. X 240. V 34. VIII 2564, 87 *al.* Aneius VIII 16574. **Annaeus,** -a. [*paelign.* Anaes. *Th.*] *nonnunquam* Annēus: CIC. epist. 12, 26, 1 C. Anneum. CORP. VI 2382, a, 16 (*a. 173*) C. Anneus ... Firmus Vetlo(nia). 11672. 11686. 11687. 11689. XIV 255. 355. 566. X 2054. VIII 2568, 39. II 1629, 8 *al. una* n *Ἀναῖος* (*v. Eckinger, die Orthogr. lat. Wörter in griech. Inschr. p. 112*). CORP. VI 11690 Anaea Secunda. CIC. Verr. 4, 93. 97 C. Annaeus Brocchus senator. CORP. III 1784 (*Dalmat.*) P. Annaeus Q. l. Epicadus aedem Leiberi patrus faciund. coir. 1820 (*ibid.*) P. Annaeus Q. l. Epic(adus?) q(uaest.) tur(rim) fac. coir. *exempla habent fere omnes provinciae. cogn.*: CORP. III 1910 (*Dalmat.*) IIviris Q. Q. Aurr. Maximo et Anneo. III p. 947 (*tab. Dacica cer. a. 159*) Batonis Annaei. **Annaiēdius** (-ā-*?*), -a *nom. gent.* CORP. IX 3849 (*Supini*) Pac. Anaiedio(s) St. (f.). **Annaedius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 3572 (*reg. IV*) ⟨A⟩nnaedio ... Annaedia Qu.... II 5526 Q. Annedius Q. l. Surillio. **Annaiēnus** (-ā-*?*), -a *nom. gent.* CORP. VI 7892 Annaiena Q. l. Aucta. V 2560 (*Ateste*). **Annaēnus,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 14914. 15071. **Annēiānus** *cogn.* CORP. XIV 2981 Claudii Nicephorianus, ... Anneianus *filii Ti. Claudi Nicostrati et Anneiae Procillae.* **Annēiānum,** -ī *n. locus in Venetia*: ITIN. Anton. p. 281 Anneiano (*abl.*) *in Etruria*: *ibid.* p. 284 Anneiano (*abl.*). **Annēiārius,** -a *nom. gent.* CORP. V 2522 (*Ateste*) Anneiaria C. f. Festa. **Annaecl** ... *nom. gent.* CORP. IX 4860 C. Annaecl ... Nicomac⟨hi⟩. *vide* Annonius.

Anna, -ae *f. dea, cognata cum* annus, *pleno nomine* Anna Peranna: LABER. mim. *titul.* p. 339 VARRO Men. 406 (Anna ac Peranna) *vel* Perenna: FAST. Vat. id. Mart. OV. fast. 3, 146. 523. 654 MART. 4, 64, 17. MACR. sat. 1, 12, 5 ad Annam Perennam sacrificatum itur, ut annare perennareque commode liceat. OV. fast. 3, 145 annos hinc isse priores, Anna quod hoc coepta est mense *Martio* coli. 654 amne perenne latens Anna Perenna vocor. MART. 6, 64, 17 Annae pomiferum nemus Perennae. PLIN. nat. 35, 94 in Annae (*Bambergensis*, Antoniae *rel.*, Dianae *Preller*) templo. OV. fast. 3, 667 orta suburbanis quaedam fuit Anna Bovillis, pauper, sed multae sedulitatis anus. *fuerunt qui eam Didonis sororem putarent*: OV. fast. 3, 545 *sqq.* SIL. 8, 50 *sqq.*

Anna, -ae *f.*, חַנָּה, *Ἄννα nom. hebr.* VVLG. I reg. 1, 2. 5. 8. 9 *al.* Tob. 7, 2. 8. 18. 8, 16 Luc. 2, 36. AVG. civ. 17, 4 cuius etiam nomen, id est Anna, gratia eius (*dei*) interpretatur. *cf.* GLOSS. *mulieres Iudaeae*: CORP. IX 6151. 6224; *Ἄνα* 6208. 6233. *cognatum nomen Annae Didonis sororis*: NAEV. ep. 33 VARRO apud Serv. Aen. 4, 682. 5, 4 VERG. Aen. 4, 9 *et saepe.* OV. her. 7, 191. *vide etiam Annam Perennam. hinc nomen servile*: CORP. VI 4095 Anna Liviae Maecenatiana. XIV 1748 (*Ostiae*) Suelliae (mulieris) et P. Lusci l. Annae. *al. quae in Hispania et in Illyrico inveniuntur ex parte fortasse externae originis sunt ut* CORP. II 6299. 5781. III 2567. *in* CORP. III 2012. 2160. 2450. 2515 anna *nutricem videtur significare, ut Mommsen bene adnotat.* *Otto.*

annālis, -e *ab* annus. GLOSS. quod omni anno sit, *ἐνιαυσιαῖος.* **1** *ad annum pertinens*: VARRO rust. 1, 27, 1 temporum duorum genera sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiens conprehendit. PAVL. FEST. 56 clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. PLIN. nat. 2, 9. CARM. poet. min. V 58, 1, 1 annales menses. AMM. 31, 12, 10 diei, quem quintum iduum Augustarum numerus ostendit annalis. CAEL. AVR. 3, 8, 110 secundum annalia tempora, quae Graeci horas appellant. 2, 12, 138 CASS. FEL. 66. VARRO ling. 6, 25 de annalibus nec de statutis *diebus* dicam. 6, 26 feriae conceptivae quae non sunt annales. AMM. 23, 3, 7 deorum pompae celebrantur annales. CORP. VI 32326. VLP. dig. 38, 17, 2, 43 ut nullo modo annale tempus excederet. 15, 2, 1, 4 annalis erit actio. 15, 2, 1, 1 temporaria esse incipit *actio* id est annalis. PAVL. dig. 38, 17, 6, 1 bonorum possessio annalis. VLP. dig. 43, 1, 1, 4. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 41 annalia medicamina potanda probaverunt ... bibendum anno continuo iudicantes. PRVD. cath. 11, 29 permansit in patris sinu, donec rotata annalium transvolverentur milia. **2** *ad magistratuum aetatem pertinens*: CIC. Phil. 5, 47 legibus annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant adulescentiae temeritatem verebantur. de orat. 2, 261 Rusca quom legem ferret annalem. leg. 3, 9. *cf.* LIV. 40, 44, 1. **3** *annales libri*: GELL. 5, 18, 6 historias quidem esse aiunt rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio nomine id dicendum est, annales vero esse, cum res gestae plurium annorum observato cuiusque anni ordine deinceps componuntur. CIC. de orat. 2, 52 erat historia nihil aliud nisi annalium confectio. SERV. Aen. 1, 373 historia est eorum temporum quae vel vidimus vel videre potuimus dicta *ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν*, id est videre; annales ... eorum temporum, quae aetas nostra non novit (*cf.* GELL. 5, 18, 1 ISID. orig. 1, 44, 4). ISID. orig. 1, 44, 3 annales sunt res singulorum annorum ... ab anniversariis gestis annales nominaverunt. GLOSS. *ἐνιαυσιαῖοι κατάλογοι*, annorum capitulares, antiqui libri singulorum annorum historiam continentes, libri qui totius anni ordinem continent. CIC. de orat. 2, 53. PAVL. FEST. 126 maximi annales appellabantur non magnitudine sed quod eos pontifex maximus confecisset. DIOM. gramm. I 484, 4. *cf. Cichorius, PW. I 2248; Hertz, Vind. Gellianae alt. p. 43. publici*: VARRO ling. 5, 74 ut annales dicunt. 5, 101 ut annales veteres nostri dicunt. CIC. dom. 86 ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur. prov. cons. 20 Sull. 27. Rab. perd. 15 ex annalium monumentis atque ex regum commentariis. Mur. 16 ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae. leg. 1, 6. rep. 1, 25 apud Ennium et in maximis annalibus consignatum videmus. 2, 29 qui diligentissime persecuti sunt temporum annales. 2, 28 annalium publicorum auctoritate. Brut. 49 ad nostrorum annalium rationem. epist. 5, 12, 5 ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum. OV. trist. 2, 259 fast. 4, 11. LIV. 4, 7, 10 *consules* neque in annalibus priscis neque in libris magistratuum inveniuntur. 4, 20, 8. 8, 18, 12. 9, 18, 12. 9, 44, 3 in annalibus digerendis. SEN. dial. 12, 14, 2 ad fastus te et annales perducam publicos. MELA 1, 59 certis annalibus referunt. ASCON. Mil. p. 31 B. PLIN. nat. 2, 43 caedes condere annalibus. 34, 25. QVINT. inst. 10, 2, 7 nihil in historiis supra pontificum annales haberemus. PLIN. paneg. 54. FLOR. 1, 4 qui nisi in annalibus forent, hodie fabulae viderentur. 1, 6 laborat annalium fides. LAMPR. Alex. 1, 1 nomen ex annalibus senatus auctoritate erasum. STEPH. ad Bonif. 2, 2 (Migne 65, 40) ecclesiasticis indantur annalibus. *in litteris*: LVCIL. 303 annales Enni (VARRO Men. 398. CIC. Brut. 58 in nono *Enni* ut opinor annali). VARRO ling. 5, 149 Piso in annalibus scribit. CIC. de orat. 2, 270 Fannius in annalibus suis. Brut. 106 *Piso* annalis *reliquit* exiliter scriptos. rep. 2, 18 id quod Graecorum investigatur annalibus. Att. 2, 16, 4. 12, 23, 3. 13, 30, 3 in Libonis annali. ad Q. fr. 1, 1, 10. 3, 1, 20. epist. 9, 22, 2 Piso ille Frugi in annalibus suis. CAT. 36, 1 annales Volusi cacata carta. 95, 7. NEP. Hann. 13, 1 Atticus in annali suo. LIV. 2, 54, 3 in quibusdam annalibus. 7, 9, 5 in vetustioribus annalibus. 7, 21, 6. 7, 42, 3 aliis annalibus proditum est. 9, 9, 12 vetustior annalium auctor. 10, 18, 7 in trinis annalibus invenio. 25, 39, 12. 37, 6, 8 ceteri Graeci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales. SEN. benef. 3, 23, 2 in duodevicensimo annalium. epist. 88, 39 annales omnium gentium. 93, 11 annales Tanusii

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam ponderosi sint. ASCON. Pis. p. 3 B. in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt. PLIN. nat. 5, 9 Polybius annalium conditor. 8, 131 annalibus notatum est. 8, 173 est in annalibus nostris. 13, 84. 33, 145 erubescant annales. 28, 15 constantissima annalium adfirmatione. IVV. 2, 102 res memoranda novis annalibus atque recenti historia. TAC. dial. 22 nulli sensus tarda et inerti structura in morem annalium componantur. GELL. 2, 2, 13. SOL. praef. 7 tramitem decursum tot annalibus. PACIAN. epist. 2, 3. VVLG. Esth. 2, 23. 6, 1 iussit sibi afferri historias et annales. IORD. Get. 5, 40. PRVD. Symm. 1, 596 annales proprio signarint nomine chartas. VERG. Aen. 1, 373 vacet annalis nostrorum audire laborum. RVT. NAM. 1, 311 mirus Latiis annalibus ordo, quod Lepidum toties recidit ense malum. *Lehnert.*

Annālis *cogn. vir. declinatum ab* annus, *quo ornabatur gens Villia.* LIV. 40, 44, 1 eo anno (*180 a. Chr.*) rogatio primum lata est ab L. Villio (*cod. Mogunt.* Lulio) tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. inde cognomen familiae inditum, ut Annales appellarentur. 42, 28, 5; 31, 9 CIC. epist. 8, 8, 5. 6 VAL. MAX. 9, 11, 6 *al. fuit etiam posteriore aetate nomen servorum humillimorumque*: CORP. VI 21135 C. Láronius C. C. l. Annalis. 1057, 1, 14 *et* 1058, 1, 42 (*a. 210*). IX 381 (*Canusii*) Flabiae Hycíae . . . maritus fecit Annalis. V 570 (*Tergeste*) Annali P. Aelius Firmus amicus.

Annamatia, -ae *statio in Pannonia inf., cf. Corp. III p. 429.* ITIN. Anton. p. 245 Annamatia (*sic P,* Anamatia *reliqui*). TAB. Peut. Annamatia. NOT. dign. occ. 33, 18. 39 Adnamantia. RAVENN. p. 220 Annama. *cf. nomina celtica* Adnamus Annamus, Adnamatus Annamatus. *Otto.*

Annamus Annamius, Annamatus Annamatius *v.* Adn-.

Annanias *v.* Hananias.

annārius, -a, -um. PAVL. FEST. 22 annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi. LAMPR. Comm. 2, 4 venia legis annariae impetrata consul est factus. ARNOB. nat. 2, 67 in potestatibus obeundis leges conservatis annarias. *Lehnert.*

Annas *Ἅννας, nom. vir. hebr.* VVLG. Luc. 3, 2 Ioan. 18, 13. 24 act. 4, 6. Annati *Iudaeo imperatores Honorius et Theodosius rescripserunt* COD. Theod. 16, 8, 3 (*a. 415*). 16, 8, 23 (*a. 416*).

Annatē, -nis *nom. mul.* CORP. VI 19725 P. Istumenius ⟨. . .⟩ filius Annatení matri suae. *Otto.*

annato, annecto, annītor, annuo *talia vide sub* adnato *sim.*

anne *v.* an.

Annellus *nom. gent. originis externae.* CORP. III 14 = 6581 (*a. 199*) Annellus Quodratus *decurio alae I Thrac. Mauretan.*

Annesel *statio ad Syrtim maiorem sita* ITIN. Anton. p. 64 (*v. l.* Annezel *et* Anesel).

Annesis *nom. vir. illyricum?* CORP. III p. 939 (*tab. cer. Dacica, a. 139*) Anneses (*genetivo*) Andunocnetis.

Annibal *et sim., nomina Punica, v.* Han-.

Annicco, -nis *nom. mul.* CORP. XIII 3407 Annicconi Mogillonis f. Statutus vir. *Otto.*

Anniceris *m., Ἀννίκερις, philosophus Cyrenaicus.* LACT. inst. 3, 25, 16 Anniceris quidam. **Anniceriī,** -ōrum. CIC. off. 3, 116 ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati. *v. Mess.*

Annicia *locus in Bruttiis* TAB. Peut. 7, 2, *quem Hülsen, PW. I 2259 eundem putat atque eum qui* ITIN. Anton. p. 106 *dicitur* ad Angitulam. *Otto.*

anniculātus *subst. adi.?*: LEX Sal. 2, 9 si quis porcello tertussum imbulaverit usque ad anniculatum. 2, 10 post anniculatum vero . . . . 3, 2 si quis bimum aut anniculatum animal furaverit. 4, 2 anniculatum vel bimum berbicem. *omnibus locis var. lect.* anniculum.

anniculus, -a, -um. [*ab adiectivo obsoleto* *annicus *deminutive. Th.*] GLOSS. *ἐνιαύσιος, αὐτοετής,* unius anni. annuculus CORP. III 2319. annuclus CORP. II 5535. III 2457. 2602 *cf.* VI 2662. anoclus CORP. VI 12675. *cf.* CORP. VI 5747? [*neap.* annikkye '*bos unius anni*', *sard.* anniju '*equus unius anni*', *tricass.* neč, *hisp.* añojo '*vitulus unius anni*', *raet.* anul' '*agnellus*'. *M.-L.*]

LVCIL. 112 annicula, aspera, praecox *equa.* CATO agr. 17, 2 nuces bimae . . . et anniculae. VARRO rust. 1, 65 anniculum prodit *vinum.* 2, 4, 7 neque minores admittendae quam anniculae *sues.* 2, 12 unum anniculum, alterum bimum *taurum.* 2, 7, 12 anniculis iam factis *pullis.* NEP. Att. 19, 4 hanc (*filiam*) vix anniculam. COLVM. 4, 7, 3 si eo (*malleolo*) velimus anniculo uti. 4, 15, 1 vitis annicula et mensium sex. 4, 30, 7 anniculus mergus. 5, 6, 29 ex anniculo palmite. 5, 11, 3 anniculi ramuli. 6, 26, 2. 6, 37, 11 annicula mula. 7, 6, 8 anniculae vel bimae capellae. 7, 9, 1 ab annicula aetate. PLIN. nat. 8, 200. 9, 141 anniculo grano. 11, 270 primus sermo anniculo *infanti.* 13, 37 anniculas transferunt *palmas.* 17, 181. 18, 195 semen optimum anniculum, bimum deterius. 19, 89. 21, 124 crocinum nec anniculo vetustius et in umbra siccatum. VLP. dig. 25, 4, 1. 9, 2, 23, 7 infans nondum anniculus. PAVL. dig. 50, 16, 134 anniculus non statim ut natus est sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur incipiente plane, non exacto die. GAIVS inst. 1, 29 cum is filius anniculus esse coeperit. 1, 73 si minor anniculo sit filius filiave. APVL. Socr. 175. VVLG. levit. 9, 3 tollite vitulum atque agnum anniculos. num. 7, 15. IV Esdr. 6, 21 anniculi infantes. *passim* PLIN. VAL. 2, 31 olei anniculi libram unam. LEX Sal. 2, 9. 2, 10. 3, 2. 4, 2 (*cf.* anniculatus). 2, 4 porcum anniculum. 38, 6 poledrum anniculum. CORP. VI 12675. 21372. *Lehnert.*

Annicus, -ī *nom. vir.* CORP. III 5697 (*Noric., periit*) Annico. *Otto.*

annifer, -a, -um. PLIN. nat. 16, 107 citreae et iuniperus et ilex anniferae habentur. 19, 121 cepa, alium, bulbi et si quorum radices anniferorum relinquuntur. *Lehnert.*

Annius *v.* Ann-.

anniversālis, -e [*ex* anniversarius *transformatum. Th.*] *anniversarius.* AVG. c. Faust. 19, 6 azymorum anniversale ius. 32, 3 testamenti veteris anniversale sacrum.

anniversārius, -a, -um. [*cf. c.* annus *et* vertere, versus. *Th.*] 1 *per singulos annos rediens*: GLOSS. *ἐνιαύσιος.* VARRO rust. 1, 16, 4 coloni anniversarios habent vicinos. FLOR. 1, 6 adsidui et anniversarii hostes. CIC. Verr. 5, 107 festos dies anniversarios. rep. 2, 12 ludorum gratia, quos tum primum anniversarios in circo facere instituisset (*cf.* LIV. 43, 6, 6). Verr. 5, 84 sacris anniversariis (*cf.* Att. 1, 18, 3 LIV. 22, 56, 4 CVRT. 4, 2, 10). Verr. 5, 128 sacrificiis anniversariis (*cf.* CVRT. 8, 2, 6). nat. deor. 2, 97 vicissitudinis anniversarias (*cf.* PRISCILL. tract. 4 p. 58 anniversaria vice). Att. 5, 21, 11 centesimas cum anatocismo anniversario. LIV. 4, 45, 4 Aequorum iam velut anniversariis armis adsueverat civitas. VITR. 2, 9, 1 anniversarios fructus *arborum cf.* ZENO 502, 14 non anniversarii sed cotidiani fructus. SEN. epist. 118, 4 alii honores anniversarios petunt, alii perpetuas potestates. SVET. Aug. 81 valitudines anniversarias ac tempore certo recurrentes. Claud. 21. Galb. 4 pervigilio anniversario. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 5. VVLG. iud. 21, 19 sollemnitas domini est in Silo anniversaria. AVG. in ev. Ioann. 7, 14 celebritas anniversaria. CASSIAN. conl. 23, 21, 1. GREG. TVR. glor. conf. 97 anniversarius adsumptionis eius dies. ISID. orig. 1, 44, 3 ab anniversariis gestis annales nominaverunt. PORPH. Hor. epist. 2, 147 lusit salvo amore per anniversaria sacrorum. GLOSS. V 166, 35 anniversaria, anni dies expleta. **2** *unius anni*: COD. Theod. 13, 10, 5 intra anniversarii temporis circulum fiducia competitionis assistat. COD. Iust. 10, 72, 4, 1 anniversario anno transcurso. *adv.* **anniversāriē:** AVG. c. Faust. 32, 12 ea anniversarie in ecclesia celebrantur. epist. 54, 10 doctr. christ. 2, 29.

annīvum *n.* SCHOL. Hor. epod. 2, 47 horna vina: huius anni. quod plebei dicunt annivum. *V.*

anno, -āre. MACR. sat. 1, 12, 6 Annam Perennam . . . ut annare perennareque commode liceat. *Lehnert.*

Anno, -nis *nom. vir.* CORP. II 2732 Valerio Annoni Luguadici f(ilio). III 5610 (*Noric.*) Annoni f(ilio). *v. etiam* Hanno.

Annoca, -ae *nom. mul.* CORP. II 2355 Corneliae P. f. Annocae M. Cornelius Priscinus amitae. *Otto.*

annōn *s. sub* an *p. 5, 66. 6, 62. 10, 54. 12, 3.*

annōna, -ae *f.* [*inc. orig. Th.*] ISID. orig. 20, 2, 13 annona tractum est a tempore, quo Romani veteres ad cibos advocabantur. IOH. LYD. mens. 4, 43 *Ῥωμυλίας ἀννώνας· οὕτω δὲ ταύτας ἐκάλουν, διὰ τὸ κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἐπιδίδοσθαι πρὸς τοῦ Ῥωμύλου τὴν τροφὴν τοῖς στρατιώταις.* ănona *in oraculo apud* IVL. VAL. 3, 56 *urbs* cereali dives anona. *gen.* annonaes: CORP. VI 8473 tabellarius ex officio annonaes. INSCR. christ. Rossi I 978 (*anni 552*) pref(ectus) ann(onae)s. *vide an in hoc quidem titulo subsit* annonae s(acrae). *pluralis non ante III p. Chr. saec. v. p. 112, 65 et 74. nomen cum derivatis periisse videtur in linguis romanicis.*

I *proventus annuus*: CIC. Verr. 4, 215 nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset et annonā, non ex numero neque ex summa consideranda. 227 annona . . . pretium nisi in calamitate fructuum non habet. 192 totus quaestus hic, iudices, aestimationis ex annonae natus est varietate. LIV. 7, 31, 1 uberrimus ager . . . ad varietates annonae horreum populi Romani fore videbatur. COLVM. 3, 21, 6 necessitas cogit agricolam musti annonam experiri, cum plurimum pretio accedat, si venditio vel in annum vel in aestatem certe differri possit. 3, 3, 10 utque trecentis nummis quadragenae urnae *vini* veneant, quod minimum pretium est annonae. PLIN. nat. 2, 230 in Reatino fons Neminie appellatus alio atque alio loco exoritur, annonae mutationem significans. 18, 320 civilis ⟨et⟩ aequi patris familias modus est annona cuiusque anni uti (*de vino*). CORP. XI 377 in sterilitate annonae. CALLISTR. dig. 50, 11, 2 destituetur annonae praebitio, cum avocentur ab opere rustici.

II *frumenti pretium et mercatus* (*de re* CIC. Verr. 4, 189 *sqq.*): cara *sim.*: PLAVT. Capt. 494 irrogabo multam, ut mihi cenas decem meo arbitratu dent, cum cara annona sit. Stich. 179 per annonam caram dixit me natum pater; propterea, credo, nunc esurio acrius. 632 viden ut annonast gravis? CATO orig. frg. 77 in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut quid obstiterit. CIC. dom. 14 subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est (epist. 14, 7, 3, *cf.* div. 2, 59). SEN. benef. 7, 5, 2 si annona carior fuerit aut fames. CORP. II 2782 quod populo frumentum annona cara dedit. CIC. off. 3, 50 in Rhodiorum inopia et fame summaque annonae caritate (3, 89 Verr. 4, 47. 4, 215 har. 43 dom. 13). Balb. 40 populum Romanum . . . in caritate annonae . . . frumento suppeditato levarunt. har. 31 in hac caritate anno-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nae, sterilitate agrorum, inopia frugum. ad Q. fr. 2, 5, 1 acriorem causam inopia pecuniae faciebat et annonae caritas (Att. 4, 1, 6 Bell. Afr. 47, 4). Liv. 2, 34, 2 caritas primum annonae ... fames deinde (10, 11, 9. 43, 7, 10 Val. Max. 3, 7, 3). Sen. benef. 6, 38, 3 agricolam annonae caritas erigit. Corp. III 3170 ⟨a⟩nnonae caritatem inpensa sua sustinuit. Ascon. Mil. p. 49 B. infima coacta multitudo annonae caritate tumultuata est. Plin. nat. 18, 272. Svet. Ner. 45 ex annonae quoque caritate lucranti adcrevit invidia. *proverbialiter*: Ter. Andr. 745 quid turbaest apud forum! quid illi hominum litigant! tum annona carast. *cf.* Plavt. Astraba frg. 2 axitiosae annonam caram e vili concinnant viris. Cic. dom. 11 cum ingravescente annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur (*cf.* Caes. civ. 1, 52, 1). Manil. 4, 168 gravia annonae speculantem. Tac. ann. 6, 13 gravitate annonae iuxta seditionem ventum (11, 4). Cic. dom. 15 *annona* in meo reditu facta erat durior. dom. 12 difficultatem annonae summamque inopiam rei frumentariae, ut homines non iam diuturnam caritatem, sed ut famem plane timerent, nemo negat (Vell. 2, 94, 3). Svet. Aug. 41 frumentum quoque in annonae difficultatibus saepe levissimo, interdum nullo pretio viritim admensus est. Corp. V 1874 urgentis annonae difficultates iuvit. Tac. ann. 4, 6 acri annona fatigabatur plebes. 2, 87 saevitiam annonae incusante plebe. vilis *sim.*: Plavt. Mil. 735 qui homines probi essent, esset īs annona vilior. Liv. 31, 50, 1 annona quoque eo anno pervilis fuit. Cic. Manil. 44 tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est unius hominis spe ac nomine. dom. 16 petebatur a me frumenti copia, annonae vilitas. Liv. 30, 38, 5 commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonae effecerunt (30, 26, 5. 45, 33, 4 Colvm. 8, 4, 1 Plin. nat. 1, 4 ind. 18, 15). Liv. 2, 52, 1 urbi cum pace laxior etiam annona rediit. 26, 20, 11 annona haud multum laxaverat. Vell. 2, 126, 3 moderatior. Petron. 44 annona pro luto erat.

absolute: Cic. Verr. 4, 191 video quid inter annonam interesse soleat (*sc. Philomeliensem et Ephesiam*). dom. 17 annonae nomine. 31 sententiam ... dixeram de annona (Verr. 4, 194 Att. 4, 1, 6). Verr. 4, 189 ex coniectione annonae et aestimationis. 216 simili annona. Liv. 2, 9, 6 annonae ... habita cura. Plin. paneg. 29 annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat. Liv. 2, 34, 9 si annonam ... veterem volunt, ius pristinum reddant patribus. 11 fruantur annona, quam furore suo fecere. Tac. ann. 15, 18 Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iecit, quo securitatem annonae sustentaret. cuius pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves ... violentia tempestatis ... absumpsisset. Liv. 10, 11, 9 *Fabii* cura ... in annonae dispensatione. Manil. 5, 248 annonae quoque vectigal mercesque sequetur. Colvm. 7, 3, 19 si permittit annona. Plin. nat. 6, 89 *Taprobane* annonam nunquam augeri. Solin. 53, 13 *Taprobane* annona eodem semper tenore (Mart. Cap. 6, 697). Papir. dig. 48, 12, 3 frumentum vilius quam annona exigit vendere (Marcian. dig. 50, 1, 8). Vlp. dig. 48, 12, 2 qui contra annonam fecerit societatemve coierit quo annona carior fiat. Pavl. dig. 50, 8, 7 pretio viliori frumentum, quam (quod *codd.*) annona temporalis est patriae suae, praestare. Caes. civ. 1, 52, 1 annona creverat (*v. l. 56*). Corp. VIII 9250 quod frumentum intulerit et annonam passu⟨s non⟩ sit increscere. Liv. 5, 13, 2 annona ex ante convecta copia nihil mutavit. Plin. nat. 19, 53 alio pane procerum, alio volgi, tot generibus usque ad infimam plebem descendente annona. Svet. Aug. 42 annona convaluit. Avell. 51, 20 annonam in statum pristinum redire coepisse. Caes. civ. 1, 52, 2 iamque ad denarios L in singulos modios annona pervenerat. Plin. nat. 18, 90 pretium huic annona media in modios farinae XL asses. Varro Men. 529 *φιλαναλωταὶ* edones Romam *confluunt*, ut turba incendant (intendant *codd.*) annonam. rust. 3, 2, 16 collegiorum cenae, quae nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli (*v. p. 112, 3*). Cic. dom. 15 belli depulso metu commutatam esse annonam dicebant. Mil. 72 (*de Sp. Maelio*) annona levanda iacturisque rei familiaris (Bell. Afr. 34, 6 Liv. 4, 12, 8. 4, 13, 2. 26, 40, 16 Corp. VIII 1648). Corp. XIV 3608, 25 *Ti. Plautius cons. 74 p. Chr.* magno tritici modo annonam populi Romani adlevavit. Liv. 2, 34, 11 condicionibus laxandi annonam. Carm. epigr. 417, 2 ⟨a⟩nnonaq(ue) meo su⟨mptu est lax⟩ata ⟨p⟩er an⟨num⟩. Sen. benef. 3, 8, 3 possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam. Paneg. 12, 32 (*cf.* 5, 9) si quando difficilior frumentaria res fuisset, ... quam numero artarat annonam conparcendo laxabat (*v. p. 112, 29*). Corp. II 53 propter... annonam inlata pecunia adiutam. Liv. 4, 12, 9 nullum momentum annonae fecisset. 38, 35, 5 frumentarios ob annonam compressam damnarunt. Plin. nat. 33, 164 pretia rerum ... omnibus paene mutari annis, prout ... aut aliquis praevalens manceps annonam flagellet. Lamprid. Comm. 14, 1 cum et annonam vastarent qui tunc rem publicam gerebant. Vlp. dig. 47, 11, 6 ne ... a locupletioribus, qui fructus suos aequis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus exspectant, ⟨an⟩nona oneretur (ἡ εὐθηνία βαρύνηται). *ibid.* onerant annonam etiam staterae adulterinae. *ibid.* annonam adtemptare et vexare vel maxime dardanarii solent. Cic. Verr. 4, 151 plebi Romanae consuluisse, annonae prospexisse. Hor. epist. 1, 16, 72 annonae prosit, portet frumenta penusque. Liv. 4, 52, 5 annonae foret subventum. Corp. XI 379 annonae populi ... saepe subvenit. Val. Max. 4, 8 ext. 2 labentique annonae subsidia oriebantur. *aliarum rerum pretium*: Liv. 35, 44, 7 ut copia frumenti suis et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur. Varro rust. 3, 2, 16 annonam macelli (*v. p. 111, 61*). Cic. div. 2, 59 si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Svet. Tib. 34 annonamque macelli senatus arbitratu quotannis temperandam. Colvm. 3, 17, 13 si loci condicio vel lactis annona permittit. Liv. 29, 27, 3 vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt. Sen. nat. 4, 13, 8 habet institores aqua et annonam ... variam. Plin. nat. 12, 44 *nardi* folii divisere annonam amplitudine. Ivv. 9, 100 his opibus numquam cara est annona veneni. *translate*: Hor. epist. 1, 12, 24 vilis amicorum est annona, bonis ubi quid dest.

III *frumenti caritas, fames* (*cf.* Plavt. Trin. 484 cena hac annona est sine sacris hereditas *et alia ancipitia sub* II): Cic. agr. 2, 80 fundum pulcherrimum ... horreum legionum, solacium annonae. Phil. 8, 26 Campanus ager et Leontinus ... annonae perfugia. dom. 11 sin causa fuit annona, seditionis quidem instimulator et concitator tu fuisti. epist. 5, 17, 2 invidia annonae. Bell. Afr. 24, 3 Caesariani gravi annona sunt conflictati. Vell. 2, 77, 1 populi, quem gravis urebat infesto mari annona (Svet. Aug. 25 Vir. ill. 19, 3). Petron. 44 nemo curat quid annona mordet. Liv. 2, 51, 2 annona premente. 3, 31, 1 annonā ... laboratum est. 4, 52, 8 ab morbo annonaque nihil ... incommodi fuit. 22, 43, 3 annonam primo, postremo famem. Petron. 44 si perseverat haec annona, casulas meas vendam.

IV *ipsum frumentum, frumenti copia*: Gloss. εὐθηνία. Cic. dom. 14 quem annonam praestare oportere dicebant? ... concursatio ... me frumentum flagitabat. 15 a me ... annona flagitabatur. agr. 1, 21 agrum Campanum ... subsidium annonae. Liv. 27, 5, 5 *Siciliam* fidissimum annonae subsidium. 26, 20, 8 adsidendo diutius artiorem annonam sociis quam hosti faciebat (*v. p. 111, 71*). Svet. Tib. 8 annonae, quae artior inciderat. Claud. 18 artiore ... annona ob assiduas sterilitates. Hermog. dig. 5, 1, 53 artioris annonae populi Romani reos (Papin. dig. 16, 2, 17). Tac. hist. 1, 11 Aegyptum ... annonae fecundam (3, 8. 3, 48). 4, 38 vulgus, ... cui una ex re publica annonae cura. Plin. paneg. 29 adfluentiam annonae. 31 desidem Aegyptum cessantemque Nilum non sensisset urbis annona (Svet. Aug. 18). Flor. epit. 2, 13, 22 Siciliam et Sardiniam annonae pignora. Gran. Lic. 42, 20 annonae quinque modii. Apvl. met. 8, 23 annonae copiosae beata celebritas. Paneg. 10, 38 annonae ubertas, fructuum copia. 11, 14 urbem annonae vacuam. Ivl. Val. (*oraculum*) 3, 56 *urbs* cereali dives anona. Avr. Vict. Caes. 4, 3 annonae egestas. Amm. 14, 10, 4 annonae convectio inpedita (17, 18, 1. 17, 10, 9. 18, 2, 3. 20, 4, 6. 23, 5, 6). Svlp. Sev. 1, 5, 3 inopia. Oros. hist. 7, 42, 12 Vvlg. Iudith 5, 15. Greg. Tvr. mart. 47 super annonam, quae erat in vase condita (108). hist. Franc. 4, 34 anonae congeriem. 4, 64 acervos anonae, quae tunc in manipulis erat. glor. conf. 108 ut illi annonae ac vini de ferrent speciem. Corp. II 4468 qui annona frumentaria empta plebem adiuvit. VIII 8480 ⟨molas⟩ ... reformavit, ⟨instrumento⟩ pistorio exornatas ad annon⟨ae publicae⟩ coctionem pistoribus tradi⟨dit et ita populum⟩ pavit. IX 4686. HS CM n. ad annonae comparationem municipibus suis dedit. XI 377 ut et civibus anno⟨na⟩ superesset et vicinis civitatibus subveneretur. *male dicitur* V 7881 ob ... urgentis annonae sinceram praebitionem ac munificentiam. *ioculariter*: Plavt. Vid. 12 annonam bonam piscibus *fortasse pro* esca *positum*.

frumentum et salaria militibus vel magistratibus praebita et per provincias exacta: Gloss. II 18, 7 σιτηρέσιον. Svet. Galba 7 militi qui per expeditionem artissima annona residuum cibariorum ... vendidisse arguebatur. Gallic. Avid. Cass. 5, 12 annona militaris omnis parata est. Lamprid. Alex. Sev. 15, 5 annonam militum diligenter inspexit. Paneg. 9, 16. Amm. 17, 9, 2 annona decem dierum et septem. Spart. Pesc. Nig. 11, 2 cum servos suos annona oneraret. Veg. mil. 1, 19 necessitas imminet annonam pariter et arma portandi (1, 13. 2, 9. 2, 19. 2, 20. 3, 1. 3, 3). Avg. civ. 18, 18 annonam ... baiulasse militibus. Modest. dig. 26, 7, 32, 6 onera annonarum et contributionem temporariarum sustinere. *ibid.* annonas praestitit. Arcad. dig. 50, 4, 18, 29 ab annona ... excusari. 50, 4, 18, 8 qui annonam suscipit vel exigit (*cf.* 27) vel erogat. *de monachis*: Bened. reg. 31 *cellarius* fratribus constitutam annonam offerat. 35. *de mendicis*: Avg. Adim. 24 annonā cotidianā satiato ventre. *de imperatore*: Stat. silv. 4, 9, 18 te Germanicus arbitrum sequenti | annonae dedit. Plin. paneg. 20 nullum circa hospitia fastidium, annona quae ceteris. Corp. XI 3104 praeposito ann⟨o⟩nae expeditionis ⟨Ger⟩manicae. *pluralis pro singulis annonae pensionibus* (*v. l. 65*): Lamprid. Al. Sev. 41, 3 ut annonas non dignitatem acciperent fullones ... sed annonas singulas vix binas. 42, 3 binas aut ternas. Vopisc. Aurel. 33, 4 ne fiscum annonis gravaret. Itin. Anton. 40 annonas et vestes de publico accipientes. Amm. 14, 7, 11 tuas et palatii tui ... annonas. 22, 4, 9 vicenas diurnas annonas (Anon. Vales. 12, 60. 12, 67). Veg. mil. 1, 13 doctores armorum duplis remunerarentur annonis (2, 7). 3, 3 in expeditionibus arduis per capita magis militum quam per dignitates ab antiquis praebebantur annonae. Svlp. Sev. chron. 2, 41, 2. Vict. Vit. 2, 10 neque annonas neque stipendia. Cod. Iust. 1, 2, 14 pr. annonas civiles (1, 2, 14, 1. 5, 9, 6, 4. 11, 25, 1 pr. 1, 52, 1.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 27, 1, 22). *annonae adaeratae*: NEPOTIAN. 16, 12 decrevit ut annonae stipendio careret (VAL. MAX. 2, 7, 15 stipendium anni). COD. Theod. 7, 4, 28 (*a. 406*) praeter eas annonas, quae adaerantur, id tantum in specie praebeatur, quod .... 7, 4, 35 (*a. 423*) *annonas* ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus (7, 4, 36). SYMM. epist. 1, 79 super eius annonis dicitur orta dubitatio. *de regibus vel magistratibus Iudaeis, Babylonicis, sim.* VVLG. III reg. 4, 7 qui praebebant annonam regi et domui eius (χορηγεῖν). I Esdr. 7, 24 vectigal et tributum et annonas (*pro tribus solum φόρος*). IV reg. 25, 30 II Esdr. 5, 14. 18 Dan. 1, 5 (ἑστιατορία, βία, ἔκθεσις). *christiane*: ZENO p. 519, 12 (Migne 11) caelestis panis ... annonam. HIER. vit. Pauli 10 militibus suis Christus duplicavit annonam. vit. Malchi 10 nova sitarcia id est annona refocillati. PS. PROSP. de promiss. et praed. dei 1, 29 noster Ioseph Christus dominus ex horreis suis nobis divinam sui corporis annonam administrat. SEDVL. carm. pasch. 2, 263 annonam fidei speramus pane diurno.

V *frumenti cura publica*: CIC. Att. 4, 1, 6 ad eius procurationem ... Pompeius vocaretur. AVG. mon. Ancyr. 1, 33 non recusavi in summa ⟨frumenti p⟩enuria curationem an⟨nonae⟩. SVET. Claud. 18 urbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. AVR. VICT. Caes. 1, 1 annonae curandae specie (AMM. 28, 1, 6). APVL. met. 1, 24 annonam curamus et aedilem gerimus (*iocose*). VOPISC. Aur. 47, 2 omne annonarum urbicarum genus iuvi. LVCAN. 3, 56 summa favoris annona momenta trahi. FRONTO princ. hist. p. 210, 9 N. populum Romanum duabus praecipue rebus, annona et spectaculis, teneri (*cf.* panem et circenses). LIV. 2, 27, 5 praeesse annonae. TAC. hist. 4, 68 annonae praefecit. CIC. leg. 3, 7 suntoque aediles curatores urbis, annonae ludorumque sollemnium. CORP. XI 3614 (*Caere a. 114*) aedil(is) annon(ae). XIV 2972 cur(atori) annonae (IX 2663. 3437. 3922. X 5419). VIII 5351 curatori frumenti comparandi in annona⟨m⟩ urbis. PAPIR. dig. 49, 1, 21, 2 curatoris qui annonam administraturus est. CORP. XIV 2045 procuratori annonae Ostiensis (XIV 160). XII 672 adiut(ori) procur(atoris) Augustorum ad annonam provinciae Narbonensis. LIV. 4, 12, 8 ut L. Minucius praefectus annonae crearetur (4, 13, 10 PLIN. nat. 34, 21 TAC. ann. 1, 7 SIDON. epist. 1, 10, 1 AVG. civ. 3, 17 AMM. 28, 1, 9. 31 CORP. V 875, 11. VI 8470. 8471. XI 20 *et passim in* DIG.). TAC. ann. 13, 22 praefectura annonae (HERMOG. dig. 27, 1, 41, 1). CORP. II 1180 praef(ecto) annon(ae) ad oleum Afrum et Hispanum recensendum. LIV. 4, 13, 7 L. Minucius praefectus annonae seu refectus seu ... in incertum creatus. CORP. III 1464 sub praef(ecto) annon(ae) sacrae urbis (III 6575. V 8659. VI 1646. X 7583). CORP. V 5036 adlecto annon(ae) leg(ionis) III Italic(ae). VI 8472 disp(ensator) annon(ae). VI 8450 tabul(ario) Ostis ad annona(m). 8473 tabellarius ex officio annonaes. IX 4071 pat(rono) coll(egii) fabrum tign(ariorum) ann(onae) frum(entariae) populi. XIV 125 (centurione) ann(onae) (SCAEV. dig. 13, 7, 43 *v. l. 57*). X 1729 Aug. lib. prox(imo) comm(entariorum) ann(onae). PAVL. dig. 50, 5, 10 corpus mensorum (mensurarum *codd.*) frumenti iuxta annonam urbis. CALLISTR. dig. 50, 6, 6, 3 negotiatores, qui annonam urbis adiuvant, item navicularii, qui annonae urbis serviunt (50, 6, 6, 5 VLP. 14, 1, 1, 18). SCAEV. dig. 50, 5, 3 naves marinas ... ad annonam populi Romani praebuerunt. MARC. dig. 48, 2, 13 propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem (48, 12, 3. 48, 19, 37). 48, 12, 1 annonam publicam fraudasse. PAPIR. dig. 50, 8, 12 pecuniam ad annonam destinatam. PAVL. dig. 49, 5, 7 ne frumentum in usum militum, in annonae subsidia contrahatur. SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 missus ex officio annonae centurio culleos ad annonam sustulit. HERMOG. dig. 50, 4, 2 annonae divisio (-ionis cura?). **Annona** *dea*: STAT. silv. 1, 6, 38 hunc Annona diem superba nescit (*i. cibi donantur, non veneunt*). CORP. VI 22 Annonae sanctae. VIII 7960 statuas duas, genium patriae n(ostrae) et Annonae sacrae urbis sua pecunia posuit. *sculpta imago in lapidibus* VI 22 *et* 8470 *et cusa in nummis Neronis* Cohen I p. 279 n. 14 Annona Augusti Ceres s. c., *Hadriani* Cohen II² p. 118 n. 165 *sqq.* Annona Aug., *Antonini Pii* Cohen II² p. 275 n. 24 Annona Aug. felix.

synonyma: *ad I*: proventus, messis, fructus, fruges. *ad II*: frumenti pretium, caritas, vilitas. *ad III*: caritas, inopia frugum, fames. *ad IV*: frumentum, fructuum copia, ubertas; pensiones, salaria. *ad V*: res frumentaria, frumentatio. *opposita*: *ad III*: vilitas, abundantia frugum. *v. Oehler, PW. I 2316.*

annōnārius, -a, -um. ASCON. Pis. p. 9 B. *legem* annonariam (annonianam *codd.*). CORP. VI 1759, 10 rexit annonariam potestatem urbis aeternae (*a. p. Chr. 389*). GROM. 346, 14 per Tusciam urbicariam et annonariam (AMM. 27, 3, 1). NOT. dign. oc. 1, 56 Piceni annonarii. TREB. trig. tyr. 24, 5 conrectorem Italiae fecit ... omnisque annonariae regionis. LEX Burg. lib. const. 23, 2 animal dum de messe prato vinea aut area annonaria expellitur. LACT. mort. pers. 31, 3 exactio ... rei annonariae. SYMM. epist. 10, 18, 2 ne res annonaria in graves cogatur angustias (VEG. mil. 2, 19 SVLP. SEV. chron. 1, 11, 7). COD. Theod. 4, 47, 2 pr. rei annonariae emolumenta. CORP. III 4180 *horrea* in securitatem perpetem rei annonariae dedicavit (*saec. IV*). CORP. X 1217, 9 annonariam pecuniam. 5928 cur(atori) pec(uniae) annon(ariae). COD. Theod. 1, 6, 5 (*a. 365*) statum urbis et rationem annonariam firmare (COD. Iust. 1, 2, 8, 1). HERMOG. dig. 49, 14, 46, 5 quod

ex causa annonaria debetur. TREB. trig. tyr. 18, 4 *vir* in provisione annonaria singularis. COD. Iust. 1, 2, 8, 1 officium. COD. Theod. 6, 24, 1 (*a. 362*) annonarias *praestationes*. SYMM. epist. 4, 5, 3 commeatibus (9, 124). 9, 14 apparatus. 10, 9, 7 copiis. COD. Iust. 7, 39, 1 pr. collationis. VEG. mil. 3, 3 pabula frumentum ceteraeque annonariae species (COD. Theod. 7, 4, 3). ARNOB. nat. 1, 16 annonaria caritate. *subst.* **annōnārius** *m.* COD. Theod. 8, 1, 3 (*a. 333*) annonarios et actuarios. LEX Vis. Recc. 9, 2, 6. *Vollmer.*

Annōnius, -a *nom. gent. cognatum cum* Annius, *v.* Anull-. CORP. XII 4590 d. m. Annoni Fortunat. Annonia ⟨P⟩anthera lib. *v. cetera.* VIII 8854 Annonia Paula. 18087, b 27 M. Annonius Saturninus. *cognominis locum habet* XIII 1403. *fortasse barbaricum, cf.* Anno. *Otto.*

annōno, -āre. CAPITOL. Gord. 25, 2 in ea loca deducti sunt milites, in quibus annonari non posset. PS. AVG. serm. 29 (Mai, nov. patr. bibl. I 63) qui te in deserto per XL annos panibus angelicis annonavit. *deponens*: AMBROS. act. Seb. 43 si ergo non navigantibus sed imperantibus homines quod annonantur ascribunt. *V.*

annōsitās, -ātis *f.* **1** *senectus*: AVG. civ. 15, 15 tanto serior fuit proportione pubertas quanto vitae totius maior annositas. epist. 269 annositas algida. Cresc. 3, 46, 50 doctissima annositas. CASSIAN. conl. 2, 13, 3. ARNOB. in psalm. 30 quantavis annositate floreat. CASSIOD. var. 4, 24, 1. **2** *aetas*: ARNOB. conflict. 2, 1 matre tantum minor esset *Christus* quantum matris virginis annositas exstitisset. **3** *series annorum*: qui (*liber sapientiae*) meruit in ecclesia Christi ... tam longa annositate recitari. COD. Theod. 13, 6, 10. 1, 15, 12 nemo privilegii alicuius praetextu aut annositatis se defendat obstaculo. NOVELL. 36 pr. ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare.

[**annoso**] *θεοχολωσία ἢ μῆνις* GLOSS. II 18, 15.

annōsus, -a, -um *multorum annorum, antiquus, priscus.* GLOSS. *πολυετής*; annuus. anno.sam (annonsam *an* annossam?) COD. Bern. 165 VERG. Aen. 10, 766. annosior AVG. conf. 1, 7. CASSIOD. var. 10, 11, 2. annosissimus AVG. civ. 1, 15 epist. 137, 3 PROSP. voc. gent. 2, 22 resp. ad cap. Gall. 1, 3. LABER. mim. 80 non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. VERG. Aen. 4, 441 annoso validam cum robore quercum (*cf.* OV. met. 8, 743. 13, 799 SEN. Ag. 95 Oed. 727 LVCAN. 9, 452 PLIN. nat. 16, 130 SIL. 3, 688 STAT. Theb. 1, 564). Aen. 10, 765 ornum. 6, 283 annosaque bracchia pandit ulmus opaca (*cf.* SEN. Oed. 535). HOR. carm. 3, 17, 17 annosa cornix. sat. 2, 3, 274 cum balba feris annoso verba palato. epist. 2, 1, 26 pontificum libros, annosa volumina vatum. LYGD. 3, 2, 19 Lyaeo (*cf.* 3, 6, 58 merum. OV. ars 2, 418 PLIN. nat. 23, 40 MART. 6, 27, 5). ELEG. in Maec. 1, 4. 1, 139. PROP. 2, 25, 5 miles depositis annosus secubat armis. 4, 8, 3. OV. ars 1, 14 annosum senem. fast. 2, 571 anus annosa (*cf.* COLVM. 6, 28). fast. 5, 144. met. 7, 237 annosae senectae (*cf.* met. 13, 517 annosa senectus. trist. 5, 2, 11 annosa vetustas. SOL. 53, 12 omnibus annosa aetas. PROSP. resp. ad. cap. Gall. 1, 3 ad annosissimam senectutem). MANIL. 3, 14 annosa canam Messanae bella nocentis. GERM. 443. SEN. Herc. O. 783 annosa templa Cenaei Iovis. Oed. 504 mundi. SEN. Lucil. 86, 20 vitem. LVCAN. 9, 359 annoso aevo (*cf.* PLIN. nat. 4, 89). CALP. ecl. 2, 21 sub annosa umbra. VAL. FLACC. 4, 321 annosi veluti si decidat olim pars Erycis. SIL. 4, 559 annosi dentibus apri. 5, 480. HOMER. 29 annosa pectora. 877 annosaque iura (animosa *codd. corr. M*). STAT. silv. 4, 3, 163 annosa magis Appia senescat. Theb. 3, 175. 3, 576 oppida. 9, 411. 9, 468. IVV. 4, 11, 119 nucem. SER. SAMM. 169. 182. 206 annosis succurrere morbis. ARNOB. nat. 2, 11 annosas passiones. PACIAN. epist. 1, 3 tot annosis episcopis. SYMM. epist. 6, 14, 1 praedonis annosi merita. 6, 17 cultus. AMBR. epist. 82, 4. PS. AMBR. act. Seb. 26 eruditio. PAVL. NOL. carm. 28, 211 annosis rudibusque locis. app. carm. 1, 37 annosae saecula silvae. AVG. civ. 8, 15 annosissima firmitate corporum. 21, 11. conf. 1, 7 in aliquo annosiore deprehenduntur. PROSP. voc. gent. 2, 22 annosissimus vigor. CASSIOD. var. 10, 11, 2 utinam ... Marios vel Corvinos annosior vita servasset. ENNOD. epist. 1, 25 annosam infantiam. op. 3 iurgium senile et praeter quam conici possit annosum. op. 7 lex. ARATOR 2, 173. COD. Iust. 10, 32, 3 annosum te esse.

annōtinus, -a, -um. GLOSS. *ἐφέτειος, ἐνιαυσιαῖος, περυσινός*, unius anni. [*val.* anóatin '*agnellus pullus unius anni*' *cf. vet. francog.* anten-ois '*agnellus anni peracti*'. *M.-L.*] *anni praecedentis*: CAES. Gall. 5, 8, 6 multitudine navium perterriti, quae cum annotinis privatisque ... amplius octingentae uno erant visae tempore. COLVM. 4, 24, 7 ungues custodum annotinos resecato. 5, 6, 33 virgis. PLIN. nat. 16, 107 HERM. vis. 3, 10, 3. *Lehnert.*

Annua, -ae *nom. mul.* CORP. II 2671 Annua Caesardia Vedais f. *sed* 886 Anuae Aeburr(i) *si recte traditum est.* *Otto.*

annuālis, -e. [*cf. c.* annuus. *Th.*] GLOSS. *ἐτήσιος, ἐνιαύσιος.* **1** *anniculus*: PAVL. sent. 3, 6, 74 agni nisi annuales sint. **2** *unius anni*: VVLG. Sirach 37, 14 cum operario annuali. GREG. TVR. vit. patr. 15, 3 annualis mei laboris opera ita deperit, ut nihil prorsus ex ea remaneat. **3** *anniversarius*: PS. AVG. serm. 155, 2 propter crucem annualem festivitatem constitui. NOT. dign. or. 2, 72 evectiones annuales. CASS. FEL. 66 secundum annualia tempora. GLOSS. IV 18, 13 annualia opera singulorum annorum. GELAS. 3, 52.

annuārius CAEL. AVR. praec. sal. 1 b 23 (anecd. gr. ed. Rose II 184, 23) sanitas annuaria.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

annuātim [*cf. c.* annuus. *Th.*] *quotannis.* SERM. Arrian. (Migne 13, 647) mentio passionis . . . annuatim occurrit. FVLG. myth. 181, 17 annuatim divisum est regnum. SCHOL. Luc. 1, 179 mense Martio annuatim comitia fiebant in campo Martio. *cf. Funck, Archiv 7 (1892) 496.* *Lehnert.*

Annubathī *genetivo, nom. Palmyrenum.* CORP. VI 19134 Habíbi Annubathí f(ilius) Palmurenus. *titulus Palmyrenus ibidem scriptus habet* Anubathi.

Annula, -ae *nom. mul. fortasse cognatum cum* Anna *et* Annius. CORP. II 2729 Valeria Annula. XII 3981 Annula sibi et suis. *Otto.*

annumquid *v.* an *p. 3, 74.*

annus, -ī *m.* [*cf. c. got.* athn ‘*annus*’, *fortasse=osc.* akeneí ‘*in anno(?)*’, *umbr.* posti acnu ‘*in singulos annos(?)*’, *et cf. c. ind.* átati ‘*it, ambulat, iter facit*’. *Th.*] VARRO ling. 6, 8 tempus a bruma ad brumam, dum sol redit, vocatur annus, quod ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani, unde annus. HYG. astr. 4, 19 p. 120 annum voluerunt esse, cum sol ab aestivo circulo ⟨redit⟩. OV. fast. 3, 121 annus erat decimum cum luna receperat orbem (*cf.* fast. 1, 27). fast. 3, 163 is (*Caesar*) decies senos tercentum et quinque diebus iunxit et e pleno tempora quinta die. hic anni modus est. LIV. 1, 19, 6. PAVL. FEST. 6 annus ex Graeco venit, quem illi *ἔννον* dicunt. PLIN. nat. 7, 155 annum alii aestate determinabant et alterum hieme, alii quadripertitis temporibus, sicut Arcades quorum anni trimenstres fuere, quidam lunae senio ut Aegyptii. SVET. Iul. 40 AVG. civ. 12, 11. HYG. astr. 2, 4 p. 37, 21 *ἐνιαυτός* graece annus est latine. ARNOB. nat. 8, 29 SERV. Aen. 5, 85 ISID. orig. 5, 36, 1 *sqq.* 2 alii annum dicunt *ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι* id est ab innovatione; renovatur enim semper. FAST. Praen. p. 231 ⟨ann⟩us no⟨vus incipit⟩, quia eo die (*Kal. Ian.*) mag(istratus) ineunt, quod coepit ⟨p(ost) R(omam)⟩ c(onditam) a(nno) DCI. GLOSS. *ἔτος, ἐνιαυτός,* rotunditas (*cf.* VARRO *l. 14*). *vocabulum in litteras romanicas transiit* (*cf. ital.* anno, *frgall.* an, *hisp.* año). *abl. sing.* annu INSCR. christ. Hisp. Hübner 139. *acc. pl.* annus *passim in titulis christianis, velut* CORP. XI 1019. XII 480. 482. XIII 1656.

natura: GLOSS. anser (ansar, ansera) χήν auca gos (*anglosax.*), anser silvatica gregos (*anglosax.*). PHILARG. Verg. ecl. 9,36 anser i. e. gigren (*anglosax.*). PLIN. nat. 10, 53 candidi *anseres* ..., verum minores, *in Germania* gantae vocantur. LVCIL. 1160 anseris herbilis virus. FEST. 100 herbilis anser herba pastus, qui gracilior est quam frumento pastus. PLAVT. Truc. 252 ut de frumento anseres, clamore absterret. LVCIL. 243 anseris collus. CATO agr. 89 gallinas et anseres sic farcito ... eodem modo *ut gallinas* anserem alito. VARRO rust. 1, 13, 3 hic *ex lacu* bibunt ... a pabulo cum redierunt anseres. 3, 2, 14 *in villa* vidi greges magnos anserum. 18 simulac primum ex isto villatico pecore mortui erunt anseres aut pavones. 3, 3, 3 quae non sunt contentae terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres. 3, 10, 1—7 in quibus (*piscinis*) ubi anseres aluntur ... chenoboscion appellatis .... Seius ... ita greges conparavit anserum, ut hos quinque gradus observaret ... de genere, de fetura, de ovis, de pullis, de sagina. primum iubebat servum in legendo observare, ut essent ampli et albi ... est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter congregantur, nec [non] aeque fit mansuetum. anseribus ⟨ad⟩ admittendum [iis] tempus est aptissimum a bruma, ad pariendum et incubandum ⟨a Kalendis Februariis vel Martiis⟩ usque ad solstitium .... anseres pascunt in umidis locis (COLVM. 8, 13, 1—14, 8 PLIN. nat. 10, 162. 163 PALLAD. 1, 30). CAES. Gall. 5, 12, 6 anserem gustare fas non putant, ... tamen alunt animi voluptatisque causa. PRIAP. 61, 11 aquosus anser. PLIN. nat. 8, 101 anseres ceteraeque aquaticae herba siderite *fastidium purgant.* 10, 29 anseres et aquaticae fere aves. 63 simili anseres ... et olores ratione commeant *ac ciconiae.* 162 anseres in aqua coeunt. 182 quae ex feris mitigentur, non concipere, ut anseres. 18, 363 anseres continuo clangore intempestivi *praesagiunt.* 29, 56 anser corvusque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur. 34, 84 Boethi *artificis* ... infans eximium anserem strangulat. APVL. met. 8,15 gerebamus pullos anseres haedos catellos. AVIEN. Arat. 1758 gramina si carpit semensa petacius anser. AMM. 18, 3, 9 linquentes orientem anseres ... cum ... penetrare coeperint Taurum aquilis abundantem ... rostra lapillis occludunt, ne eis eliciat vel necessitas extrema clangorem. AVIAN fab. 33, 1 anser erat cuidam pretioso germine feta. LEX Sal. 7, 4 si quis ansare furaverit. CIC. nat. deor. 2, 123 quae (*animalia*) ... altiora sunt uti anseres ... adiuvantur proceritate collorum. PLIN. nat. 10, 29 aut palmipedum in genere sunt, ut anseres. 56 chenerotes, fere ansere minores. CAT. 25, 1 mollior ... anseris medullula (PRIAP. 64, 1). PLIN. nat. 8, 89 *crocodilus* parit ova quanta anseres. 10, 166 inrita ova ... concipiunt ... anseres. ITIN. Alex. 21 paulo maius quam ovum ex ansere. ***color:*** LVCR. 4, 683 candidus anser. VERG. Aen. 8, 655 argenteus anser *in clipeo Aeneae* (SERV. prudenter argenteum anserem dixit: nam quasi et epitheton est coloris et significavit rem veram. nam in Capitolio in honorem illius anseris, qui Gallorum nuntiarat adventus, positus fuerat anser argenteus). ANTH. 106, 1 argenteus anser. CIRIS 489 ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae. HOR. sat. 2, 8, 88 anseris albae (*var.* albi). OV. met. 2, 536 fuit haec quondam niveis argentea pinnis ales, ut ... nec ... cederet anseribus. PETRON. 93 albus anser. PLIN. nat. 10, 53 candidi *anseres.* ***vox:*** VERG. ecl. 9, 35 videor ... argutos inter strepere anser olores. Aen. 8, 655 anser ... Gallos in limine adesse canebat. PROP. 2, 34, 84 ore canorus anseris indocto carmine cessit olor. PAVL. FEST. 95 gingrire anserum vocis proprium est. ARNOB. nat. 6, 20 in anserum ... gingritibus. MART. 3, 58, 13 argutus anser. SVET. rell. 161 anserum gliccire vel sclingere. CARM. de Philom. 19 graccitat improbus anser. CARM. de avium voce 10 trinnit tunc improbus anser. ANTH. 106, 2 dulcisono strepitu colla canora levat. AMBR. exam. 5, 13, 44 anserum ..., qui vigilias suas cantus adsiduitate testantur. SIDON. epist. 2, 2, 14 anseres concubia nocte clangentes. 9, 2, 2 olorinis cantibus ansere ravos ... iure sociaveris. carm. 5, 83 garrulus anser. 22, 3 coram canoro cycno ravum anserem profitemur. VEN. FORT. pr. 5 apud quos nihil disparat aut stridor anseris aut canor oloris. *saepe clangor, v. i. Capitolii servator*: LVCR. 4, 682 humanum longe praesentit odorem Romulidarum arcis servator candidus anser. OV. met. 11, 599 canibus ... sagacior anser. SERV. Aen. 8, 652 nullum animal *ut anser* ita odorem hominis sentit. CIC. S. Rosc. 56 anseribus cibaria publice locantur ... ut significent si fures venerint. PROP. 3, 3, 12 anseris ... tutum voce fuisse Iovem. OV. met. 2, 538 servaturis vigili Capitolia voce ... anseribus. fast. 1, 453. LIV. 5, 47, 4 anseres non fefellere ... namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius ... Gallum deturbat. LIVI per. 5 *Galli* proditi clangore anserum M. Manlii ... opera deiecti sunt. COLVM. 8, 13, 2 clangore *anser* prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitoli. PLIN. nat. 10, 51 est ... anseri vigil cura Capitolio testata defenso ..., quam ob causam cibaria anserum censores in primis locant (29, 57). MART. 13, 74 anseres. haec servabit avis Tarpeia templa. FLOR. 1, 7 cum Manlius nocte subeuntis clangore anseris excitatus ... deiecit (SERV. Aen. 8, 652 VIR. ill. 24, 4). ARNOB. nat. 6, 20 cur anseribus victum alimoniamque praebetis? ... indigna res est custodiam ... in anserum ponere et collocare gingritibus. VEG. mil. 4, 26 anseres ... nocturnos super-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ventus clamoribus indicant. nam ... Galli Romanum nomen eruerant, nisi clamore anserum excitatus Mallius restitisset. AMBR. exam. 5. 13, 44 nocturnas ... anserum quis non miretur excubias? ... Roma ... dii tui dormiebant et vigilabant anseres. ideo illis diebus anseri sacrificas et non Iovi. AVG. civ. 2, 22 qui etiam ipse (*Capitolinus*) caperetur, nisi saltem anseres ... vigilarent. unde ... in superstitionem ... Roma deciderat, cum anseri sollemnia celebrabant. 3, 8 ad vocem anseris cito redierunt, ut ... Capitolium ... tuerentur. SIDON. carm. 5, 83 Senones dum garrulus anser nuntiat. CIC. S. Rosc. 57 anseres..., qui tantum modo clamant, nocere non possunt. SEN. epist. 121, 19 quid est ..., quare anserem gallina non fugiat. PLIN. nat. 10, 44 gloriosum ... animal hoc traditur ... sicut anser verecundum. GAIVS dig. 41, 1, 5, 6 anserum non est fera natura. VERG. georg. 1, 119 nihil improbus anser Strymoniaeque grues ... officiunt (SERV. improbus anser: insatiabilis nulli probandus. et dicit anseres agrestes; BREV. expos. insatiabilis vel inopportunus, quia fugatus redeat). CARM. de mens. 2, 43 vix avidus sistro conpescitur anser. AVG. c. epist. fund. 32 anseribus non facile quicquam edacius invenitur. PHYSIOGN. 125 anser animal est audax pigrum inane clamosum. OV. met. 8, 684 unicus anser erat ... custodia villae.

***usus*:** SCRIB. LARG. 47 oportet ... sumere pinnam anseris *ad oppilationem naris. in sacrificiis.* OV. fast. 1, 453 nec defensa iuvant Capitolia quominus anser det iecur in lances Inachi ... tuas. PETRON. 136—138 cum ... tres anseres sacri ... impetum in me faciunt .... MART. 9, 31, 5 ipse suas anser properavit laetus ad aras. IVV. 6, 540 ansere magno ... corruptus Osiris. ARNOB. nat. 7, 8 remedii cuius est anser ..., ut ex eius cruore medicina adhibeatur irato? SERV. Aen. 8, 652 anseris ..., quem privatus quidam dono Iunoni dederat. CORP. V 7906 sacrificium facerent ansare et libo. *cuppedium.* HOR. sat. 2, 8, 88 pinguibus et ficis pastum iecur anseris albae (*var.* albi). CELS. 2, 18 scire ... oportet ... generis valentissimi esse ... omnem grandem avem, quales sunt anser et pavo .... PERS. 6, 71 satur anseris extis. PETRON. 35 *in ferculo* super aquarium anserem. 69 cum positus esset ... anser. 70 qui de porco anserem fecerat. 93 albus anser ... plebeium sapit. PLIN. nat. 8, 209 adhibetur ... ars iecori ... anserum. STAT. silv. 4, 6, 9 qui magis anser exta ferat. MART. 3, 82, 19 anserum exta lambentes. 13, 58 quam tumeat magno iecur ansere maius. 73 ansere Romano quamvis satur Hannibal esset. IVV. 5, 114 anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par altilis ... spumat. EDICT. Diocl. (Corp. III 4) 21. 22 anser pastus ... anser non pastus. LAMPR. Hel. 21, 1 canes iecinoribus anserum pavit. Alex. 37, 16 adhibebatur anser diebus festis. APIC. 6, 231 in ansere elixo. 237 anserem elixum. ORIBAS. syn. 4, 10 *perittomatici* ... anseres. 16 pulli anserum ... *digestibiles sunt.* 17 anser praeter alas ... *indigestus. in medicaminibus.* SCRIB. LARG. 177 *in antidoto* anseris masculi sanguinis aridi p. X III. 271 *ad perfrictiones et nervorum dolorem* sumere oportet ... anseris adipis idem pondus. PLIN. nat. 20, 16 *cucurbita* ... trita cum adipe anseris vulneribus medetur. 20, 226. 28, 137. 169. 175. 261. 29, 55. 100. 134. 135 (PLIN. med. 1, 6). 30, 27. 29. 106. 131. 142. 37, 204. 22, 18 in iure anseris decoctam *eryngen.* 29, 114 sanguinem sistit a cerebro ... profluentem anseris sanguis. 30, 74 ad urinae incontinentiam *prodesse tradunt* anserum III linguas inassatas (MARC. med. 26, 87). *Bannier.*

Ānser, -is *cogn. vir. quod habuit poeta aetatis Vergilianae.* OV. trist. 2, 435 Cinnaque procacior Anser. CIC. Phil. 13, 11 de Falerno Anseres depellantur. SERV. Verg. ecl. 7, 21. *al.* *Otto.*

ānserārius, -a, -um. GLOSS. anserarius, pastor anserarius *χηνοβοσκός.*

ānserātim *adv.* CHAR. gramm. I 182, 21 quae per im litteras terminantur, ut anser anseratim.

ānserculus, -ī *m.* COLVM. 8, 14, 7 custodiri debet, ut ovis subiciantur herbae urticarum ... ne noceri possit excusis anserculis ....

ānserīnus, -a, -um. PRISC. II 80, 25 anser anserinus dicimus. PLAC. med. 26, 1 ansarino. GLOSS. ansarina. CELS. 5, 21, 4 adipis anserinae; 24, 3; 8, 4. SCRIB. LARG. 189 anserini adipis. 238. PLIN. nat. 20, 40. 53. 123. 129. 240. 22, 125. 28, 73. 74. 105. 174. 185. 188. 215. 216. 29, 37. 45. 96. 133. 134. 30, 70. 105. 107. 112. 118. 130. 139. 140. 142. *similiter omnes medici post Plinium.* CELS. 5, 72, 3 ius anserinum. COLVM. 8, 5, 10 anserino *genere.* PLIN. nat. 10, 56. SCRIB. LARG. 185 ovis anserinis. PETRON. 65 AMM. 22, 15, 15 GREG. TVR. virt. Mart. 2, 52 ORIBAS. syn. 4, 14. PLIN. nat. 11, 257 anserinis pedibus. 29, 103 sanguis anserinus. 125 fel anserinum. 30, 33. MART. 13, 58 iecur. VLP. dig. 32, 70, 9 lanam. GLOSS. *caro* anserina. *Bannier.*

Ansila *nom. vir. Germanicum.* Ansila *Amalus* IORD. Get. 79. PROSP. chron. 1344 Theodosius imperator bellum contra Wandalos movet Ariobindo et Ansila atque Germano ducibus cum magna classe directis. DRAC. satisf. 214 Ansila testatur, *prior pentametri pars.*

Ansira, -ae *cogn. mul.* CORP. III 5539 (*Noric.*) L. Naevius L. f. Pro⟨c⟩ulus ... Pacciae C. l. Ansirae.

ansis *semidei apud Gothos.* IORD. Get. 78 Gothi ... proceres suos, quorum quasi fortuna vincebant, non puros homines sed semideos id est ansis (*vel* anses) vocaverunt. *'eodem vocabulo quo Northmannos summos deos* aesir, *Anglosaxones* ês *appellaverint, Gothos eos* anseis *vocavisse rectissime iudicavit Iacobus Grimmius' Muellenhoff.*

Ansium, -ī *n. opp. ignotum.* CORP. III 2887 (*Dalmat., saec. I vel II*) A. Saufeius P. f. Ca⟨m. E⟩max Ansio. *Ansium situm fuisse in Italia visum est Mommseno quia Saufeius inter praetorianos militavit.*

Ānsius, -a *nom. gent. quo maxime Campani utebantur.* CORP. X 292 (*Tegiani, fortasse liberae reipublicae*) Ansia Tarvi f. Rufa. 294 (*ibid.*). 3362 (*Miseni*). 4013 (*Capuae*). 8042, 9. 10. 11. 12. 8071, 27. 28. 30. 31 *vascullariorum nomina.* XII 5698, 3 *vascularius.* VI 5858 Ansio Caes(aris) ministrat(ori) *vide ne falsa sit.* **Ansicius,** -a *nom. gent.* CORP. V 3489 (*Veronae*) L. Ansicio Iustino L. Ansicius Quintianus fratri.

Anspania *nom. mul.* CORP. V 814 (*Aquileiae, periit*) Leuce Anspaniae l., Occusia Venusta. *Otto.*

ānsula, -ae *f. ab* ansa. [*ital.* asola 'knopfloch'. *M.-L.*] APVL. met. 11, 4 cymbium ... cuius ansulae ... insurgebat aspis. VAL. MAX. 8, 12 ext. 3 *Apellem* moneri se a sutore de crepida et ansulis passus (*v. sub* ansa). APVL. met. 4, 3 adreptum me loro quam valido ad ansulam quandam. ARNOB. nat. 6, 16 deos ... uncis atque ansulis retentari. VVLG. exod. 26, 5 quinquagenas ansulas cortina habebit. 4 ansulas hyacinthinas. (*loci explicati* ab AVG. quaest. hept. 2, 7 *et* 2, 21 conexa ansulis et circulis.) AVG. conf. 8, 5, 10 quasi ansulis sibimet innexis, unde catenam appellavi, tenebat me obstrictum dura servitus. PS. AVG. serm. 180, 2 caritatis ansulis contextam catenam. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 16 concurrentibus ansulis reflexa catena. AVG. doctr. christ. 2, 20, 30 de struthionum ossibus ansulae in digitis. PASS. Perpet. 21 ansulam de digito eius petiit. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 34 faenum velut ansulam factum in cornulo bovi poni quo signum datur transeuntibus ut eum vitent. *dubia lectio* AMM. 28, 1, 36.

anta, -ae *f.* [*aut cf. c. ind.* ắtā 'margo, ianuae limina postesque', *armen.* dr-and '*πρόθυρον, ὑπέρθυρον*', *island.* ǫnd. 'vestibulum' *aut c.* ante. *Th.*] *num. sing. non nisi in* GLOSS. *et* CORP. II 1066 *extat.* [*sard.* anta 'saepes, ostium'; *raetor.* aanta; *it. dial.* anta 'stipes, antae'. *M.-L.*] PAVL. FEST. 16 antes sunt extremi ordines vinearum. unde etiam nomen trahunt antae, quae sunt latera ostiorum. NON. 30 antes sunt quadraturae, unde et antae dictae sunt quadrae columnae. ISID. orig. 15, 7, 8 postes et antae quasi post et ante. et antae, quia ante stant vel quia antea ad eas accedimus priusquam domum ingrediamur. GLOSS. *ἐξοχὴ ξύλου ἢ βάσεως, ὁ πρὸ τῶν πυλῶν τόπος,* locus relictus ostiis, tabula, regimen parietum, quadrus hoc est lapis quadrangulus, destinas quod Graeci *παραστάδες* dicunt, statuncula vel subpositura ubi libet.

LEX par. fac. Puteol. (Corp. I 577 = X 1781) I 12 ex eo pariete antas duas ad mare vorsum proicito. 15 insuper id (*limen*) et antas mutulos robustos ... proicito extra pariete in utramque partem p(edes) IV, insuper simas pictas ferro figito. CORP. II 1066 antam marmoravit. PAVL. FEST. 8 antipagmenta valvarum ornamenta, quae antis adpinguntur id est adfiguntur. VITR. 3, 2, 1 aedium autem principia sunt e quibus constat figurarum aspectus. et primum in antis, quod graece *ναὸς ἐν παραστάσιν* dicitur. 3, 2, 2 in antis erit aedis, cum habebit in fronte antas parietum qui cellam circumcludunt et inter antas in medio columnas duas supraque fastigium. 3, 2, 3. 4, 2, 1. 4, 4, 1 antae columnarum crassitudinem habere debent (4, 4, 4). 4, 4, 1 intercolumnia tria, quae erunt inter antas et columnas. 4, 4, 2. 4, 7, 2 *ter.* 5, 1, 8. 5, 1, 9. 6, 10, 1 *bis.* 6, 11, 2 secundum pilas et antas. *de re v. Puchstein, PW. 1 2337.* *Vollmer.*

Antacatī, -ōrum *Scythae.* PLIN. nat. 6, 50. *Otto.*

antachātes, -ae *m. v.* achates. PLIN. nat. 37, 139 *inter achatae varia genera* antachates, quae (*sc. gemma*) cum uritur murram redolet; *ubi* autachates *Hardouin*, aethachates *Jan.* *V.*

Antacius *nom. vir.* NOT. Byz. 27 (*a. 484*) Antacius *episcopus* Medianensis. *agnomen est T. Iuli Tertulli Antiochi* CORP. VIII 2393. *sed fortasse cognatum est cum* Antius. *Otto.*

Antaeopolitēs *m.*, *Ἀνταιοπολίτης, civis Ἀνταιουπόλεως, oppidi Aegyptii.* PLIN. nat. 5, 49 Antaeopoliten.

Antaeus, -ī *m.*, *Ἀνταῖος, nomen mythicum:* PLAVT. Persa 4 cum Antaeo deluctari mavelim. *et passim.* STAT. Theb. 6, 894 terrigenam sudasse Libyn, *nomine non apposito. Rutulorum dux:* VERG. Aen. 10, 560. *artifex* PLIN. nat. 34, 52. *medicus* 28, 7. *apud Romanos:* CIC. Att. 13, 44, 3 *servus librarius.* PAVL. dig. 39, 3, 14 *iuris consultus* (Ateius *var. l., cf. PW. I 2343 n. 6*). CORP. IX 373 P. Dasimius P. l. Antaeus. X 579 A. Clodio A. l. An⟨t⟩aeo patrono. *al.* *forma* Antaius: CORP. IX 4007 C. Marci (mul.) ⟨l.⟩ Antai. Antais: VI 26133 Q. Selicius Q. l. Antais. Anteus III 2440 (*Salonae*) Neulae puellae ... Anteus pater. *v. Mess.*

antagonista, -ae *m.*, *ἀνταγωνιστής.* GLOSS. recertator, inceptator, incertator, incitator, provocator. *forma barbara* adagonista. HIER. vit. Hilar. 43 delectatus quo scilicet antagonistas haberet in proximo (tantos agonistas *codd.*). *V.* [*Diehl.*

Antagorus, *Ἀντάγορος Niobes filius.* MYTHOGR. 1, 156, 9 *v.* Antegorus.

Antalcidēs, -is *m.*, *Ἀνταλκίδας.* CORP. XIV 2527 Antalcides Augustorum libertus. 2528 Aeliae Rhodillae Antalcidis. *v. Mess.*

antamoebaeos, *ἀνταμοίβαιος, pes metri.* DIOM. gramm. I 481, 30 antamoebaeos ex duabus brevibus et duabus longis et brevi, temporum septem. *V.*

Antamoenidēs *m.*, *miles.* PLAVT. Poen. 1322 *et in scaenarum inscriptionibus* 449. 1280, Antamonides *var. l.; est nomen Graecum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ἀνταμννίδης, *cf. Ritschl, Opusc. III 345—349. Schuchardt, Vokal. d. Vulgärlat. II 286, 7. III 260, 1.* *v. Mess.*

Antana *cogn. alae* (*an rectius* Antoniana?). NOT. dign. or. 34, 33 sub dispositione ducis Palaestinae ... ala Antana dromedariorum, Admatha. *Otto.*

antanaclasis *f.*, ἀνταν**ά**κλασις. ISID. orig. 2, 21, 10 antanaclasis est quae eodem verbo contrarium exprimit sensum. *cf.* QVINT. inst. 9, 3, 68. *simplex* anaclasis GRAMM. VI 94, 19.

antanapaestus, ἀντανάπαιστος, *pes metri.* DIOM. gramm. I 481, 29 antanapaestus ex brevi et duabus longis et duabus brevibus temporum septem. *V.*

Antandros, -ī *f.*, Ἄντανδρος, *opp. Mysiae.* VERG. Aen. 3, 6 *al. nom.* Antandros: PLIN. nat. 5, 123 Antandros, Edonis prius vocata. *acc.* Antandrum MELA 1, 91. 92. *loc.* Antandri PLIN. nat. 16, 133. in Antandro 16, 223. **Antandrius,** -ī, *civis oppidi.* CIC. ad Q. fr. 1, 2, 4 Megaristum Antandrium. **Antandros,** -ī *f.*, *nomen alterum Andri insulae.* PLIN. nat. 4, 65 ipsam (*Andrum*) Myrsilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit, Callimachus Lasiam, alii Nonagriam, Hydrusam, Epagrim. *nom.* Antandros MART. CAP. 6, 660. *cf.* Antandrus 6, 658, Antandrum SOL. 11, 1. **Antander,** -rī *m.*, Ἄντανδρος, *Agathoclis tyranni frater.* IVST. 22, 7, 2 ab Antandro, *unde* OROS. hist. 4, 6, 29 *errore* Andro. *v. Mess.*

antapocha, -ae *f.*, ἀνταποχή. COD. Iust. rubr. tit. 4, 21 de ... antapochis faciendis. 4, 21, 19, 1 antapocham ... suscipere *et* reddere.

antapodosis, -is *f.*, ἀνταπόδοσις. QVINT. inst. 8, 3, 77 *similitudo* cum re, cuius est imago, conectitur collatione invicem respondente, quod facit redditio contraria, quae antapodosis dicitur. 78 sine antapodosi. SACERD. gramm. VI 463, 21 antapodosis est, quam nos appellamus reciprocam dictionem, cum duae dictiones invicem reddunt sibi verba necessaria (*sequuntur exempla*). ISID. orig. 2, 21, 8 antapodosis, quotiens media primis et ultimis conveniunt.

antapodoticē *ode.* SCHOL. Hor. carm. 3, 9 inscr.: ad Lydiam meretricem antapodotice *i. amoebaea.* *V.*

Antapristenus *adi.* CASSIOD. hist. 12, 8 de urbe Antapristena Mysiae.

Antaradus, Ἀντάραδος, *opp. Phoeniciae.* ITIN. Anton. p. 148 Antarado. Burdig. 18 mansio Antaradus. TAB. Peut. 10, 3 Andarado. ITIN. Anton. Placent. p. 159 in insula Antharidus (*cod. Bruxell.* Santaritus). *Otto.*

antarcticus, -a, -um, ἀνταρκτικός. APVL. mund. 1 *vertex immobilis* alter ... septemtrionalis vocatur, alter antarcticus humo tegitur. AMPEL. 1, 4 caelum dividitur in circulos quinque: arcticum et antarcticum. CHALCID. comm. 65 *et* 67. HYGIN. astr. p. 24, 6 polus. 25, 1 circulus (27, 27. 100, 17. 105, 4). 28, 20 finem. MART. CAP. 8, 822 *et* 831 parallelus. 6, 593 antarcticis terris. 8, 826 antarcticae regionis. *graece scribitur* VARRO ling. 9, 18. *V.*

Antargyrus *m. nom. vir.* CORP. II 1763 Antarcyrus. *v. Mess.*

antarius (-ār-*?*), -a, -um. [*ab* ante *derivatum esse videtur. Th.*] PAVL. FEST. 8 antarium bellum quod ante urbem geritur. SERV. Aen. 11, 156 hoc bellum antarium vocari solitum, quod sit ante urbem. GLOSS. ὁ πρὸ θυρῶν (τῶν πυλῶν) πόλεμος. *de funi*: [*inc. orig. Th.*] VITR. 10, 2, 3 *machinae maioris* antarii funes ante laxi conlocentur, retinacula super scapulas machinae longe disponantur. *v. Mau, PW. I 2347.* GLOSS. II 18, 23 **antarium** ἄνταρμος*?* *V.*

Antās, -ae *m.*, Ἀντᾶς. PHOC. gramm. V 425 Ἀντᾶς Ἀντᾶ ... Anta Antae. 422. PRISC. gramm. II 239. III 443. CORP. VI 21339 T. F(lavius) Antas. *cf.* Anthas. *Otto.*

ante *adv., praep.* [ante anti- antid- *i. q. osc.* ant (pûnttram) 'ante (pontem*?*)', *gr.* ἀντί, *ind.* ánti 'in conspectu, coram'. *casus localis videtur esse nominis* ant- 'frons, facies', *fortasse non diversi ab* antes *vocabulo (q. v.), cf. c. hibern.* ētan, *thcodisc.* endi 'frons', *gr.* ἄντα εἴσαντα, *got.* and (anda-) 'per, secundum', *lituan.* ant 'in, super' *et c.* antiae. *Th.*] PRISC. gramm. III 26, 10 'ante ora patrum' (Verg. Aen. 1, 95). hic 'ante' τὸ πρό significat, quod est praepositio Graeca. at vero: 'ante leves ergo pascentur in aethere cervi' (Verg. ecl. 1, 60) et 'ante pererratis ambobus finibus exul' (*ibid.* 62), hic 'ante' τὸ πρότερον significat et est sine dubio adverbium. III 40, 16 ante et componitur et separatur: antepono, ante domum. et significat πρὸ Graecam localem vel temporalem, ut anteeo προπορεύομαι, ante annum πρὸ ἐνιαυτοῦ. invenitur etiam sine casu, quo loco adverbii accipitur *e. q. s.; cf. ibid.* 46, 12 POMP. gramm. V 251, 17. GLOSS. ἔμπροσθεν, πρό, πρότερον. *F. Hand, Tursellinus I 361—390. O. Kuebler, de differentia inter particulas* ante *et* prae *intercedente, dissert. Vratislaviae 1850. usus particulae ab antiquissimis ad infima usque tempora latissime patuit, et ne per* antea *quidem vocabulum, notione temporis aemulum, aliquantum imminui potuit, siquidem nullus omninò scriptor* ante *adv. temporale omnino vitavit ut videtur,* antea *vero nonnulli prorsus fugerunt, ut* VITR. FLOR. APVL., *multi prae illo neglexerunt, de qua re vide sub* antea. [*raet.* ont, *hisp. portog.* antes, *val. vet.* ainte. *M.-L.*] anti(d) *in compositione tantum servatur*: CASSIOD. gramm. VII 164, 10 ante praepositio interdum integra manet, ut anteactum antevenit antecedit, interdum mutatione in i litteram corrumpitur, ut antistat anticipat. *Neue-Wagener II³ 823.* PS. PROB. ult. syll. gramm. IV 253, 34 ante naturaliter duabus brevibus constat, sed prior positione longa fit. *de accentu* CHAR. gramm. I 232, 19 ante post ... nunc praeponuntur casibus, nunc mutato accentu subiunguntur, ut ante illum, illum ante *cf.* 234, 16. PS. PRISC. gramm. III 528, 34 praepositio in fine semper accentum servat ut apúd anté. VICTORIN. gramm. VI 203, 23 AVDAX gramm. VII 353, 22 (*de horum doctrina: Corssen, Aussprache II² 808 sqq.*). *in dactylicis metris arsim fere obtinet atque in omni quidem versus parte; in thesi rarum est, ut* LVCR. 1, 233 (ante acta). 3, 375 *et* 969. 6, 410 VERG. Aen. 2, 663. *ceterum cf.* COMMODIANI *ista*: apol. 264 dixerat hoc ante: gentes sperabunt in ipsum. 800. *in anapaesto* OCTAVIA 86 vincam saevos ante leones. *de casu 'praepositionis'* CHAR. gramm. I 234, 16 hae praepositiones (*sc.* ante, *al.*) promiscue accipiuntur. ⟨nam⟩ et postponi solent et accentum utique mutant, aliquando et casum, quale est 'paucis ante diebus', item 'paucos ante annos'. POMP. gramm. V 278, 15 ante et post..., cum sint accusativae praepositiones (ante templum dicimus...), tamen apud maiores nostros inveniuntur etiam cum ablativis ... puta non dubitat Pacuvius dicere 'ante templo'; *cf.* SERV. ecl. 1, 30 AVDAX gramm. VII 353, 22. ***Bergk, Beiträge z. lat. Gramm. S. 44 not. 1. exempla vulgaris infimaeque latinitatis v. infra sub structuris.***

I *adverbium*: A *loci*: 1 *ubi*: CIC. ac. 2, 125 innumerabiles supra infra dextra sinistra ante post ... mundos esse. Tim. 48 et ante et pone ... et sursum et deorsum. Arat. 129 naves ... in alto ponere proras ante solent. VARRO rust. 3, 9, 7 ante sit ... vestibulum. VERG. Aen. 6, 216 cui ... feralis ante cupressos constituunt (*opp.* latera ... super). PRIAP. 85, 3 agellulum hunc, sinistra et ante quem vides. [TIB. 2, 5, 98 stabit et ipse calix (*vulgo cum* ς ante calix)]. OV. epist. 2, 68 magnificus titulis stet pater ante suis (*ibid.* 73 post illos). fast. 1, 92 quod a tergo ... quod ante *sit.* 1, 113 ante quod est in me postque videtur idem. LIV. 22, 5, 8 ante aut post pugnandi ordinem. 27, 18, 5 fluvius ab tergo ante circaque ... oram *tumuli* cingebat (COLVM. 6, 2, 4). VITR. 10, 2, 3 funes ante laxi collocentur. PLIN. nat. 36, 73 ante est sphinx (*sc. ante pyramidem*). STAT. Theb. 5, 8 ut cuique ante locus ductorque. MART. 2, 74, 1 cinctum togatis post et ante Sanfeium. PLIN. epist. 2, 17, 17 *de villa*: quantum caloris ante, tantum retro frigoris *cf.* 5, 6, 23. ITALA Baruch 6, 3 (Tert. Scorp. 8) adorantes retro eos et ante (VVLG. de retro et ab ante). VVLG. exod. 39, 18 ante et retro conveniebant sibi (*catenae, uncini*); I Macc. 13, 27 apoc. 4, 6. AVG. civ. 7, 3 p. 283 duas facies ante et retro habere. ANTH. 480, 6 anapaestus erit brevibus si coeperit ante. SERV. gramm. IV 451, 5 omnia verba quae in praeteritis ante crescunt (*ut* pependi). *cum verbis motus*: CAEL. hist. 105 *v. sub* antefero, LVCIL. 1080 *sub* anteeo. VARRO ling. 6, 82 speculator quem mittimus ante. CAES. civ. 1, 51, 4 ante missis equitibus (*cf.* praemitto). CIC. Arat. 12 *piscis* paulo praelabitur ante (paulum *al.*). LVCR. 1, 292 *flamina* trudunt res ante ruuntque. 4, 250 plus aëris ante agitatur. 5, 737 Veneris praenuntius ante pennatus graditur. 5, 739 Flora ... praespargens ante viai cuncta. VERG. georg. 3, 552 in lucem ... pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque (TIB. 1, 2, 67 SIL. 4, 30). 9, 46 Turnus ... ante volans ... praecesserat agmen. 12, 455 OV. met. 8, 213 STAT. Theb. 3, 427. TIB. 2, 1, 78 explorat caecas cui manus ante vias. OV. am. 1, 7, 39 ante eat captiva (*sc. in triumpho*). ars 1, 215 fast. 6, 117. STAT. Theb. 6, 434 *de certamine aurigarum*: nunc Euneos ante et nunc ante Thoas cedunt vincuntque. FEST. 189 obigitat pro ante agitat. **2** *quo*: VARRO sat. 260 neque post respiciens neque ante prospiciens. CIC. fin. 5, 35 si ... ingreditur quis ... non ante, sed retro. VERG. Aen. 6, 677 ante tulit gressum. VITR. 10, 14, 1 uti ante et post et ad dextrum seu sinistrum latus sive oblique ... progredi possint.

c. abl. mensurae: SALL. Iug. 106, 5 Iugurtham circiter duum milium intervallo ante (ante eos *al.*) consedisse. PLIN. nat. 2, 121 paucis ante milibus ... ventus coercetur. (NEP. Paus. 5, 2 *v. sub* ante quam.)

B *temporis*: GLOSS. πρότερον, πρώην, πρὶν ἤ, πρὸ τοῦ; IV 309, 35 ante nominatus, praenominatus. SVET. diff. p. 286 Reiff. prior venit et ante venit: prior ad dignitatem, ante ad tempus refertur. *passim.*

1 *nullo temporis discrimine addito*: **a** *simpliciter de tempore antecedente; oppone* nunc *vel* tum: PLAVT. Asin. 196 ubi illaec quae dedi ante? :: Abusa. Capt. 307 fui ante liber (ENN. ann. 16, 3 fuimus ante Rudini). Poen. 374 si ante quid mentitust, nunciam ... erit verax. Trin. 828 tuam gloriam iam ante ... acceperam. *legitur* iam ante *passim omnibus saeculis, velut* CIC. Att. 3, 8, 4 CAES. civ. 3, 62, 1 NEP. Att. 19, 2 LIV. 1, 47, 9, *rarius* ante iam, *ut* SALL. Iug. 50, 5. PLAVT. Trin. 1141 neque eum ante usquam conspexi prius. CATO agr. 27 quae ante satae erunt, teneras (*oleas*) tum supputato. TER. Andr. 239 nonne oportuit praescisse me ante? (556 *v. sub* ante quam). 917 hodie ut veniret, ante (antehac ς, *Diom.*) numquam. LVCIL. 89 saepe quod ante optasti. AFRAN. com. 309 vellem intervenissem ante. VARRO ling. 5, 3 aliud nunc ostendunt, aliud ante significaverant. CIC. inv. 1, 23 qui ante dixerunt. Tusc. 1, 99 dixit ante. 2, 32 in pari ante peccato convictus. CAES. civ. 3, 105, 2 simulacrum Victoriae quod ... ante ad simulacrum Minervae spectavisset. VERG. Aen. 6, 105 omnia praecepi atque animo mecum ante peregi. 11, 302 ante ... summa de re statuisse ... fuerat melius, non tempore tali ..., cum. OV. am. 3, 5, 18 iterum pasto pascitur ante cibo. LIV. 5, 20, 1 ex ante convecto frumento (33, 28, 4). 24, 39, 1 adsueti et ante spectaculo. 26, 40, 9 id quod et ante acci-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

derat. 44,37,6 scriri ante et praedici posse PLIN. nat. 3,99 *Calabriam* Graeci Messapiam ... appellavere et ante Peucetiam. *sim. passim.*

nota tempus: OV. epist. 19,217 quisquis is est, placeat, quoniam placet ante Dianae. STAT. Theb. 10,782 nam spiritus olim ante Iovem et summis apicem sibi poscit in astris. LVCR. 5,100 insolitam rem adportes auribus ante. VERG. Aen. 2,589 non ante oculis tam clara *parens*. HOR. carm. 1,29,3 non ante devictis Sabaeis *cf.* 3,29,2 *et* 4. 4,9,3. 4,14,41. PROP. 1,1,2 contactum nullis ante cupidinibus. LIV. 22,22,10 Romanus ... incognitus ante. 26,45,9 vias ante numquam initas. SEN. nat. 6,21,1 insulas non ante visas. CVRT. 7,3,16. LIV. 1,28,4 si umquam ante alias ullo in bello fuit, quod ... gratias ageretis. 2,9,5 non umquam alias ante tantus terror senatum invasit.

b *de ordine temporis; oppone* post (*cf.* VARRO ling. 9,73 in tempore magis et minus esse non potest, ante et post potest): RHET. Her. 4,67 quae ante et post et in ipsa re facta erunt. CIC. inv. 1,34 ante exponere ..., post tradere. 1,48 quod aut ante fuerit aut in ipso negotio aut post sit consecutum. part. 86 quoniam in his versatur omne consilium duobus, de utilitate ante dicamus. PLAVT. Asin. 818 *uxorem* tu propediem, nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio. CIC. orat. 138 *orator* ante occupet quod videat opponi. QVINT. inst. 9,1,44. CIC. Att. 10,10,1 me caecum qui haec ante non viderim. CLAVD. 20,500 non impendentia vitant nec res ante vident. OV. met. 3,286 det tibi complexus (*Iuppiter Semelae*) suaque ante insignia sumat. SEN. Oed. 218 interemptum Laium ulcisci iubet: non ante caelo lucidus curret dies. VAL. FL. 5,260 auguriis ... minacibus urbem territat ante monens semper deus. *sic* ante dico *i. q.* praedico: CIC. Phil. 1,26 haec dico de futuris, quod est amicorum ante dicere ea quae vitari possint. CELS. 3,12 p. 93 ante horror, tum febris discutienda *cf.* 5,26 p. 185. 6,6 p. 229 ante tonderi ..., deinde fovere. IVV. 6,417 dominum iubet ante feriri, deinde canem. PLIN. epist. 10,6,1 paneg. 72. AMM. 24,6,12 leni ante, dein concito gradu. HIER. epist. 140,5 epistolae ... non prius pacem habent et sic gratiam, sed ante gratiam et sic pacem. 64,21 non prius rationale et sic superumerale, sed ante superumerale et deinceps rationale *cf.* 69,8. ante *i. q.* supra *in scriptis, v. infra p. 130,49.* *figura ἀδυνάτου*: VAL. FL. 7,54 Aeoliae pecudis poteretur ut auro? ante meus caesa descendet Caucasus umbra ac prior Haemonias repetet super aequora praedas. STAT. Theb. 7,552. *cf.* ante quam. PROP. 1,9,29 qui non ante patet, donec manus attigit ossa *cf.* PLIN. nat. 17,79. AMM. 17,10,8 comites ... non ante absolvit, dum omnes rediere. STAT. Ach. 2,128 nec me ante nisi inspectis admisit ... telis. IORD. Rom. 222 quam non ante Romanus populus adiit nisi vicina loca cepisset. *iuncturae tritiores*: ante actus (ago): PLAVT. Pseud. 602 missa habeo quae ante agere occepi. CIC. Verr. 2,109 quae ante acta sunt, rata esse. QVINT. inst. 4,2,50 quae ante acta sunt ... quae insequuntur *cf.* 5,7,11. NEP. Thras. 3,2 ante actarum rerum accusaretur. OV. am. 2,8,25 index ante acta fatebor. met. 12,115 ante actis veluti male crederet. TAC. ann. 11,6 ante acta deprecantur. AMM. 21,13,16 PRISCILL. 118. *cf.* SALL Iug. 71,5 per sua antea fideliter acta.

vita ante acta: CIC. inv. 2,34. 36. 50 Verr. 3,146 Sull. 77 epist. 11,28,4 *al.* (*Thielmann dissert. Argent. 2,378*). LVCR. 3,935 vita ante acta priorque. LIV. 9,26,14. 24,25,1 SEN. contr. 7,7,4. 9,6,1. 14 QVINT. inst. 3,8,48 *al.* decl. 314 p. 232 *al.* MEN. dig. 49,16,5 pr. GELL. 18,3,5 APVL. Plat. 2,23 AMM. 25,9,7 AVG. gen. ad litt. 10,15,27. LVCR. 1,233 aetas ... ante acta *cf.* 1,558. 3,832. 5,172. 3,972 vetustas. LYGD. 3,7,189 ante actos annos. LIV. 3,69,3 consulatibus ante actis. QVINT. decl. 300 p. 182 de ante actis temporibus. COD. Iust. 10,28,1,1 in ante actum et in posterum tempus *cf.* LEX Burg. praef. B 9 lib. const. 49,4. 54,2 *al.* (*opp.* praesens). QVINT. inst. 7,10,12 crimina. OROS. hist. 3 pr. 1 conflictationes. GREG. TVR. vit. Mart. 1 pr. virtutes. ante dictus: SCRIBON. 16 dies triginta ante dicti (47. 65. 163 *al.*). AMM. 14,3,4 dux ante dictus. 16,12,21 ante dictus perfuga. 21,6,1 ante dicta. 28,1,21 consiliarius ante dicti *et sic passim.* ante factus: TVRP. com. 126 ante facta ignosco. RHET. Her. 2,4 ex ante factis. CIC. inv. 2,32 (*cf.* 2,90). 2,37 ante factis omissis. Verr. 2,108 ut ante facta in iudicium non vocentur. Deiot. 37 PVBLIL. E 17 LIV. 37,53,6 VITR. 1 pr. 3. 9,6,2 ante facta et futura. IREN. 5,28,3. ante fatus: LEO M. epist. 113,3 ante fatae ... discordiae. AVELL. epist. 83,299. 191,2 ENNOD. epist. 8,2 CASSIOD. var. 2,4. 3,25,2 *al.* IORD. Get. 7,54 *al.* GREG. TVR. hist. Franc. 9,20. ante gestus: RHET. Her. 3,5 rerum ante gestarum (AMM. 24,5,12 ante gestarum rerum) *cf.* 4,13. LIV. 9,46,3 tribunatus. QVINT. inst. 9,4,25 ante gesta. FRONTO p. 102,5 N. ante gestum, post relatum aiunt, qui tabulas sedulo conficiunt. *in* DIG. *saepe* ex ante gesto, *ut* VENVL. 42,8,25,7 PAPIN. 42,7,4. 38,1,40. 48,23,3 VLP. 15,1,42. 26,10,3 *et* 10. *cf.* VLP. 26,2,19,2 de eo ... quod ante gessit. ante partus: NAEV. com. 84 ante parta ... prodigunt. PLAVT. Trin. 643 ante parta (uerta *A*, perta *Ritschl*) ... perderet. Truc. 343 ante partum perdidi. 62 unde ante parta (parata *codd.*) demus postpartoribus. CIC. Mur. 87 ceteris ante partis honestatibus ... privare. prov. 28 praeda ante parta. Cato 71 ante partorum bonorum. CAES. Gall. 6,4,70 laus. LIV. 30,32,4 decora. 7,7,4 parti ante decoris. APVL. flor. p. 29 ante parta existimatio. apol. 20 ante parta *cf.* Socr. 108 laudem ... quam ante peperi. *apud poetas subaudienda relatione temporis* (ante *i. q. ante quam hoc vel illud fiat, fieri possit*): VERG. ecl. 9,15 nisi me ... novas incidere lites ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix, nec tuus hic Moeris nec viveret ipse Menalcas. TIB. 1,1,14 quodcumque mihi pomum novus educat annus libatum agricolae ponitur ante deo (deum *A*). PROP. 4,2,46 nec flos ullus hiat pratis quin ille decenter inpositus fronti langueat ante meae. OV. epist. 20,7 ars 1,277 VAL. FL. 6,283. *passim.*

2 *temporis discrimine adiecto*: **a** *per adiectiva, pronomina, adverbia*: paulo ante (*frequentissimum per totas Romanorum litteras*): ENN. trag. 40 illa ⟨tua⟩ paulo ante sapiens ... modestia. RHET. Her. 2,5. 3,26 CIC. inv. 1,18 S. Rosc. 19 Brut. 259 *al.* Verr. 5,6 quid dico nuper? immo vero modo ac plane paulo ante vidimus. rep. 2,9 ante paulo. LVCR. 1,429 et quod iam supera tibi paulo ostendimus ante. CAES. Gall. 4,12,1 *al.* SALL. Cat. 20,1. 46,4 *al.* LIV. 1,14,10. 1,26,11 *al.* 6,26,4 paulo ante fidelium sociorum. SEN. contr. 2,1,9 paulo ante ... invidebam, modo ... laudat. VAL. MAX. 2,7,1 CELS. 2,10 p. 53 SEN. dial. 5,23,1 CVRT. 3,5,1. COLVM. 5,11,12 ante paulo. PETR. 9 *al.* PLIN. nat. 7,129. 37,75 *al.* TAC. Germ. 41,2 *al.* VVLG. II Macc. 3,30 *etc. cf. l. 73 sqq.* multo ante: TER. Eun. 733 multo venit ante. VARRO rust. 1,54,1 CIC. Verr. 5,1 Brut. 2,6 *al.* VERG. georg. 1,167 multo ante provisa. LIV. 5,33,6 *al.* 30,45,4 haud ita multo ante. 45,32,8 ex multo ante praeparato. PLIN. nat. 11,54. 2,31 ante multo. 7,186 ante non multo. CIC. epist. 3,11,1 permultum (-to *al.*) ante (*Landgraf-Reisig, Synt. III 167*) *cf.* TAC. ann. 12,4. aliquanto ante *sim.*: VARRO rust. 3,9,13 CIC. Sull. 56 *al.* Vatin. 25 ante aliquanto (Att. 3,8,1). LIV. 9,46,3 PLIN. nat. 35,55. CIC. de orat. 1,27 tanto ante (QVINT. inst. 2,4,28 PLIN. nat. 17,79 TAC. hist. 1,74 AVG. civ. 1,7 p. 12 *al.*). Sest. 8 quanto ante providerat. Apul. flor. p. 68 modico ante. longe ante: LVCIL. 731 CIC. Tusc. 3,29 GERM. 75. OV. trist. 1,10,6 *navis* occupat egressas quamlibet ante rates.

b *per ablativum substantivorum* (*accus. v. sub praep.*): VARRO rust. 2,1,18 binis mensibus ante faciunt. CIC. Phil. 2,102 paucis annis ante (NEP. Milt. 8,1). off. 2,79 multis annis aut etiam saeculis ante. rep. 2,59 non longis temporibus ante ... neque post aliquanto. LVCR. 3,1094 mensibus ... multis ... ante. CAES. Gall. 4,9,3 aliquot diebus ante. LIV. 2,46,4 tertio anno ante (2,34,10). CIC. Pis. 61 biduo ante. Flacc. 6 anno ante. LIV. 3,66,3 biennio. VARRO rust. 2,11,9 ante triduo. LIV. 40,52,1 ante annis octo (annos *Drakenborch*). CELS. 7,26,2 ante aliquot diebus. VITR. 9,4,1 in quo (*signo*) ante tricensimo anno fuerat. VARRO rust. 3,2,3 paucis ante diebus. CIC. Catil. 3,3 CAES. Gall. 1,18,10 *al.* SALL. Cat. 47,1 *al.* LIV. 27,29,4 TAC. hist. 3,67 *et passim.* CIC. C. Rosc. 64 multis ante annis (LIV. 4,16,10). Brut. 66 multis iam ante saeclis. Cato 54 multis, ut mihi videtur, ante saeculis. [CIC. Tusc. 1,4 aliquot ante annos; *al.* annis.] LIV. 31,1,8 decem ferme ante annis. OV. trist. 4,10,10 tribus ante quater mensibus ortus. CIC. Sest. 28 annis ante paucis. LIV. 28,43,18 annis ante quadraginta (30,44,1). *alia v. sub* ante quam. *similiter* CIC. div. 1,123 *Ennius* paucis ante versibus esse deos censet. *et sic translatio passim fit ab oratione ad scripta* (ante *i. q.* supra): LVCIL. 32 ut diximus ante (35. 304 *al.*). RHET. Her. 1,18. 26 *cf.* 3,7. CIC. inv. 1,14. 1,18 ante exposuimus. 1,79 ostendimus. off. 2,49 dixi paulo ante de Crasso. Brut. 32 quos paulo ante diximus. 44 de quo ante dixi. 89 ut ante dixi. NEP. Dio 9,5 LIV. 1,37,2. 1,46,5. 22,28,8. 26,16,3. 28,7,13 *passim. cf.* ante dictus *129,62.* GERM. 451 praedictis ante minores *orbes.* PLIN. epist. 10,67,2 ut ante praedixi. SERM. Arian. frg. 13 (Migne 13,617) superius antedicta sunt *cf. p. 147,39.* VITR. 6,7,7 quoniam de venustate ... ante est conscriptum. VARRO ling. 7,109 in illis (*libris*) qui ante sunt. PAVL. dig. 38,10,10,16 (*de stemmate* proavus, abavus, frater proavi:) fratrem proavi enumerantes ante abavum ponimus (ante fratrem proavi enumerantes abavum ponimus *coni.*). *ellipsis verbi*: ut ante (*passim*): RHET. Her. 4,19 non, ut ante, ... repetimus verbum. CIC. agr. 2,15 non, ut ante, a (antea, ab *al.*) Sulla. Tusc. 1,19 reliqua ... singuli, ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus. HOR. epod. 5,83 non, ut ante, mollibus ... verbis. LIV. 1,42,5 non viritim, ut ante. PLIN. paneg. 2 nihil quale ante dicamus, nihil enim quale antea patimur. CIC. Att. 12,51,1 aliquid etiam ante. 15,13,4 sed ne quid ante. 15,21,3.

substantivis adpositum: VERG. Aen. 1,198 ignari sumus ante malorum (GLOSS. praeteritorum. SERV. ante malorum *ὑφέν* est, id est antiquorum malorum). PROP. 2,28,61 redde etiam excubias divae nunc, ante iuvencae (*sc. Ioni*). LIV. 2,41,6 Hernicis, paulo ante hostibus. 24,32,5 tyranni ante satellitibus et tum corruptoribus exercitus. VELL. 2,19,4 paulo ante principis (PLIN. nat. 18,7 *cf.* TAC. hist. 3,68). CVRT. 8,2,3 paulo ante convivae *et saepe.* PETRON. 123,191 paulo ante lues iam concidenda iacebat. AMM. 17,7,6 paulo ante homines, tunc strages cadaverum. AVG. civ. 3,14 p. 113 *civitatis* paulo ante culmen. SEN. suas. 6,19 brevi ante princeps senatus ... tum pretium interfectoris. TERT. anim. 17 vini illius, licet aquae ante. FVLG. RVSP. Migne 65,219 D ipsa ante scriptio ostendat tibi.

nominis vicem in enuntiato obtinens: VARRO ling. 9,73 *v. 129,14* AVG. categ. 10 positionem dico cum videmus cuiusque rei dexteram laevam, superiora inferiora, ante post, longe iuxta *cf.* BOET. arith. 2,4 (*opp.* retro). 2,25 (*opp.* post). CYPR. sent. episc. 55 ante est ut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ostendat *cf.* epist. 15, 2. 33, 2 ante est scire. DRAC. laud. dei 3, 740 numquid habes, deus, 'ante' tuum, vel 'post' cadit in te.

C ***comparationis*:** CIC. off. 3, 71 *v. sub* antepono. STAT. silv. 2, 6, 36 cunctis puerisque virisque pulchrior et tantum domino minor. illius unus ante decor, quantum praecedit clara minores luna faces. *pleonasmos, conlocationem, composita v. s. et sub praepositione.*

II ***praepositio*: A *loci*** (*cf. Kuebler p. 5 sq.*): *apud* PLAVTVM *cum vocabulis* aedes fores ianua ostium porta *iungitur et tum statum tum motum designat ex hisce pendens verbis*: accipio (Cist. 675 Pers. 758), adsum (Pseud. 181), ago (Trin. 608), ambulo (Men. 276), asto (Bacch. 451. 978 Men. 632. 676 Merc. 808 Truc. 175), conqueror (Aul. 727), conspergo (Stich. 354), conspicor (Epid. 184. 344), derideo (Men. 629), do (Pseud. 1202), evoco (Cas. 295 Men. 674 Poen. 920), excieo (Epid. 570), extergo (Rud. 1299), iaceo (Amph. 1072), loquor (Asin. 151), ludifico (Mil. 495), obicio (Cist. 699), opperior (Most. 795), praestolor (Most. 1066), prodeo (Epid. 568), produco (Capt. 252), progredior (Mil. 817), speculor (Mil. 1121), sto (Amph. 406. 603. 667 Truc. 335), sum (Curc. 71 Men. 357. Mil. 991 est ... circus. Most. 6 clamitatio est. Trin. 1001 quid ... negoti fuerit. 1092 *suppl.* est), tracto (Mil. 510), video (Amph. 292 Men. 773 Truc. 895 *cf.* Most. 817). Cist. 543 audire visa sum vocem ante aedis modo. eccum, eccam *omisso verbo*: Aulul. 536 Capt. 1005 Cas. 574. 593 Pers. 739. *similia apud* TERENTITM *cf.* Andr. 362 solitudo ante ostium. 504 puerum huc deferent anto ostium. 725 ante ... ianuam appone. LVCIL. 1025 ante fores ... et ... limina ... gemebat. LVCR. 3, 67 leti portas cunctarier ante. NEP. Alc. 3, 2 VERG. Aen. 6, 47 LYGD. 3, 4, 20 PROP. 2, 19, 5. OV. ars 3, 581 ante fores iaceat *et sim. passim de amatoribus exclusis.* LIV. 1, 26, 2 obvia ante portam *soror Horatii.* 3, 68, 7 ante portas est bellum.

1 *ubi*: (ante aedes, portam *simil. v. supra.*) SIS. hist. 182 ante testudinem constitit. VARRO sat. 457 in foro ante lanienas ludere. LEX Iul. Corp. I 206, 34 aput forum ante tribunale suom propositum habeto, quam viam ... locaturus sit. CIC. S. Rosc. 12 in foro ante tribunal tuum ... ante pedes vestros ... inter ipsa subsellia caedes futurae sint. VAL. MAX. 3, 2 ext. 1. SEN. contr. 7, 8, 4 ante magistratus tribunal, in conspectu populi. VVLG. II Cor. 5, 10 ante tribunal Christi. VAL. MAX. 1, 6, 4 ante praetorium. SVET. Oth. 1 capite punire et quidem ante principia se coram. SIL. 2, 673 solium ante dei. CIC. Mil. 27 ante suum fundum ... insidias conlocaret. har. 24 ante templum in ipso Matris magnae conspectu. Phil. 6, 13 ante Castoris (*cf. Archiv 2, 1885, 369.* LIV. 9, 43, 22 ante templum Castoris). Verr. 3, 160 statuae ... eversae. at quo loco? ... ante ipsum Serapim. div. 2, 23 *Caesar* ante ... Pompei simulacrum ... trucidatus iaceret. IVV. 8, 11 si luditur alea pernox ante Numantinos (SCHOL. ante imagines Lepidorum). CIC. div. 1, 72 ante oppidum ... castra cepit (epist. 12, 13, 4). CAES. Gall. 7, 79, 4 productis copiis ante oppidum consident. VERG. Aen. 3, 302 ante urbem in luco. 7, 162. 8, 104 OV. met. 13, 687 STAT. Theb. 6, 360. CAES. civ. 3, 37, 1 copias ante frontem castrorum instruit. LIV. 2, 30, 11 ante suum quisque vallum constitere. 23, 16, 4 instrui ... acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae, Poenorum ante castra sua. 28, 14, 4 pro cornibus ante Punicam aciem elephanti castellorum ... speciem praebebant. FEST. 253 procubitores ... qui ... ante castra excubant *cf.* PAVL. FEST. 225. BELL. Afr. 17, 1 ante signa. LIV. 2, 65, 3. 5, 18, 8. 8, 11, 7 ante ... post signa. 9, 32, 9 ante signa circaque *cf.* ELEG. Maec. 1, 46 fortis erat circa, fortis et ante ducem. PROP. 4, 1, 96 concidit ante aquilae rostra. LVCR. 1, 84 ante aras adstare. VERG. Aen. 1, 334 *al.* VARRO sat. 562 qui ante me est nescio qui longurio. CAES. civ. 1, 70, 3 Afranius cum ... ante se hostem videret. SVLPIC. ap. Cic. epist. 4, 5, 4 post me erat Aegina, ante me Megara. LIV. 7, 33, 12 ante se quisque proelium ciet. SEN. contr. exc. 3, 4 in acie non ante patrem stetisti. QVINT. inst. 11, 3, 105 reliqui *motus* ante nos et dextra laevaque aliquid ostendunt. CIC. parad. 31 ante senatum tua sica deprehensa est. SEN. suas. 4, 5 cum suasoriam ... ante Fuscum diceret *cf.* APVL. apol. 15. VVLG. Iosue 20, 6 stet ante iudicium. VARRO ling. 5, 126 ante balineum locus ... urnarium vocatur. 6, 54 profanum quod est ante fanum. CIC. har. 24 primum ante populi consessum ... locum *cf.* ASCON. Corn. p. 70 B. VAL. MAX. 4, 5, 1. OV. met. 13, 910 ante fretum est vertex. fast. 3, 430 sacrata ... templa ... lucos ... ante duos (*v. comment. Peter*). LIV. 33, 15, 7 in collibus ante Sicyonem. 36, 15, 7 ante saltum Thermopylarum ... Epirus ... est *cf.* MELA 2, 35 PLIN. nat. 3, 151. 2, 232. 4, 92. 5, 1 *passim.* 32, 21 *margarita* nascitur apud Graviscas et ante Neapolim. PAVL. dig. 41, 1, 29. VITR. 6, 7, 5 prothyra Graece ... quae sunt ante ianuas vestibula. PHAEDR. 4, 10, 3 *peram* ante pectus suspendit (*opp.* post tergum). PLIN. nat. 7, 12 cutibus ... pro mantelibus ante pectora uti (28, 98). SVET. Calig. 32 Claud. 27 Galb. 11 MACR. sat. 1, 6, 17. SVET. Ner. 48 ante faciem obtento sudario. TIB. 1, 4, 14 illi virgineus stat pudor ante genas.
SEN. Herc. O. 936 stabo ante ripas immemor, Lethe, tuas. PLIN. nat. 6, 53 nec ante dimidiam ferme longitudinem ... inhabitatur illa regio. FRONTIN. aq. 67 summa *aquae* quae erogabatur ante piscinam (*cf. ib.* ante quam ad piscinam perveniret). AVELL. 213, 6 istam epistolam ante triginta milia de Lignido fecimus. VVLG. Matth. 18, 14 non est voluntas ante patrem vestrum (ἔμπροσθεν τοῦ π.). Luc. 1, 6 erant ... iusti ... ante deum (ἐναντίον τοῦ θ.). Luc. 16, 15 abominatio est ante deum (ἐνώπιον κυρίου). GERM. 392 est et sine honore corona ante sagittiferi paullum pernicia crura.
cum verbis motus: CIC. Verr. 6, 67 quem ante currum tuum duceres. Pis. 60. IMP. AVG. Mon. Anc. 1, 29 ducti sunt ante currum meum reges. LIV. 3, 29, 4 ducti ante currum duces. *sim. saepe, cf.* SEN. dial. 6, 13, 3 *al.* NEP. Dat. 3, 2 vinctum ante se Thuynen agebat (LIV. 7, 26, 8 VELL. 1, 9, 5). TIB. 2, 5, 116 ante suos currus oppida victa feret. LIV. 38, 43, 10. 39, 5, 14. OV. trist. 4, 2, 22 *reges* ante coronatos ire videbit equos. SEN. epist. 71, 22 ante currum vehitur. FRONTO p. 220, 20 N. eosdem ..., qui sub iugum egerant, paulo post ante triumphum nostri egere. CIC. div. 2, 144 quattuor *equos* ante te (*cursorem*) cucurrisse. SIL. 15, 211 non solum ante alios, sed enim ... ante suos *iugales* it victor equus *cf.* IVV. 8, 61. (VERG. Aen. 12, 334 *sub C.*)
CAT. 66, 67 vertor in occasum tardum dux ante Booten. CAES. Gall. 1, 21, 3 equitatum ... ante se misit (*cf. 128, 44*). HIRT. Gall. 8, 8, 4 ut legiones ... ante omnia irent impedimenta. CVRT. 3, 9, 9. LIV. 23, 10, 7 duci ... ante lictorem in castra. 33, 1, 6 ante lictorem turba acta. QVINT. inst. 8, 3, 69 acti ante praedonem catenati. TAC. hist. 2, 89. VAL. MAX. 2, 2, 4 ante patrem ambulandi ius. SVET. Caes. 20 accensus ante eum iret. VVLG. gen. 33, 14 praecedat dominus ante servum suum. SEN. epist. 87, 9 multum ante se pulveris agentem. ITALA (Tert. pud. 2) psalm. 96, 3 ignis procedet ante faciem ipsius. SEN. clem. 2, 5, 5 *sapiens* fortunae iram reverberabit et ante se franget. GLOSS. Plac. V 5, 36 (47, 24) ante me fugit dicimus, non abante me. VVLG. I reg. 31, 1 fugerunt viri ... ante faciem Philistiim *cf.* ITIN. Theodos. 5 Anton. 37 EVGIPP. Sev. 44, 4. *hinc talia*: CORP. III 86 cessent Syri ante Latinos Romanos (*v. adnot. editoris*). VVLG. IV reg. 18, 24 potestis resistere ante unum satrapam. ITIN. Anton. 34 ante rugitum (a rugitu *recensio altera*) illius (*leonis*) omnes animales quos habuimus minxerunt. 40 ante quorum (antiquorum *codd.*) timorem non exagitantur Saraceni.

2 *quo*: (ante aedes, portam *sim. v. 131, 7.*) [RHET. Her. 1, 24 *lege* ad imperatorem.] TIB. 2, 5, 66 iactavit fusas et caput ante comas. LYGD. 3, 2, 11 ante meum veniat ... et fleat ante meum ... rogum. OV. am. 1, 13, 19 vades ante atria mittis (*Aurora*). fast. 1, 503 puppem stetit ante (*a* sisto). LIV. 5, 27, 2 ante urbem producere. 7, 7, 8 provolant ante signa *cf.* 7, 8, 2. 7, 41, 1 *al.* progredi. 8, 10, 2 procedere. 23, 47, 2 *al.* provehi. 35, 35, 10 educi ... ante urbem (VAL. MAX. 3, 4, 4). 38, 59, 16 (CVRT. 3, 6, 10 TAC. ann. 1, 32) proicere. *similia saepe.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 ante ipsum adstitit (constitit PARIS). COLVM. 6, 29, 1 *pullus* ante gregem procurrit. PLIN. nat. 10, 111 *columbae* ante se pedes iaciunt. 11, 248 quae animal generant, genua ante se flectunt et suffraginum artus in aversum. 37, 137 *gemmam* ante se proiecto nitore adiacentia inlustrare. DRAC. laud. dei 1, 789 ... lacrimas ... ante suum ... ascendisse tribunal. VVLG. Matth. 7, 6 neque mittatis margaritas ... ante porcos. Marc. 14, 68 exiit foras ante atrium.
per tropum: LIV. 5,37,6 sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum ... plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. SEN. dial. 7,13,5 si placet ista iunctura, si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu, virtus antecedat, comitetur voluptas. TERT. pudic. 5 pompam quandam atque suggestum aspicio moechiae, hinc ducatum idololatriae antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentis. VVLG. sap. 7,12 et laetatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia (*εὐφράνθην δὲ ἐπὶ πάντων, ὅτι αὐτῶν* (*sc. πάντων*) *ἡγεῖται σοφία*).
de exemplo: SEN. dial. 7,1,3 ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem *et* 4 nocet adplicari antecedentibus. *de rebus*: LIV. 36,44,5 duae Punicae naves antecedebant Romanam classem. CIC. nat. deor. 2, 111 hunc (*Cephea*) antecedit 'obscura specie stellarum Cassiepia'. VVLG. Ios. 3, 11 arca foederis domini ... antecedet vos per Iordanem (*διαβαίνει τὸν Ἰορδάνην*). *de altitudine*: PLIN. nat. 16,172 tum ex sua quamque tantum harundine congruere persuasum erat, et eam, quae radicem antecesserat, laevae tibiae convenire, quae cacumen, dexterae. 36,172 alternas coagmentationes, ut commissuras antecedentium medii lapides optineant, necessarium est. SEN. epist. 79,13 quemadmodum umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur vel a tergo est, ita gloria aliquando ante vos est visendamque se praebet, aliquando in averso est. PLIN. nat. 30, 1 antecedente operis parte.

2 *ire spatio intermisso prae aliquo sive sequente sive relicto. de hominibus*: *absolute*: CIC. Att. 5, 1, 3 antecesserat Statius, ut prandium nobis videret. CAES. civ. 1,87,4 duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit. Gall. 4, 11, 6 *praefecti* qui cum omni equitatu antecesserant. civ. 2, 2, 4 antecedebat testudo pedum LX aequandi loci causa. Gall. 7,35,7 Vercingetorix ... magnis itineribus antecessit. civ. 2, 24, 2 ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana. Gall. 7, 54, 1 opus esse ipsos antecedere ad confirmandam civitatem. civ. 1, 79, 2 quod ex locis superioribus qui antecesserant suos ascedentes protegebant. 1, 79, 3 locus declivis suberat neque ii, qui antecesserant, morantibus opem ferre poterant. BELL. Afr. 12, 2 ipse antecedere cum paucis armatis. 92, 2 legatos domum iubet antecedere. HOR. carm. 3, 2 raro antecedentem scelestum deseruit pede Poena claudo. SEN. apocol. 13 antecesserat iam compendiariā Narcissus libertus. SIDON. epist. 4, 8, 3 huc nostris antecedentibus, cum tui causa substitissemus. SOL. 17, 5 nihil adeo antecedit, ut non ilico adsequantur tigres. *c. acc.* BRVT. Cic. epist. 10,13,2 biduo me Antonius antecessit. Att. 8, 9, 4 *Pompeius* expeditus antecesserat legiones. LIV. 2, 66 Brutus ad explorandum eum (*Valerium*) equitatu antecessit. SEN. dial. 5, 2, 3 multitudo paucissimis verbis concitata *ad iram* ipsum concitatorem antecessit. QVINT. inst. 5, 10, 45 mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti. VVLG. gen. 32, 16 dixitque pueris suis: antecedite me (*προπορεύεσθε ἔμπροσθέν μου*). exod. 17, 5 ait dominus ad Moysen: antecede populum (*προπορεύου τοῦ λαοῦ*). I reg. 9,27 dic puero, ut antecedat nos (*διελθέτω ἔμπροσθεν ἡμῶν*). *t. t. militaris*: agmen antecedo: CAES. Gall. 4, 11, 2 petebant, uti eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret. 7,12,4 equitatus hostium procul visus est, qui agmen antecesserat (-erant *β*). CVRT. 3, 9, 5 hoc agmen ... VI milia iaculatorum funditorumque antecedebant. *de rebus*: BELL. Afr. 2, 2 maiorem partem navium antecedere iussit. CELS. 5, 28, 12 *collyrium* ea parte, qua tenuius est, antecedente demitti oportet in fistulam. 7, 26, 2 *calculus* si levior altera parte est, ut ea antecedat. *de sideribus*: CIC. nat. deor. 2, 51 quod eo est admirabilius in his stellis ..., quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum adeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur. 2, 53 neque umquam *stella Veneris* ab sole duorum signorum intervallo longius discedit tum antecedens, tum subsequens. 2, 52 in quo cursu multa mirabiliter efficiens *Saturni stella* tum antecedendo, tum retardando. *in imagine*: *de cursu*: SEN. benef. 2, 25, 3 magna illi (*qui gratus futurus est*) contentione opus est, magna celeritate, ut consequatur antecedentem. 5, 2, 2 etiam si illam (*voluntatem*) alius gradu velociori antecessit. PETRON. 130 forsitan animus antecessit corporis moram. PLIN. nat. 18, 211 coeperat ⟨ad⟩ sidera annus morari, qui prius antecedebat. *de mortis via*: SEN. epist. 99, 7 quid dementius quam cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum, qui antecessit. Phoen. 76 si moreris, antecedo, si vivis, sequor. dial. 12, 9, 8 non reliquit ille (*frater tuus mortuus*) nos, sed antecessit. rem. fort. 2, 3 morieris :: nec primus nec ultimus: multi me antecesserunt, omnes sequentur.

B ***de tempore*: 1** *vide* MART. CAP. 4, 421 quia utique, quod antecedit, prius est. *prior sum, de hominibus*: *absolute*: PLIN. nat. 34, 22 ni regum antecedentium *statuae* essent in foro. PLIN. paneg. 63 quotus quisque principum antecedentium. SIDON. epist. 2, 13, 3 si omittamus antecedentium principum casus vel secutorum. PLIN. nat. 34, 61 *Lysippum* interrogatum, quem sequeretur antecedentium, dixisse ... naturam ipsam imitandam esse. MACR. sat. 1, 5, 5 *Cicero et Varro* fiduciam sic componendi non nisi ex antecedentium auctoritate sumpserunt. QVINT. inst. 12 prooem. 4 ita nec antecedentem (*sc. Ciceronem*) consequi possumus. PAVL. dig. 22, 3, 3 etiamsi ita contractum sit, ut antecedens *creditor* dimitteretur. *cf.* 24, 3, 49, 1 *et* frg. Vat. 94. TERT. idol. 4 antecesserat Enoch praedicens .... 177, 5 antecesserat Moyses ... ut Moyses prior est, sic .... OPTATVS 39, 1 missus est Victor: erat ibi filius sine patre, tiro sine principe, discipulus sine magistro, sequens sine antecedente. *de concretis*: *absolute*: CELS. 2, 8 cum alvus cita non antecesserit. 1, 10 si cibus antecessit. 20, 84 *brassica* antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta scrapulam discuti. 28, 57 saxa rumpit infusum *acetum*, quae non ruperit ignis antecedens. TERT. bapt. 5 forma, qua semper carnalia in figuram spiritalium antecedunt. *c. acc.* PLIN. nat. 14, 143 Tiberio Claudio ... institutum *est*, ut ieiuni biberent potius, vinum antecederet cibos. 17, 17 tempestivae aquae *sunt* hibernis primum imbribus, dein germinationem antecedentibus. OPTATVS 113, 12 oleum aqua debuit antecedere ad nupteria. *de abstractis*: *de tempore*: SEN. benef. 2, 5, 3 quia tormentum ultimum finem sui secum adfert, quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est. POMP. dig. 31, 43, 2 fructus praestandos *esse* et antecedentis temporis. SCAEV. dig. 26, 7, 58 periculum antecedentis temporis ... nullum antecedentis temporis periculum. OPTATVS 131, 6 quia quasi limes fixus esset iussionis inter tempora antecedentia et sequentia. TAC. dial. 16 Vlixes ac Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit. PLIN. nat. 10, 67 invenitur alia *glottis*, antecedente anno relicta. SVET. Tib. 5 nec tamen desunt, qui partim antecedente anno ... partim insequenti ... genitum cum scribant. PLIN. nat. 18, 16 maiorem ea aestate messem quam antecedentibus annis decem factam esse tradunt. 13, 59 pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto. TER. Phorm. 525 iam ea (*sc. dies*) praeteriit? :: non, verum haec ei antecessit. CELS. 3, 5 quo fit, ut graviorem accessionem nox quoque tristior antecedat. PLIN. nat. 27, 129 facilius teritur *rhecoma* nocte antecedente madefacta.
de numeri ordine: GAIVS inst. 1, 45 ne umquam ex eo numero ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, pauciores manumittere liceat, quam ex antecedenti numero licuit. VLP. reg. 1, 24 Lex Fufia Caninia iubet testamento ex tribus servis non plures quam duos manumitti, et usque ad decem dimidiam partem manumittere concedit: a decem usque ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat aeque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi. *de locis libri*: *ante dictus, supra dictus*: QVINT. inst. 7, 9, 9 saepe utri duorum antecedentium sermo subiunctus sit, in dubio est. PLIN. nat. 36, 122 vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis incohati a C. Caesare. FRONTIN. aq. 30 secundum eam computationem quae in antecedentibus modulis servanda est. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 52 vehementius in ista passione patitur caput, sicuti coniciendum ex his quae antecedunt.
nota: PLIN. nat. 16, 78 arborum aliis decidunt folia, aliae sempiterna coma virent, quam differentiam antecedat necesse est prior. sunt enim arborum quaedam omnino silvestres, quaedam urbaniores. *de littera vocabuli sive de versus pede*: QVINT. inst. 1, 5, 12 cum 'r' praeponeret '⟨e⟩' (*add. Badius*) antecedenti. 9, 4, 94 nec solum refert, quis claudat ⟨pes, sed⟩ claudentem quis antecedat.
de aliis abstractis: *absolute*: CELS. 8, 2 nullo antecedente morbo. SOR. gyn. 2, (18), 10 si ... ex antecedente aegritudine lassa ad partum venerit. CELS. 3, 7, 2 magna siti antecedente. PLIN. nat. 29, 80 tempestivius antecedente vomitione. 30, 92 antecedente V dierum abstinentia vini. CAEL. AVR. acut 2, 22 ex antecedenti passione. chron. 4, 14 antecedente cachexia. 5, 71 dolore antecedente. 1, 152 antecedentes plurimae querelae eius partis existunt. CASS. FEL. 46 contingit morsus et ulceratio ex antecedenti humoris acredine et dolor fieri solet. *cf.* 82 antecedenti abortione, 28 dolore, 74 duritia, 48 dysenteria, 47 *et* 51 indigestione, 60 labore, 28 percussu, 28 *et* 38 *et* 64 perfrictione, 40 reiactatione. AVG. civ. 10, 32 sicut arte medicinae quibusdam antecedentibus signis plurima eventura valetudini praevidentur. CIC. fat. 44 sine viso antecedente. SEN. benef. 1, 11, 3 lenocinium est muneris antecedens metus. 3, 29, 6 nisi parentum beneficium antecessisset. clem. 2, 4, 2 nullum ... antecessit crimen. epist. 81, 7 etiam si merita non antecessissent. QVINT. inst. 10, 7, 12 si ea, de qua locuti sumus, ars antecesserit. decl. 247 p. 12, 7 haec (*coitus et patrimonium*) in eiusmodi condicione non sunt expectanda, quia antecesserunt. TERT. bapt. 10 siquidem paenitentia antecedit,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remissio subsequitur. pudic. 7 denique antecedit his ordo in ethnicis. anim. 41 malum animae ... ex originis vitio antecedit, naturale quodammodo. PLIN. nat. 21,69 alioqui etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. *c. acc.*: CELS. 1,2 prima autem eius (*corporis*) curatio exercitatio est, quae semper antecedere cibum debet. 2, 2 ex quibus (*signis adversae valetudinis*) saepe plura, nunquam non aliqua, febrem antecedunt. 3,12 horror ... eas fere febres antecedit. PLIN. nat. 25,57 antecedente omnia haec magno terrore famae. SEN. nat. 2,12,6 oculorum velocior sensus est et multum aures antecedit. SEN. benef. 6,10,2 nisi fortunam voluntas antecessit. QVINT. inst. 1, 1, 25 dum antecedentem memoriam sequuntur *parvuli*. TERT. anim. 24 unde nunc ipsa vis oblivionis antecedentis recordationem? QVINT. inst. 2,5,26 ne imitatio iudicium antecederet. 7,5,2 ea (*actionis quaestio*) non semper ... iudicium antecedit. AVG. civ. 18, 37 nec sapientia Aegyptiorum sapientiam prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit. PAVL. dig. 27,1,33 semper enim legatum antecedit aut sequitur tutelam. sent. 2,21B,1 dos antecedit aut sequitur matrimonium. 4,12,2 sive antecedant sive sequantur libertate codicillis datae testamentum. MARCIAN. dig. 20, 1, 16, 4 de antecedentibus fructibus nihil potest pronuntiare *iudex*. SEN. nat. 2,20,2 illa (*tonitrua*) ignis facit, quae ipse antecedit et nuntiat. 2, 27, 1 murmur, quale terrarum motum antecedit. 2, 59, 13 casus ista demit metum et inter cetera hoc quoque commodum eius, quod expectationem suam antecedit. 5, 9, 3 lux ..., quae solem antecedit. PLIN. nat. 2,123 huius (*caniculae sideris*) exortum diebus octo ferme aquilones antecedunt. *t. t. philosophiae vel rhetoricae*: SEN. nat. 1,1,4 ut quod antecedit, aut causa sit sequentium aut signum. *c. dat.*: CIC. top. 88 nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur; aut si huic rei illa antecedit, huic non antecedit. fat. 34 non sic causa intellegi debet, ut, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat. 43 omnibus ... verisimile est causam antecedere. *absolute*: 45 quibus in rebus, cum causae antecesserint. 43 sine causa antecedente. 44 ut, si omnia fato fiant, omnia causis fiant antecedentibus et necessariis. 9 non enim, si alii ad alia propensiores sunt propter causas naturalis et antecedentis, idcirco etiam nostrarum voluntatum atque adpetitionum sunt causae naturales et antecedentes. 23 non *Epicurei* concederent omnia, quae fierent, fieri causis antecedentibus; voluntatis enim nostrae non esse causas externas et antecedentis. 41 cum dicimus omnia fato fieri causis antecedentibus, non hoc intellegi volumus: causis perfectis et principalibus, sed causis adiuvantibus [antecedentibus] et proximis (*cf.* 9. 31 causis antecedentibus). 41 qui ... causas antecedentis non dicent perfectas neque principales. 24 ita ... dicimus 'sine causa', ut dicamus sine externa et antecedente causa, non sine aliqua ... sine antecedente et externa causa *animum* moveri, non omnino sine causa dicimus (*cf.* 34). QVINT. inst. 4,2,84 re exposita subiungimus causas, quae antecesserunt (*aliter*: OPTATVS 88,2 nunquam sequitur vindicta, nisi eius antecesserit causa). CAEL. AVR. acut. 1 praef. 16 ex aliis antecedentibus causis (*cf.* 12 CASS. FEL. 65). acut. 1,1,27 antecedentes causas, quas procatarcticas appellant, non esse futurae passionis signa. *de rebus non certe definitis*: CIC. inv. 1, 86 simplex ... conclusio reprehenditur, si hoc, quod sequitur, non videatur necessario cum eo, quod antecessit, cohaerere. QVINT. inst. 8, 4, 18 ex insequentibus amplificatio ducitur ... idem hoc praestant quae antecesserunt. SEN. nat. 1,1,4 (*v. p. 143,26*). QVINT. inst. 7,2,46 accedunt signa, de quibus tractatum est, verba etiam et facta, quaeque antecesserunt quaeque insecuta sunt. 7,4,6 non quoniam res pares sunt, etiam id est iustum, quod antecessit. MART. CAP. 7, 777 ubi illud non antecessit, ne hoc quidem sequitur. DICT. 6,9 ut ne sanguine ulcisci cuperet ea quae antecesserunt *et saepius*. *inde part. praes. n.* antecedens *et plerumque* antecedentia (*cf.* BOET. top. Cic ad cap. 12, 53): CIC. top. 88 loci convenient in eius generis quaestionem consequentis antecedentis repugnantis. 11 hoc genus *argumentorum* in pluris partes distributum est. nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis (coniunctis *vetustior recensio*), alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia rex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum aut parium aut minorum (*cf.* 53 QVINT. inst. 5, 10, 45. 102. 7, 3, 28). QVINT. inst. 6, 3, 66 proinde genere, specie, propriis, differentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione parium, maiorum, minorum similis materia praebetur. CIC. top. 19 ab antecedentibus (*cf.* 71). QVINT. inst. 7,3,29 antecedentia (*cf.* 5,5,2 si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant). 5, 14, 6 tertium adici potest velut ex consensu duorum antecedentium. TERT. bapt. 13 in omnibus posteriora concludunt et sequentia antecedentibus praevalent.

2 *antevenio. de hominibus*: *absolute*: MATIVS Cic. Att. 9, 15, 6 Trebatius sedulo facit, ut antecedat. CAES. civ. 2, 6, 4 tantum ... Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. 3, 75, 3 quod multum expedito itinere antecesserat Caesar. 3, 79, 7 a quibus Domitius certior factus vix IV horarum spatio antecedens ... periculum vitavit. SEN. dial. 1,5,4 boni viri ... non trahuntur a fortuna, sequuntur illam et aequant gradus. si scissent, antecessissent. *c. acc.*: CAES. civ. 3,80,7 Metropolim venit, sic ut nuntios expugnati oppidi famamque antecederet. *c. acc. rei*: CAES. civ. 2,6,1 ut ... non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent. CARM. epigr. 55, 16 reliqui fletum nata genitori meo et ante cessi, genita post, leti diem. SEN. Tro. 634 lustrale quoniam debitum muris puer sacrum antecessit. benef. 1, 1, 13 qui non dat, vitium ingrati antecedit. 2,1,3 optimum est antecedere desiderium cuiusque, proximum sequi. 5,2,2 voluntas ipsa rectum petens laudanda est. etiam si illam alius gradu velociori antecessit, ... 6, 40, 1 non expectas tuum cuiusque rei tempus, quod aeque peccat qui non sequitur, quam qui antecedit. epist. 60,4 *qui latitant et torpent* mortem suam antecesserunt. PLIN. nat. 28,55 *saluberrimum intellegitur* praesumere cibis et interponere frigidam eiusdemque potu somnos antecedere et interrumpere. CVRT. 7,2,15 velocitate opus est, qua celeritatem ⟨famae⟩ antecedas. *de bestiis*: SEN. Herc. O. 72 invasit omnis ecce iam caelum fera meque antecessit. SIDON. epist. 8, 12, 6 quid moraris? ipsae mihi videntur adventum reptiles cocleae cum domibus nativis antecessurae. *de ratiocinatione*: SEN. benef. 2, 29, 5 accepimus ... animum ..., cui nihil non eodem quo intendit momento pervium est, sideribus velociorem, quorum post multa saecula futuros cursus antecedit. epist. 98, 7 nihil est nec miserius nec stultius quam praetimere. quae ista dementia est, malum suum antecedere? APVL. met. 8, 12 oculi isti ..., qui quodam modo futuras tenebras auspicantes venientes poenas antecedunt. *de plantis*: *absolute*: PLIN. nat. 14,27 Faecenia *vitis ignobilis est* et cum ea florens Biturigiaca, acino varior, numquam floris obnoxii, quoniam antecedunt ventisque et imbribus resistunt. *c. acc.*: PLIN. nat. 17, 136 moro ab idibus Februariis in aequinoctium, piro autumnum *communis Italiae ratio ad conserendum tribuit*, ita ut brumam XV ne minus diebus antecedant. 18, 120 *faba* seritur ante vergiliarum occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem. 135 *lupinum* primum omnium seritur, novissimum tollitur, utrumque Septembri fere mense, quia, si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. 17, 22 ut maturitas antecedat hiemem. *de rebus*: PLIN. epist. 10, 67, 2 cum epistulae Lycormae ... aliquot diebus hunc legatum antecessurae viderentur. *de abstractis*: SEN. Phoen. 247 protinus quosdam editos nox occupavit et novae luci abstulit: mors me antecessit. AVSON. 419, 5 spem superas, cupienda praevenis, vota praecurris: quaeque animi nostri celeritas divinum instar adfectat, beneficiis praeeuntibus anteceditur.

II ***translate*** *de gradu vel qualitate cf.* VELL. 2, 3 suspicit potentem humilis, non timet, antecedit, non contemnit humiliorem potens. *de hominibus*: *c. dat.*: PLAVT. Pseud. 415 si de damnosis aut si de amatoribus dictator fiet ..., nemo anteveniat (antecedat *P*) filio, credo, meo. 532 virtute regi Agathocli antecesseris. CIC. nat. deor. frg. 4 homines omnibus bestiis antecedunt. Brut. 82 inter hos aetate paulum his antecedens ... Ser. Galba praestitit. *c. acc.*: CAES. civ. 3, 82, 4 cum ... reliqui in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet recusarent. NEP. Eum. 1, 2, 2 Craterus et Antipater, qui antecedere hunc (*Perdiccam*) videbantur. SEN. dial. 5, 31, 1 dis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat. epist. 15, 10 cum aspexeris, quot te antecedant, cogita, quot sequantur. ... cogita, quam multos antecesseris. 100, 9 vide tamen quam multos antecedat, qui a tribus vincitur, et tribus eloquentissimis. TAC. dial. 25 apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius ... sequentibus anteponuntur. PLIN. epist. 7, 9, 4 multos videmus eiusmodi certamina sibi cum multa laude sumpsisse, quosque subsequi satis habebant, dum non desperant, antecessisse. PAVL. dig. 50, 16, 92 proximus est, quem nemo antecedit, supremus est, quem nemo sequitur (*cf.* TRYPH. dig. 34,5,9 VLP. dig. 38,16,2,2 *et* 4 TERT. dig. 28, 1, 33, 1 PAPIN. dig. 46, 5, 8). HIER. epist. 21, 41 rursum horae tertiae operarius et sextae horae operarium antecedit. *addito ablativo*: SEN. epist. 53,11 omnes mortales multo antecedes, non multo te di antecedent ... est aliquid, quo sapiens antecedat deum. 73, 13 Iuppiter quo antecedit virum bonum? nat. 4, 13, 4 unum hoc erat, quod divites in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pauperrimum. dial. 1, 6, 6 hoc est, quo deum antecedatis. 5, 31, 3 considera, quanto antecedas plures quam sequaris. SEN. contr. 3, praef. 6 *Cassius Severus* ex tempore coactus dicere infinito se antecedebat. SEN. benef. 5,3,1 *cursor* velocitate alium, non animo antecessit. clem. 1, 18, 1 iubet ... non ut mancipiis abuti, sed ⟨ut⟩ iis, quos gradu antecedas. CAES. Gall. 3, 8, 1 scientia atque usu nauticarum rerum reliquos (ceteros β) antecedunt *Veneti*. SEN. contr. 1,4,12 Nicetes illam sententiam pulcherrimam, qua nescio an nostros antecesserit. suas. 7, 10 ut insolentis Graeciae studia tanto antecederet eloquentia, quanto fortuna *populus Romanus*. SEN. epist. 68, 11 ille me gratia forensi longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quaesita per hoc dignitate, ille clientium turba. 76, 9 hac (*ratione*) *homo* antecedit animalia, deos sequitur. CVRT. 5, 7, 1 indolem, qua omnes reges antecessit. TAC. Germ. 43 Harii *viribus* enumeratos paulo ante populos antecedunt. PLIN. nat. 35, 148 ut *Iaia pictrix* multum manipretiis antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores. IVST. 34, 3, 8 qui pupillum aetate antecedat. SVET. Iul. 13 potentissimos duos competitores multumque et aetate et digni-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tate antecedentes superavit. Aug. 43 spectaculorum et assiduitate et varietate et magnificentia omnes antecessit. Nep. Thras. 4,3 Thrasybulus neque amplius requisivit neque quemquam honore se antecessisse existimavit. reg. 2,1 ex Macedonum gente duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria. Ivst. 33,1,1 quanto nobilitate Macedones Poenos antecesserunt. Nep. Hann. 1,1 non est infitiandum Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. Dict. 4,13 Achillem ... plurimum virtute ceteros antecedentem. *addito* in: Nep. Alc. 9,3 ut eum nemo in amicitia antecederet. Epam. 2,2 in doctrinis tanto antecessit condiscipulos. Alc. 11,4 *Alcibiadem* fuisse apud Thraecas, homines vinolentos rebusque veneriis deditos: hos quoque in his rebus antecessisse. *antecedere rem*: Caes. Gall. 7,54,4 ut ... omnium temporum dignitatem et gratiam antecessisse viderentur. Sen. benef. 3,22,1 servus ... spem domini antecessit. Val. Max. 1,6 ext. 2 Midas cunctorum paene regum opes abundantia pecuniae antecessit. 3,8,1 qua constantia victoriae quoque gloriam antecellit (antecessit *trad.*). 9,6,2 quo facinore maximam cladem (partem *al.*) barbarorum magnitudine criminis antecessit. Sen. nat. 7, 31,2 laevitate et politura corporum muliebres munditias antecessimus. Cvrt. 8,1,26 laude dignos esse ... eos, qui magnitudine rerum fidem antecessissent. Plin. nat. 6,68 omnia in India prope, non modo in hoc tractu, potentia claritateque antecedunt Prasi. *absolute*: Cic. inv. 2,66 aetate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes reveremur et colimus (*cf.* Brut. 109 rep. 1,18 Caes. civ. 3,108,4 aetate. **Tac. dial. 34 non multum aetate. Cic.** Verr. 5,142. 143 Cato 64 aetate et honore. har. 13 honoribus. inv. 2,161 aliqua dignitate). Verr. 5,138 incipit is loqui, qui et auctoritate et aetate et ... usu rerum antecedebat. Caes. Gall. 6,12,3 tantum potentia *Sequani* antecesserant. Bell. Hisp. 31,1 hic etsi virtute nostri antecedebant. Tert. nat. 1,8 plane tertium genus dicimur. porro si tam monstruosi, qui tertii loci, qualens habendi qui primo et secundo antecedunt. Sidon. epist. 1,6,4 cum eos, quos esset indignum si vestigia nostra sequerentur, viděris dolens antecessisse. Caes. Gall. 6,27,1 *alcium* est consimilis capris figura ..., sed magnitudine paulo antecedunt. *de ludo*: Sen. dial. 9,14,7 testis eris ... uno *calculo* me antecedere.

de rebus concretis. c. dat.: Garg. Mart. 44 praecoqua ad utilitatem corporis armeniis *persicis* antecedunt. *c. acc.*: Plin. nat. 18,111 quantum universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quae Leboriae vocantur. Sol. 5,19 vascas *tibias*, quae foraminum numeris praecentorias *tibias* antecedunt. Val. Max. 1,10 agreste illud et sordidius plaustrum ... cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus vel aequaverit gloriam vel antecesserit. Plin. nat. 14,69 Calabrica Lucanaque *vina* antecedentibus Thurinis. 12,9 *platani* cubitorum XXXIII radice ramos antecedente. 14,123 Cypria *resina* antecedit omnes. 36,26 *Scopae* Venus ... Praxiteliam illam antecedens. 36,181. *absolute*: Plin. nat. 16,7 cedunt his (*coronis civicis*) murales vallaresque et aureae, quamquam pretio antecedentes. 17,95 quae cito occidunt, velocia sunt, ut ficus, punica, prunus, ... salix, et tamen antecedunt divitiis.

de rebus abstractis. c. dat.: Titin. com. 11 ubi ambitionem (-e *codd.*) virtuti (-is *codd.*) videas antecedere. Cic. off. 1,105 quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat. Tim. 22 postremo septimam *partem deus detraxit*, quae septem et viginti partibus antecederet primae (ἑπτακαιεικοσιπλασίαν τῆς πρώτης Plato). ac. 1,3 praesertim cum ... id studium totaque ea res longe ceteris et studiis et artibus antecedat. Tert. testim. 5 cum divinae scripturae ... multo saecularibus litteris, ⟨quarum *add. Reiff.*⟩ vel modica tantum aetate aliqua, antecedant. *c. acc.*: Avson. 419,5 (*v. p. 144, 37*). Mart. Cap. 7,758 quod in omnibus fit, qui ratione membrorum vel partium aut antecedunt aut antecedūntur. Caes. civ. 3,36,1 plerumque in novitate fama *rem* antecedit. Petron. 17 ubi fabulas etiam antecessura latrocinia didicistis? *absolute*: Marcell. dig. 23,2,49 antecedentis gradus (*opponitur* inferioris gradus). *de arithmetica*: Mart. Cap. 7, 757 Graeci ... numeros ... membro membrisve antecedentibus ἐπιμορίους, membro membrisve inferiores ὑπεπιμερεῖς appellant.

synonyma ad I A: anteeo, antegredior, anteverto, antevertor, antevolo, praecedo, praecurro, praeeo, praeguberno, praenato, praeverto, sum superior. *opposita*: sequor, consequor, insequor, subsequor, relinquo, retardo, succedo; sum retro, a tergo, in averso. *ad I B*: antevenio, antea sumor, praevenio; sum antiquior, prior, superior, supra dictus. *opposita*: sequor, consequor, insequor, subsequor, succedo. *ad II*: praecedo, antecello, praecello, praetereo, supero, vinco; sum superior, primo loco. *opposita*: cedo, sequor; sum inferior, secundo loco.

antecello, -ere. [*cf. c.* ex-, praecello. *cf. esse videtur c. lituan.* kelti *'levare' et c.* celsus, collis. *Th.*] Gloss. ἐξέχω προκρίνω (προκρίνομαι *Scalig.*) προύχω, προάγω ὅ ἐστι προλαμβάνω, προφθάνω, προλάμπει, προλάμπων emineo excello praecedo anteferor antecedo praeoccupo antecipio praevenio antecellor praevertor, praecedit ante, supereminet, ante cellere praevenire, antecellens. *verbum primus exhibet Gracchus* (*apud* Diom. gramm. I 374,18 antecellant), *frequentat Cicero, deest apud Caesarem, Livium, poetas; non abiit in linguas romanicas. usurpatur absolute, c. dat., c. acc., unde et passive* (*semel* Rhet. Her. 2,48 *v. l. 26*). *forma ind. praes. act.* antecellet Cic. Mur. 29 (*omnes codd.*) *et* Not. Tir. 80,66, *cf. Neue III*[3] *p. 281. vide etiam* excellet Cvrt. 9,1,24 Not. Tir. 80,65, excellent Mela 1,63, praecellet Plavt. Pseud. 680 Not. Tir. 80,67. *deponentis vice fungitur* Char. gramm. 294,2 antecellor aemulo. Anon. gramm. IV 567,28 antecellor tibi. Gloss. II 424,33 (*v. p. 145, 80*). *non nisi translate positum invenitur.*

de hominibus: *absolute*: Cic. Mur. 24 qui militari laude antecellunt. dom. 132 qui aetate, honore, auctoritate antecellunt. Verr. 4,93 hunc ordinem si dignitate antecellere non existimabas. div. 1,91 in Syria Chaldaei cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum antecellunt. Salv. eccl. 3,35 ut, qui apud deum vita ac meritis antecellerent, idem apud vos gratia atque honore superarent. *c. dat.*: Cic. inv. 1,5 praeclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, qua re homines bestiis praestent, ea in re hominibus ipsis (ipse his *codd.*) antecellat (de orat. 1,33). off. 1,107 qua (*praestantia*) antecellimus bestiis. Arch. 4 *Archiae* primum Antiochiae ... celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. frg. B 7,21 qui eloquentia ceteris antecellit. rep. 2,59 cum honore longe antecellerent ceteris, voluptatibus erant inferiores nec pecuniis ferme superiores. Apvl. Socr. 167 qui ⟨tam⟩ hominibus ceteris antecellit, quam ipse a diis immortalibus distat. Capitol. Aur. 1,1 qui sanctitate vitae omnibus principibus antecellit. Avg. civ. 7,14 *sermo* quo pecoribus antecellimus. Sidon. epist. 4,17,2 quanto antecellunt beluis homines, tanto anteferri rusticis institutos. Cic. agr. 2,49 in hac civitate, quae longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit. *c. acc.*: Rhet. Her. 2,48 inferiores, qui his omnibus rebus antecelluntur. Sen. apoc. 9,5 cum divus Claudius ... longe omnes mortales sapientia antecellat. Tac. ann. 14,55 nondum omnes fortuna antecellis. Sidon. epist. 9,16,1 virum ... in tractatibus publicis ceteros eloquentes ... praestantioris facundiae dotibus antecellentem. Cassiod. var. 11,35,1 quia militiae sacramento ceteros antecellit. Val. Max. 3,8,1 qua constantia victoriae quoque gloriam antecellit (antecessit *trad.*). Apvl. met. 2,19 templis et lavacris et ceteris operibus longe cunctas civitates antecellimus. Tac. hist. 2,3 ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret. *de bestiis*: Plin. nat. 8,174 generator onagro et asina genitus omnes *ut mulum vel ginnum* antecellit. Plin. nat. 10,8 percnopterus ... vulturina specie, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens. Apvl. met. 8,16 me cursu celeri ceteros equos antecellentem. Avg. civ. 8,15 ut volatilia nobis, daemones autem etiam volatilibus antecellant. *de rebus concretis*: Cic. Verr. 5,118 in ea (*insula*) sunt aedes sacrae ... duae, quae longe ceteris antecellant. Manil. 14 ut *Asia* ubertate agrorum et varietate fructuum ... facile omnibus terris antecellat. *de rebus abstractis*: Cic. Verr. 4,10 quae (*causa frumentaria*) magnitudine iniuriae et re criminibus ceteris antecellet. nat. deor. 2,145 omnis sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. Mur. 29 non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe et multum isti vestrae exercitationi ad honorem antecellit. Flor. 1,7, 12 adeo tunc quoque in ultimis religio publica privatis adfectibus antecellebat. *de deo sive daemonibus*: Filastr. 155,6 quanto magis, qui talia fecisse cognoscitur, modis omnibus antecellat. Clavdian. Mam. 51,12 deus ..., qui incorporaliter antecellit omnem substantiam, quam creavit *cf.* Avg. civ. 8,15 (*v. l. 39*). Avg. civ. 8,15 quod neque propter aeria corpora neque propter superiora habitacula daemones hominibus antecellant. *synonyma v. p. 145, 79 sqq. et sub* antecedo. *opposita sub* antecedo. *Oertel.*

antecēnium, -ī *n.* Apvl. met. 2,15 calices ... gladiatoriae veneris antecenia. Isid. orig. 20,2,12 merenda ... proxima cenae; unde et antecenia a quibusdam vocantur.

antecessio (-ē-*?*), -ōnis *f. proprie*: Cic. Tim. 37 lusiones autem deorum (*i. siderum*) et inter ipsos deos concursiones quaeque in orbibus eorum conversiones quaeque antecessiones eveniant. *de tempore et causa*: Cic. off. 1,11 homo ... rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat. top. 53 locus dialecticorum proprius ex consequentibus et antecedentibus et repugnantibus ... cum tripertito igitur distribuatur locus hic, in consecutionem antecessionem repugnantiam.

antecessīvus, -a, -um. Tert. virg. vel. 4 subiectum igitur est generali speciale ... et subcessivum antecessivo.

antecessor, -ōris *m.*, ἀντικένσωρ, ἀντικήνσωρ. Gloss. προηγησάμενος, προάρξας; anticessor: προηγούμενος. anticessus: ἔμπροσθεν βαδίζων. *francog. vet.* ancestre, *postea non nisi plur.* ancêtres *i. maiores.*

de militibus: Bell. Afr. 12,1 per speculatores et antecessores equites nuntiatur. Svet. Vit. 17 agminis antecessores. Vvlg. sap. 12,8 misisti antecessores exercitus tui vespas (Avg. quaest. hept. 2,93). *in magistratu*: Vlp. dig. 27,9,9 praesidis. Pavl. dig. 5,1,55 edictum ab antecessore datum *et* plane licet omnis ab antecessore numerus finitus sit, solet successor unum edictum dare. Apvl. flor. p. 38 *et* 61 Oud. Tert. praescr. haer. 32 orat. 22 adv. Marc. 1,20. 5,3. Cypr. epist. 1,2 episcopi antecessores nostri (8,1. 15,1. 15,3. 55,21). Avell. p. 134,15 Lex Vis. Recc. 10,1,14 Acta Montani 18 Passio Saturnini 6. *translate*: Carm. epigr. 29,13 pilicrepum scholasticum, qui vícit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnés antecessórés suós sénsú decóre. CORP. VII 451 aprum ..., quem multi antecessores eius (*L. Teti praef. alae*) praedari non potuerunt. TERT. pudic. 5 idololatrae successorem, homicidae antecessorem, utriusque collegam. *de deo*: TERT. virg. vel. 1 hic solus antecessor, quia solus post Christum. LACT. inst. 2, 8, 5. *doctor*: TERT. virg. vel. 2 *ecclesiae antiquiores* tempora et antecessores opponunt magis quam posterae istae. *de iuris magistris*: COD. Iust. 7, 31, 1, 3. 1, 17, 2, 9 antecessorem huius almae urbis constitutum. *v. Immisch, Leipz. Stud. 8, 350. Jörs, PW. I 2347. cf.* LYD. magistr. 3, 27 *τοὺς λεγομένους πάλαι μὲν ἀντεκήνσωρας, καθ' ἡμᾶς δὲ ἀντιγραφεῖς.*

antecessus, -ūs *m.* GLOSS. *προέλευσις.* *traditur* anticessus *sim.* SEN. epist. 118, 1 FLOR. 2, 9, 20. 2, 30, 24. GLOSS. *passim.* GLOSS. antecessum: *προχρεία*; *προχρείαν*; *προδρομήν*. anticessu: *πρόλημμα*. ISID. orig. 5, 30, 22 in antecessum, id est prius. GLOSS. *εἰς προχρείαν, εἰς τοὔμπροσθεν.* SEN. benef. 4, 32, 4 aliis post longam diem repono, aliis in antecessum ac prout occasio ... tulit. epist. 7, 10 in antecessum accipe. 118, 1 bene credi tibi scio. itaque in anticessum dabo. FLOR. 2, 9, 20 ne inulti perirent, in anticessum sanguine senatus sibi parentabant. 2, 30, 24 adeo certa victoriae spe, ut praedam in anticessum pactione diviserint. PS. QVINT. decl. 12, 20 quod apud negotiatores solet, in antecessus (*sic vulgo*) dedi. GLOSS. V 662, 38 in antecessum dedit. *adv.* antecessus: CHIRON 369 aquam eis bibere dabis, in qua ervum antecessus lotum mansit. 731. SILVIA 8 antecessus veniunt.

antecīdo, -ere. PAVL. FEST. 252 praecidere antecidere id est ante immolare.

antecognōsco *προγιγνώσκω* GLOSS. II 416, 43.

[**antecolumnium.**] PS. ASCON. Verr. p. 171 B. ad omnes columnas: locus antecolumnium (ante locum non *edd. vett.*) dicitur.

anteconicio (cognitio *cod.*) praesagio GLOSS. V 440, 10. 561, 10.

antecurro, -ere. GLOSS. II 424, 20 *προτρέχω.* VITR. 9, 4, 7 Veneris stella ... eum (*solem*) antecurrens et oriens ante lucem Lucifer appellatur. (*v. sub voce* antegredior.) 9, 4, 12 (*?*). SIDON. epist. 9, 9, 1 litteris istas *litteras* antecurrentibus.

antecursor, -ōris *m.* GLOSS. II 417, 16 *πρόδρομος.* CAES. Gall. 5, 47, 1 ab antecursoribus de Crassi adventu certior factus. civ. 1, 16, 3. 3, 36, 8. TERT. resurr. 22 ⟨florem⟩ frugis antecursorem. TERT. monog. 8 adv. Marc. 4, 33 Ioannes.

antedīco, -dīxi, -dictum, -dīcere. GLOSS. *προλέγω, προεῖπον.* CIC. div. 2, 17 *exortus, occasus siderum* qui antedicunt. *nota*: ANON. Arianus Migne 13, 617 quae superius antedicta sunt. *cf. p. 130, 50 sqq. V.*

anteeo, -iī, -itum, -īre *v.* eo. PRISC. gramm. III 40, 17 *προπορεύομαι* (GLOSS.). DIOM. gramm. I 313, 9 anteeo illi ... dativo casu dicimus ... anteeo quoque illum accusativo casu (VII 454, 10). PROB. gramm. IV 34, 13 e ante eo posita tertiam productam regit, tempus perfectum ivi vel ii facit, ut anteeo praeeo, anteivi praeivi vel anteii praeii. antideo PLAVT. Bacch. 1089 (*codd.* antedeo) Cas. 225 Cist. 205 Persa 778 Pseud. 933 Trin. 546. *apud poetas semper per synaloepham legendum est. sim.* antire, antiret, antisse, antissent, antibo TAC. ann. (*Woelfflin, Philol. 25, 1867, 104*). *in tmesi* LVCIL. 1080 OV. fast. 6, 117 Pont. 4, 7, 52 STAT. Theb. 6, 485.

I *proprie*: *praeire. absolute*: LVCIL. 1080 praetorum est ante et prae ire. CIC. agr. 2, 93 anteibant lictores. off. 2, 25 barbarum ... destricto gladio iubebat anteire (VAL. MAX. 9, 13 ext. 3). LVCR. 4, 138 interdum magni montes avolsaque saxa montibus anteire et ... succedere *videntur*. HOR. epist. 2, 2, 70 quodsi cessas aut strenuus anteis. OV. fast. 6, 117 credulus †ante iit frutices haec nacta resistit. LIV. 1, 59, 6 ubi anteire primores civitatis vident. 24, 44, 10 cum ... lictores ... taciti anteirent. PAVL. FEST. 244 praepetere dicebant pro anteire. TAC. ann. 1, 64 donec saucii quantumque gravioris agminis anteirent. SVET. Iul. 57 in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat. Aug. 64 nisi ut vehiculo anteirent. *cum dat.*: CIC. agr. 2, 93 anteibant lictores ... ut hic praetoribus urbanis anteeunt. rep. 2, 31 ut sibi duodecim lictores cum fascibus anteire liceret. *cum acc.*: HOR. carm. 1, 35, 16 te semper anteit saeva Necessitas. OV. met. 11, 54 nunc praecedentem sequitur, nunc praevius anteit. MANIL. 5, 76 pronum ... anteire volantis. SEN. Ag. 453 anteire naves laetus et rursus sequi. CVRT. 3, 3, 15 hi currum regis anteibant. PLIN. nat. 10, 16 lupi minotauri equi aprique singulos ordines anteibant. STAT. Theb. 7, 108 Pavorem quadripedes anteire iubet. TAC. hist. 2, 5 Vespasianus ... anteire agmen. PLIN. paneg. 10 cum ... tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires. SOL. 2, 46 alter agmen anteit, alter insequitur. LACT. ep. 67 (72) anteibit eum claritas ignea. AMM. 16, 12, 24 anteibat cornu sinistrum. 29, 5, 30 quos anteibant quidam Romani. VVLG. Is. 58, 8 anteibit faciem tuam iustitia tua (*προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου* LXX). CLAVD. 28, 377 ut Massyla tuos anteirent oppida currus. *praevenire*: OV. ars 2, 725 neque tu dominam ... desine nec cursus anteeat illa tuos. STAT. Theb. 6, 485 tunc ipsum *Hippodamum* fracto curru deturbat, et isset ante Chromis. TAC. ann. 12, 27 monitos, ut anteirent populatores. hist. 1, 45 anteire proximos, certare cum praecurrentibus. 2, 30 anteire signa, urguere signiferos. GELL. 2, 26, 20 absque te ... lingua ... Graeca longe anteisset. AMM. 27, 6, 10 milites alius alium anteire festinans. *procedere*: STAT. Theb. 10, 394 miseri pergunt anteire.

II *translate*: *antecellere, superare. cum acc.*: PLAVT. Bacch. 1089 omnis longe antideo (antedeo *codd.*) stultitia et moribus indoctis. *ibid.* frg. 15 hic adulescens multo Vlixem anteit. Cas. 225 munditiis munditiam antideo. Cist. 205 qui omnes homines supero [atque] antideo cruciabilitatibus animi. Pseud. 933 te dolis atque mendaciis ... antidibo. Trin. 545 Campans genus ... Surorum ... antidit (*codd. et* NON.: anteit DIOM. gramm. I 313) patientia. TRABEA com. 5 Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. TER. Phorm. 247 quantum erum ante eo sapientia. RHET. Her. 3, 6, 11 ipsa facta ... eloquentiam anteire. CIC. Brut. 229 consulum, qui omnis intellegentia anteibant. Sulla 23 nec se aequales ... abs te anteiri putant. Phil. 9, 1 cum ... aetate illos anteiret, sapientia omnis. ac. 1, 35 cum ... Arcesilam anteiret aetate. nat. deor. 2, 153 hominis natura quanto omnis anteiret animantes. Att. 12, 31, 2 quod summum pretium constituam et quantum anteire istos hortos Drusi. BELL. Alex. 38, 4 multum numero anteibat nostrum equitatum. SALL. Iug. 6, 1 cum omnis gloria anteiret. or. Phil. 13 boni malos facile anteibant. hist. 1, 75 qui aetate et consilio ceteros anteibat. NEP. Thras. 1, 3 cum eum nemo anteiret. Chabr. 4, 1 omnes ... auctoritate anteibat. VERG. Aen. 12, 84 qui (*equi*) candore nives anteirent, cursibus auras (SIL. 13, 116). PROP. 1, 16, 19 patrui meritas conare anteire secures. 2, 3, 41 si quis vult fama tabulas anteire vetustas. OV. met. 13, 366 quanto ... ratem qui temperat, anteit remigis officium ... tantum ego te supero. Pont. 4, 7, 52 tantum virtus alios ... praeterit ... ante citos quantum Pegasos ibat equos. LIV. 6, 30, 3 quod ... gratia Iulium anteibant. 6, 34, 7 quo a proximis quisque minime anteiri vult. 28, 9, 11 quantum merito anteibat, tantum honore collegae cesserat. 35, 25, 7 omnes ... prudentia et auctoritate anteibat. 39, 40, 3 omnes patricios plebeiosque ... Porcius longe anteibat. SEN. dial. 1, 3, 14 grave est a deterioribus honore anteiri. benef. 3, 36, 1 virtus ... anteire priores cupit. epist. 90, 31 cursu omnes anteibit. SIL. 2, 248 certant annos anteire labore. 5, 352 unguere vulnus ... ferrumque ... exigere et somnum misisse ... anteibat cunctos. 16, 561 ventos anteire lacerto. STAT. Theb. 3, 156 Ogygias titulis anteire parentes. 3, 182 doctas anteire canendo Aonidas. 7, 339 Cydoneas anteibunt gaesa sagittas. TAC. ann. 3, 1 comitatum Agrippinae longo maerore fessum ... anteibant. 3, 30 multos triumphalium ... potentia anteiit. 3, 47 dum anteire ceteros parat. 66 suasmet ipse spes antire parat. 3, 75. 4, 40. 11, 17. 15, 18 *et* 50 dial. 36 hist. 1, 87. 2, 76 *et* 101. 3, 38 *et* 65. 4, 7 *et* 13. ann. 14, 11 Neronis immanitas omnium questus anteibat. GELL. 19, 9, 8 cedere ... vobis debui ut ... asotia ... Alcinum vinceretis ... ita in cantilenarum quoque mollitiis anteiretis. IVST. 1, 2, 6 quod mulier ... virtute ... viros anteiret. 1, 3, 2 quod mollitia corporis ... omnes feminas anteiret. AMM. 27, 4, 14 agrestes nos anteire. 28, 4, 31 ut velocitate currus ipsos anteeant. AVG. civ. 8, 4 cum ingenio ... longe suos condiscipulos anteiret. 18, 37. MART. CAP. 9, 908 qui omnes ... suavitatum dulcedines anteibat. CARM. epigr. 1177 volucris ante ire vagas (*cf. Bücheler ad l.*). *cum dat.*: PLAVT. Amph. 649 virtus omnibus rebus anteit. Persa 778 ego omnibus antideo. CIC. Tusc 1, 5 qui iis aetate anteibat. off. 2, 37 qui anteire ceteris virtute putantur. fin. 5, 93 quamvis minimam praestantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicamus. TAC. ann. 5, 3 neque Seianus audebat auctoritati parentis antire. GELL. 1, 22, 10 quod copia ... et facultate ceteris anteiret. AVG. civ. 15, 9 gigantes longe ceteris anteibant. *absolute*: CIC. Lael. 69 quod is anteibat aetate. CAES. civ. 1, 32, 8 ut operibus anteire studuerit. SIL. 9, 436 viri dextra ... pares, sed cetera ductor anteibat Latius. TAC. ann. 2, 43 quia claritudine materni generis anteibat (12, 6). hist. 3, 31 ut quis ordine anteibat. GELL. 20, 5, 8 quippe ... doctrina anteire malim quam copiis. SOL. 15, 3 quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur (MELA 2, 1, 10 praestare). *praecedere* LIV. 38, 51, 11 aetatem meam honoribus vestris anteistis. HIER. epist. 79, 2 inter ... honorum culmina, quae aetatem anteibant. *praevenire, praeveniendo ad irritum redigere*: GRATT. 385 antire auxiliis *rabiem canum*. VAL. FL. 1, 31 anteire metus. SIL. 13, 617 insidias anteire laborans. TAC. ann. 5, 6 antibo periculum. 5, 10 quo vera seu falsa antiret. 6, 29 damnationem anteiit. 15, 38 incendium anteiit remedia velocitate mali. APVL. met. 4, 2 conatus fortunae meae scaevitatem anteire non potuit. *tempore praeire*: CIC. fat. 44 si concedunt anteire visa. TAC. ann. 3, 69 ut si antissent delicta, poenae sequerentur. *ordinem temporum omittere*: TAC. ann. 4, 71 avebat animus antire statimque memorare exitus. *praesentire*: SIL. 14, 455 quid Boreas, quid vellet crastinus Auster, anteibat.

antefero, -tulī, -lātum, -ferre. *deest ap. Livium, qui* praefero *scribere maluit.*

I *proprie*: GLOSS. antelata ante portata. CAEL. hist. 45 fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri. VARRO Non. 112, 19 ⟨cum⟩ eam (*facem*) puer ingenuus anteferret. CAES. civ. 3, 106, 4 quod fasces anteferrentur. TAC. ann. 1, 8 ut ... victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur. 3, 76 viginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt. FEST. 289 referri diem prodictam, id est anteferri, religiosum est. *praemittere*: AVSON. 18, 12 libello ... apologorum antetuli paucos epodos. SYMM. epist. 4, 30, 3 ut paginis tuis lenocinia aevi praesentis anteferas. 6, 37 dictionem salutis ante-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fero. HIER. epist. 36, 1 antelatis ... problematibus ... quid mihi videretur adnexui. COD. Theod. 10, 9, 3 incorporationem bonorum anteferri competitionis effectui decernimus. 13, 5, 16 quarum series orationis paginis antelata est. HYDAT. praef. brevi antelatae praefationis iudicio. AVSON. 4, 3 te sibi ... antetulit (*i. praefecit*) toga docta Tolosae. GLOSS. ante ... dicta. MACR. somn. 1, 20, 31 antelatis probatum est. MART. CAP. 3, 238 praeter O antelatum. ORIBAS. syn. 6, 27 quemadmodum in antelatis ... diximus. COD. Iust. 2, 7, 23, 5 antelatos fisci patronos. 5, 37, 28, 1 antelatae personae. 6, 22, 8, 2 ut antelatae formae declarant. EVGIPP. 8 *in titulo* ante lati filius Flaccithei, *cf. textum qui habet* memorati. CAES. AREL. 13 in antelata insula. COD. Theod. 16, 5, 37 rescriptum ... celeberrimis in locis volumus anteferri. CASSIOD. var. 11, 28 qui meruit anteferri (*i. promoveri*). CIC. epist. 5, 16, 6 quod est dies allatura, id consilio anteferre (*?* antevertere *Cobet*) debemus. GLOSS. προκομίζω expromo promo profero προεισενεχθείς.

II *translate*: GLOSS. προτιμᾷ, προτιμᾶσθαι. CIC. Brut. 173 etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret. 186. 323. orat. 23 omnibus unum. part. 66 amicos cognatis. div. in Caec. 61 te mihi anteferri putas. Font. 32 ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercennarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre. agr. 2, 6 Sulla 89 dom. 118 prov. 27 Balb. 45. rep. 3, 5 quin eos anteferre omnibus debeat. fin. 4, 61 nat. 1, 58. Att. 6, 6, 3 quem ... quaestori ... anteferrem? 8, 3 epist. 2, 18, 3. 15, 4, 12. CAES. Gall. 5, 44, 2 uter alteri anteferretur (13). NEP. Them. 1, 1 ut anteferatur huic nemo. Ages. 1, 5 Agesilaus antelatus est. HOR. epist. 2, 1, 15 te nostris ducibus, te Grais anteferendo. OV. epist. 15, 203 nec ... Menelaus ... nobis anteferendus erit (356). VAL. MAX. 4, 5, 3 se ... Scipioni anteferri. QVINT. inst. 6 praef. 8 ut ... me suis nutricibus, me aviae educanti, me omnibus ... anteferret. TAC. ann. 1, 47 quos ... anteferret? SVET. Aug. 66 quod Marcellus sibi anteferretur. APVL. met. 10, 32 si fuisset deabus ceteris antelata. AMM. 21, 13, 16 Gomoarium ... aliis antelatum. 28, 4, 21. HIER. epist. 146, 1 ut diaconos presbyteris ... anteferret. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 4 omnibus regis proximis antelati. SALV. eccl. 3, 27 quibus saeculares filios antefertis. 3, 37. SIDON. epist. 1, 11, 12 cur sibi Paeonius anteferretur *passim*. CIC. de orat. 2, 4 nostrorum hominum ... prudentiam Graecis anteferre. part. 1, 1 studia ... occupationibus ... anteferrem. 25, 9. 27, 96. Balb. 21 cum ... libertatem civitati anteferret. Piso 64. 66 Phil. 5, 50. 9, 5. 14, 5. rep. 1, 36 neque ea ... anteferre illis audeo. Tusc. 3, 49 tenuem victum antefert copioso. 57 nat. 1, 77. Att. 4, 3 ea ... omnia comitiis anteferret. epist. 1, 9, 7 fortunam ... triumphis victoriisque anteferre. 5, 20, 1. 6, 6, 5. 10, 10, 2 ad Q. fr. 2, 1, 2. SALL. Iug. 16, 1 quae vero pretium aut gratiam anteferret. NEP. Epam. 5, 3 ut pacem bello anteferrent. Ages. 4, 6 antetulit irae religionem. Timol. 1, 3. 3, 6. VERG. Aen. 4, 371 quae quibus anteferam? (SERV. quid prius, quid posterius dicam? SCHOL. Dan. quod fieri solet, ubi omnia et paria et magna sunt. sane 'anteferam' non est dividendum. ut 'praeferam'.) HOR. epist. 2, 1, 65 ut nihil anteferat *illis poetis*. TAC. ann. 15, 61 cur salutem ... incolumitati ... anteferret? dial. 1 eloquentiam ingeniis anteferre. Agr. 21 ingenia ... studiis anteferre. PLIN. epist. 7, 18, 5 privatis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre. 8, 21, 3 ut necessitates voluptatibus, seria iucundis anteferrem. APVL. met. 2, 18 quod epulis ... voluptates ... anteferrem. 3, 6. 4, 8. 7, 9. AMM. 16, 1, 5 quae (*rudimenta*) anteferri gestis eius ... deberent. HIER. epist. 22, 19 cum illis (*nuptiis*) virginitas antefertur. AVG. civ. 6, 4 non ... rebus divinis anteferre voluit res humanas, sed rebus veris noluit anteferre res falsas. ENNOD. epist. 4, 18 quae poscenda sunt precibus anteferre. *absolute*: FRONTO p. 143, 11 N. sapientis officium est recte eligere neque perperam vel postponere vel anteferre. *Bannier.*

(**antefīgo,** -fīxī), -fīxum, (-ere). TAC. ann. 1, 61 truncis arborum antefixa ora *militum*. *subst.* **antefixum,** -ī *n.* PAVL. FEST. 8 antefixa, quae ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio. LIV. 34, 4, 4 antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes. 26, 23, 4 in aede Concordiae Victoria, quae in culmine erat, fulmine icta decussaque ad Victorias, quae in antefixis erant, haesit. *in ballista*: VITR. 10, 15, 4 antefixi (-a *codd.*) latitudo. *v. Puchstein, PW. I 2348.*

antegenitālis, -e. PLIN. nat. 7, 190 specimen securitatis antegenitali sumere experimento.

antegenitus prius genitus GLOSS. IV 406, 1. GLOSS. Plac. V 7, 13 *et* V 47, 22 antegenitos: dogmate Pythagorae qui negavit quemquam sapientiorem fuisse eo qui nomina rebus imposuit. *v. Heraeus, Archiv 6 (1889) 274.*

antegeriō *vel* **antigeriō** *adv.* [*cf. esse videtur cum* ante *et* gerere. *Th.*] PAVL. FEST. 8 antigerio antiqui pro valde dixerunt. GLOSS. V 440, 11 antegerere: perquam, ammodum. V 589, 39 antigerio: valde. V 589, 36 antigerium: ⟨per⟩quam, admodum, inprimis. QVINT. inst. 1, 6, 40 ab ultimis et iam oblitteratis repetita temporibus, qualia sunt 'topper' et 'antegerio' et 'exanclare'. 8, 3, 25 quid necesse est 'quaiso' dicere? ... certe 'antegerio', cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. *V.*

Antegorus, -ī, SCHOL. Stat. Theb. 3, 192. *v.* Antagorus. *Diehl.*

antegradātio, -ōnis *f.* ISID. orig. 3, 68 praecedentia vel antegradatio stellarum.

antegredior, -gressus sum, -gredī. GLOSS. II 417, 33 προεξέρχεται. *de tempore*: CIC. fat. 21 omnia quae fiunt, causis fiunt antegressis (19. 45 *bis*). div. 1, 25 res eodem modo evenirent isdem signis antegressis. off. 1, 94 quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. AMM. 22, 9, 1 antegressis victoriarum titulis haec quoque adiciens (28, 5, 48). *c. acc.*: CIC. nat. deor. 2, 53 *stella Veneris* Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Ἕσπερος. *de loco*: AMM. 16, 12, 8 praecursatoribus iam antegressis. 18, 6, 22 cernebamus ... antegressum regem. 18, 9, 3 sex legiones antegressae. 16, 10, 7. 20, 5, 1. 20, 5, 12. 24, 5, 3. 29, 4, 3. *c. acc.*: 14, 11, 10 Augusti vehiculum antegressus est Galerius purpuratus. 20, 7, 13 omnes.

antehabeo, -ēre. TAC. ann. 1, 58 vetera novis et quieta turbidis antehabeo. 4, 11.

antehāc, antidhāc. [*ab* ante *et* hac *adverbio. Th.*] GLOSS. II 124, 16 πρὸ τούτου. PAVL. FEST. 28 *v. sub* antea. *de usu vide numeros s. voce* antea. antidhac *legitur* PLAVT. Amph. 711 Aul. 396 Bacch. 539 Cas. 88 Cist. 198 Epid. 539 Poen. 752 Pseud. 16. 620 *et apud* COM. inc. pall. 79 (*ex* VARR. Men. 8); *metrum laedit testimonium* GLOSS. *apud* PRISC. gramm. III 59, 8 *de* Stichi v. 759. *Langen, Anal. Plaut. III, Münster 1883.*

opponitur tempus praesens: *addito* nunc: PLAVT. Poen. 752 magis me benigne nunc salutas quam antidhac. Pseud. 16. Rud. 967 ego illum novi cuius nunc est, tu illum cuius antehac fuit. Capt. 244 Most. 31. 731 Truc. 83. 166 frg. Bacar. 1, 3. CIC. epist. 12, 23, 3 antehac quidem sperare saltem licebat, nunc etiam id ereptum est. HOR. carm. 1, 37 nunc est bibendum ... antehac nefas depromere Caecubum. *opposito pronomine*: PLAVT. Pseud. 620 equidem Athenas antidhac numquam veni neque te vidi ante hunc diem. Cist. 1. Mil. 1366 hodie. Asin. 861 hoc facto. *tacita relatione*: antidhac *v. l. 17.* antehac: ENN. ann. 6, 12 qui antehac invicti fuere viri, ... hos ego ... vici (*cf.* OROS. hist. 4, 1, 14). 16 quo vobis mentes, rectae quae stare solebant antehac, dementes sese flexere via⟨i⟩? PLAVT. Bacch. 1209 neque adeo haec faceremus, ni antehac vidissemus fieri (ante hoc *Langen*). Epid. 12 minus iam furtificus sum quam antehac. Amph. 566 quod nemo umquam homo antehac vidit. Amph. 458 Epid. 99 Mil. 841 Most. 933 Poen. 955 Rud. 993 Stich. 759. TER. Ad. 86 quae antehac facta sunt, omitto. 250 Andr. 187. 303. 917 exit. suppos. 15 Haut. 270 Phorm. 4 TVRPIL. com. 21. 168. CIC. epist. 1, 7, 8 ut antehac putabam. Verr. 4, 219 LVCR. 1, 541. 5, 338 NEP. frg. 16 (epist. Corneliae) PHAEDR. 3, 1, 6 FRONTO p. 16, 22 N. VLP. dig. 5, 4, 6 SYMM. epist. 2, 43. 3, 90. 5, 69 orat. 2, 26. AMM. *saepissime*. IORD. Get. praef. 2.

opponitur tempus praeteritum: SALL. Cat. 25, 4 saepe antehac fidem prodiderat. TAC. ann. 3, 25 ut antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. 12, 25.

Antēius *v.* Antius.

antēla antilēna sicut postela postilena GLOSS. Scal. V 589, 22. *stulte*: ISID. orig. 20, 16, 4 antella quasi antesella, sicut et postella quasi postsella. *bene*: GLOSS. II 437, 47 antellina στηθιστήρ. *cf.* II 21, 26 antilena στηθιστὴρ (antelena διεριστηρ *cod.*, διερεισιστήρ *Buecheler*) ὃ ἐστιν ἱμὰς ἵππων περὶ τὸ στῆθος. antelena ἐμπρόσθια, antelina ἐμπρόσθια ἵππου. *permirum*: ITALA cod. Clarom. Hebr. 11, 37 circoierunt in antelenis et caprinis pellibus (ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν; VVLG. in melotis, in pellibus caprinis). *vide an sit corruptum hoc ordine*: μηλούχοις, στηθιστῆρσιν, antilenis?

antelābra εἴδη σκευῶν (σκεπον *cod.*) ὡς καὶ βούτεων (βουτων *cod.*) GLOSS. II 20, 42.

antelāto προτάσσω GLOSS. II 423, 58. προτίθημι II 424, 4. *ab supino* antelatum.

antelīmināre *n.* HIER. in Ezech. 40, 6 et ipsum LXX 'aelam' transtulerunt quod in consequentibus Symmachus 'anteliminare' interpretatus est (αἰλάμ, VVLG. limen portae). *Vollmer.*

Anteliī, -ōrum *m.*, Ἀντήλιοι, *daemones*. TERT. idol. 15 apud Graecos ... Antelios daemonas ostiorum praesides legimus. coron. 13. *Otto.*

antelogium, -ī *n.* [*per iocum fictum esse videtur ad exemplum vocabuli* πρόλογος. *Th.*] PLAVT. Men. 13 huic argumento antelogium (ante elogium *codd.*) hoc fuit. AVSON. 405, 3 hi (*epodi*) igitur, ut Plautus ait, interim erunt antilogium (*sic codd.*) fabularum, garruli et deceptores. FVLG. Virg. cont. 90, 18 antilogii.

antelongus, -a, -um. BOET. arithm. 2, 27 non vocabitur hic numerus parte altera longior, sed antelongior. *cf.* 2, 31 προμήκης *et* ἑτερομήκης.

anteloquium, -ī *n.* SYMM. epist. 1, 77 amicorum orata curare bonae frugis officium est, praecipue si non refragetur aequitas postulatis. quorsum spectet hoc anteloquium breviter explicabo. *plane item* 8, 23, 1. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 47 ostendamus iam quid his anteloquiis adiuvemur. MACR. sat. 1, 24, 21 philosophia honoranda est anteloquio. 1, 24, 24 anteloquii functionem. 7, 4, 2 Praetextato anteloquium detulerunt. PS. MERCAT. Nestor. epist. 1, 1 antiloquium.

anteloquitur praefatur GLOSS. IV 409, 34.

antelūcānus, -a, -um. PRISC. gramm. II 78, 17 lux, lucis, lucanus, ex quo compositum fit antelucanus (76, 20). GLOSS. II 386, 38 ὀρθρινός. II 566, 45 satis mane levans.

VARRO rust. 1, 13, 2 hieme antelucanis temporibus. 1, 36, 1 tem-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pore hiberno. Cic. epist. 15, 4, 8 ex antelucano tempore usque ad horam diei X. Cels. 4, 6 tempore antelucano, quo praecipue frigus intenditur. Colvm. 11, 2, 55 autelucanis et vespertinis temporibus (Ivst. 1, 6, 2). Cels. 3, 5 antelucanis horis, quibus omnes fere maxime dormiunt (Sidon. epist. 8, 6, 5). Plin. nat. 18, 236 diebus (*opponitur* novissimis). Vitr. 1, 6, 11 spiritu. Sen. nat. 5, 7, 1 flatus. Plin. nat. 18, 33 auras insalubres. Vvlg. sap. 11, 23 roris. Cic. Tusc. 4, 44 opificum antelucana . . . industria. Colvm. 11, 2, 12 lucubrationem (*opponitur* vespertinam; *item* Plin. nat. 18, 233). Plin. epist. 3, 12, 2 officia. Cic. Cat. 2, 22 cenis (*cf.* Gloss. V 657, 35 ⟨ante⟩lucana cena quae prope diem finitur). Symm. epist. 1, 23, 3 somno. Ambr. Hel. 12, 45 potu. Apvl. flor. 45 natura quibusdam avibus brevem et temporarium cantum commodavit, hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum. Qverol. p. 17, 18 occursus. Sidon. epist. 1, 2, 4 sacerdotum . . . coetus. 5, 17, 3 processio. Cassian. inst. 3, 5, 1 orationibus. Symm. orat. 2, 10 indormientes lectulis . . . antelucanus raptor extraxit. *subst.* **antelūcānum:** Sen. epist. 122, 1 cuius vigilia medio die incipit, et adhuc multis hoc antelucānum est.

adv. **antelūcānum:** Gloss. ante lucem, ante diem. Vvlg. Sir. 24, 44 doctrinam quasi antelucanum illumino (ὡς ὄρθρον). Macr. sat. 1, 17, 41 *pecus* antelucanum post nocturnam famem ad pastum stabuiis expellitur. Greg. Tvr. glor. conf. 30 cum ad amnem adhuc antelucanum venisset.

antelūciō *adv.* Apvl. met. 1, 15 antelucio volo ire. 9, 15. 1, 11 noctis antelucio.

antelūco, -āre *ante lucem aliquid agere.* Qverol. p. 36, 21 quotiens est . . . antelucandum *nobis servis.*

antelūculō *adv.* [*ad exemplum vocabuli* diluculo *formatum. Th.*] Apvl. met. 1, 14 anteluculo furtim evadere.

antelūdium, -ī *n.* Apvl. met. 11, 8 pompae magnae . . . procedunt anteludia votivis cuiusque studiis exornata pulcherrume. *Vollmer.*

Antelus, -ī *nom. vir.* Inscr. Rhen. 905 Antelus Eburo et Firmia Lucia. Corp. II 2387 ⟨A⟩ntelus ⟨R⟩eburri f. *Otto.*

antemedito, -āre. Itala cod. Ambros. Luc. 21, 14 non antemeditare, quomodo rationem reddatis (προμελετᾶν. Vvlg. praemeditari).

antemerīdiālis, -e. Mart. Cap. 6, 600 pares horarum metas tam antemeridialium quam etiam postremarum.

antemerīdiānus, -a, -um. Sen. epist. 65, 1 hesternum diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa sibi vindicavit, postmeridiano mihi cessit. Plin. nat. 9, 35 tempore. Pomp. dig. 38, 1, 3 sex horis. Cic. Att. 13, 23, 1 litteris. de orat. 3, 22 sermone. 3, 121 ambulationis. Vitr. 1, 6, 6 umbra (1, 6, 7. 1, 6, 12). Plin. nat. 36, 117 ludorum spectaculo. *V.*

antemna, *peius* **antenna,** -ae *f.* [*inc. orig. Th.*] *inter semper pluralia recensetur a* Char. gramm. I 33, 7. 549, 1. *accuratius* Caper gramm. VII 104, 16 quadrigas trigas bigas pluraliter effer | antemnas quoque non aliter [a] priscis memoratas. *sing.*: Ov. trist. 4, 1, 9 Sen. contr. 7, 1, 2 (?) Sen. epist. 77, 2 Petron. 109 Plin. nat. 7, 209 Val. Fl. 1, 624 Stat. silv. 3, 2, 9 *et postea.* Gloss. κέρας πλοίου, κέρας, κέρας id est cornu, pertica navis veli, lignum quo vela dependent. *cum nomine proprio confundit* Isid. orig. 19, 2, 7 antennae . . . dictae, quod ante amnem sint positae: praeterfluit enim eas amnis. antenna *fere non traditur codicibus nisi recentioribus* Cic. de orat. 3, 180 Cat. 64, 234 Ov. epist. 15, 113 Sen. Oed. 886 Petron. 109 *al.* amtemnas Caes. Gall. 3, 14, 6 *codd. Paris. 5056 et 5763.* [*ital.* antenna; *sic.* ntinna. *M.-L.*]

I *proprie*: **1** Cat. 64, 234 (*de nigris Thesei velis*) funestam antemnae deponant undique vestem. Lvcr. 2, 554 antemnas proram malos. Cic. de orat. 3, 180 prora puppis antemnae vela mali. Ov. met. 11, 483 antemnis totum subnectite malum. 14, 554. Liv. 33, 48, 5 vela cum antemnis ex navibus conrogari. Vitr. 5, 9, 1 odeum Themistocles navium malis et antemnis e spoliis Persicis pertexit. Sen. contr. 7, 1, 2 in velo, in antemna (arte in *codd.*). Vell. 2, 43, 2. Lvcan. 9, 328 antemnae suffixit lintea summae. Plin. nat. 7, 209 vela Icarus *invenit*, malum et antemnam Daedalus. Petron. 109 per antennam pelagiae consederant volucres. Val. Fl. 1, 623 antemnaque laevo prona cornu. Sil. 17, 256 procella antemnae immugit. Stat. silv. 3, 2, 9 antemnae gemino considite cornu (*o Castores*). Fronto p. 98, 22 N. quanto altiores antemnae sunt prora vel potius carina. Sol. 52, 42 balaenae ultra antemnas se navium extollunt. Alf. dig. 21, 2, 44 gubernacula malus antemnae velum. Ivlian. dig. 14, 2, 6 ictu fulminis deustis armamentis et antemna. Avien. Arat. 2, 678. Isid. orig. 19, 2, 7 cornua extremae partes antemnarum. **2** *cum verbis transitivis*: Plavt. Trin. 837 imbres frangere malum, ruere antemnas, scindere vela. Plin. nat. 2, 132 *flatus* antemnas frangens (Spart. Car. 5, 8). Ivv. 12, 19 *fulmen* antemnas impulit. Bell. Alex. 45, 2 antemnis ad medium malum demissis; *ibid.* 3 vela subduci demittique antemnas. Caes. Gall. 3, 15 deiectis. Sall. hist. 4, 3 M. demissis partem quasi tertiam antemnis. Ov. epist. 3, 4, 9 effugit hibernas demissa antemna procellas. Vitr. 10, 3, 5 in summo cacumine antemnae subductae. Sen. epist. 77, 2 quotiens ventus increbruit, antemna summittitur. Rvt. Nam. 512 antemnas tendi litoris aura iubet. Caes. Gall. 3, 14 funes antemnas ad malum destinabant. Verg. Aen. 3, 549 cornua velatarum (involutarum velo Serv.) obvertimus antemnarum. Ov. met. 3, 616 conscendere summas antemnas prensoque rudente relabi. 11, 489 rapere. 13, 783 pinus antemnis apta ferendis. trist. 5, 12, 40. Liv. 30, 10, 5 *malis* antemnisque de nave in navem traiectis et validis funibus inligatis. Sen. Ag. 505 rectus altas malus antemnas ferens. Cvrt. 4, 3, 15 antemnis asseribusque validis deligatis. Sidon. epist. 9, 16, 3 v. 5 *cymba* solvit antemnas, legit alta vela. **3** *cum verbis intransitivis*: Caes. Gall. 3, 14 *funibus* abscisis antemnae concidebant. Hor. carm. 1, 14, 6 nonne vides ut nudum remigio latus antemnaeque gemant. Sen. Oed. 886 ne pressae gravi spiritu antemnae tremant. **II** *translate*: *lignum transversum in cruce*: Tert. nat. 1, 12 nobis crux imputatur cum antemna sua. adv. Marc. 3, 18 antemna crucis pars est. *de gestu crucis signatae*: Hier. epist. 14, 6 crucis antemna figatur in frontibus. Pavl. Nol. carm. 17, 107 victor antemna crucis ibis. Ps. Avgvst. serm. 72, 2 *bis.* Greg. Tvr. glor. mart. 82. *Wölfflin.*

Antemnae, -ārum *f. opp. Latii*, Ἄντεμναι. Varro ling. 5, 28 Antemnae *dictae* quod ante amnis qui Anio influit in Tiberim. Pavl. Fest. 17 Antemnae dictae sunt quod . . . ante se habeant amnes. Serv. Aen. 7, 631 Antemnae autem dictae quod eas amnis praeterfluit, quasi ante amnem positae. Verg. Aen. 7, 631 turrigerae Antemnae. Plin. nat. 3, 68. Antemna, -ae, Ἄντεμνα. Cato orig. Prisc. gramm. II 264 Antemna etiam (antemnantia *codd.*) veterior est quam Roma. Sil. 8, 365 Antemnaque prisco Crustumio prior.

Antemnātēs, -ium *incolae.* Liv. 1, 9, 8. 1, 10, 2. 3. 1, 11, 1 Sol. 1, 20 Evtr. 1, 2. *Otto.*

antemūrāle *propugnaculi genus.* Vvlg. Is. 26, 1 urbs fortitudinis nostrae Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale (τεῖχος καὶ περίτειχος, *cf.* Hier. *ad hunc locum*). thren. 2, 8 luxitque antemurale (τὸ προτείχισμα) et murus pariter dissipatus est. Vita Caes. Arel. 31 egredientes quidam extra antemurale. Gramm. suppl. 43 sic *ut mantile* declinandum est altare, aplare, cochleare, sedile, hastile, murale, antemurale, liminare *etc.*

antemūrānus, -a, -um. Amm. 21, 12, 18 vallum antemuranum cespitibus fultum.

antenātus. Isid. orig. 9, 6, 21 privignus dictus quasi privigenus, quia prius genitus. unde et vulgo antenatus. *cf. hispan.* andado, alnado, *portog.* enteado. *Klotz.*

Antenociticus, -ī *et* **Anociticus,** -ī *deus Britannicus.* Corp. VII (*Conderci*) 503 deo Antenocitico. 504 (*saec. II p. Chr.*) deo Anocitico. *cf.* 656 d. Antocídi . . . . *Otto.*

Antēnor, -oris *m.*, Ἀντήνωρ. *acc.* Antenora Ov. met. 13, 201 fast. 4, 75. 77. Antenorum Liv. 1, 1, 2. 44, 28, 1 Sen. dial. 11, 7, 6. *dux Troianus*: Verg. Aen. 1, 242 Hor. epist. 1, 2, 9 Mela 2, 60 Sen. Tro. 60. *nom. apud Graecos vulgatum, v.* Liv. 44, 29, 3, *apud Romanos servile, v.* Corp. VIII 425. IX 5524. XII 523 *add.* **Antēnoreus:** Antenorea . . . stirpe Sil. 12, 214. *metonymicus Patavinus, cf.* Mart. 1, 76, 2. 4, 25, 3 Cassiod. var. 2, 39, 11. Antenoreae *in titulo Brixiano* Corp. V 4640 *cognomen videtur.* **Antēnoridēs:** *acc.* Antenoriden Homer. 787. *voc.* Antenoride Sil. 12, 258. *Bickel.*

autenovissimus *paenultimus.* Max. Vict. gramm. VI 218 antenovissimus pes . . . huius versus.

antenuptiālis, -e προγαμιαῖος. Nov. Iust. 5, 5 eum res aliquas donasse eis (*filiis*) aut per antenuptialem donationem aut per dotes occasionem obtulisse. 22, 45, 3 omnia antenuptialis donationis. *Klotz.*

anteoccupātio, -ōnis, *f.*, πρόληψις. *praeoccupatio*: *cf.* Rvt. rhet. 2, 4 Cic. de orat. 3, 205 Qvint. inst. 9, 1, 31. *Lehnert.*

antepaenultimus, -a, -um. Gloss. II 419, 45 προπαραπέλεντος. Prisc. gramm. II 106 cum omnia huiuscemodi diminutiva tam paenultimam quam antepaenultimam corripiunt. Diom. gramm. I 431 in Graecis . . . dictionibus cum acutus *accentus* tria loca teneat, ultimum, paenultimum, antepaenultimum.

antepagmentum (-pāg-*?*), -ī *n.* [*cf. c.* ante *et* pangere. *Th.*] *t. t. architectorum; Puchstein, PW. I 2354.* Pavl. Fest. 8 antipagmenta valvarum ornamenta, quae antis adpinguntur, id est adfiguntur. Cato agr. 14, 2 *et* 4 fundamenta supra terram pede, ceteros parietes ex latere, iugumenta et antepagmenta quae opus erunt indito. Vitr. 4, 6, 1 ostiorum autem et eorum antepagmentorum in aedibus hae sunt rationes. 4, 6, 2 *supercilium* supra antepagmenta inponitur. Corp. X 6586 ⟨valv⟩as utrasque cum ⟨antepag⟩mentis. *tabulae quae praefiguntur tignis ad tectum fulciendum transversis*: Vitr. 4, 7, 5 in eorum (*mutulorum*) frontibus antepagmenta figantur. Corp. I 577 = X 1781 (lex par. Puteol. *a. u. 649*), 2, 4 ex tigno pedario facito ante pagmenta abiegnea *et* 2, 7 tegulas primores omnes in ante pagmento ferro figito.

antepario *cf.* ante I B *p. 129, 77.*

antepassio, -ōnis *f.* Hier. epist. 79, 9 difficile est, quin potius inpossibile, perturbationum initiis carere quempiam, quas significantius Graeci προπαθείας vocant, nos ut verbum vertamus e verbo 'antepassiones' possumus dicere.

antepecco Gloss. II 416, 10 προαμαρτάνω.

antependulus, -a, -um. Apvl. met. 2, 23 illa crinibus antependulis hinc inde demotis etiam in maerore luculentam proferens faciem. 5, 22 cervices lacteas genasque purpureas pererrantes cri-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos.

antepes, -dis, *pes anterior.* Cic. Arat. 451 *Centaurus* linquens vestigia parva antepedum contecta. (Arat. 664 *πρότεροι πόδες.*)

antepīlānus, *qui ante pilanos i. triarios est. Domaszewski, PW. I 2354.* Liv. 8, 8, 7 hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur. 8, 9, 14 et rorarii procurrebant inter antepilanos addiderantque (adderantque *M*) vires hastatis ac principibus. 8, 10, 5 receptis in intervalla ordinum antepilanis. *Livio parum intellecto* Amm. 16, 12, 20 antepilanis hastatisque et ordinum primis velut insolubili muro fundatis. *translate: exemplum*: Amm. 28, 1, 46 in cruento certamine cum Maximino velut antepilano suo contendens, superare eum studebat.

antepolleo, -ēre. *cum dat.*: Apvl. met. 1, 5 quae civitas cunctae Thessaliae antepollet. *cum acc.*: 7, 5 praeter ceteram corporis molem toto vertice cunctos antepollebat. *Klotz.*

antepōno, -posuī, -positum, -pōnere. *in tmesi*: Cic. off. 3, 71 Hor. sat. 1, 3, 92. *deest ap. Livium, qui* praefero *usurpat. interdum dubites utrum compositum hoc an duo verba accipienda sint.*

I *proprie*: Gloss. *προτίθημι, προτίθησι.* Corp. I 1313 (= XI 3160) inviteis L. C. Levieis L. f. et quei eos parentaret, ne anteponat. Plavt. Men. 274 bonum anteponam prandium pransoribus. Varro Men. 260 habens antepositam alimoniam. (Non. 312) mensa ante ponebatur. Hor. sat. 1, 3, 92 positum ante mea quia pullum in parte catini sustulit esuriens. Tac. ann. 1, 50 non antepositis vigiliis. 12, 56 antepositis propugnaculis. 15, 32 equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit. Ps. Cens. 2, 6 anteposita his (*sc. signis tropicis*) biformia *sunt.* Dict. 2, 45 quae (*paeninsula*) anteposita civitati. Amm. 31, 12, 71 anteposito dextro cornu equitum. Varro ling. 6, 38 antepositis praeverbiis paucis immanis verborum accedit numerus. Vitr. 2 praef. 5 antequam naturales res incipiam explicare, de aedificiorum rationibus unde initia ceperint ... anteponam. Qvint. inst. 9, 4, 44 plurimum refert compositionis, quae quibus anteponas. Pavl. dig. 38, 10, 10 matris nomine anteposito. Arnob. nat. 1, 94 qui articulos masculinos femininis generibus anteponit. Cic. rep. 2, 18 Homerum ... Lycurgi aetati triginta annis anteponunt. Cassiod. var. 11, 6, 1 qui suis primatibus meruit anteponi (*sc. ordine*). 17, 2 egrediatur unus, ut anteponat (*i. promoveat*) universos. **II *translate*:** Gloss. *προκρίνω, προκρίνει.* Plavt. Poen. 39 quo deteriores anteponantur bonis. Rhet. Her. 4, 1, 2 se omnibus anteponant (*bis*) ... sibi illos anteponant. Cic. Brut. 68 neminem antepones Catoni. 143. 152. 189. de orat. 1, 7 non anteponat oratori imperatorem. 30. 58. 191. 3, 95 orat. 215. div. in Caec. 23 ut tu mihi anteponare. 59. 73. Cat. 4, 21 anteponatur omnibus Pompeius. Mur. 32 dom. 88 Planc. 6, 12. rep. 1, 3 eos, qui his urbibus ... praesunt, iis, qui omnis negotii publici expertes sint ... esse anteponendos. 3, 42 leg. 1, 15 fin. 2, 65. 2, 91 se acupenserem maenae non anteponere. 3, 30. 4, 61 ac. 2, 73. nat. 3, 21 existimas formicam anteponendam esse ... urbi? div. 1, 62 Cato 64 Lael. 10. 67 equis vetulis teneros anteponere. 69 off. 1, 108. Att. 1, 17, 5 neque me tibi neque quemquam antepono. epist. 3, 7, 5. 9, 13, 3. 12, 17, 3 ad Q. fr. 1, 2, 7. Nep. Iph. 1, 1 ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. Epam. 2, 2 Eum. 1, 3. Tac. ann. 1, 58 proditores etiam iis quos antoponunt invisi sunt. 12, 25 Domitium filio anteponit. 69. 13, 1 hist. 2, 77 dial. 17. 25 Agr. 6. Trai. Plin. epist. 10, 109 privilegium, quo ceteris creditoribus anteponantur. Plin. paneg. 53. Svet. Tib. 42 ignotissimum ... candidatum nobilissimis anteposuit. Fronto p. 118, 1 N. ut vos ... illis anteponam. 118, 2. 171, 2. 175, 5. Pavl. dig. 38, 17, 5, 2 qui (*manumissor*) patri anteponitur. Sol. 15, 6 apud hos populos nati canes feris anteponuntur. Rvt. rhet. 10 hunc ... non solum in consilio dando ceteris anteposuistis, sed etiam in conficiendo negotio praefecistis. Amm. 15, 5, 27 honore mensae regalis ... antepositus aliis. 15, 8, 3. 23, 6, 6. 25, 3, 20. 25, 8, 2. Avg. civ. 2, 14 semideos ... heroibus anteponit. 8, 7.. 9. 10. 15. 13, 19. 15, 23. 18, 43. 20, 5. 21, 26. Salv. eccl. 3, 36 quos deus praeposuisset et electione eosdem etiam parentes anteponerent dignitate. Sidon. epist. 8, 7, 3 ut maioribus suis anteponatur. 9, 13, 1. Rhet. Her. 2, 14, 21 quo melius deteriori anteponeretur. Cic. Brut. 112 Cyri vitam et disciplinam ... Scauri laudibus anteponendam. 123. 255 de orat. 1, 23. 89 Academiae illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. 194 ut Ithacam ... immortalitati anteponeret. 197. 228. 245. 2, 21 part. 24, 83. 25, 90 (*bis*) top. 18, 69 (*bis*). div. in Caec. 54 ut tibi anteponatur in accusando provincia. Verr. 3, 97 qui ... neque ... auctoritatem patris neque ... voluntatem anteponendam putavit libidini suae. 5, 11 agr. 2, 9 Rab. Post. 44 Cat. 3, 22 Mur. 29. 38 Sulla 25 Flacc. 61. 63 p. red. 2, 1 dom. 96. 98 Sest. 142 Pis. 79 Marc. 11. 21 Ligar. 28 Phil. 1, 31. 3, 29. 5, 3. 11, 24. fin. 2, 83 an ... dubium est, quin fundos et insulas amicis anteponamus? 3, 46 ut . : . neque multi cothurni paucis anteponerentur nec maiores minoribis. Tusc. 5, 66 quae regna, quas opes studiis eorum et delectationibus antepones? nat. 2, 3 iis de rebus ..., quae sunt ... negotiis anteponendae *sim. saepe ap. Cic. philos.* Att. 2, 16, 3 ut ille tuus *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponat. 10, 4, 4. 11, 7, 3 *et* 4. 12, 25, 2. 14, 13, 1 epist. 4, 7, 1. 9, 6, 4. 9, 18, 2. 10, 15, 1 *et* 2. 10, 27, 1. 11, 27, 8 ad Q. fr. 1, 1, 39. 2, 13, 1. Caes. Gall. 4, 22, 2 neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniae anteponendas iudicabat. Sall. Iug. 41, 10 qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent. Nep. Epam. 1, 4 de rebus gestis, quae ... anteponuntur virtutibus. Val. Max. 5, 2 ext. 4 praesenti ... periculo respectum pristini beneficii anteposuit. Plin. nat. 17, 25 cretam ... et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt. 48 ut anteponant *cinerem* fimo. Tac. hist. 1, 28 anteposuere praesentia dubiis. dial. 10 eloquentiam anteponendam ceteris ... studiis. 22. Svet. gramm. 21 praesentem condicionem verae origini anteposuit Fronto p. 50, 28 N. numquam mea commoda tuis utilitatibus anteponam. p. 146, 13. Vlp. dig. 28, 5, 1, 28 saluti eorum suam anteponere. Apvl. met. 3, 19 nocte ista nihil antepono. Tert. pudic. 1 quod vitae anteponunt. 2. 5. Sol. 35, 3 lacus Tiberiadis omnibus anteponitur. Ivst. 14, 1, 10 qui spem ... praemii fidei sacramenti anteponeret. 39, 4, 3 periculoso regno securam ... vitam anteponens. Amm. 18, 3, 2 ne despecta se anteponeret Eusebiae matrimonium. Hier. epist. 48, 17 quod nuptiis ... quod fornicationi anteponitur. Avg. civ. 1, 22 sana ... ratio ... exemplis anteponenda est. 5, 12. 12, 8. 14, 7. 14. 23. 20, 4. Svlp. Sev. dial. 2, 6, 6 illas reliquias imperialibus epulis anteponens. Macr. sat. praef. 1, 2 compendia longis anfractibus anteponenda. Salv. gub. 6, 36 nos ecclesiis dei ludicra anteponimus. Sidon. epist. 4, 9, 1 quod ... ceteris laudibus anteponemus. *Bannier.*

anteportānus Corp. V 5534 Herculi Mer t · ronno ante · porta · no pro in pe(trata) sa(lute) *cf. Aust, PW. I 2354.*

antepotēns. Plavt. Trin. 1115 hic homost omnium praecipuos voluptatibus gaudiisque antepotens.

antepraecursor. Tert. bapt. 6 sic enim Iohannes antepraecursor domini fuit. 11 itaque tinguebant discipuli eius ut ministri, ut Iohannes antepraecursor, eodem baptismo Iohannis.

antepridem Gloss. III 426, 14 *προχθές* (*προτηχεις cod.*). antepridie *coni. Goetz. Klotz.*

ante quam (antequam *coniunctio*). *legitur inde a Catone Terentio Novio. deest Plauto.* Gloss. *πρὶν ἤ, πρὶν ἄν, πρὸ τοῦ, πάλαι.* Char. gramm. I 228, 26 ante quam modo finitivis, modo subiunctivis iungitur, contra ac superius (*locutus erat de* post quam): iunctum subiunctivis, velut ante quam venisset; disiunctum finitivis, ut apud Vergilium (Aen. 4, 27): ante, pudor, quam te violo. *eadem fere proferunt* Diom. gramm. I 395, 1 Dosith. gramm. VII 421, 26. *significat idem fere ac* prius quam, *quod plerisque auctoribus magis acceptum.* Caesar *quidem* ante quam *omnino vitavit; nam quod unicum certae memoriae exemplum extat* (civ. 1, 2, 2 non oportere ante de ea re ad senatum referri, quam dilectus ... habiti ... essent), *sententiae dictae a M. Marcello, non scriptoris verba referre videtur*; prius quam *apud eundem passim sese offert.* Sall. *bis* ante quam *habet* (hist. 2, 66. Iug. 97, 4 *praecedente* prius quam), prius quam *saepe. coniunctio nimirum deest poetis dactylicis praeter* Lvcr. 3, 959 Aetna 423 Hor. sat. 1, 2, 103 Manil. 5, 184 (ante | quam). *amaverunt vocabulum Varro, Vitruvius, Velleius, Seneca phil., Tacitus, Ammianus, Gaius aliique Icti, Celsus vero ita, ut semel* prius quam (7, 2 p. 264), *passim* ante quam *exhiberet, cf. W. Helm, Classical review 1900 p. 262. partes coniunctionis nullo tempore eo usque coaluerunt, ut iam separari nequirent, quamquam seiunctio apud inferiores minus usitata fuisse videtur: in* Vvlg. *quidem semel separatum extat (v. 157, 5), 77es iunctum. Hand, Tursellinus I 394—402.*

I *cum indicativo post* quam: **1** ante *et* quam *seorsum positis (interiectis interdum permultis verbis, cf.* Cic. off. 1, 117 epist. 9, 15, 4 Verg. Aen. 3, 354 Ov. epist. 3, 63 Liv. 4, 6, 3 *al.*): Cato agr. 161, 2 ne ante sarueris quam asparagus natus erit *cf.* Plin. nat. 10, 148 sariri iubet *Cato* non ante quam asparagus natus fuerit. Varro ling. 7, 58 ante rorat quam pluit. Rhet. Her. 4, 34 non ante ad consequens verbum descenditur quam ad superiora conscensum est. Cic. S. Rosc. 145 cuius ante praedia possedisti quam ipsum cognovisti. Verr. 3, 161 omnia ista ante facta sunt, non modo quam ego Siciliam, verum etiam quam iste Italiam attigit. 4, 60 neque *equitem Romanum scitote* ante dimissum quam ad condicionem eius depectus est. Phil. 5, 7 non ante factum vidimus quam futurum quisquam est suspicatus (5, 15). Caec. 81 non ante veniam quam recusaro. Phil. 11, 24 ante provinciam sibi decretam audiet quam potuerit ... suspicari. div. 1, 120 ea ... ante efficit paene quam cogitat. nat. deor. 1, 66 ante ... iudicasti Epicureum te esse oportere quam ista cognovisti. Tusc. 1, 95 si ante mors adventet quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus. div. 1, 65 qui ante sagit quam oblata res est dicitur praesagire. ac. 2, 8 ante tenentur adstricti quam ... iudicare potuerunt (off. 1, 117 ad Q. fr. 1, 1, 38). Cato 18 vereri non ante desinam quam ... cognovero *cf.* leg. 1, 3 fin. 2, 119. Tusc. 2, 44 vindicabit ante paene quam venerit. inv. 2, 62 pupillus ante mortuus est quam in suam tutelam venit. Lvcr. 3, 973 respice item quam nil ad nos ante acta vetustas ... fuerit quam nascimur ante. 4, 836 nec fuit ante videre ... nec dictis orare prius quam lingua creatast. 4, 884 neque enim facere incipit ullam rem quis⟨quam⟩ quam mens providit quid velit ante. Verg. georg. 2, 536 ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante impia quam caesis gens est epulata iuvencis ... vitam ... Saturnus agebat. Aen. 4, 27 tellus ... prius ... dehiscat ... ante, pudor, quam te violo. 6, 140 non ante datur ... subire ... quam quis decerpserit arbore fetus. Hor. sat. 2, 3, 135 reris eum occisa insanisse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parente ac non ante malis dementem actum Furiis quam ... ferrum tepefecit acutum. Ov. met. 13,245 Dolona interimo: non ante tamen quam cuncta coegi prodere. Liv. 2, 59, 2 nec ante restitit quam ... vidit (3,21,1. 4,6,3. 5,51,6 *al.*). 35,26,9 nec ante fugae finem quam ... ventum est, fecit. 39, 10, 9. 41, 2, 10. Fest. 170 Numerius praenomen numquam ante fuisse in patricia familia dicitur quam is (quamvis *cod.*) Fabius, qui ... superfuit, ... uxorem duxit. Cels. 5, 26, 23 neutra ante debet imponi quam intus vulnus purgatum est. 7, 12, 1. Phaedr. 5, 9, 4 ante hoc novi quam tu natus es. Octavia 14 utinam ante manu ... mea rupisset stamina Clotho tua quam maerens vulnera vidi. Sen. epist. 13, 5 quaedam ... magis torquent quam debent; quaedam ante torquent quam debent. 24, 5 nec ante removit ... manum *Mucius* quam ignis ... subductus est. 82, 11 eum cuius mors ante abstulit animum quam conturbavit. 98, 7 qui ante dolet quam necesse est. (97, 3. 114, 22. 121, 8. 123, 2 *c. negatione*). 122, 2 *sunt qui* nec ante diducant oculos hesterna graves crapula quam adpetere nox coepit. Cvrt. 7,5,16 nec ante ad curandum corpus recessit quam praeterierant. Tac. ann. 12, 5 nec ante omissa cunctatio quam Vitellius ... id perpetrandum sumpsit. Corp. XIII 1668 (oratio Claudi) 2, 15 quod ante in domum consulatum intulit quam colonia sua solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est. Mart. 9,35,6 victricem laurum quam venit ante vides. 7,63,6 sacra cothurnati non attigit ante Maronis, implevit magni quam Ciceronis opus. Tert. anim. 43 Adam ante ebibit soporem quam sitiit quietem, ante dormiit quam laboravit, immo quam et edit, immo quam et profatus est. 55 nec ante ascendit in sublimiora ... quam descendit in inferiora.

2 ante *et* quam *addito discrimine temporis vel seorsum vel iuxta posita*: Varro sat. 477 quod lupam ... fellarunt olim ante quam mi⟨li⟩tia subactus aliquot annis erat. rust. 3, 5, 4 diebus viginti ante quam tollere vult turdos, largius dat cibum. Cic. Verr. 2, 149 aliquanto ante ... iste proficiscitur quam opus effectum est. 3,46 ante aliquanto quam est mortuus ... tradiderat. Caecin. 53 paulo ante quam ... venimus, ... defendit (Brut. 324). dom. 85 multo ante quam est lata lex ... censuit. de or. 2, 21 saeculis multis ante gymnasia inventa sunt quam ... philosophi garrire coeperunt (2,154). Brut. 89 orationem ... rettulit paucis ante quam mortuus est ... mensibus. Cato 50 cum sex annis ante quam ego natus sum fabulam docuisset. Lael. 11 memini Catonem anno ante quam est mortuus ... disserere *cf.* 96. Brut. 72 div. 1, 73 rep. 1, 23 epist. 1, 1, 4. 10,3,2. Vitr. 7,2,1 ante multo tempore quam opus fuerit macerabuntur. Sen. Oed. 665 multo ante ... gemunt ... quam ... tetigi. Plin. nat. 2, 147 *pluisse* ferro ... anno ante quam M. Crassus ... interemptus est. Liv. 41,16,8 ante (intra *Perizon., sed cf Hand p. 384*) triduum quam oppugnare *Mutinam* coeperat, receptam ... restituit. Sen. dial. 11, 15, 2 *fortuna* te ante tertium demum diem quam perculsus sum ... digredi voluit. Ascon. Mil. p. 53 B. Corn. 64. Colvm. 5,10,2 ante annum quam seminare voles, scrobem fodies. Plin. nat. 7,213 ante XII annos quam ... bellatum est. Edict. Vlp. dig. 25,4,1,10 ante dies XXX quam parituram se putat.

3 ante quam *coniuncta*: Cael. hist. 4 ante quam Barcha perierat ... in Africam missus. Nov. com. 18 pati dum poterunt, ante quam pugae pilant. Cato orat. 22 ante quam is vilicare coepit. Varro ling. 5, 149 in locum palustrem qui tum fuit in foro ante quam cloacae sunt factae. 5,102 *et* 153. 6,52 *et* 56. rust. 1,29,1 *dicitur* novalis, ubi satum fuit ante quam secunda aratione novatur rursus. 1, 40, 4 id fit tum, ante quam ... florere quid incipit. 2, 1, 1 non dimittemus ante quam ... explicaris. 3,7,11 ante quam aedificas ... magnum condiscas ... lucrum. Rhet. Her. 1, 24 supplicium sumpsit ... ante quam tabulas testamenti aperuit. 3,21 *arteria* ante quam voce leni permulsa est acri clamore conpletur. 4, 23 venit ante quam Romam venit. 4, 53. Cic. Quinct. 48 ante quam doceo ... libet. Cluent. 8 Flacc. 6. epist. 7, 14, 1 dabo operam, ut istuc veniam ante quam plane ex animo tuo effluo (effluam *al.*). Att. 10,15,4. S. Rosc. 60 usque eo animadverti ... eum iocari ..., ante quam Chrysogonum nominavi. Verr. 2, 98 rationes ad aerarium ante quam Dolabella condemnatus est non audet referre. Ligar. 7 me ante quam vidit rei publicae reddidit (Quinct. 81). Brut. 49 ante quam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi multa iam memorabilia ... effecerat. de orat. 3,145 neque defetigabor ante quam ... percepero (Att. 5,14,1). Sall. Iug. 97,4 prius quam exercitus ... sarcinas conligere, denique ante quam signum ... accipere quivit, equites ... incurrunt. Liv. 8, 13, 8 nec quievere ante quam expugnando ... urbes Latium omne subegere. 22, 50, 8 ante quam opprimit lux ... per hos erumpamus. 23, 30, 4 nec ante quam vires ... deerant expugnati sunt. Vitr. 2, 9, 7 ante quam est excisa *pars* ... liquida efficitur. 6, 8, 10 ante quam inceperit ... habet definitum. 8, 1, 1 procumbatur in dentes ante quam sol exortus fuerit. 9, 2, 3. Sen. contr. 1, 2, 9 quam nemo ... norat ante quam prostitit. 1, 4, 7 ante quam ... redeo exierunt. excerpt. contr. 6, 8 de illius morte scribe ante quam iurabis de tua. suas. 1, 12 quod excusatur ante quam dicitur. Cels. 2 pr. 27 ante quam dico ... non alienum videtur *cf.* 7, 7, 13 p. 279. 7, 27 p. 315 si ante quam vesica purgata est, orae se glutinarunt. Sen. Herc. O. 1410 vel scelere pereat ante quam letum mihi ignavus aliquis mandat. Thy. 201 ante quam se firmat aut vires parat petatur ultro. Octavia 636 utinam ante quam te ... in lucem edidi ... saevae nostra lacerassent ferae viscera. benef. 5,8,6 *beneficium* apud te est ante quam redditur. nat. 3, 28, 6 nec ante quam supra cacumina ... montium crevit devolvitur. epist. 54, 5 si quis existimat lucernae peius esse cum extincta est quam ante quam accenditur. 90, 3 *hominum consortium* aliquandiu inviolatum mansit ante quam societatem avaritia distraxit (90,36). 98,5 si cogitaverit ante quam senserit. 104, 21 *Socrates* te docebit mori, si necesse erit, *Zeno* ante quam necesse erit. 117, 4 quid ... respondeatur audi ante quam ego incipio secedere. Colvm. 5,6,12 ante quam librum demittit (*stc Sangerm.*; demittat *rell.*), decacuminanda est *ulmus*. 5,10,5 ramos vere ante quam germinant arbores, deponito. Scrib. Larg. 122 fin. metuere ... debent, ne alia parte corporis aeque adficiantur ... ⟨quam⟩ colo, ante quam remediati erant. 269 acopum ... per vindemiam conponitur ante quam mustum defervescit. Plin. nat. 19, 59 in fenestris suis plebs urbana ... oculis rura praebebant ante quam praefigi prospectus omnes coegit ... latrocinatio. Qvint. inst. 2,10,1 ante quam viam ingredior, pauca mihi ... dicenda sunt (9,1,22). 10, 1, 42 ante quam ... loquar, pauca ... dicenda sunt. 4, 1, 52 *dicturus intueatur* quid iudicem sentire credibile sit, ante quam incipimus. 10, 1, 74 *Theopompus* oratori magis similis, ut qui ante quam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. 11, 3, 72 *vultus* spectatur, etiam ante quam dicimus. decl. 289 p. 156. 297 p. 174 *al.* Tac. ann. 1, 70 nec fides salutis ante quam Caesarem ... videre. Ps. Apvl. Ascl. 16 ea ... qui ante quam his inplicitus est ex aspectu vitarit. Tert. nat. 1, 7 specta morientem animam ante quam vixit (*sc. infantis*). pudic. 6 perierit *caro* ante quam a domino suo requisita est. Marcell. dig. 36, 1, 26 (25) pr. quandocumque puer decesserit, sive ante quam dies fideicommissi cedit sive postea, ad matrem transferri fideicommissum *cf. ibid.* Ivl. si puer ante quam dies fideicommissi cedat decessisset. Vlp. dig. 16, 2, 7 pr. quod in diem debetur, non compensabitur ante quam dies venit. 24, 1, 5, 9 ante quam fiet ..., donantis manet. Labeo dig. 41, 1, 65 pr. *epistula* non erit ... tua ante quam tibi reddita fuerit. Scaev. dig. 18, 2, 29, 14 non tantum si vivo te filius decedat, sed etiam post mortem, ante quam ab hostibus reversus fuerit. Aem. Mac. dig. 48, 11, 7, 2 sarta tecta tuenda ante quam perfecta probata praestita lege erunt. Apvl. met. 6, 26 *rupinae* te ... ante quam decideris membratim dissipabunt. Amm. 22, 15, 26 eos ante quam finibus suis excedunt ... vorant. Avg. civ. 22, 2 p. 556 ante quam venit (veniat *al. haud scio an rectius; v. 158, 32*) tempus ... dicimus. Corp. XIII 1131 sic sibi fieri ante quam decedit rebus umanis ipse mandavit. 1577 qui ante quam hic quiesco liberos meos utrosq(ue) vidi. *nota*: Lex Rubria (Corp. I 205, 1, 22) s(ei) ante quam id iudicium q(ua) d(e) r(e) a(gitur) factum est Q. Licinius ... repromeisisset *cf.* 32.

II ***cum coniunctivo*** (*passim apud scriptores aevo Ciceroniano recentiores, quorum pars, velut Curt. Sol. Hier. (Vulg.) Sulp. Sev. al., indicativum vitasse videtur*): **1** ante *et* quam *seorsum positis* (*cf.* I 1): Varro rust. 2, 11, 6 ante curentur quam tondeantur. Cic. agr. 2, 71 ante omnia veneunt, ante pecuniae coguntur et coacervantur quam ... ematur. prov. 3 ut non ante attigerint *Syriam* quam hunc ordinem condemnarint, quam auctoritatem ... exterminarint, quam fidem publicam, quam perpetuam populi Romani salutem, quam me ac meos omnis foedissime ... vexarint. ac. 2, 39 ante videri aliquid quam agamus necesse est. rep. 2, 6 ante adesse potest quam quisquam ... suspicari queat. Cat. 64,188 nec ... ante ... languescent lumina ... nec prius ... secedent ... sensus quam ... comprecer. Lvcr. 3, 841 membra ante fuere ... quam foret usus. Verg. ecl. 1, 59 (*figura ἀδυνάτου*:) ante leves ergo pascentur in aequore cervi ... ante ... Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim quam nostro illius labatur pectore voltus *cf.* Dirae 4 Ov. am. 1, 6, 36. 1, 7, 23 met. 13, 324 Sen. Herc. f. 372 Thy. 476 Phaedr. 569 Herc. O. 335. 1582 Octavia 86 *cf.* 222 *et* Stat. Theb. 7, 552. Ach. 1, 657 Clavd. 1, 169 Anth. 440. Verg. georg. 4,306 hoc geritur ... ante novis rubeant quam prata coloribus, ante garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. 1, 221. Aen. 3, 255 non ante datam cingetis moenibus urbem quam vos dira fames ... ambesas subigat malis absumere mensas. 3, 384. Ov. epist. 3, 63 devorer ante, precor, subito telluris hiatu ... quam sine me Phthiis canescant aequora remis. met. 11,453 si me modo fata remittent ante reversurum quam luna bis impleat orbem. Liv. 2, 61, 8 ante tamen quam prodicta dies veniret, morbo moritur. 22, 4, 7 ante ... pugnari coeptum est quam satis instrueretur acies. Cels. 7, 12, 1 si ante alter dens nascitur quam prior excidat. Sen. epist. 50, 5 ante incipimus quam indurescat. Cvrt. 5, 9, 17 non ante destitit quam ... constaret. Mela 2, 97 Gades ... admonet ante reliquas dicere *insulas* quam in oceani litora ... oratio excedat. Lvcan. 2,577 ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem, omne fretum ... pirata reliquit. 8, 712 ante tamen Pharias victor quam tangat harenas, Pompeio raptim tumulum fortuna paravit. Carm. epigr. 397, 1 iacet hic miserabilis infas (*sic*) ante novem plenos lunae quam viveret orbes. Qvint. inst. 2, 1, 3 non ante ... mittendus videtur ... quam ... sciat. Frontin. strat. 1, 8, 6 nec ante reddiderunt quam ipsi reciperarent suos *cf.* 2, 2, 5. 2, 5, 24. 2, 11, 1. Tac. Germ. 13 arma sumere non ante cuiquam moris quam civitas suffec-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

turum probaverit. hist. 4, 60 neque ante preces admissae quam ... iurarent: tum. SVET. Ner. 20 ne concusso quidem ... theatro ante cantare destitit quam ... absolveret nomon. AMM. 16, 3, 2 non ante motus est ... quam pacem firmaret. 24, 2, 15 SVLP. SEV. chron. 2, 41, 1. 2, 43, 3. VVLG. Ruth 1, 13 ante eritis vetulae quam nubatis. IORD. Rom. 337 ante (*i. potius?*) ea vendidit regi Vandalorum quam in Romanorum potestatem redigeret.

2 *addito discrimine temporis* (*cf. I 2*): VARRO rust. 1, 41, 3 triduo ante quam inserant desecant. 2, 1, 18 quanto ante quam incipiat admissura fieri, mares a feminis secretos habeant. CIC. frg. 5, 24 segetes agricolae subigunt ... multo ante quam serant. Verr. 3, 167 paulo ante quam ... venires ... iussisti. LEX Iul. (Corp. I 206, 34) diebus ne minus X ante quam locet ... propositum habeto. LVCR. 4, 845 ante fuit multo quam lucida tela volarent (5, 1380). VERG. georg. 2, 259. LIV. 1, 50, 2 paulo ante quam sol occideret venit. 5, 33, 5 ducentis ... annis ante quam Clusium oppugnarent ... in Italiam Galli transcenderunt (24, 20, 12. 37, 22, 3). 25, 31, 12 paucis ante diebus quam Syracusae caperentur ... transmisit. 34, 10, 6 duobus modo mensibus ante ... urbem est ingressus quam successor ... triumpharet. VELL. 2, 28, 1 paulo ante quam Sulla ... dimicaret ... fuderant. 2, 84, 1 longe ante quam dimicaretur ... fuit (2, 87, 3). SEN. epist. 74, 33 infirmus animus multo ante quam opprimatur malis quatitur. 98, 7 *laesurum* multo ante quam accidat speculare. CVRT. 8, 2, 40. SVET. Vesp. 2 quinquennio ante quam Augustus excederet. SEV. MAIOR. Migne 20, 735 B ante non parum quam adimpleretur tempus. RVT. NAM. 1, 571 ante diu quam Troiugenas fortuna penates ... regibus insereres ... suscepit. AVG. civ. 2, 21 *rem publicam* Cicero longe ante quam Christus in carne venisset ... deplorat amissam *cf.* 2, 22. VELL. 1, 8, 1 ludos ... instituit ante annos quam tu ... consulatum inires DCCCXXIII (1, 13, 1. 2, 65, 2). 2, 30, 2 *Pompeius* ante diem quam consulatum iniret ... urbem invectus est *cf.* 2, 65, 2 pridie quam, *al.* COLVM. 5, 5, 1 *scrobes et sulci* ante annum fiant quam vinea conseratur (55, 2). ASCON. Pis. p. 1 B. oratio dicta est ... ante paucos dies quam Pompeius ... ludos faceret. 8 ante biennium ... [ante] quam restituerentur collegia Q. Metellus ... prohibuerat. tog. cand. 84 *coniuratio* ante annum quam haec dicerentur facta est *cf.* 85. 94. VVLG. I reg. 9, 15 revelaverat ... ante unam diem quam veniret Saul.

3 *coniuncta*: CATO agr. 50, 2 haec facito ante quam vineam fodere incipias (53. 113 *bis*). 117 ante quam nigra fiant contundantur. VARRO ling. 5, 86 *ex fetialibus* mittebantur ante quam conciperetur *bellum* qui res repeterent. rust. 1, 1, 1 annus octogesimus admonet me ut sarcinas conligam ante quam proficiscar e vita. 1, 23, 6. 1, 31, 4. 1, 57, 5 (iacias *corr.*, iactas *codd.*). 1, 40, 4. 1, 69, 1 ante quam se conmutent, ut celeriter promas. 2, 2, 15 faciunt ... ante quam ... exeant (2, 2, 16 exeunt). RHET. Her. 2, 46 ante quam ... argumentationes attulerit, augeat peccatum. CIC. agr. 2, 53 ante quam veniat in Pontum litteras ... mittet. leg. 2, 9 ante quam ... venias ... explana. Verr. 3, 17 ante quam proficisceretur quaerere ... coepit. 5, 147. div. 1, 55 *ludi* ante quam fierent ... servus ... ductus est. Cluent. 27 Phil. 8, 1. 14, 27. Verr. 2, 39 malum ... opprimit ante quam prospicere ... potueris. Sull. 44. Verr. 3, 171 hic ... ante quam ... pervenisset aliquotiens ... litteras ... miserat. Planc. 98 qui ante quam ... audire potuissent ... in Macedoniam perrexi. div. 1, 55. BELL. Afr. 50, 1 *convallis* erat transgredienda ... ante quam ad eum collem perveniretur. HOR. carm. 3, 27, 53 ante quam turpis macies decentis occupet malas ... speciosa quaero pascere tigris *cf. ib.* 9. LIV. 9, 2, 8 ante quam venias ... intrandae primae angustiae sunt. 10, 26, 7 ante quam consules ... pervenirent Senones Galli venerunt. 10, 43, 5 ante quam ... viderent armatos, satis animi habuerunt ..., postquam ... gerebatur res ... temptaverunt. 26, 31, 7. 27, 19, 1 Hasdrubal iam ante quam dimicaret pecunia rapta ... ad Pyrenaeum tendit. 37, 45, 10 iam ante quam legati venirent decretum erat, quid responderetur *cf.* 23, 28, 4. 37, 54, 15. VITR. 1, 6, 2 ante quam calescant, non habent ullum spiritum. 2, 9, 1 tempus quod erit ante quam flare incipiat favonius. 10, 16, 7 helepolis ... ante quam adpropinquaret ... consedit. SEN. contr. 1 pr. 21 ante quam ... inciperet ... proponebat. 2, 3, 19 ante quam ferias, patrem respice (2, 4, 10). VAL. MAX. 5, 5 pr. in eodem domicilio (*utero matris*) ante quam nascerer habitavi. CELS. 1, 8 p. 24 ante quam requiescant duos ... cyathos ... bibant. 2, 6 p. 37 ante quam ... maturescat ... rapit. 2, 7 p. 42 ante quam suppuraret ... subsedit. 3, 4 p. 82 dandus est ... ante quam ex toto integer fiat. 6, 6, 34 p. 237 SEN. nat. 7, 11, 1 COLVM. 11, 2, 70 PLIN. nat. 18, 260. 36, 109 QVINT. inst. 1, 12, 19. 2, 1, 3. SEN. Ag. 898 colla taurorum popa designat oculis ante quam ferro petat *cf.* Herc. f. 210. Herc. O. 1148 ante quam ... fiat conde. dial. 3, 11, 4 ante quam legio visatur, caedunt (4, 15, 1. 4, 29, 3 *al.*). 4, 3, 3 ante quam ... arietarent, cor exiluit (apocol. 10 dial. 6, 19, 5 *al.*). nat. 2, 26, 5 quas spiritus ante quam urerentur expulerat. 6, 28, 1 aves ... si in illum *vaporem* inciderunt ante quam caelo meliore leniatur. CVRT. 5, 4, 28 ante quam ... experirentur ... avertit (5, 6, 13 *al.*). 8, 7, 11 omnia tolerare potuimus ante quam nos barbaris dederes. 9, 8, 12. COLVM. 4, 3, 2 vineas ante quam pubescant variis ex causis destituunt. 4, 8, 3 ante quam vitem adobruas ... superfundes (5, 9, 9 *al.*). 5, 10, 12 ante quam nucem deponas ... macerato (*ib.* 16). 7, 7, 12 conveniet ... gregem reparare. nec tamen ante quam ... vertatur. SCRIB. LARG. 81 *medicamentum* ad duritias mammarum mirifice facit ante quam suppurent (228). 45 discutit ... parotidas ante quam suppuraverint. MELA 1, 66 Sidon ante quam a Persis caperetur maritimarum urbium maxima. 3, 26. PETRON. 111 si ante quam fata poscant ... spiritum effuderis. 107 voluerunt ... ante quam conscenderent exonerare capita. PLIN. nat. 7, 6 quis ... Aethiopas ante quam cerneret credidit. 15, 84 folia ante quam decidant rubescunt (16, 84 *al.*). 18, 8 ne degustabant quidem ... vina ante quam sacerdotes primitias libassent. MART. 2, 44, 12 *est negare* quanto durius ante quam rogeris. QVINT. inst. 6, 2, 29 adficiamur ante quam adficere conemur. 2, 17, 9 vulnus deligavit aliquis ante quam haec ars esset. 1, 2, 8 discunt haec ... ante quam sciant vitia esse. FRONTIN. aq. 66 erogā⟨ba⟩ntur ante quam ad piscinam *aqua* veniret quinariae ducentae (67. 104 strat. 1, 1, 9 *al.*). TAC. dial. 5 ante quam me ... recuset faciam quod ... solent. hist. 1, 7 Capitonem ... interfecerant ante quam iuberentur (1, 74. 2, 6). PLIN. epist. 1, 16, 7 eundem ante quam scribam, eundem cum scripsi ... lego. SVET. Iul. 18. GAIVS inst. 2, 35 si ... ante aditionem cedat, id est ante quam heres extiterit. 3, 212 si servus ... ante quam ... hereditatem cerneret occisus fuerit. 4, 15 ante quam ... causam orarent solebant exponere. APVL. met. 2, 25 quin abis ... ante quam nostri vim ... experiaris. TERT. idol. 11 ante quam idola ... essent ... idololatria transigebatur. testim. 5 retro non fuerunt ante quam litterae ... germinassent. COMM. apol. 381 quales eos dicam ante quam dispersi fuissent quos nec exulatus fregit. SOL. *passim*. ARNOB. nat. 6, 9 ante quam hi sentiant ... simulacris litatis prius. SILVIA 2, 7 ante quam perveniremus ... iam cognoveram. *cf.* 19, 6. 25, 6. AMM. 17, 12, 20 nec discedere quisquam permissus est ante quam remearent ... captivi *cf.* 14, 6, 23. 19, 9, 5 *al. nota tempus*: 30, 7, 10 Valentinum ... molientem otium turbare commune ante quam negotium effervescat oppressit. AVG. civ. 1, 18 p. 30. 1, 36 p. 52, *passim*. SVLP. SEV. dial. 1, 2, 3 quales eos ante quam proficiscerer cognoveramus.

III quam (*interdum et* ante) *sine verbo finito*: CIC. Quinct. 54 quam multa sint quae respondeatis ante fieri oportere quam ad hanc rationem ... devenire. div. 2, 68 censes ante coronam ... extitisse quam conceptum esse semen. epist. 9, 15, 4. HOR. sat. 1, 2, 105 an tibi mavis ... pretium ... avellier ante quam mercem ostendi. *comparatis non plenis enuntiatis, sed partibus*: CIC. Tusc. 1, 13 si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus ante quam nati (fin. 1, 49 nat. 1, 68). Phil. 1, 25 *leges* latae sunt ante quam scriptae. LIV. 21, 14, 4 nullum ante finem ... quam morientes fecerunt. 3, 51, 13 non ante quam perlatis legibus (24, 18, 12). SVET. Iul. 58. VARRO ling. 8, 13 de eorum declinatione quam de verborum ante dicam. rust. 1, 26, 1 ne ante aeditumus veniat huc quam hic ad quartum actum. 1, 39, 2 alia ... metuntur ante aut post quam alia. CIC. Q. Rosc. 22 ante quam locuples semper liberalissimus ... fuit. Verr. 5, 64 multi illud ante praeciperent oculis quam populus Romanus. 6, 97 agr. 2, 79. Cael. 14 facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicione deprehendi (26 Milo 11 *al.*). nat. deor. 3, 5 ante quam de re, pauca de me. LVCR. 5, 1350 nexilis ante fuit vestis quam textile tegmen. Ov. am. 1, 4, 13 ante veni quam vir. epist. 15, 37 ante tuos animo vidi quam lumine vultus. met. 10, 66. LIV. 3, 19, 7 Tusculi ante quam Romae *sumpta arma*. 9, 17, 12 insignes ante milites quam duces *cf.* 37, 53, 21. VAL. MAX. 3, 4, 5 SEN. nat. 4 pr. 5 PLIN. nat. 5, 53. 7, 97 TERT. nat. 2, 12 HIER. epist. 22, 13. 48, 21. 125, 8 *al.* LIV. 28, 41, 9 pax ante in Italia quam bellum in Africa sit, et nobis prius decedat timor quam ultro aliis inferatur. 36, 19, 9 qui non ante quam Elatiae constiterit (SEN. nat. 3, 26, 5). 41, 13, 5. 45, 34, 3. SEN. contr. 1, 4, 3 ante patriae quam patri negavit manus. 7, 5, 6 occidere ... patrem ante quam novercam. VELL. 2, 104, 3 ante meritis ... quam nomine Caesarem. CELS. 4, 2 p. 124 postea semper, ante quam quicquam aliud, aquam bibere. SEN. dial. 12, 4, 3 lacrimae ... deerunt ante quam causa. CVRT. 7, 4, 14 ante ille agmen quam tu mensam istam movebis. LVCAN. 8, 351 clades ... Parthia vindicet ante ... quam Roma suas *cf.* 10, 278. PLIN. nat. 10, 65 coturnices ante etiam semper adveniunt quam grues. 18, 241 lex certa in eo, cum quattuor fibrarum esse coeperit, faba vero non ante quam trium foliorum. QVINT. inst. 1, 2, 7 ante palatum eorum quam os instituimus. *sim. saepius*. decl. 373 p. 412 ante quam parricidium inertiam obicio. 324 p. 276 *al.* TAC. ann. 2, 71 spiritum ante quam ultionem amissuros. hist. 4, 25 *al.* CORP. XIII 2073 sibi ante ... quam parentibus. PAPIN. dig. 43, 16, 18 pr. neque ante omissam possessionem videri quam si tradita fuisset emptori. VLP. dig. 46, 4, 13, 9 fideiussorem non ante liberatum esse credimus quam cum fuerit creditum reo. *addito discrimine temporis*: CIC. rep. 2, 19 permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum. epist. 4, 4, 3 paulo ante quam tu cognovimus. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 4 hora ante praesidium meum Pollentiam venit quam Trebellius. CVRT. 7, 1, 5 qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere. *singulariter de loco*: NEP. Paus. 5, 2 paucis ante gradibus quam qui ... sequebantur in aedem ... confugit.

inversio (quam ... ante): VARRO ling. 8, 13 (*v. l. 44*) LVCR. 3, 973. 4, 884 (*v. 154, 76. 78*) PROP. 2, 25, 25 (*v. 159, 4*) LYGD. 3, 13, 8 MART. 9, 35, 6

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*v. 155, 22*). *pleonasmi*: ante: VARRO rust. 2, 8, 1 vos ante ire non patiar ante quam mihi reddideritis tertium actum. PAVL. dig. 49, 14, 13, 4 licet ante decessisset ... ante quam id quod detulerat fisco addiceretur. prius: VERG. Aen. 4, 27 (*v. 154, 82*). PROP. 2, 25, 25 prius infecto deposcit praemia cursu, septima quam metam triverit ante rota. ARNOB. nat. 6, 9 (*v. 158, 27*). MACR. somn. 1, 3, 1 ante quam ... tractemus, prius edisseramus. AVG. civ. 20, 7 antea seductas tenebat, ante quam essent ecclesia. CORIPP. Ioh. 3, 292 ante magis (*i. prius?*) cecidit quam praedam tolleret hostis. *de temporibus et modis v. Hand, Tursell. I 396. H. S. Anton, Beobachtungen üb. d. Konstr. d. lat. Zeitpartikeln* ante quam *und* prius quam. *Erfurt 1871. cf. 156, 46.*

synonyma, opposita (*cf. pleonasmi*): prius (CIC. Cael. 14 CAT. 64, 188 LVCR. 4, 836 LIV. 28, 41, 9 HIER. epist. 125, 8 *al.*), primum (VARRO rust. 2, 11, 6). priusquam (SALL. Iug. 97, 4 PLIN. nat. 18, 14). cum *coniunctio* (VARRO rust. 2, 2, 16 ap. Non. 546 SEN. epist. 54, 5 PLIN. nat. 18, 260 *et* 298 PLIN. epist. 1, 16, 7), dum (NOV. com. 18 PLIN. paneg. 64), iam (CIC. Brut. 49), postquam (CIC. de or. 3, 203 Tusc. 3, 1 LIV. 10, 43, 5 SEN. epist. 13, 1 QVINT. inst. 9, 1, 30 PLIN. paneg. 95 SILVIA 2, 7), serius quam (SEN. exc. contr. 6, 6). *cf.* antea quam. *Hey.*

Antequia *opp. Hispaniae Tarraconensis, Ptolemaeo Ἀντεκούια.* RAVENN. p. 318. *Otto.*

anterapit praeripit GLOSS. IV 309, 26. *Klotz.*

Anterastilis, *Ἀντεραστιλίς, nom. meretricium.* PLAVT. Poen. 203. 895. 1299. *Otto.*

anterior, -ius. PRISC. gramm. II 85, 12 *comparativi* ab adverbiis sive praepositionibus, ut ... ante, anterior (GRAMM. suppl. 79, 17). 99, 15 ab eo autem, quod est ante anterior, superlativum [in usu] non inveni. GLOSS. *προγενέστερος*, prior. *legitur uno loco apud Celsum, saepius inde a Tertulliano.*

1 *de loco*: CELS. 8, 9, 2 quo fit ut homo in anteriorem partem nitatur. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 215 anterioribus ... posterioribus partibus pectoris. HIL. psalm. inscr. 3 anteriorem (*psalmum*) postponi et posteriorem anteferri. SCHOL. Germ. p. 132, 19 *leo habet* in anteriore pede stellam splendidam, *et sic passim.* AMM. 16, 8, 8 anteriorem chlamydis partem. 25, 3, 2 ad speculanda anteriora progresso (*i. quae in prima acie aguntur*). 30, 5, 19 pedes *equi.* AVG. serm. 380, 5 videt anteriorem, quem respiciebat posteriorem. MACR. sat. 7, 10, 2 pars anterior capitis humidior occipitio est. HIER. epist. Ephes. 1, 13 anteriorem propositionem reliquisse pendentem. PAVL. PELL. 484 anteriore loco exposuisse. **2** *de tempore*: MARCIAN. dig. 20, 4, 12, 5 ex anteriore credito. VLP. dig. 49, 14, 6 pr. anterioribus temporibus, *nisi a Triboniano interpolatum est. cf. Kalb, Juristenlatein 68.* COD. Theod. 12, 1, 78 reddi anterioribus officiis. COD. Iust. *cf. Grupe, dissert. Argent. IX 65.* TERT. adv. Marc. 1, 9 res anterior posteriori normam praeministravit. adv. Iud. 1 gens Iudaeorum anterior tempore. IREN. 2, 13, 10 esse hominem anteriorem Verbo. HIL. psalm. 2, 3 anteriore interpretationis aetate. trin. 1, 13 constitutionem decreti anterioris. 1, 4 in aeternitate posterius anteriusve congrueret. AMBR. serm. 27, 1 haec me anteriore dominica praedicasse. HIER. epist. 148, 32 posteriora obliviscens, ad anteriora me extendens (epist. Philipp. 3, 13 *τοῖς ἔμπροσθεν*; VVLG. priora). AVG. reg. ad serv. dei 5 consuetudo. SVLP. chron. 1, 52, 3 vasa anteriorum regum. OROS. 3, 13, 11 bellis. CASSIAN. conl. 4, 20, 1 vitia. SIDON. epist. 8, 1, 2 anterior orator ... citerior.

3 *technice*: BOET. arithm. 2, 21 *numeri* quos promeces vocant id est anteriore parte longiores. *adv.* **anterius** *de tempore semper.* IREN. 1, 4, 1. FAVSTIN. trin. 6, 2 ut sit anterius illud quod genita (*sic*) est. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 203. SIDON. epist. 2, 9, 3 contentio, quaenam ... anterius ... culina fumaret. 2, 13, 4. 4, 24, 3 occurrit mihi ... quem noveram anterius corpore erectum ..., multum ab antiquo dissimilis incessu. 9, 11, 3. carm. 15, 81 lunaeque laborem nuntiet anterius. LEO M. brev. ad Arian. (Migne 13, 656 B) quaestio de patre anterius nominato. *Wölfflin.*

anteris, -idis *f.*, *ἀντηρίς, ἀντέρεισμα.* VITR. 6, 8, 6 ut huic vitio medeatur, sic erit faciendum, ut primum pro amplitudine congestionis crassitudo structurae constituatur, deinde in frontibus anterides, sive erismae sunt, una struantur. 10, 11, 9 anteridon longitudo foraminum †eius. *aliud verbum videtur* PLAC. med. 16, 16 si quis anteridem (*sic cod. Casinensis*, cantharidem *vulgo*) biberit, *fortasse* antheridem *intellegendum.* [*Klotz.*

anteritās antiquitas. GLOSS. VIRG. epist. 7 p. 175, 25 anteritate.

Anterōs, -ōtis *vel* -ōnis, *Ἀντέρως, -ωτος.* **1** *deus*: CIC. nat. 3, 59 ex Venere et Marte natus Anteros. 60 *Cupido* tertius qui idem est Anteros. **2** *nom. serv. et cogn. lib.*: CIC. Att. 11, 1, 1 Anteros. *idem videtur esse atque* epist. 16, 21, 8 Anterum. *v. i.* SCRIB. LARG. 162 Tiberii libertus supra hereditates. CORP. I 1537 (*a. u. c. 698*). X 924 (*Pompeis, a. u. c. 747*) Anteros Stai Rufi. 824 (*ibidem, a. p. Chr. 3*) Anteros Lacutulani. VI 21644 L. Lucretius L. l. Anteros. XV 810—813 (*a. 123*). XIV 3040. V 2539 (*Ateste*) Anterotis fullonis. 2916 (*Patavii*) Ti. Castorio Ti. l. An⟨t⟩eroti. 3406 C. Iulio Anteroti. *al.* IX. X. XI. XII. VIII 12641. 12684. II *saepe.* III 2003 (*Salonis*) Antis(tia) Anterotis. 1843. 7385 *al.* CORP. X 5699 M. Metili M. ⟨l.⟩ Anteronis (6362). VI 23429 Anteroni. *eadem forma*: IX 682. XI 3166. XII 4286 (*litteris saec. I in.*) C. Pompei C. l. Anteroni. III 1843 (*in Dalmatia*). CORP. II 4970, 27 Anteros *et* Antheros, *si recte descriptum. cf. tamen* Antherus. XII 5686, 49 *in vasculo* Ateros *videtur esse* A(n)teros. **Anterus,** -ī *latine declinatum*: CIC. epist. 16, 21, 8 Anterum. CORP. III 12012, 2 ad 6008, 2 *in lucerna* ANTERVC · OPTATVS 2, 3 *episcopi Romani successerunt* Pontiano Anterus, Antero Fabianus (AVG. epist. 53, 2). *NB in Italia meridionali, Hispania, Gallia Narbonensi hoc nomen in primis floruit.* **3** *gemma*: PLIN. nat. ind. 37, 40 *genus amethysti quartum* Aphrodites blepharon sive anteros sive paederos. nat. 37, 1, 23 paederotas ... anterotas ... Veneris genam. **Anterotiānus,** -ī *cogn. vir.*: CORP. VI 12652 Atimetus Pamphili Ti. Caesaris Aug. l. l. Anterotiánus. XIV 390 *et* 391 (*Ostiae*) P. Nonio P. f. Pal. Livio Anterotiano equo publ. exornato ab imp. M. Aurelio Antonino Aug. ... salio Laurent(ium) Lavinat(ium). *Diehl.*

antēs, -ium *m.* [*fortasse cf. c. hibern.* ētan, *theodisc.* endi '*frons*', *got.* andeis, *ind.* ántaḥ '*finis*' *et c.* ante, antiae. *Th.*] GLOSS. II 387, 36 singulare non habet. *equitum ordines*: GLOSS. II 21, 11 antium: *τάξεων.* GRAMM. I 548 masculina semper pluralia. hi antes ... *λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἱππικῶν τάξεων.* CATO (Philarg. Verg. georg. 2, 417) pedites quattuor agminibus, equites duobus antibus ducas. GLOSS. *στίχοι ἀμπέλων, ὄρχατος, ὄρχοι, ἀμπελών*, extremi ordines vinearum. PAVL. FEST. 16 antes sunt extremi ordines vineae. unde etiam nomen trahunt antae, quae sunt latera ostiorum. GRAMM. I 548 hi antes *ὄρχατοι, οἱ στοῖχοι τῶν ἀμπέλων.* VERG. georg. 2, 417 iam canit effectos extremus vinitor antes (SERV. antes alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerias, quibus vina cluduntur). SIDON. epist. 8, 8, 1 quousque pondus ligonis obtusi nec perfossis antibus ponis. *florum antes* COLVM. 10, 376 humidaque andrachle sitientis protegit antes. NON. 30 antes sunt quadraturae: unde et antae dictae sunt quadrae columnae. GLOSS. V 649, 8 quadraturae. *Klotz.*

Antēs, -ium. *Scytharum gens*: IORD. Get. 35 qua Ponticum mare curvatur, a Danastro extenduntur usque ad Danaprum. 34 Sclaveni et Antes. 119 Venethi Antes Sclaveni. Rom. 388 Bulgarum Antium et Sclavinorum. IORD. Get. 247 *gen. plur.* Antorum. **Anticus,** -ī *Iustiniani cognomen ab Antibus devictis*: COD. Iust. const. Cordi, inscr. IVST. inst. praef. inscr. *Diehl.*

antescholānus GLOSS. III 198, 24 pro[sto]scholus (*an πρωτόσχολος? cf.* III 277, 32).

antescholārius *scholae profanae aut sacrae minister.* PETRON. 81 ne Menelaus etiam antescholarius inter cetera mala solum me in deversorio inveniret. CORP. VI 14672, 9 pontificibus aut ante scolaris virginum HS L m(ilia) n(ummum) inferre.

antesīgnānus, -ī *m. t. t. milit.* GLOSS. propugnator signorum (*cf.* PRISC. gramm. III 497), ante signa pugnantes. *Domaszewski, PW. I 2355.* **I** ***proprie*: 1** *i. q. principes*: VARRO Men. 21 quem secuntur cum rutundis velites leves parmis, antesignani quadratis multisignibus tecti. LIV. 2, 20, 10 provolant *equites* in primum et pro antesignanis parmas obiciunt. 4, 47, 2 cum dictator equitatu inmisso antesignanos hostium turbasset. 4, 37, 11 signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. 6, 8, 3. 7, 16, 6. 7, 33, 9 revectus ad antesignanos legionum *dux.* 8, 39, 4. 9, 39, 7. 10, 28, 10 multique impetu equorum ... obtriti antesignani. 22, 5, 7 exorta pugna est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani, post signa alia pugnaret acies. 23, 29, 3 velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta. 24, 16, 2 primo antesignani Poenorum, dein signa perturbata, postremo tota impulsa acies. 27, 48, 10. 30, 33, 3. 30, 33, 16 nec pila ab antesignanis cessabant. 38, 22, 9 in eos ... legionum antesignani pila coniecerunt. 38, 33, 5 exercitus *Achaeorum* totius prope antesignani exules erant. CVRT. 4, 6, 23 ducebat ipse rex antesignanos. FRONTIN. strat. 2, 3, 17 Sulla postsignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut ... palos defigerent, intraque eos antesignanorum aciem recepit. AMM. 31, 10, 13 versari inter antesignanos visebatur acriter princeps. **2** *apud* CAES. *levioris armaturae pedites legioni unicuique attributi vocantur* antesignani, *de quibus cf. Schambach, die Reiterei bei Caesar. progr. 1881. p. 28 sq.*: civ. 1, 43, 3 unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iussit. 3, 75, 5 huic (*equitatui*) suos Caesar equites opposuit expeditosque antesignanos admiscuit CCCC. 1, 57, 1 electos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones Caesar ei classi attribuerat. 1, 44, 5. 3, 84, 3 adulescentes atque expeditos ex antesignanis electos ... inter equites proeliari iuberet. VEG. mil. 2, 16 omnes antesignani vel signiferi, quamvis pedites, loricas minores accipiebant et galeas ad terrorem hostium ursinis pellibus tectas. 2, 2 legio autem propriis cohortibus plena cum gravem armaturam, hoc est principes hastatos triarios antesignanos, item levem armaturam ... teneat. *cf.* CIC. Phil. 5, 12 antesignanos et manipularis et Alaudas iudices se constituisse dicebat. CORP. VI 3561 P. Aelius Macer antesignanor(um) (antesignator *Gruter*) trib(unus). *fortasse huc pertinent copiae primo agmini adiunctae ap.* LIV. 27, 18, 2 in eas (*copias*) velites antesignani et qui primi agminis erant advenientis ex itinere ... impetum fecerunt. *primum agmen ipsum* AMM. 25, 3, 3 qui etiam antesignanos, unde discesserat, paria perpeti nuntiabat. *duces viae* 27, 10, 12 isdemque antesignanis per hirta ... in editas sublimitates erepsit. **II** ***translate*:** CIC. Phil. 2, 71 fueras in acie Pharsalica antesignanus. LIV. 35, 4 Aetolos ... antesignanos ad asper-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rima quaeque belli paratos. ASCON. Mil. p. 33 B. fuit antesignanus servorum eius M. Saufeius. APVL. met. 4,11 antesignani nostri partem ... ictu ... prorsus abscidimus. IVST. 24, 8, 7 ne cunctarentur diis antesignanis hostem caedere. AMM. 15,7,4 seditiosorum antesignanus. 16, 12, 18. 19, 6, 12 fortium factorum antesignanis. 26, 8, 5 turmarum antesignanus umbratilis. MERCAT. Nest. adv. Pel. pr. 1 huius haeresis signiferum et antesignanum. SIDON. epist. 6, 1, 3 hastatorum antesignanorumque paulisper contubernio sequestratus *papa*. 8, 11, 12 qui fuerat ipsius factionis fomes incentor antesignanus.

[**antesinister.**] SCHOL. Dan. Verg. ecl. 9, 15 'antesinistra' indivise legendum (*falso*).

antestātor GLOSS. II 309, 31 *ἐπιμαρτυρητής*. II 567, 6 primus testium (*male*).

antesto *v.* antisto.

antestor, -ātus sum, -ārī. [*aut ab* ante *et* testari *aut ab* an- *et* testis *derivatum. Th.*] GLOSS. *ἐπιμαρτύρομαι, προμαρτύρομαι*. antestatus testatus. testis est primus in testamento iuris. *Leist, PW. I 2357*. LEX XII tab. Porph. Hor. sat. **1, 9, 76** si in ius vocat, ni it antestamino igitur em capito. PLAVT. Curc. 621 ambula in ius. :: non eo. :: licet [te] antestari? :: non licet. Persa 747. Poen. 1229 ite in ius, ne moramini. antestare me atque duce. :: ego te antestabor. CIC. Mil. 68 te, Magne, tamen antestaretur, quod nunc etiam facit. HOR. sat. 1, 9, 75 magna inclamat voce et 'licet antestari?' ego vero oppono auriculam. PLIN. nat. 11, 251 est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur (atte- *codd.*). AVSON. 92, 5 antestare (attestare *codd.*) deos. CORP. VI 10239, 22 antestatus est T. Flavium. 10241, 16. IV suppl. 1 apocha 55, 10 *et* 49. antestor *passive*: PRISC. gramm. II 382 Aelius (*sic Hertz*: melius *codd.*: Laelius *Meyer*) 'inpubes libripens esse non potest neque antestari'. CORP. II 5042, 3 Midam ... mancipio accepit ab L. Baianio libripend⟨e⟩, antest(ato) ad fines ⟨f⟩undo. VI 10247, 12 antes[tes]tato Cornelio Victore.

antetemporāneus, -a, -um. CLAVDIAN. MAM. anim. 2, 12 qua ... auctoritate verum illud unum antetemporaneum caelum credere sinimur. *Klotz.*

Anteuplus, -ī, *cogn. vir.* CORP. XV 4056 *in titulo picto amphorae montis Testacei*: Caecili Anteupli *legendum videtur*. *Diehl.*

anteurbānus, -a, -um. PAVL. FEST. 8 anteurbana praedia urbi propinqua. SYMM. epist. 3, 50 ego me in secessu anteurbano adserui lectioni.

antevādo. GLOSS. V 47, 24 sic et antevadit quasi antecedit. *Klotz.*

antevenio, -vēnī, -ventum, -venīre *v.* venio. GLOSS. *προφθάνει*, praevenit. GRAMM. suppl. 282, 5.

I *proprie*: A *praevenire*. *absolute*: PLAVT. Mil. 221 anteveni aliqua aut ... circumduce exercitum. Most. 1061 praeoccupabo atque anteveniam. VERG. georg. 3, 70 semper ... refice ac ... anteveni. LIV. 42, 66, 4 consul anteveniens extemplo proelium conseruit. MART. CAP. 1, 25 ita libratus antevenit ut .... *c. dat.*: PLAVT. Trin. 911 temperi huic hodie anteveni. *c. acc.*: SALL. Iug. 48, 2 exercitum Metelli antevenit. 56, 2 Metellum antevenit. 88, 2 consilia et insidias eorum antevenire. TAC. ann. 1, 63 onustum sarcinis ... militem cum antevenisset. SPART. Hadr. 2, 6 Serviani beneficiarium antevenit. CAPITOL. Ver. 10, 5 anteventum (*sic Salmasius; codd.* ante adventum) Lucium Faustina, ne praeveniret. AVIEN. Arat. 677 pericula ponti anteveni. SYMM. epist. 4, 55 cum ... anteveneris ... nuntiorum celeritatem. 5, 82 (80) votum fratris antevenis. AMM. 21, 7, 7 ut futuros possit antevenire conatus. CLAVD. 22, 152 antevenis tempus. AVG. in ev. Ioann. 25, 3 regem eum volebant facere, id est, antevenire. **B** *antecedere*: SERM. Arian. Migne 13, 626 si aliquid ... est, quod antevenit aeternitatem. MART. CAP. 1, 73 purpureae rutilantis ... fulgor *solem* antevenit. 3, 241 *l littera* leniter sonat cum vocales antevenit. **II *translate*:** *superare, antecellere. c. dat.*: PLAVT. Cas. 217 omnibus rebus ego amorem credo et nitoribus nitidis antevenire. Pseud. 417 nemo anteveniat filio (antecedat *P*). *c. acc.*: SALL. Iug. 4, 7 qui ... soliti erant nobilitatem antevenire. 96, 3 neque ... priorem alium pati, plerosque antevenire. FRONTO p. 254, 5 N. te multo ... Atticos antevenisse. MERCAT. app. 19 qui omnes omnino homines vitae merito antevenerit. AVELL. p. 139, 7 devotione qua cunctos antevenit sacerdotes. SIDON. epist. 1, 9, 1 illud ... in eodem studiorum ... culmen antevenit. 4, 22, 2 genere narrandi iure Cornelium antevenis. *absolute*: TAC. ann. 4, 18 ubi multum *beneficia* antevenere, pro gratia odium redditur.

anteventulus, -a, -um. APVL. met. 9, 30 comae ... pleramque eius anteventulae contegebant faciem. flor. p. 14 Oud. crines ... anteventuli et propenduli.

anteversio, -ōnis *f. v.* anteverto *sub I*. AMM. 21, 5, 13 quid in rebus tumultuosis anteversio et praegressus.

anteverto *et* antevertor *v.* verto (-vort- PLAVT. TER. CIC. Lael. 16 APVL. MART. CAP.).

proprie: *praevenire. c. dat.*: PLAVT. Capt. 840 maerores mi antevortunt gaudiis. TER. Eun. 738 miror ubi ego huic antevorterim (ARVS. gramm. VII 456, 27 anteverterim. GLOSS. V 531, 25 antevorterim antecesserim). *absolute*: CIC. Mil. 45 vidit necesse esse ... proficisci Lanuvium illo ipso quo est profectus die: itaque antevertit. nat. deor. 2, 53 neque *stella Mercurii* a sole umquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Lael. 16 id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius antevortit. CHAR. gramm. I 191, 14 nisi coniunctum verbo velut quaedam in tenebris lux clarior et facies antevertat (*?*). *c. acc.*: APVL. met. 2, 20 cantatrices anus in ipso momento choragii funeris praepeti celeritate alienam sepulturam antevortunt. apol. 84 quod vos festinatio iudicii antevortit. SOL. 53, 12 add. lucis ortum vigilia antevertunt. ZENO Migne 11, 312 sol ... numquam antevertit auroram. AVSON. 300, 30 pronuntiare suas solent *sapientes* sententias, quas si quisquam (si *om. P*, quisque iam *Peiper*) prudentium anteverterit (*i. anticipaverit*), scitis profecto, quae sint. SYMM. epist. 1, 105 vides, quo praeiudicio antevertam ... examinis tui severitatem. 4, 20, 1 statueram scriptis antevertere officium tuum. 54, 3 quod ... pio metu antevertis necessitatem. MART. CAP. 2, 124 *versibus*: quid vapor edat aris ... vocibus auguratis intrepidis nec dubitans fatibus antevortis. MAX. TAVR. 45 susceptio matutina solis ortum semper antevertit. *praeveniendo ad irritum redigere*: APVL. met. 1, 10 quod consilium virtutibus cantionum antevortit. COD. Iust. 6, 22, 2 futurae poenae metu voluntaria morte supplicium antevertit. *praeferre*: PLAVT. Bacch. 526 rebus aliis antevortar ... Mnesilochum ut requiram. CAES. Gall. 7, 7, 3 Caesar omnibus consiliis antevertendum existimavit, ut Narbonem proficisceretur. PANEG. 12, 9 quod ego tuum otium aliorum negotiis anteverto. PAVL. NOL. carm. 24, 723 antevertet gaudiis letalibus poenas salutares pati. epist. 5, 6 caelestem patrem anteverteras terreno patri. 23, 2 prioribus ... officiis alios anteverteras. *praecedere, antecedere*: APVL. Socr. 113 ut ... pars ista posterior prae illa graeca, quae antevertit, nec argumentis sit effetior nec .... *translate*: *antecellere, superare*: SOL. 5, 17 Acidem quamvis dimissum Aetna nullus *amnis* frigore antevertit. *Bannier.*

antevideo. PRVD. apoth. 804 *anima* imperat, antevidet, perpendit, praecavet, infit. *cf. sub* ante *p. 129, 22*.

antevīndēmiātor, -ōris *m.*, *προτρυγητής*. SCHOL. Germ. Strozz. p. 208 XI kal. Septembr. Caesari ⟨et⟩ Assyriae stella, quae antevindemiator (vindemitor PLIN. nat. 18, 309 *unde* SCHOL. *hausit*) appellatur.

antevio, -āre. VEN. FORT. carm. 4, 26, 94 anteviando suos hinc Petrus, hinc Stephanus.

antevolo, -āre. GLOSS. II 418, 7 *προΐπταμαι. antecurro, praevenio; nonnumquam dubium an nondum coaluerit verbum*: VERG. Aen. 9, 47 ut ante volans tardum praecesserat agmen. 12, 455 ante volant sonitumque ferunt ad litora venti. STAT. Theb. 3, 427 *Fama* ante volat currum. SIL. 12, 600 Fulvius antevolans agmen ... inquit. 17, 452 impedit antevolans Herium. AMM. 15, 5, 24 nos properantes aeria quaedam antevolans prodiderat fama. CLAVD. carm. min. 27, 21 antevolant Zephyros pinnae quas caerulus ambit flore color. PAVL. NOL. carm. 15, 192 se ... ipsum ... liber spiritus antevolat summi in penetralia Christi. 20, 426 *vitula* lenti moliminis agmen respicit antevolans. epist. 29, 11 antevolans ad iudicem. AVG. praed. 2, 5 credendi voluntatem quaedam cogitationes antevolent. MART. CAP. 1, 92 qui (*Mercurius*) Phoebi antevolans saepe iugalibus in sortem famuli nonne relabitur? 2, 148 Cupido corporeae voluptatis illex licet eam semper antevolet. CORIPP. Ioh. 6, 400 virtusque fidesque antevolans gentes pariter conterruit omnes. *ante oculos versari*: CAEL. AVR. acut. 1, 3, 36 detrahere ... quod aut inhaesisse oculis aut antevolare aegrotanti videatur. *Klotz.*

anthalium, -ī *n. herba.* [*a vocabulo graeco non tradito tractum esse videtur. Th.*] PLIN. nat. 21, 88. 21, 175 anthalii quod Aegypti edunt, nullum alium reperi usum. *Lehnert.*

Anthās, -ae, *Ἄνθας. nomen servorum.* CORP. VI 19831 C. Iuli Anthae. 2207 M. Vlpius Antas. VIII 9430 (*Mauret. Caes.*) Saburrio Antae vitriari et Paulas f(ilius). IX 6100 (*Brundisii*) Antas Antipatri Tyri filius *videtur esse Ἀντᾶς*. *Otto.*

Anthea *v.* Anthus.

Anthēdo, -onis, *Ἀνθηδών*. *cf.* anthedon, *planta infra memorata* PLIN. nat. 15, 84. **1** *Boeotiae oppidum ad sinum Euboicum prope Locrida*: OV. met. 7, 232 *et* 13, 905 Euboicā ... Anthedone. LIV. 23, 28, 14 Anthedonem. MELA 2, 45 PLIN. nat. 4, 25 (Boeotiae). STAT. silv. 3, 2, 38 Anthedona. Theb. 7, 335 Anthedon, ubi gramineo de litore Glaucus poscentes inrupit aquas (*v.* Schol. *ubi* Antheidone *in textu*). RAVENN. 4, 10 p. 198. 5, 13 p. 377 (*inter civitates Elladis*) Antheton; *quae quidem ad sinum Corinthium adiacuisse videtur*. **2** *Iudaeae oppidum ad mare situm, nunc* Teda: PLIN. nat. 5, 68. HIER. chron. a. Abrah. 2006 Herodes Antidonam condidit et Antipatridam. *Ἀνθηδόνα ἐπέκτισεν Ἀγριππίναν μετονομάσας. al.*: Agrippias, Agrippeia. ITIN. Hieros. Theodos. 3 Antedona. **3** *nom. vir.*: *Glauci pater*: FVLG. myth. 2, 11 Glaucus Antedonis filius. glaucus *interpretatur* luscitius, Antedon ... grece quasi antiidon, quod nos latine contrarium videns dicimus. *cf. PW. s. v.* Glaucus. **4** *nom. mul.*: CORP. VI 12035 Antonia Auli l. Anthedo. XI 900 (*Mutinae*) Nonia Sex. l. Anthedo. *adi.* **Anthēdonius,** -a, -um, *Ἀνθηδόνιος*. STAT. Theb. 9, 328 Anthedonii ... hospitis (*Glauci*). *cf.* AVSON. Mos. 276. STAT. Theb. 9, 291 Thebaeumque Lichan Anthedoniumque Lycetum. **Anthedonium** *nom. mul.* CORP. X 4423 (*Capuae*) Anthedonium Volusia fecit Crest(e)ni sorori suae. *Diehl.*

anthedōn, -onis *f.*, *ἀνθηδών, frutex*. PLIN. nat. 15, 84 mespilis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tria genera anthedon, setania; tertium degenerat, anthedoni tamen similius, quod Gallicum vocant. *Lehnert.*

Anthedus, *Ἄνθηδος?* PLIN. nat. 4, 18 *in sinu Saronico* Epidaurum oppidum, ... Spiracum promunturium, portus Anthedus et Bucephalus et ... Cenchreae. **Anthēdius,** -ī. SIDON. epist. 8, 11, 2 Anthedium (carm. 22 praef. 2). carm. 9, 312 Anthedion *acc.* *Diehl.*

Anthemio, Anthemis, Anthemus *sim. v.* Anthus.

anthemis, -idis *f.*, *ἀνθεμίς, herba.* PLIN. nat. 21, 99. 21, 103. 22, 53. 26, 87. PS. APVL. herb. 61. DIOSCOR. 3, 149 antemis aut leucantemon aut erantemon quae in verno florescit aut camemelon quia et odoris similis est male matiane aut melantemon aut crisocollean aut camean vocant. ORIBAS. eup. 2, 23 anthemis, quae et camimela dicitur quam Romani benevolentiam (*sic*) vocant. *Lehnert.*

Anthenis, *nom. mul. v. Ἀνθήνη.* CORP. XI 2361 Manca A. l. Anthaenis (anihaenis *lapis*). *Diehl.*

anthera, -ae *f.*, *ἀνθηρά, medicamentum compositum.* CELS. 6, 11 adhibendae sunt *ad oris ulcera* eae compositiones, quas Graeci antheras nominant. 6, 13 *ad parulides et ulcera gingivarum* mollis linamenti paulum involvendum aliqua compositione ex iis quas antheras vocari dixi (ORIBAS. eup. 4, 90). *ibid.* si ... a dentibus gingivae recedunt, eaedem antherae succedunt. 6, 15 si in summa parte id vitium (*oris cancer*) est, satis proficit anthera. 6, 18 *ad obscenarum partium vitia* anthera sic, ut ei paulum mellis adiciatur. SCRIB. LARG. 61 *ad gingivas* compositum ... hoc medicamentum prodest, quod et ad omnia ulcera, quae in ore fiunt, utile est; anthera a Graecis appellatur (MARC. med. 11, 27). PLIN. nat. 24, 69 quo (*fructu myricae*) medici utuntur vice gallae in compositionibus, quas antheras vocant. SORAN. 136 vulnera ... intus posita anthera curamus. 2, 22 antheram illic (*vulneribus in matrice positis*) solvimus. MARC. med. 11, 37 anthera ad ulcera et sanguinis eruptiones. 11, 38 anthera ad gingivas. THEOD. PRISC. eup. 52 *ad vitia oris* anthera, quae omnibus nota est. log. 23 *ad synanchicos* cetera medicamenta, ut anthera et his similia. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18 facit ... *ad synanchicos* anthera cum melle. CASS. FEL. 35 *ad tumorem faucium* confectio anthera a Graecis appellata.

anthereōn, -ōnis *m.*, *ἀνθερεών, gutturis pars.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 20 apponendae ... gutturi, quae loca anthereona Graeci vocaverunt. 23 tonsillarum vicinitati, quam Graeci anthereona vocant. 3, 4, 27 gutturis exordium, quod Graeci anthereona vocant. chron. 2, 6, 91 per ambitum faucium, quam anthereona vocant. 2, 7, 107 anthereoni, hoc est thoraci. 2, 8, 116 circa thoracem atque gutturis summitatem, Graeci anthereona vocant.

anthericus, -ī *n.*, *ἀνθέρικος, asphodeli caulis.* PLIN. nat. 21, 109 Theophrastus et ... Pythagoras caulem eius (*asphodeli*) ... anthericum vocavere. 22, 67 caulem *asphodeli*, quem anthericum vocavimus. 27, 14 caulis eius (*aloes*) ... non dissimilis antherici. DIOSCOR. 2, 155 asfodillu herba est ... virga lene habens ... supra qua virga semen habet quod semen antericon dicunt. 3, 22 virga simile anterico. *Bannier.*

Anthērus, -ī, *Ἀνθηρός. nom. vir.*: CARM. epigr. 416 hic miser Antheros posuit duo corpora fratrum. *nomen consonat cum fraterno* Rhodonis. CORP. IX 5394 Anthérus. **Antheria,** -ae. *nom. mul.*: CORP. V 7137 (*christ. a. 523; Taurini*) Anteria infans.

Anthesphorus, -ī, *Ἀνθεσφόρος. liberti cogn.*: CORP. VI 5856 (*primae aetatis imperat.*) Antesphori Epagathí l. 17477 Antesporus. X 2542 (*Puteolis*) Iulius Antisphorus. II 5907 (*conventus Carthaginiensis saec. II*) Antisporus *et* Antispore *voc.* **Anthesphoris,** -idis. *cogn. mul.*: CORP. VI 7470 (*primae aetatis imperat.*) Liciniae Antesphoridi. II 4334 (*Tarracone*) Apuleia Antisforis. *Diehl.*

Anthesteriōn *m.*, *Ἀνθεστηριών, mensis.* GLOSS. Anthesterion thenerum (*i. Athenaeorum*) lingua Iulius mensis dicitur. Perinthiorum lingua September mensis dicitur.

Anthiandae, -ārum *m. gens ad iuga Caucasi habitans.* PLIN. nat. 6, 21 Anthiandas. *Otto.*

anthias, -ae *m.*, *ἀνθίας, piscis marinus. cf. A. Marx, PW. I 2376.* OV. hal. 46 anthias in (his *cod.*) tergo quae non videt, utitur armis vim spinae movitque suae versoque supinus corpore lina secat fixumque intercipit hamum. PLIN. nat. 9, 180. 32, 13. *Lehnert.*

Anthinae, -ārum *f. insulae maris Aegaei.* PLIN. nat. 5, 137 quae Pisistrati vocantur Anthinae. *Otto.*

anthinus, -a, -um, *ἀνθινός.* PLIN. nat. 11, 34 vernum *mel* ex floribus constructo favo quod ideo vocatur anthinum. *Lehnert.*

anthismos concinnitas GLOSS. IV 18, 40. *V.*

anthologica, -ōn *n. plur.*, *ἀνθολογικά.* PLIN. nat. 21, 13 ex nostris inscripsere aliqui libros anthologicon, flores vero persecutus est nemo, quod equidem inveniam.

anthophoros, *ἀνθοφόρος.* PLIN. nat. 24, 82 milax quae anthophoros cognominatur. *Lehnert.*

Anthophorus, -ī, *Ἀνθοφόρος. cogn. lib.*: CORP. VI 8866 Galerius Anthophorus Aug. l. *Diehl.*

anthoristicus, -a, -um, *ἀνθοριστικός.* FORTVN. rhet. 1, 13 definitio quot modis fit? quinque: ... aut cum duplex actio est sive conparativa, quae anthoristica dicitur ... cum duas res diversas definiunt litigantes.

anthraciās, -ae *m.*, *ἀνθρακίας, gemma.* SOL. 37, 24 anthracias coruscat velut scintillantibus stellis.

anthracinus, -a, -um, *ἀνθράκινος.* VARRO ap. Non. 550 anthracinus niger a Graeco. *ἄνθρακες* enim graece, carbones latine appellantur et est lugentium vestis. Varro de vita populi Romani lib. III: propinquae adulescentulae etiam anthracinis, proxumae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum.

anthracion, -ī *n.*, *ἀνθράκιον.* CASS. FEL. 32 aliquando appellatur a Graecis *carbunculus* singulari genere nominatum, si quidem in ipso initio suae nativitatis veluti ex genere exanthematum in superficie cutis feratur.

anthracitēs, -ae *m.*, *ἀνθρακίτης, lapis.* PLIN. nat. 36, 148 idem (*Sotacus*) schiston et alterius generis quam haematiten tradit, quem vocat anthraciten; nasci in Africa nigrum .... ISID. orig. 16, 14, 2 anthracites vocatur, quod sit et ipse coloris ignei sed candida vena praecinctus.

anthracitis, -idis *f.*, *ἀνθρακῖτις, gemma.* PLIN. nat. 37, 99 est et anthracitis appellata in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. 37, 189 in anthracitide scintillae discurrere *videntur.*

anthrax, -acis *m.*, *ἄνθραξ.* *acc. pl.* anthracas MARC. med. 7, 21. 8, 116 PLIN. VAL. 3, 20. *carbunculus*: GLOSS. V 166, 25 anthrax graece carbunculus dicitur. III 596, 1 anthrax (antrix *cod.*) id est rubor in superficiem cutis: intra cutem nigra ulcera nascuntur sicca cum nimio dolore. MARC. med. 7, 21 ad carbunculos et anthracas et escharas. 8, 116 ad carbunculos oculorum, quos anthracas dicunt (*cf.* SCRIB. LARG. 25). CASS. FEL. 22 PLIN. VAL. 3, 20. *Lehnert.*

Anthrax, -cis *m.*, *Ἄνθραξ. nom. servorum.* PLAVT. Aul. 287 Anthrax (Antrax *codd.*) *cocus.* CORP. VI 6405 Antrax Sosian(us) híc. 15849 b. X 3282 (*Puteolis*) Antrax. **Anthracius,** -a. *nom. gent.* CORP. IX 2660 (*Aeserniae*) C. Antracius C. f. X 3776, 1, 4 (*Capuae, a. u. 646*) C. Antracius C. f. II 4262 Q. Anthracio Q. f. Velina Ingenus. 6091 C. Anthraci Nedymi Philagri Caesaris ser(vi) vic(arii). *Otto.*

? **anthriscum,** -ī *n.*, *ἄνθρισκον. var. lect. pro* enthryscum PLIN. nat. 21, 89. 22, 81. *Lehnert.*

Anthropianī, -ōrum. *ab ἄνθρωπος. haeretici.* LACT. inst. 4, 30, 10 Christiani esse desierunt. *Diehl.*

anthropomantia hominum evocatio GLOSS. II *p.* XII.

anthropographos, -ī *m.*, *ἀνθωπογράφος.* PLIN. nat. 35, 113 Dionysius nihil aliud quam homines pinxit ab hoc anthropographos cognominatus.

anthropomorphiānus, -a, -um. NOVAT. tract. 1 haeresis ipsius homines graeco vocabulo anthropomorphiani dicuntur.

anthropomorphitae, -ārum *m. pl.* ISID. orig. 8, 5, 32 anthropomorphitae dicti pro eo, quod simplicitate rustica deum habere humana membra ... arbitrantur. GLOSS. haeretici qui deum humanis membris etiam in divinitate compositum credunt. *cf.* AVG. epist. 148, 4, 13 HIER. c. Ioann. 11 adv. Ruf. 323 GENNAD. 34. CASSIAN. conl. 10, 2, 2 contra ineptam anthropomorphitarum haeresim. AVELL. p. 41, 15 (-phistae *fere codd.*) PROSP. chron. 1059 ISID. chron. A 399 B 22.

anthropomorphos, -a, -on, *ἀνθρωπόμορφος.* CASSIAN. conl. 10, 3, 4 quod illam anthropomorphon imaginem deitatis ... aboleri de suo corde sentiret. *pro* anthropomorphita GENNAD. eccl. dogm. 4 (Corp. haereseolog. Oehler I 337).

anthropophagia, -ae *f.*, *ἀνθρωποφαγία.* MERCAT. Nest. serm. 9 putabant enim illum (*Nestorium*) anthropophagiam suadere.

anthropophagus, -ī *m.*, *ἀνθρωποφάγος.* MELA 2, 14 apud anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur. PLIN. nat. 4, 88 super eos (*Agathyrsos*) nomades, deinde anthropophagi. 6, 53 anthropophagi Scythae ... humanis corporibus vescentes. 6, 195. 7, 12. 8, 11. FVLG. aet. mund. p. 166, 15 asperos antropofagos.

anthus, -ī *m.* [*vocabulum graecum esse videtur. Th.*] *avis.* PLIN. nat. 10, 116 equorum hinnitus anthus ... imitatur. 10, 205. *Lehnert.*

Anthus, -ī, *Ἄνθος. nom. serv. et cogn. lib. inde ab infima liberae reipublicae aetate per aetatem imperatoriam, praesertim in titulis.* CORP. VI 26974 Anthus Sulpicius Postumi l. I 746 Anthus Mari sp. VI 4001. 4096. 4097. 4281 *bis, et passim, imprimis in columbariorum monumentis.* PLIN. nat. 8, 81 CORP. IV 1911. 3184. suppl. XCIII 1. LXX 1. XIV. V. IX. X. XI 2135. XII. XIII. II. III. *in Africa non videtur extare. al.* Antus CORP. IV 1363. VI 12082 Anto, *ibidem* Antonia Anteroti Antiochidí. X 8041, 4. VI 19144 diis manibus Hanti.

Anthis, -idis *vel* -īnis, *Ἀνθίς, Ἀνθίδος. nom. mul.* (*servae et libertae*): CARM. epigr. 964 CORP. VI 9726. 11670. 12319 *passim.* XIV 293. 1135. 2548 a *al.* V 1006. 8709. X 397. 2032. XII 3475 *al.* IX 2752 *et* X 5933 Antis. VI 11862 Anthidis (XIII 2279 *saec. II/III*). 1975 *et* 11861 Anthidi. *idem* 10841. 13285. 14212. 4542 Antidis. *nota:* CORP. VI 7700 (*primae aetatis imperatoriae*) Anthini vernae *dat.* **Anthidius,** -i CORP. VI 1774 *c. a. 381 p. Chr.* Valerius Anthidius v. c. (3865).

Antheus, *Ἀνθεύς.* VERG. Aen. 12, 443 Antheusque Mnestheusque. 1, 181 *exit in* Anthea si quem. 510 Anthea Sergestumque. STAT. Theb. 10, 544 *incipit* Anthea. **Antheis,** -idis. *nom. mul.* HYG. fab. 239 p. 133, 11 Spartanus Antheidem (spariantidem *F*) filiam. **Anthea,** -ae, *Ἄνθεια.* **1** *Laconiae oppidum*: PLIN. nat. 4, 16 Leuctra et intus Sparta, Therapne atque ... Pisane Anthea. **2** *nom. mul.*: PROBI app. gramm. IV 197, 11 Camilla Anthea. CORP. VI 11853. 11854 Antheae et Hygiae sororum. 26731 Crepereia Anthea mater. XIV 1003. XI 2493 (*Clusii*) Vettiae Anthi⟨ae *?*⟩. **Anthiānus,** -ī. Furius Anthianus *Ict.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saec. III DIG. 2, 14, 62 *al.* CORP. XI 3890 (*Capenae*) Vetuleno L. f. Pal. Proculo Anthiano Viatori cos. **Anthianilla,** -ae. *nom. mul.*: CORP. VI 11856 Anthianille filiae dulcissimae. **Anthiōn** *cogn. lib.*: CORP. XI 4009 (*Capenae*) Vibius Anthion libertus (-on libertus *non vidit Bormann*). **Anthium** *Thraciae oppidum ad Pontum.* PLIN. nat. 4, 45 Astice regio habuit oppidum Anthium, nunc est Apollonia. **Anthemus,** -ī, Ἄνθεμος. *nom. serv.*: CORP. VI 8409 b Anthemi. d Anthemus. c Antemo Ti. Caesaris Aug. l. VIII 3463 (*Lambaesi*). **Anthimus** *passim in titulis*: CORP. VI 2971. 8073. 11857. 17367 Anth(i)mus. 16579 *passim.* 19663. 22398. 25949 Anthimo. XIV 1679 C. Trebellio Anthimo. 265 Antimus (III 7226 *Deli.* XIII 981 *Aquitan.*). V. IX. X. III 7373. 7913. II 152 (*Lusitaniae, non extat*) Anthymus. MARC. COM. p. 104, 22. 105, 5. *medicus auctor saec. VI in.* **Anthemis,** -idis, Ἀνθεμίς. *serv. nom.*: CORP. VI 3532 Claudiae Anthemidi. V 133 (*Polae*) Barbata Anthemis lib(erta). **Anthemius,** -ī, *al.* Anthimius, Ἀνθέμιος. *consulum nomen passim in titulis et apud scriptores.* CORP. VI 9297 *a. 471.* add. p. 860 n. 100 A⟨n⟩themio. INSCR. christ. Rossi I 541 *a. 405* Antemio. 824 *a. 468* Anthemio. 1163 *a. 468 vel 455* ⟨A⟩ntemi. CORP. III 739. XII †2067. †2421. †4311. †1792 *a. 516* Antimi. MARC. COM. *passim.* INSCR. christ. Rossi I 834 *a. 471* cubicu⟨larius⟩. VEN. FORT. carm. 3, 28, 5 Anthĕmium, *sed* 29, 1 Anthīmi *voc.* **Anthemium,** -ī, Ἀνθέμιον. *cogn. mul.*: CORP. X 3117 (*Puteolis*) Troliae Anthemio matri suae. **Anthimiānus,** -ī. CORP. VI 20960 Anthimian(us) Aug. a m(anu?). **Anthemio,** -ōnis, Ἀνθεμίων. HOMER. 363 Anthemione satum (*Simoisium*; amphione *sim. codd.*). INSCR. christ. Rossi I 403 *a. 392* papas Antimio. **Anthemoniānus,** -ī. *cogn. vir.*: CORP. II 4590 L. Valerius L. fil(ius) Anthemonianu⟨s⟩ (*Tarraconensis*). **Anthimilla,** -ae. *cogn. mul.*: CORP. XII 181 Venusiae Anthimillae (*in Gallia Narbonensi*). **Anthūsa,** -ae, Ἀνθοῦσα. *nom. et cogn. mul.*: CORP. IV 1230. XIV. IX 4974 Maria Anthúsa. 5137 Pompeiae Sex. lib. Anthusae. V. X. XI 3745. XII 2397. II. III 2734. 8119. CORP. VI 11625 Antoniae M. f. Antusae. X 5498 (*lib.*) Antusa (XI 2937). VI 4461 Anthysa (*primae aetatis imperatoriae*). CORP. VI 11445 Anetusae (*ex Fabrettio*).

Anthyllus, -ī, Ἄνθυλλος. *nom. serv.*: CORP. VI 11873 Anthyllo C. Ofilli Hermae ser(vo). 24709 Pont⟨io⟩ Antyl⟨lo⟩. 8 T. Flavius Antyllus. **Anthylla,** -ae. *nom. mul.*: CORP. VI 29254 Annaea Antylla. X 6145 Antylla. III 274 (*in Thracia*) Servilia Antylla.

Anthemūs, -ūntis, Ἄνθεμοῦς, -οῦντος. *Colchidis fluvius*: PLIN. nat. 6, 15 urbe Colchorum Dioscuriade iuxta fluvium Anthemunta ... deserta. *oppidum Chalcidices Macedoniae*: PLIN. nat. 4, 36 Anthemus. *Mesopotamiae oppidum*: PLIN. nat. 6, 118. **Anthemusa,** -ae, Ἀνθεμοῦσα. PLIN. nat. 5, 135 Samon liberam ... Partheniam primum appellatam Aristoteles tradit, postea Dryusam, deinde Anthemusam.

Anthemusia, -ae. *Mesopotamiae oppidum, v.* Anthemus, Anthemusias, Anthemusium: PLIN. nat. 5, 86 AMM. 14, 3, 3. **Anthemusias,** -adis. *idem oppidum*: TAC. ann. 6, 41 Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes. **Anthemusium,** -ī. FEST. brev. 20 Antemusium optimam Persidis regionem. **Anthemusius,** -ī. *nom. serv.*: CORP. VI 11855 Anthemusio Aug. lib. (16993). 11866 Antho Caesar(is) n(ostri) vernae ... fecerunt Anthimusius (*sic*) et ⟨.

Anthusianī, -ōrum. *Scythae* (*Sacae*) PLIN. nat. 6, 50. *Diehl.*

anthyllis, -idis *f.*, ἀνθυλλίς, *herba.* PLIN. nat. 26, 84 anthyllis (canthillys *vel similia codd.*) chamaepityi similis, flore purpureo, odore gravi, radice intubi .... 10, 160. DIOSCOR. 3, 148 de antilios. antilios genera duo sunt .... *cf.* anthyllion.

anthyllion, anthyllium, -ī *vel* **anthyllum,** -ī *n.*, ἀνθύλλιον, *herba.* PLIN. nat. 21, 103 est herba anthyllium, quam alii anthyllum vocant, duorum generum: foliis et ramis lenticulae similis ..., altera chamaepityi similis. 26, 84 anthyllion (canthyllion *codd.*) est lenti simillima, quae in vino pota vesicas vitiis liberat, sanguinem sistit. *cf.* anthyllis.

Anthyllus *v.* Anthus.

anthypophora, -ae *f.*, ἀνθυποφορά. *acc.* anthypophoran SEN. contr. 1, 7, 17. PS. IVL. RVF. rhet. dian. 4 ἀνθυποφορά est figura sententiae, qua adversariorum nobis sententias ac dicta proponimus (opponimus *Ruhnken*) ac substituimus, in hoc tantum, ut illis respondeamus ... latine dicitur oppositio vel obiectio. SEN. contr. 1, 7, 17 deinde anthypophoran sumpsit: mentiris .... FORTVN. rhet. 2, 27 hypophora est intentio adversae partis, anthypophora responsio eius. MART. CAP. 5, 563. PORPH. Hor. carm. 2, 4, 13 tacitae anthypoforae. SCHOL. Stat. Theb. 5, 123 SCHOL. Iuv. 1, 4, 27. *cf.* CARM. de fig. 28 at si adversa mihi referam relatio fiet. *cf. et* subiectio. *Lehnert.*

anti- *in verbis compositis latinis vide sub* ante-.

Antiadaleī, -ōrum. *gens Arabiae.* PLIN. nat. 6, 154 (*codd.* Anthiadala *vel* Antidalei).

antiae, -ārum *f. pl.* [*a vetere nomine* ant- *'frons' derivatum, quod videas s. v.* ante *et* antes. *Th.*] PAVL. FEST. 17 antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Graeco videntur; quod enim nos contra, illi ἀντίον dicunt. CHAR. gramm. I 549, 1. ISID. orig. 19, 31, 8 antiae sunt cincinni dependentes prope auriculas, graeco vocabulo ab auribus dictae. GLOSS. κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. capilli a fronte pendentes; cincinni dependentes. CHAR. gramm. I 33, 7 item feminina semper pluralia ... antiae. APVL. flor. p. 14 Oud. crines eius praemulsis antiis et promulsis caproneis, anteventuli et propenduli. MART. CAP. 2, 181 antias draconibus circumflexa crebroque capillitio vulso *Venus.* TERT. pall. 4 genuini inter antias *leoninas* adumbrati. GLOSS. II 459, 56 τρίχες αἱ μεταξὺ τῶν κεράτων τῶν βοῶν. *Lehnert.*

Antiana *castellum in Pannonia inferiore, cf. Mommsen Corp. III p. 425.* TAB. Peut. 6, 1 RAVENN. p. 220. Antianae *vocatur in* ITIN. Anton. p. 232. 243. 267 Antianis (*abl.*). **Antianēnsēs,** -ium *pseudocomitatenses.* NOT. dign. oc. 5, 112. 262.

Antianira, -ae *f.*, Ἀντιάνειρα, *puella a Mercurio amata.* HYG. fab. 160 p. 15 Echion (*Mercurii filius*) ex Antianira (echo antian *F*). *Otto.*

Antiānus *v.* Antinum *et* Antium.

antias, -adis *f.*, ἀντιάς. CELS. 7, 12, 2 tonsillas ... ἀντιάδες a Graecis appellabantur .... CASS. FEL. 35 faciens ad digerendos tumores et praefocationes antiadum. *derivatum*: antiosus. *Lehnert.*

Antiās, -ātis *adi.* CORP. XI 1147 cap. III 99 Antiate et Veleiate pag(o) Floreio. *error lapicidae subesse videtur.*

Antibacchias, Ἀντιβάκχου νῆσος, *ins. sinus Arabici.* PLIN. nat. 6, 173 Bacchias et Antibacchias. *Otto.*

antibacchius, ἀντιβακχεῖος. DIOM. gramm. I 513 antibacchius versus huius modi est: mariti beati paremus nepotes. CLEDON. gramm. V 30 antibacchius ipse dictus est et palimbacchius. IVLIAN. gramm. V 323 quis est isti (*bacchio*) contrarius? antibacchius. MAR. VICT. gramm. VI 207 *inter pedes trisyllabos* bacchius, palimbacchius sive antibacchius sive pompicus.

antibacchus, ἀντίβακχος. TER. MAVR. 1410 cum duas longas sequetur una brevior syllaba, pes erit βακχεῖος, ἀντίβακχος tunc erit, cum brevem primam locabis et duas longas dein. AVSON. 393, 92 quos (*versus Sapphicos*) primus regit hippius secundus, ut cludat choriambon antibacchus. *Klotz.*

antibasis, -is *f.*, ἀντίβασις. VITR. 10, 10, 5 posterior minor columna quae graece dicitur ἀντίβασις. 10, 11, 9 antibasis foraminum IV.

antibiblium, -ī. GLOSS. pignus librorum, pignus codicis, codex pro codice.

antiboreus, -a, -um. *cf. c.* ἀντί *et* βόρειος. VITR. 9, 8, 1 alii plures inventa reliquerunt, uti conarachnen, concavatum plinthium, antiboreum.

antibucolicus, -a, -um. [*cf. c.* ἀντί *et* βουκολικός. *Th.*] SVET. vit. Verg. p. 65 prolatis bucolicis innominatus quidam rescripsit antibucolica, duas modo eclogas *Vergilii*, sed insulsissime παρῳδήσας. *Lehnert.*

Anticaria *opp. Hispaniae Baeticae, nunc* Antequera, *cf. Huebner, Corp. II p. 276. 879.* ITIN. Anton. p. 412 Anticaria. RAVENN. p. 316, 1. 18 Antigaria. *eandem fortasse habet* CORP. III 1196 (*in Dacia*) C. Sentio C. f. Sulp(icia) Flacco Antiq(uaria) vet., *ut Sulpiciam tribum ille ex patriae cognomine traxerit. adi.* **Antikariēnsis:** CORP. II 2034 genio municipi Antik(ariensis). Antik(arienses) CORP. II 2046. 2047. 2048. *potest huc referri* **Anticharius** *nom. vir.*: CORP. II 4970, 91 (*in vase Tarracon.*) Buccio Antichari, *nisi graecum est* Ἀντιχάριος. *Otto.*

anticategoria, *-ae f.*, ἀντικατηγορία. *acc. sing.* anticategorian MART. CAP. 5, 469. *species status coniecturalis*: FORTVN. rhet. 1, 12 quae est ἀντικατηγορία? mutua accusatio, id est cum aliqui se invicem accusant *cf.* QVINT. inst. 7, 2, 25 (*cf.* 7, 2, 18). SVLP. VICT. rhet. 36 diximus in omnibus anticategoriis duplices esse coniecturas. IVL. VICT. rhet. 3, 2 duae accusationes, duae defensiones, id est anticategoria. SCHOL. Cic. Gron. p. 427, 22. 425, 6 B status; coniectura; transfusio per ἀντικατηγορίαν: non ego feci parricidium, sed vos. MART. CAP. 5, 469. *Lehnert.*

Anticato, -ōnis. QVINT. inst. 1, 5, 68 *compositum ex peregrino et nostro* Anticato. PLVT. Caes. 3 ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ (Καίσαρος). *cf. ibid.* 54. Cic. 39 Ἀντικάτων. GELL. 4, 16, 8 Caesar in Anticatone *et* CAEL. Prisc. gramm. II 227, 2 *et* 266, 19 Caesar in Anticatone priore. *cf.* PLIN. epist. 3, 12, 2 nat. 7, 117. IVV. 6, 338 duo Caesaris Anticatones. SVET. Iul. 56 reliquit et 'de analogia' duos libros et 'Anticatones' totidem. *Diehl.*

anticeps *v.* anceps.

anticessus *v.* antecessus.

Anticharius *v.* Anticaria.

antichristus, -ī *m.*, ἀντίχριστος. NOT. Tir. 55, 54. antechristus COMM. instr. 1. 41. 2, 3, 6. PRISCILL. *passim.* GLOSS. V 266, 53 contrarius Christi. HIER. epist. 121, 11 ... antichristum, id est hominem peccati et filium perditionis ... qui adversatur Christo et ideo vocatur antichristus ... mendacium antichristi Christi veritas devorabit. 152 qui Christi non est, antichristi est. TERT. scorp. 12 iei. 11. LVCIF. Athan. 1, 27 praecursor antichristi. AVG. serm. 303, 2. AMBROSIAST. II Thess. prol. HIER. epist. 147, 2 novus antichristi apostolus. 65, 11 VVLG. I Ioan. 2, 18. 2, 22. 4, 3 II Ioan. 7 PRVD. cath. 6, 102 AVG. civ. 18, 53. 20, 12 AVELL. p. 120, 18 PS. PROSP. promiss. 4, 5. COMM. apol. 933 nobis Nero factus antichristus. FAVSTIN. trin. 5, 4 Arium antichristum. AVG. c. Iul. op. imp. 1, 132 cum sis novus antichristus. AVG. civ. 20, 19. TERT. adv. Marc. 3, 8 Marcionitas quos Ioannes antichristus pronuntiavit. HIER. comm. Matth. 24, 5 OPTATVS p. 18, 7. LVCIF. Athan. 1, 23 vos Arianos esse temporis nostri antichristos. AVG. civ. 20, 19 serm. 246, 4.

antichthōn, -onis *f.*, ἀντίχθων. CHALC. comm. 127 circumactas in gyrum tanquam stellas terram et antichthonam (*sic codd.*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antichthones, -um *m. pl.*, *ἀντίχθονες*. anticthones *codices semper*. *cf. Kauffmann, PW. I 2396.* MELA 1, 4 anticthones alteram, nos alteram incolimus *zonam habitabilem.* 1, 54 sunt nobis oppositi a meridie anticthones. PLIN. nat. 6, 81 AMPEL. 6, 1 APVL. met. 1, 8. PS. CENS. frg. 2, 4 divisi a nobis circulo aequinoctiali anticthones (actiones *codd.*) nominantur. videntur humiles atque depressi quibusque antipodes infra sunt. AGENN. grom. 61, 25.

anticipālis, -e, *qui anticipat.* AGENN. grom. 72 haec controversia moti termini nullius in se aliae controversiae statum recipit: est enim anticipalis et quasi commune quaedam litium, declarans aut loci aut modi futuram controversiam. 64 anticipalia quoque, quibus initia substituuntur, non praetermiserimus. 66 omnium litium anticipalis existit.

anticipātio, -ōnis *f.* GLOSS. *πρόληψις, πρόλημμα.* **1** CIC. nat. deor. 1, 43 quod *est* genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat *πρόληψιν* Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem? 1, 44 *et* 45 ARNOB. nat. 2, 4. CHALC. comm. 247 solis et oculorum cognationem scit ab ineunte aetate communis omnium anticipatio. HIER. in Matth. 21, 18. CHALC. comm. 184 cum aequum iudicium carere tam odii quam gratiae misericordiaeque anticipationibus debeat. 156. **2** ARNOB. nat. 3, 13 explicandis gressibus et suggerendis anticipationibus itionum ⟨genua⟩ *habent dei.* CASSIAN. conl. 21, 26, 5 anticipationis nequissimae consuetudinem non deponens cotidie nos fraudibus suis praevenire non desinet. LEO M. epist. 68, 1 anticipationi curationis vestrae hoc magis obnoxios confitemur, quod .... CHALC. comm. 26 aeternarum gentium origo et arx non in anticipatione temporis sed dignitatis eminentia consideratur. AVG. spec. 19 nullum tribus anticipationis vel posteritatis intervenire momentum. **3** *rhetorum vocis usus*: PS. IVL. RVF. rhet. lex. 1 *πρόληψις* est ... figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis, quam res personaeve definiantur ... Latine appellari potest praesumptio vel anticipatio. schem. dian. 2 *προκατάληψις* est schema dianoeas, cum id quod adversarius arrepturus est atque obiecturus, praesumimus ac praecipimus ... Latine haec figura dicitur praeceptio vel anticipatio. CARM. de fig. 124 anticipatio fit contraria cum occupo verba. AVG. quaest. hept. 2, 4 fortassis enim per anticipationem aliquid dicit. epist. 164, 9 AVELL. p. 427, 6. PROSP. in psalm. 104, 23 potest per anticipationem id est prolepsim sic dictum accipi, ut, quod futurum erat, quasi factum dictum sit. *synon.*: praesensio et notio CIC. nat. deor. 2, 45.

anticipātor, -ōris *m.* AVSON. 153, 9 ipse dei verbum, verbum deus, anticipator mundi, quem facturus erat.

anticipo, -āvī, -ātum, -āre. [*cf. c.* ante *et* capere. *Th.*] NON. 70 anticipare posuerunt veteres praevenire hoc est antecapere. GLOSS. praevenio, praeoccupo, antecedo, praecedo, quasi ante capere. NOT. Tir. 44, 17. CASSIOD. gramm. VII 164, 10 ante praepositio interdum integra manet, ut anteactum ..., interdum mutatione in i litteram corrumpitur, ut antistat, anticipat. antecipare ITALA Matth. 17, 25 GREG. TVR. hist. Franc. 2, 7. **1** *praevenio*: VARRO Men. 48 anticipate atque addite calcar. LVCR. 5, 659 sol anticipat caelum. PLIN. nat. 2, 122. SOL. 30, 31 messis nec ortum solis anticipet nec egrediatur occasum. ITALA Matth. 17, 25 cum intrasset in domum Iesus antecipavit eum dicens (VVLG. praevenit). APVL. Socr. 109 ales bestiam praevenit ... praelabitur et anticipat. TERT. resurr. 45 perfectis ordine postumat, effectu tamen anticipat. LVCIF. non parc. 30. VVLG. I Macc. 10, 4 anticipamus pacem facere cum eo. GREG. TVR. hist. Franc. 2, 7 antecipaturus fratrem. **2** *ante occupo*: CIC. Att. 8, 14, 2 anticipas eius rei molestiam. OV. met. 3, 235 per compendia montis anticipata via est (*cf.* STAT. Theb. 6, 442). FRG. Vat. 12 usucapio frustra conplebitur anticipata lite. SVET. Claud. 21 fecit *Claudius* et saeculares quasi anticipatos ab Augusto. Tib. 61 Carnulum anticipasse eam (*mortem*). PS. CYPR. singul. cler. 81 propter haeresim anticipandam. AVSON. 341, 2 pubentes annos robustior anticipat vox. AMBROSIASTER I Cor. 7, 8 iuvenculus anticipatus sit a gratia dei. AVG. quaest. hept. 2, 103 per praeoccupationem anticipat scriptura quod postea factum est. CASSIAN. conl. 2, 13, 10. 19, 6, 1 absolutionem eius (*quaestionis*) anticipare. SIDON. carm. 23, 406 ENNOD. epist. 9, 30. IORD. Get. 40, 211 collem anticipans. GREG. TVR. glor. conf. 2 anticipabat eos tempestas. ORIBAS. syn. 1, 16 COD. Iust. 3, 29, 8 pr. 4, 61, 2 CARM. epigr. 713, 3. CIC. nat. deor. 1, 76 quod ita sit informatum anticipatumque mentibus nostris, ut .... SEN. epist. 5, 9 timoris tormentum memoria reducit, providentia anticipat. SOL. 2, 35 homo anticipatus obtutu nocentis (*lupi*) ... non habet vocis ministerium. HIER. epist. 100, 5 spe anticipant victoriam. VVLG. psalm. 76, 5 anticipaverunt vigilias oculi mei. *Lehnert.*

Anticlēs, -is, *Ἀντικλῆς. nom. vir.* CVRT. 8, 6, 9 in societatem sceleris (*Alexandri necis*) ... adiecti sunt Anticles Elaptonius et Epimenes (ITEN. Alex. 31). **Anticlea,** -ae, *al.* Anticlia, *Ἀντίκλεια.* **1** *Autolyci filia, uxor Laertae, Vlixis mater*: PACVV. trag. 247 apud CIC. Tusc. 5, 46 Anticlea (*Vlixi pedes abluens*). APVL. Socr. 24, 177 Anticlia. HYG. fab. 97 (p. 90, 9). 125 (p. 110, 7). SERV. Aen. 6, 529 *Anticlia* clam cum Sisypho concubuit. *cf.* OV. met. 13, 31 HYG. fab. 201 (p. 128, 2). 243 (p. 135, 17) nuntio falso audito de Vlysse *mortuo* ipsa se interfecit. **2** *cogn. mul.* CORP. XI 2314 (*Clusii in urnula*) Coelia Anticlia. **Anticlidēs,** -is, *Ἀντικλείδης. rerum scriptor Atheniensis saeculi a. Chr. tertii* PLIN. nat. 4, 67. 7, 193. ind. auct. 4, 7 12 *et* 13. *Diehl.*

antīcus, -a, -um. [*ab* ante. *Th.*] *anterior, opp.* posticus. PAVL. FEST. 220 quae ante nos sunt antica et quae post nos sunt postica dicuntur. GLOSS. antiquare (antica *Deuerling*) quae ante in auguriis (augures *vel* augeres *libri, corr. Deuerling*) sunt. VARRO ling. 7, 7 templi quattuor partes dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. (NON. 55, 19) qua fini sit antica et postica. PAVL. FEST. 220 quae — dicuntur (*v. s.*) et dexteram anticam, sinistram posticam dicimus. sic etiam ea caeli pars quae sole inlustratur ad meridiem, antica nominatur, quae ad septentrionem, postica. HYG. grom. limit. 166, 16 alteram lineam duxerunt a meridiano in septentrionem, et a media ultra antica, citra postica nominaverunt. SERV. Aen. 2, 453 si generis feminini legeris 'postica', augurale est, ut 'antica', 'postica'. GLOSS. II 17, 7 antica: *μεσημβρία.* CIC. Tim. 36 quod (*genus motus*) in anticam partem ... pelleretur. GLOSS. II 20, 39 antica linea *διάμετρος.* PAVL. FEST. 26 anticum (antiquum *codd.*) veteres etiam pro ianua (omnia *codd.*) posuere. ANTH. 21, 131 quod ... stridula cardinibus claudit antica retortis. *v.* antiquus. *Bannier.*

anticyprios, -ī *m. pes metricus.* DIOM. gramm. I 482, 5 cyprios ex brevi et longa et duabus brevibus et longa, temporum septem. anticyprios ex longa et brevi et duabus longis et brevi, temporum octo. *cf. Studemund, anecd. var. 234. 296.* *Lehnert.*

Anticyra, -ae, *Ἀντίκυρα. opp. Phocidis ad sinum Corinthium situm*: LIV. 32, 18, 4 Anticyrā in Phocide. *ibid.* 6. 32, 39, 4. 32, 40, 7 *et* 33, 31, 7 Anticyram (CORP. III 567, 14 *et* 16). MELA 2, 53 PLIN. nat. 4, 8. *helleboro (sesamoide) abundans aquisque salubribus*: OV. Pont. 4, 3, 54. PLIN. nat. 22, 133 Anticyrae. 25, 52 IVV. sat. 13, 97. SVET. Cal. 29 Anticyrae. TAB. Peut. 8, 5 Anticirra. RAVENN. 5, 13 p. 397 Anticera. 4, 10 p. 198 Anticara. DIOSCOR. IV 141 in antiquiram. 157 in antiquira *bis.* *translate pro elleboro*: PERS. 4, 16 Anticyras ... sorbere meracas *cf.* schol. *ad l.* AVSON. 393, 69 nisi cor purgeris aceto Anticyramve bibas. *Locridis oppidum eidem sinui adiacens*: LIV. 26, 25, 1 *et* 2. 38, 8, 5. *ad Oetam prope sinum Maliacum elleboro clarum subintellegitur cum duobus aliis*: HOR. ars 300 tribus Anticyris *cf.* PERS. 4, 16. *non constat utram voluerit* HOR. sat. 2, 3, 83 *et* 166. **Anticyrēnsis,** -is *Anticyrae Phocidis incola*: CORP. III 567, 5 inter Anticyrenses ... et Delphos. 22 ⟨Anticyr⟩ensium. **Anticyricon,** *Ἀντικυρικόν, planta.* PLIN. nat. 22, 133 aliud sesamoides, Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant. *Diehl.*

antid, antideā, antidhāc *v.* ante, antea, antehac.

antidactylus, *ἀντιδάκτυλος.* DIOM. gramm. I 478 anapaestus, quem antidactylum Graeci vocant. MAR. VICT. gramm. VI 74 anapaesticum metrum originem trahere a rhythmo dactylico in dubium non venit, cum isdem temporibus uterque eorum syllabisque subsistat, unde a quibusdam antidactylus dicitur. *cf.* 45. 126. *Klotz.*

Antidama, -ae, *Ἀντιδάμας. Calydonius ap.* PLAVT. Poen.: *nomin.* 955. 1051. 1058 (Antidamas *AP, metrum indicat* -as 955. 1051, -a 1058, *cf. Leo ad 955*). 1042 *et* 1047 Antidamae. 1045 Antidamai (-ati *A*, -archi *P*). *rerum scriptor Heracleopolites*: FVLG. serm. ant. 2 in historia Alexandri Macedonis. 51 in moralibus libris. *Diehl.*

Antidicomaritae, -ārum, *Ἀντιδικομαρῖται, m. pl.* ISID. orig. 8, 5, 46 Antidicomaritae appellati sunt pro eo quod Mariae virginitati contradicunt asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam. *Lehnert.*

[**antidictātor.**] LYD. magistr. 1, 38 *οὐμόνον δικτάτωρ ἀλλὰ καὶ ἀντιδικτάτωρ, i. latine* pro dictatore.

antidiegesis, -is *f.* [*vocabulum graecum non traditum. Th.*] FORTVN. rhet. 2, 19 est antidiegesis, cum adversarii adferimus narrationem converso genere.

antidorum, -ī *n.*, *ἀντίδωρον.* NOVELL. 120, 11 maneat apud eam (*ecclesiam*) et pretium aut antidorum. *Lehnert.*

Antidorus, -ī, *Ἀντίδωρος. cogn. lib.*: CORP. VI 21862 Q. Maius Q. l. Antidorus. *Diehl.*

antidotum, ī *n. vel* **antidotus,** ī *f.*, *ἀντίδοτον vel* -ος. ISID. orig. 4, 9, 7 antidotum graece, latine ex contrario datum dicitur. contraria enim contrariis medicinae ratione curantur. GLOSS. *ἀντίδοτος*, confectio potionalis, potio contra infirmitatem. CAPER gramm. VI 107, 16 antidotus haec. anthidotum NOT. Tir. 48, 1. 49, 5 *codd. vet.* THEOD. PRISC. p. 162, 1. 170, 3. antidotos SCRIB. LARG. 99. 101. 106 *passim* SER. SAMM. 855 MARC. med. 22, 18. 25, 2. **1** *de veneno*: CELS. 5, 23 maxime desideranda sunt adversus venena, vel per morsus, vel per cibos aut potiones nostris corporibus inserta. 5, 27, 2 ubi praecordia exhausit *vomendo* bibere antidotum. PHAEDR. 1, 14, 2. 1, 14, 8 fusa simulans aqua antidoto miscere illius se toxicum. PLIN. nat. 8, 91. 20, 19. 21, 152 contra omnia venena pro antidoto sufficere. 22, 117. 25, 6. 29, 24 Mithridaticum antidotum (*cf.* 23, 149 SCRIB. LARG. 170 GELL. 17, 16, 6). 29, 120. 35, 34 *passim.* QVINT. inst. 7, 2, 5. SVET. Nero 34 antidotis praemunitam *matrem.* TERT. scorp. 5 iei. 12 IVST. 37, 2, 55 IVL. VICT. rhet. 2, 3 CHIRON 254 AVG. conf. 8, 4, 8. SCRIB. LARG. 169 antidotos Zopyri. 194 *passim* SER. SAMM. 1061 HIER.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 84,7. HIER. adv. Ruf. 2,34 implentes proverbium: 'prius antidotum quam venenum'. GAIVS dig. 18,1,35,2 PAVL. dig. 38,9,5 MARC. med. 22,18. SVET. Cal. 29 antidotum adversus Caesarem. DAMAS. epist. 1 hoc antidoto (*concilio Nicaeno*) mortalia pocula propulsarunt. FVLG. act. et mund. 151,4. AVG. medit. 7 hoc tui antidotum amoris. HIER. adv. Ruf. 3,43. AVEL. p. 328,23 antidotum fidei salutaris reconciliatis haereticis propinare. 421,11 AMBR. poen. 1,13,65. FVLG. RVSP. fid. cath. 2 qui ad Arii venena excludenda antidotum huius vocabuli confecerunt. rem. pec. 1,1. CASSIOD. var. 11,10,4 non amaro antidoto horrebitis dulcissimam vitam. **2** *de medicamentis*: SCRIB. LARG. 177. 178. SPART. Hadr. 23,16 accepto largius antidoto ingravescente valetudine per somnum perit. MARC. med. 20,130 antidotum, quod facit ad omnes dolores internos. 26,31 ad renium dolores. 16,93. CAEL. AVR. chron. 3,4,59 ventrem deducentes antidoto quod hieran vocaverunt. 3,1,10. THEOD. PRISC. 19.67 *passim*. GREG. TVR. vit. Mart. 2,1. 3,60. MISC. Tir. 49,5 anthidotum climax. *opposita*: toxicum, venenum. *synonyma*: antipathia, antipharmacum. *Lehnert.*

Antidotus, -ī, *Ἀντίδοτος. pictor graecus, Euphranoris discipulus, magister Niciae* PLIN. nat. 35,13 *et* 131 diligentior quam numerosior et in coloribus severus. *Diehl.*

antifer, -ī *m.* [*ad exemplum vocabuli* lucifer *fictum esse videtur. utrum insit praep. latina* ante *an graeca ἀντί dubium est. Th.*] GLOSS. III 425,15 *ἕσπερος*, stella in occidente. FVLG. myth. 2,13 unus superappareat, alter . . . mergat (*Castor et Pollux*) sicut lucifer et antifer. CORP. V 6244 stella lucifer . . . stella antifer.

antigena *ὁ προγεννηθείς* [*cf. c.* ante *et c.* indi-gena. *Th.*] GLOSS. II 20,58. *passim*: antigeni prius geniti. *Lehnert.*

Antigenēs, -is, *Ἀντιγένης. nom. vir. unus ex Alexandri Magni ducibus*: NEP. Eum. 7,1 (5,1 *e corr.* Antigene *abl.*). CVRT. 5,2,5. 8,14,15 Antigene (*voc.*). IVST. 12,12. *pastor vel choraula*: VERG. ecl. 5,89 *cf.* SERV. ad l. PLIN. nat. ind. auct. 5. *medicus*: CAEL. AVR. acut. 2,10 p. 96. *cogn. lib.*: CORP. VI 1057 *a. 210* 5,23 T. Flavi(us) Antigen(es). 22818 C. Naevius C. l. Antigenes. 11670 C. Annai O. l. Antigenis. **Antigenidās,** -ae, *al.* Antigenidēs, -is, *Ἀντιγενίδης* (*-ας*). *tibicen Thebanus; floruit sub finem s. V a. Chr.*: CIC. Brut. 187 VAL. MAX. 3,7 ext. 2 PLIN. nat. 16,170 Antigeniden. APVL. flor. p. 17 Oud. GELL. 15,17,1 Antigenidam. *nom. serv.*: CORP. II 6161 d. m. Antigenide (*dat.*) . . . mat(er) filio.

antigeriō *v.* antegerio.

Antignotus, -ī, *Ἀντίγνωτος. statuarius incertae aetatis*: PLIN. nat. 34,86 *fecit* perixyomenum tyrannicidasque. *cf. C. Robert, PW. I 2401.*

Antigonus, -ī, *Ἀντίγονος. Macedoniae regum nomen*: NEP. Eum. *passim*. reg. 2,3,1 *et* 2 LIV. 32 *passim*. 34.40 *passim*. 44 VAL. MAX. 5,21 ext. 4 CELS. 3,21 SEN. dial. 5 *et* benef. *passim*. PLIN. nat. *passim*. QVINT. inst. 2,13,12 IOS. Cassiod. c. Ap. 1,185. 213. *Alexandri praetor*: CVRT. 4,1,34. 4,5,13. 5,2,5. 10,10,2. VARRO rust. 1,1,8 *rerum rusticarum scriptor*. FEST. 266 Italicae historiae scribtor. PLIN. nat. 34,84 *et* 35,68 *de arte et pictura scripsit. cum nom. servi* CORP. VI 2618. 8682. 8738. 8848. 11874. 11877 *passim*. IV 2362. add. XIV. 3377. IX 4731. X 2829. V 2844. 4502. II *passim*. III 881. 5824. 6037. *tum cogn. liberti* CIC. epist. 13,33 CORP. XII 5145. IX 388. 5622. X 1133. XI 3200 *a. u. c. 741/42 al. in Africa non extare videtur.* **Antigona,** -ae, *al.* Antigonē, -ēs, *Ἀντιγόνη, Oedipodis filia.* ACC. trag. 137 Antigona. PROP. 2,8,21 Antigonae (IVV. 8,229). *cf.* HEGES. 1,31,2 RVF. b. Iud. 1,26. OV. met. 6,93 Antigonen. STAT. Theb. 7,11.12 Antigone *passim*. 8,249. 11,104. 12,397 *et* 678 Antigonen. 7,536 Antigones *gen. in inscriptionibus cognomen muliebre passim, cum* Antigona CORP. VI 8488. 10728. 17667. 18460. 19572. 23801. 6407 Antigonaes. IX 5257 (*liberta*). XI 2084 (*Perusiae*) *et* 2370 (*Clusii*) Antigonae. VIII 1027. *tum* Antigone VI 5177. XIV 381. 4009 (*liberta*). II 2978. **Antigonis,** -idis, *Ἀντιγονίς, cogn. mul.* CORP. X 1133 VIpiae Antigonidis (*Abellini*). *opp. Aegypti* RAVENN. 3,2 p. 121,15.

Antigonea, -ae, *al.* Antigonia, *Ἀντιγόνεια. opp. Epiri*: LIV. 32,5,9 Antigoneam. 43,23,4 Antigoneā. *Chalcidices ad mare*: 44,10,8 *et* 11. *Macedoniae interioris*: PLIN. nat. 4,34. TAB. Peut. 7,5 Antigonia. *idem opp. atque Mantinea Arcadiae* PLIN. nat. 4,20, *atque Troas* 5,124. *adi.* **Antigonēnsis,** -e. LIV. 42,58,7 *et* 8. 43,23,3. 44,32,7. PLIN. nat. 4,2 Antigonenses *substantive*. *Diehl.*

antigradus. [*ab* ante *et* gradus. *Th.*] CORP. VIII 7994 lapidibus per antigrados stratis marmoreis.

***?antigrapheus.** GLOSS. V 615,10 est antiquarum rerum scriptor.

antigraphon, -ī *n.*, *ἀντίγραφον*. PERSIL. *codicum subscriptio*: temptavi emendare sine antigrapho. NOT. Tir. 95,71 antigrafum.

antigraphus, -ī. **1** *m.*, *ἀντιγραφεύς*. GREG. M. epist. 1,29 Aristobolo expraefecto et antigrapho. 3,7 Sebastiano glorioso antigrapho (*var. lect.* antigrapheo). GLOSS. cancellarius. CASSIOD. hist. 9,45 imperatoris. **2** *f. nota.* ISID. orig. 1,21,6 antigraphus cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur (*eius forma* Ϋ). *Lehnert.*

Antīmas *cogn. vir*. CORP. X 4118 Egnatius Antiímas (*sic, Capuae*). *Diehl.*

antilēna *v.* antela.

antilepsis, -is *f.*, *ἀντίληψις. status qualitatis species*: IVL. VICT. rhet. 3,6 scinditur in duas partes (*qualitas iuridicialis*), in antilepsin (antilensi *cod.*) quae est absoluta et in antithesin quae est relativa. *Lehnert.*

Antilibanus, -ī. *Syriae mons.* CIC. Att. 2,16,2 in monte Antilibano. PLIN. nat. 5,80 inter Libanum et Antilibanum. 5,77. 12,104.

Antillus, -ī *m.* CORP. XII 2817 Toutodívicí Antillí f(ilii). *Otto.*

Antilochus, -ī, *Ἀντίλοχος. Nestoris filius*: ACC. trag. 4 Antiloche. HOR. carm. 2,9 Antilochum. PROP. 2,13,49 Antilochi. OV. epist. 1,15 *et* 16 HOMER. 360 STAT. Ach. 1,470 IVV. 4,253 DICT. *passim* DAR. HYG. fab. *passim* AVSON. 224,4. 225,6. 437. OV. Pont. 2,4, 22 quantus (*amor*) in Aeacide Nestorideque fuit (*i. Antilocho*). *nom. et cogn. vir.* CORP. VI 9798 Antiloco. VII 1273 (*in poculo vitreo*) Antiloce va(le). XII 3408 (*Nemausi*) d. m. Antilochi. VI 19835 C. Iulio Antilocho . . . Antilochus pater.

Antilogus, -ī, *Ἀντίλογος. nom. serv.* CORP. X 6493,15 (*Vlubriis, aetatis imperatoriae incipientis*) A. Cervius A. l. Antilogus.

Antimachus, -ī, *Ἀντίμαχος. nom. vir.* PLAVT. Aul. 779 *Atheniensis. poeta celeberrimus*: CIC. Brut. 191 CAT. 95,10 PROP. 2,34, 45 QVINT. inst. 10,1,53. OV. met. 12,460 *centaurus*. LIV. 42,66,5 praefectus alae. 44,13,9 Demetriadi praeerat (24,9). PLIN. nat. 34,86 *statuarius. alii. servi nomen*: CORP. XV 814 Antimachi. *liberti cogn.*: CORP. X 5264 (*Casini*) Q. Mevius Q. l. Antimachus. 6104 (*Formiis*) Q. Octavio O. l. Antimacho. CORP. XV 778 (*saec. I*) Aeli Antimachi (*cf.* 1202). **Antimachidēs,** -is, *Ἀντιμαχίδης. nom. vir. architectus Atheniensis Pisistrati aetate* VITR. 7 praef. 15.

Antimedēs, -is, *Ἀντιμήδης. cogn. vir.* CORP. VI 23375 C. Offellius C. l. Antimedes. XII *4595 . . .> Antimedis. l. VI 27953 P. Valeri P. l. Antimedi| (s *littera ad marginem interierit*). *Diehl.*

antimenion, *ἀντιμήνιον*. DIOSCOR. 4,71 mandragora aut anteminion. *Klotz.*

antimetabolē, -ēs *f.*, *ἀντιμεταβολή*. ISID. orig. 2,21,11 antimetabole est conversio verborum quae ordine mutato contrarium efficit sensum: 'non ut edam vivo, sed ut vivam edo'. CHAR. gramm. I 287,15. *synonyma*: commutatio (RHET. Her. 4,28), permutatio (CARM. de fig. 16). *Lehnert.*

Antimolus, -ī, *Ἀντίμολος. nom. vir.* CHRON. Gall. a. 511 p. 664 no. 649 Antimolus a patre Anthemio . . . Arelate directus est. *Diehl.*

antinomia, -ae *f.*, *ἀντινομία. contentio legum contrariarum* (AVG. rhet. 11). QVINT. inst. 7,1,15. 7,7,1 proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constitit, in antinomia duos esse scripti et voluntatiş status. 7,10,2 COD. Iust. 1,17, 1,8 *cf.* IVL. VICT. rhet. 3,11. *Lehnert.*

Antinous, -ī, *al.* Antinus, *Ἀντίνοος, Ἀντίνους. nom. vir.* PRISC. gramm. II 272,11 'Panthus' enim et 'Eunus' et 'Antinus' . . . apud nos quoque debent secundae esse declinationis. **1** *Priami filius*: HYG. fab. 90 p. 86,25 Antiphonus (*Scheffer*). **2** *Penelopes procus*: PROP. 4,5,8 Antinoo. OV. epist. 1,92 Antinoi. AVSON. 446. 461. 466. **3** *Molossorum princeps, Persei socius cum Theodoto*: LIV. 45,26,5 *et* 9. **4** *Hadriani amasius*: CORP. XIV 2112 *a. 136* lex collegii Lanuvini v. 5 die natalis Antinoi V k. ⟨dec.⟩. SPART. Hadr. 14,5 Antinoum suum dum per Nilum navigat perdidit. *in huius rei memoriam conditur* Antinous *oppidum v. i. inter deos receptus divinis fruitur honoribus* CARM. epigr. 879 Antinoo et Beleno par aetas formaque (*Tibure*). CORP. XIV 2112,1 in templo Antinoi. 7 sub tetra⟨stylo A⟩ntinoi. SPART. Hadr. 14,7 Graeci . . . eum consecrarunt oracula per eum dari adserentes. AVR. VICT. Caes. 14,7 *Hadrianum* locasse ephebo statuas. CORP. XIV 2112,3 cultorum Dianae et Antinoi. 9 collegium salutare Dianae ⟨. . .⟩ et Antinoi *v.* Antinoitai. *cf.* TERT. apol. 13 nat. 2,10 adv. Marc. 1,18 coron. 13 HIER. chron. a. Chr. 129. PRVD. Symm. 1,271 Antinoum caelesti in sede locatum. *cf. Wernicke, PW. I 2439.* **5** *cogn.*: CORP. VI 12367 Arrius Antinous pater fecit Arriae Antinoae. IX 1755 M. Aurelio Antinoo (*Beneventi*). VIII 2148 Fl. Antinous (*in Numidia*). INSCR. christ. Rossi I 767 (*a. 455*) Antinus *estne* Antinous *an* Antonius? **6** *oppidum Aegypti v. i.* **Antinoē,** -ae, *Ἀντινόη. nom. mul.* CORP. VI 12367 Arriae Antinoae. **Antinoeus,** -ī, *Ἀντινόειος*. HIER. vir. ill. 22 *Antinoo* gymnicus agon excercetur Antinoeus.

Antinoum, *al.* Antinous, Antinoo, *Ἀντίνοον, Aegypti oppidum in Antinoi honorem conditum a. 122, nunc* Anṣîna: GLOSS. V 430,58 Antinoo (Antinou) civitas in Aegypto (*cf.* EVSEB. eccl. hist. 4,8 HIER. in Is. 1,2,7). HIER. chron. a. Chr. 129 ex (*Antinoi*) nomine urbs Antinoum appellata est. adv. Iov. 2,7 (Migne 23,297) ab Hadriani amasio urbs . . . Antinous appellata est. AMM. 22,16,2 Antinou (*acc.*). TAB. Peut. 9,3 Antino. (*cf.* PTOLEM. 4,5.) RAVENN. 3,2 p. 123 Antinoy. ITIN. Antonin. 167 Antenou. ITIN. Hieros. Antonini 43 Antinou. **Antinoupolis,** *Ἀντινόου πόλις, Ἀντινοόπολις*. **1** *oppidum Paphlagoniae*: TAB. Peut. 9,4 Antoniopolis, *mutatum in* Antinoupolis. *cf.* AMM. 18,9,1 Antoninupolis. **2** *apud Graecos passim pro Antinoi oppido Aegypti.* **Antinoitai,** -ōn, *Ἀντινοῖται. sodales collegii funeraticii Neapoli instituti in honorem Antinoi*: CORP. VI 1851 Antinoiton et Eunostidon (*bis*). *Antinoi oppidi incolae*: HIER. hist. eccl. 6,9 epistulis ad Antinoitas scriptis. *minus accurate* GLOSS. V 421,71 *et* 430,58 Antinoitas civitas in Aegypto. *Diehl.*

Antīnum, -ī *n. opp. Marsorum, hodie* Antino, *cf. Mommsen Corp. IX p. 362 et 349, pleno nomine* Marsi Antinum *vocatum*: CORP. IX 3839 (*Antini*) omnibus honoribus Mars(is) Antino functo. 3837

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ibid.*) patrono municipi Antino. 3842 IIII vir(o) iur(e) dicund(o) Sergia Antino. 3844 IIII vir Antino. *ad hoc oppidum refertur quod* LIV. 4, 57 *dicit* caesi ad Antium hostes. **Antīnātēs,** -ium *municipes.* CORP. IX 3845 Montanus populi Antinatium Ma⟨r⟩sor(um) ser(vus) arcarius. 3844 IIII vir q(uin)q(uennalis) A⟨n⟩tinatium. 3833. INSCR. Eph. epigr. VIII 170 IIII viro iur. dic. Marsorum ⟨Ant⟩inatium. Marsorum ... Atinates Fucentes *cum* PLIN. *errore scripsit* nat. 3, 106, *hos videtur intellexisse.* Antianus ager LIB. col. grom. p. 259 *re vera esse* Antinas *videtur.* *Otto.*

Antiochīa, -ae *vel* Antiochēa, *Ἀντιόχεια. Syriae caput ab Antiocho dictum.* PRISC. gramm. II 73, 2 'Alexandrīa' et 'Alexandrēa', 'Antiochīa' et 'Antiochēa'. LENT. Cic. epist. 12, 15, 7 *et* CIC. epist. 15, 4, 7 Antiochea. CIC. Att. 11, 20, 1 *et* epist. 15, 4, 7 Antiocheae. LENT. Cic. epist. 12, 15, 6 *et* 7 *et* CIC. epist. 15, 4, 7 Antiocheam (LIV. 33, 19, 8). *ceterum passim* Antiochīa *inde a* CIC. *apud scriptores et in inscriptionibus et in itinerariis. alia oppida eiusdem nominis: in Pisidia* PLIN. nat. 5, 94 VVLG. *passim. in Caria (duo)* PLIN. nat. 5, 108. *ad Euphraten* 5, 86. *in Parthia* 6, 47. *olim Edessae nomen* 5, 86. *Propontidis insula* 5, 151 TAB. Peut. 9, 1. *varia in itinerariis. adi.* **Antiochēnsis,** -e *Antiochiae incola.* CAES. civ. 3, 102, 6 Antiochensium (*codd.* antiocensium). PLIN. nat. 4, 35 Antiochienses (*Macedoniae oppidi*). CORP. VI 26883 (*non ext.*) Stratoni ... natione Syru Antiocense. IX 41 (*Brundisii*) Antiochensis Syriae ad Daphnem. X 867, 28 (*Pompeis, a. 71*) Antiochesis. VAL. MAX. 3, 7, 1 d ex Antiochensi pecunia. CORP. XI 2842 (*christ.*) civi Antiochins⟨i⟩ *ut videtur.* GENNAD. MASS. vir. illustr. 16 Antiochensem ecclesiam. *adi.* **Antiochēnus,** -a, -um. *ab Antiochia oppido derivatum.* IOS. Cassiod. *passim.* VVLG. II Macc. 4, 9. 6, 1 act. 6, 5 COD. Theod. 7, 8, 8 (*a. 400*). 12, 1, 51 *al.* LEO M. ep. 119 (Migne 54, 1041 *et* 1042). MARC. COM. p. 61, 11. 87, 11. 100, 28 (S). GENNAD. MASS. vir. illustr. 16. 25 *al.* Antiochenae ecclesiae. *substantive illius oppidi incola*: COD. Theod. 7, 7, 3 (*a. 398*) prata ... Antiochenorum. CASSIOD. hist. 6, 40. **Antiochicus,** -ī. CASSIOD. hist. 6, 40 *Iulianus* librum ... adversus Antiochenos fecit lepidum et satis urbanum quem Antiochicum nominavit.

Antiochus, -ī, *Ἀντίοχος, nom. vir., praecipue Syriae reges et Commagenes. in usu est passim inde a* PLAVTO. *in inscriptionibus passim servorum nomen libertorumque cognomen. ibidem forma viget* Antiocus, *praesertim in antiquissimis*: CORP. I 35 (*a. u. 593*) Antioco (*acc.*). 1095 Antiocu(s). 725. VI 21644. 304. X 3772 (*a. u. 660*). IV 1862. 1427 *et passim.* INSCR. christ. Rossi I 748 (*a. 450*) Antiochos (*nomin.*). CORP. XV 6951 *tit. scar. lucernae* Antiohus. Anthiocus *praesertim apud christianos*: CORP. VI 9920 (*fin. saec. IV*). V 8220. *3795. *3827. XIV 579. IX 4341. CORP. VI 16501 (*christ.?*). INSCR. christ. Rossi I 667 (*christ. a. 431*) Anthioco (*abl.*). X 7168. 7533 (*christ.*). XIII 2119. *in figulinis, vasibus, lucernis urbis Romae cum* Antiochus, *tum* Antiocus (CORP. XV 4980 *quater.* 6301. 7017), *tum* Anthiocus (438. 966). **Antiochae** *dat.* CORP. VI 16445 *extat* M. Vlpio Antiochae.

Antiochis, -idis *et* -īnis, *Ἀντιοχίς, -ίδος*: PLIN. nat. 1, 167 *Seleucus et Antiochus partem Caspii maris* Seleucida et Antiochida ab ipsis appellari voluere *cf.* MART. CAP. 6, 619. VVLG. II Macc. 4, 30 Antiochidi regis concubinae. *nomen muliebre servile et libertae* CORP. VI 5757. 7994. 7552. XIV 578 *al.* IX 3156. II 5171 *Ἀντιοχείς (nomin.).* III 544. VI 10588. 25533 *et* X 4951 *et* II 712 *al.* Antiocis. XIV 1347 Anthioχis. *passim.* VI 8022 Antiochidis (IV suppl. XXIII 4 *a. 56.* XXIV 5 *et* 16). 2321. 7386. 8829. 10467. 18278. *passim*: Antiochidi. CORP. VI 19558 *et* 26328 *et* IX 3193 Antiochinis. IX 3193 Antiochini. Antiocini: VI 9565. 29469. V 5572. **Antiochiānus,** -ī *cogn. vir.*: CORP. VI 2384 (*a. 198*) 2, 10. 3452 M. Aur. Antiochiano. 11878 Antiochiano filio ... parentes. 13010 M. Aur⟨e⟩lius Antiochianus. 20369. XIV 1497. 3457. X 8059, 121 M. Clue. Cras⟨si⟩ Antiochia⟨ni⟩. VIII 2958 M. Oppius Antiochianus (17726 *a. 194*) *al.* III 6581 (*in Aegypto, a. p. Chr. 199*) Aelius *et* Antonius Antiochianus. 69 (*ibid. a. 168*) M. Vlpius Antiochianus. 828 (*in Dacia, a. 270*) (*cos*) S⟨e⟩pt⟨imius⟩ Antiochianus. *al.* VI 8486 Anthiociano (III 4281 *in Pannonia superiore*). III 10841 (*in Pann. sup.*) Aur. Antiocianus. 8117 (*Moes. inf., a. 270*) Antiochano. COD. Iust. 6, 35, 3 *rescriptum* Antiochiano. **Antiochiāna,** -ae. CORP. VI 3554 Aureliae Antiochianae.

adi. **Antiochīnus,** -a, -um. *ad Antiochum philosophum Ascaloniten pertinens*: CIC. epist. 9, 8, 1 tibi dedi partis Antiochinas. *ad regem*: FAST. Cap. ad a. a. Chr. 191 ⟨bel⟩lum Antiochínum (VELL. 2, 39, 2). GELL. 4, 18, 7 pecuniae Antiochinae (6, 19, 8). *adi.* **Antiochius,** -a, -um. *ab* Antiochus (*a philosopho*) *derivatum.* CIC. Att. 13, 25, 3 est enim is quoque Antiochius. 12, 3 (*scripta*). 16, 12 ratio. 19, 5 *πιθανά.* *Diehl.*

antion. DIOSCOR. 1, 107 alterum genus hederae, quam multi antion vocant. *cf. cum ἀντίον, ἄνθειον?* *Lehnert.*

Antiōn, -ōnis, *Ἀντίων. nom. vir.* CORP. VI 7024 (*primae aetatis imperat.*) Antion Feliciae (Feliclae?) coniugi. XIV 1377 (*Ostiae*) Munatio Antioni. CORP. X 590 (*Salerni, non extat*) Fl. Chr⟨y⟩sis Antioni filiastro. *v.* Anthion *sub* Anthus. *Diehl.*

Antiopa, -ae *vel* **Antiopē,** -ēs *f., Ἀντιόπη. nom.* Antiopa PERS. 1, 78 HYG. fab. 7 p. 41, Antiope PROP. 3, 15, 22 SEN. Phaedr. 227. 927 HYG. fab. 163 p. 16. *gen.* Antiopae PROP. 1, 4, 5, Antiopes MART. 2, 92, 6 HYG. fab. 14 p. 45. *dat.* Antiopae PROP. 3, 15, 19. *acc.* Antiopam CIC. opt. gen. 18 fin. 1, 4 off. 1, 114 HYG. fab. 30 p. 64. 241 p. 134, Antiopen PROP. 3, 15, 12. *voc.* Antiope PROP. 3, 15, 39. *abl.* Antiopa FEST. 352 HYG. fab. 157 p. 13. *nomen in mythologia graeca diversis puellis inditum, Romanarum mulierum cognomen* CORP. X 6450, *quasi praenomen* CORP. IV 6413. *Bickel.*

antioper. GLOSS. II 17, 4 antioper *πρὸ τούτου, cf. Buecheler, Archiv 1 (1884) 102.*

antiosa *quae antias habet.* GLOSS. II 21, 10 antiosa *ὀρχήστρια.*

[antipapa], -ae *m.* [*ab ἀντί et* papa. *Th.*] PROSP. chron. 1132 Vrsicino antipapa. 1270 Eulalio antipapa, *sed utroque loco in marginalibus sequioris aevi.* *Lehnert.*

Antipaphus, -ī, *Ἀντίπαφος. Aegypti filius*: HYG. fab. 170 p. 33, 20. *Diehl.*

antiparagraphē, ēs *f., ἀντιπαραγραφή.* FORTVN. rhet. 2, 5 coniectura quot locis dividitur? decem: paragraphe, antiparagraphe .... *cf.* 1, 22 praescriptioni quot modis occurrimus? quattuor: *ἀντιπαραγραφῇ*, infitiatione, definitione, iuris ratiocinatione. *Lehnert.*

Antipa *m., Ἀντιπᾶς.* CORP. VI 6853. 9382. *nom.* Antipas VVLG. apoc. 2, 13. *abl.* Antipa TERT. scorp. 12. *nomen virile apud Iudaeos potissimum in usu.*

Antipater, -rī *m., Ἀντίπατρος. nom.* Antipatrus CORP. VI 14929, Antipatros CORP. VI 7025. *gen.* Antipatris CHRON. min. II 322, 33. *acc.* Antipatrem VVLG. I Macc. 12, 16. Antepater NOT. Tir. 9, 13. *nom. vir., cf.* VARRO ling. 6, 2 CORP. III p. 959. *apud Latinos nomen servile* CORP. IX 802. X 6638 C 2, 33, *cognomen* CIC. orat. 230 CORP. III 1181. VI 13055. XIV 1028. **Antipatra,** -ae *f. cognomen* CORP. X 6145, *sine nomine* CORP. IX 4728. X 2070. **Antipatrea,** -ae *f., Ἀντιπάτρεια, oppidum Macedoniae, v.* LIV. 31, 27, 2. **Antipatris,** -idis *f., urbs in Iudaea sita. acc.* VVLG. act. 23, 31 Antipatridem, *gen.* LEO M. epist. 98, 4 Antipatridis. *Bickel.*

antipathēs, -is *f., ἀντιπαθής, lapis.* PLIN. nat. 37, 145 antipathes nigra non tralucet. DIOSCOR. 5, 148 antipathes ut corallia (colliria *cod.*) longa sic sunt. **antipathes,** *n.* LAEV. 27 antipathes illud quaeritur philtra omnia undique, eruunt.

antipathia, -ae *f., ἀντιπάθεια. acc. sing.* antipathian PLIN. nat. 32, 25. 37, 59. 24, 67. ind. 32 locorum sympathiam et antipathiam. 32, 25 quod ad repugnantiam rerum attinet quam Graeci antipathian vocant. 37, 59 de discordia rerum concordiaque quam antipathian Graeci vocavere ac sympathian. *antidotum*: PLIN. nat. 20, 28 ubi acrior raphani medicina admota sit, hysopum dari protinus imperant: haec antipathia est. 24, 67. 34, 150. *Lehnert.*

Antiphanēs, -is *m., Ἀντιφάνης. nom. vir. graec.* CVRT. 7, 1, 15. 17. 32. 34. 36 IREN. haeret. 2, 14, 1 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 14. *Bickel.*

antipharmacum, -ī *n., ἀντιφάρμακον, antidotum.* THEOD. PRISC. eup. 74 generaliter omnibus serpentibus antifarmacum quercus folia .... DIOSCOR. 4, 73 *mandragora* dicitur et antifarmacon esse id est veneno contraria. ISID. orig. 17, 9, 23 *hedera* antipharmacum ebrietatis est. PHILARG. Verg. georg. 2, 299. *Lehnert.*

Antiphās *m., nom.* ITALA apoc. 2, 13 (Antipas VVLG. *v.* Antipas *l. 18*). *Ἀντιφάντης acc.* Antiphantem HYG. fab. 135 p. 115 (*de filio Laocoontis apud* SERV. Aen. 2, 211 *aliter nominato fabula est*).

Antiphatēs, -ae *m., Ἀντιφάτης. gen.* Antiphatae OV. met. 14, 249 SIL. 8, 530 STAT. silv. 1, 3, 85 CLAVD. 30, 22 SIDON. 22, 2. *acc.* Antiphaten VERG. Aen. 9, 693 HOR. ars 145 OV. Pont. 2, 9, 41, Antiphatem TIB. 3, 7, 59. *abl.* Antiphate DICT. 6, 5 RVT. NAM. 1, 382. *nomen virile graecum* HYG. fab. 125 p. 107. *nomine appellative adhibito ut* IVV. 14, 20 *significatur* custos domus quem homines timent GLOSS. V 652, 19. *Bickel.*

Antiphellos, -ī, *Ἀντίφελλος. opp. Lyciae, portus.* PLIN. nat. 5, 100 Antiphellos ... quondam Habesos, ... in recessu Phellos. 31, 131 Antiphelli. TAB. Peut. 10, 2 Antifillon. RAVENN. 5, 8 p. 360, 10 Antifilon. 2, 8 p. 104, 11 Antiphiron. GVIDO 96 p. 527 Antisilon. LEO M. ep. 98, 4 (synodi Chalced.) episcopus Antifelli Lyciae. *Diehl.*

antipherna, -ōrum *n. pl., ἀντίφερνα. bona pro dote uxori a marito data.* COD. Iust. 5, 3, 20, 2 constante matrimonio talem donationem facere quae quasi antipherna possit intelligi. *Lehnert.*

Antiphilus, -ī, *Ἀντίφιλος. pictor Atheniensis Philippi et Alexandri aetatis*: VARRO rust. 3, 2, 5 Antiphili. PLIN. nat. 35, 114. 138 QVINT. inst. 12, 10, 6. LIV. 33, 1, 3 Boeotorum praetor (33, 1, 7). LIV. 42, 51, 5 dux ... Edessaeus. *cogn.* CORP. VI 19839 C. Iuli Antiphili. IX 6084, 4 (*in achate pegaso ornato*) Antiphilus. **Antiphila,** -ae, *Ἀντιφίλη. nom. serv.*: TVRP. com. 188. PLAVT. Cist. 2 Antiphila (PRISC. gramm. II 529, 16. *codd.* Gymnasium). TER. Haut. *virginis nomen, passim.* 2 *et* 6 Antiphilam *cf.* AVSON. 307, 8. 349, 22. *Diehl.*

Antipho, -ōnis *vel* **Antiphōn,** -ōntis *m., Ἀντιφῶν.* Antifon CORP. XI 320. *formae latinae* (*cf.* CHAR. gramm. I 64 *sq.*) *apud comicos*: PLAVT. Stich. TER. Phorm. Eun. (PLAVT. *tantum nom.* -o, *acc.* -onem), *et in titulis, v.* CORP. VI 7226. IX 5193; *graecae apud Ciceronem primum, v.* CIC. Att. 4, 15 SEN. contr. exc. 2, 1 QVINT. inst. 3, 1, 11. *acc.* Antiphontem CIC. Brut. 47, Antiphonta QVINT. inst. 12, 10, 22. *nom. graecum vir., nom. serv.* *Bickel.*

antiphona, -ae *f., v. ἀντίφωνος.* ISID. orig. 6, 19, 7 antiphona ex Graeca interpretatione vox reciproca: duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine mutato, sive de uno ad unum. GLOSS. vox rēci-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proca. *haud raro* antefana *scribitur, sic semper* GREG. TVR. *et* BENED. reg. [*periit in ling. roman., excepta francog. M.-L.*] SILVIA 15,5 dicendo psalmos vel antiphonas. 24,1. 24,4. 25,12 ymnos seu antiphonas. 27,8 vicibus antiphonas vicibus lectiones. 43,5. SERM. domin. 1,3 (Migne 13, 644 b) antiphona missae quae vulgo introitus dicitur. AVG. reg. 2,1 psalmi cum debitis antiphonis versibus. PS. AVG. serm. 303, 3 CASSIAN. inst. 2, 2,1 CASSIOD. hist. trip. 10, 8. 10, 9 GREG. TVR. hist. Franc. 2, 37. BENED. reg. 9 sex psalmi cum antiphonis. 45 responsorium aut antiphonam. VITA Caes. Arel. 19 alii graece, alii latine prosas antephonasque cantarent. ECCL. *passim.* **antiphona,** -ōrum *n.* CASSIAN. inst. 2,8. 3,8,4 cum stantes antiphona tria concinuerint.

antiphora, -ae *f.*, *ἀντιφορά.* IVL. TOL. gramm. V 320, 11 prima pars est quae scribitur per metaphoram et antiphoram id est per interrogationem et responsionem.

antiphrasis, -is *f.*, *ἀντίφρασις.* CHAR. gramm. I 276, 13 antiphrasis est dictio ex contrario significans. haec ab ironia hoc differt, quod ironia adfectu mutat significationem, antiphrasis vero diversitatem rei nominat, ut bellum dicitur, quod minime sit bellum, et lucus, quod minime luceat. DIOM. gramm. I 462, 13. DONAT. gramm. IV 402, 3 antiphrasis est unius verbi ironia. MAR. PLOT. gramm. VI 462, 11. ISID. orig. 1, 37, 24 antiphrasis est sermo e contrario intelligendus. GLOSS. contraria locutio. *acc.* antiphrasin. PAVL. FEST. 69 dierectum dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem. HIER. epist. 82, 8 ne per antiphrasin a suo nomine discrepare videantur. AVG. c. mend. 10, 24 doctr. christ. 3, 29, 41 ISID. orig. 7, 6, 67. CASSIOD. in psalm. 118, 134 calumnia per antiphrasin, id est per contrariam locutionem dicitur capitis alumna. BEDA rhet. p. 615, 10. *alio sensu vocabulum graecis tantum litteris scribi videtur.* *Lehnert.*

Antiphus, -ī *m.*, *Ἄντιφος. nom.* Antiphos STAT. Theb. 9, 252. *acc.* Antiphon HOMER. 748. *nom. vir. graec. cf.* STAT. Theb. 7, 755 DAR. 14. *Bickel.*

antiphyson *m.*, *ἀντιφυσῶν.* MARC. med. 1, 63 magnetes lapis, qui antiphyson dicitur, qui ferrum trahit et abicit. GLOSS. III 552, 70.

antipodes, -um *m. plur.*, *ἀντίποδες.* CIC. ac. 2, 123 esse e regione nobis in contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos *ἀντίποδας* vocatis. ISID. orig. 9, 2, 133. *acc.* antipodas. *gen.* antipodon AGENN. grom. p. 62,1. **antipodae,** -ārum. LACT. ep. 34,2 SCHOL. Bern. Verg. georg. 2,482 SCHOL. Arat. lat. p. 125 ISID. orig. 9,2,133 (*coni. Otto*). *Kauffmann, PW. I 2531.* SALL. frg. dub. 3 antipodas ultra Aethiopiam. PLIN. nat. 4, 90 AMPEL. 6,1 AGENN. grom. p. 62,1 LACT. inst. 3,24,1 ep. 34,2. HYG. astr. p. 99 (*ter*). SCHOL. Cic. Gron. p. 388 B. dies non finitur ... sed apud antipodas lucet. AVG. civ. 16,9 categ. 10 MACR. sat. 1,21,3 somn. 1,22,13 MART. CAP. 6, 605. 6, 606. 8, 874 SIDON. carm. 9, 19 SCHOL. Stat. Theb. 2, 319. 8, 311. TERT. nat. 1, 8 an cynopennae aliqui vel sciapodes vel aliqui de subterrane⟨o⟩ antipodes? ISID. orig. 11, 3, 24 antipodes in Libya plantas versas habent post crura. SEN. epist. 122, 2 sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui, ut M. Cato ait, nec orientem unquam solem viderunt nec occidentem. *synon.* antichthones. *Lehnert.*

Antipolis, -is, *Ἀντίπολις. nunc* Antibes, *ut provinciales aiunt* Antiboul. **1** *Galliae Narbonensis oppidum, colonia Massilitanorum.* MELA 2,76. PLIN. nat. 3,79 Antipolim. 6, 217 Lunam Lucam Genuam Liguriam Antipolim Massiliam Narbonem. 3, 35 oppidum Latinum. 31,94 *laudatur* muriā Antipolis. TAC. hist. 2,15 Antipolim Narbonensis Galliae municipium. CORP. XII 175 *et* 188 Antipolí. AMM. 15, 11, 15 MART. CAP. 6,643. TAB. Peut. 3,2 Antipoli. ITIN. marit. 504 Antipoli *acc. et abl.* Anton. 297. *vel* RAVENN. 5,3 p. 339 Antipolis, *sed* 4,25 p. 243 Anthopolis. *adi.* **Antipolītānus,** -a, -um. MART. 4, 88, 5 Antipolitani ... thynni (13, 103). CORP. XII 178 Antipolitanus. 189 Antipolitanorum. NOT. Gall. 16, 8 civitas Antipolitana. **2** *oppidum mythicum in Ianiculo*: PLIN. nat. 3, 68 Antipolis quod nunc Ianiculum in parte Romae. **3** *cogn. mul.* CORP. VI 19647 (*non extat, ex Ligorio!*) Ianuariae Aelia Antipolis matri b. m. et sibi. *Diehl.*

Antippus, -i *m.*, *Ἄντιππος. nom. vir. v.* HYG. fab. 14 p. 44. *Bickel.*

antiprosopon, -ī *n.*, *ἀντιπρόσωπον.* CASSIOD. in psalm. 78, 8 est quando pro homine ingrato ponitur persona gratissima.

antiptosis, -is *f.*, *ἀντίπτωσις. acc.* antiptosin SERV. gramm. IV 416, 15, antiptosim SERG. gramm. IV 498, 18. SERG. gramm. IV 498, 18 Vergilius antiptosim fecit, pro vocativo nominativum posuit (*cf. Aen. 8, 77*). SERV. gramm. IV 416, 15 Verg. Aen. 11, 56. SCHOL. Stat. Theb. 6, 454. CASSIOD. in psalm. 34, 17 antiptosis, quando casus pro casu ponitur. *Lehnert.*

Antīqua colonia *opp. prope Carthaginem situm secundum* RAVENN. p. 142. *an recte nomen traditum sit iure dubitatur.* *Otto.*

antīquārius *adi. et subst. ab* antiquus. PRISC. gramm. III 40, 23 derivatur ex hoc (*i.* ante) nomen 'antiquus' et 'antiqua' et 'antiquum', ex quo antiquarius. VIRG. gramm. p. 150, 19 antiquaris. **I** *antiquitatis studiosus, diligens*: IVV. 6, 454 ignotosque mihi tenet antiquaria versus. TAC. dial. 21 nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ea ex parte laudet qua antiquus est. 37 in antiquariorum bibliothecis. 42 ego te poetis, Messala autem antiquariis criminabimur. SVET. Aug. 86 cacozelos et antiquarios ... pari fastidio sprevit. SCHOL. Cic. Gron. p. 430,18 B. diversa ... artificia ...: antiquarius (*corrupte*) et advocatus. **II** *librarius*: GLOSS. *καλλιγράφος, ἀρχαιογράφος,* scriptor, qui grandes litteras scribit, librarii scribentes. LYDVS mens. 1, 33 *ἀντικουάριοι οἱ κατὰ Ἕλληνας καλλιγράφοι.* ISID. orig. 6, 14, 1 librarii sunt qui nova scribunt et vetera, antiquarii, qui tantummodo vetera, unde et nomen sumpserunt (*non recte, cf. Wattenbach, Schriftwesen³ 423 sqq., Gardthausen, gr. Palaeogr. 169*). EDICT. Diocl. (Corp. III 2) 7, 69 librario sibe antiquario in singulis discipulis menstruos X quinquaginta (*gr. ἀρχαιολόγῳ pro ἀρχαιογράφῳ*). AVSON. 18,12 oblata per antiquarios mora. HIER. epist. 5,2 habeo alumnos, qui antiquariae arti serviant. AVG. serm. 98, 3 laudat quidam antiquarii manum. in psalm. 44, 6 c. Faust. 13, 6. COD. Theod. 14, 9, 2 antiquarios ad bibliothecae codices componendos vel pro vetustate reparandos. SIDON. epist. 9, 16, 2 licet antiquarium moraretur ... pagina. CASSIOD. hist. 2,16 codices ... ab artificibus antiquariis ... scribi (*cf.* inst. 30). COD. Iust. 12,19,10 praef. antiquarios ... qui habentur in scrinio memoriae. VIGIL. Migne 69, 61 antiquarios pretio ... conducens. GREG. M. dial. 1, 4 (Migne 77, 172) antiquarios scribentes reperit. *praeterea in subscriptionibus codicum.*

antīquātio, -ōnis *f. ab* antiquo I. COD. Iust. 6, 56, 4, 1 infamiae abolitionem permittimus et ceterarum poenarum antiquationem.

antīquitās, -ātis *f. ab* antiquus. GLOSS. *ἀρχαιότης, ἀρχαϊσμός.* **I** ***antiquum tempus, res, mos, instituta temporis antiqui:*** **1** VARRO ling. 5, 122 etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendae causa ... potio circumfertur. 6,13 ut in antiquitatum libris demonstravi (*cf.* 18 CIC. ac. 1, 8 FEST. 158 PLIN. nat. praef. 24. 13, 87 GELL. 2, 15, 2. 5, 13, 3. 13, 12, 2 TERT. anim. 30 AVG. civ. 6, 3 Ios. Cassiod. c. Ap. *passim*). CIC. Brut. 60 Varro ... investigator antiquitatis. 66 qui ... antiquitate delectantur (83). 81 antiquitatis bene peritus (*cf.* 205. 267 QVINT. inst. 10, 1, 95 GELL. 5, 12, 13. 17, 2, 5 imperitis. AMM. 23, 5, 21. 31, 5, 11 ignari). 137 persequebatur atque imitabatur antiquitatem (de orat. 1, 193. 3, 42. 45 QVINT. inst. 11, 3, 10). 214 nullam memoriam antiquitatis collegerat (de orat. 1, 202). de orat. 1, 18 tenenda est omnis antiquitas (159. 165 orat. 120 Planc. 58 Cato 12. 38). orat. 169 nec ego id quod deest antiquitati flagito potius quam laudo (*bis*). Cluent. 133 si unum factum ex omni antiquitate protulero. Manil. 27 qui ... etiam antiquitatis memoriam virtute superavit. Balb. 20 o praeclarum ... auctorem antiquitatis! fin. 1, 65 *fabulis* ab ultima antiquitate repetitis. 4, 62 quas res illi propter antiquitatem parum vidissent. div. 1, 87 clarissimis monumentis testata ... antiquitas. NEP. Att. 18, 1 fuit antiquitatis ... amator. 20, 2 cum ... aliquid de antiquitate ab eo requireret. VITR. 2 praef. 5 insequar ingressus antiquitatis rerum naturae. 2,1, 5 Areopagi antiquitatis exemplar. FEST. 173 Santra ... de verborum antiquitate (*cf.* 277). 230 penem antiqui codam vocabant. a qua antiquitate etiamnunc offa porcina ... offa penita vocatur. VELL. 2,41,1 quod inter omnis antiquitatis (antiquissimos *traditum*) studiosos constat. VAL. MAX. 3, 2, 7 fortitudinis exemplum antiquitas offert. SEN. nat. 6,12,1 Archelaus antiquitatis diligens. dial. 8,5,2. 11,19,15. PETRON. 88 accusatores antiquitatis vitia tantum docemus. PLIN. nat. 18, 41 quominus unum exemplum antiquitatis adferam. 25,11 Homerus ... antiquitatis parens. 26, 12 durabat ... antiquitás firma. 37, 115 antiquitatis gloriam retinens. QVINT. inst. 12, 11, 22 tot nos ... exemplis instruxit antiquitas. decl. 306 p. 201 testis carminum antiquitas. TAC. ann. 2, 59 Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis. 3, 60 imaginem antiquitatis senatui praebuit. 4, 14 neque dispar apud Coos antiquitas (*cf.* 12, 61). 16 ex horrida illa antiquitate. 55 antiquitatis gloria pollebant. 6, 28 antiquitas ... obscura. 14, 20 spectaculorum antiquitas. hist. 2, 4 laetum antiquitatibus Graecorum genus. dial. 19 terminum antiquitatis. 20 *vulgus non* perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem. 22 non carent vitiis antiquitatis. 30 in evolvenda antiquitate. PLIN. epist. 8, 24, 4 sit apud te honor antiquitati. SVET. Tib. 19 ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis. Claud. 21 Nero 38. gramm. 20 quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem ... vocabant. GELL. 20, 1, 22 nec ideo contemnas legum istarum antiquitates, quod .... TERT. nat. 1, 10 deletam in vobis antiquitatem recognosco. *ibid.* exclusa ubique antiquitas in negotiis. 2, 12 antiquitatum canos. *ibid.* nihil allego de statu antiquitatis. 16 non omnibus iam artificiis antiquitas exolevit. spect. 6. SOL. 1, 90 scripta ... ex antiquitate memorias accersunt in fidem veri. ARNOB. nat. 1, 5 sint ... nullis antiquitatibus inaudita. 2, 74. OPTATVS 3, 2 novitas contra antiquitatem ... instituta est. AMM. 16, 7, 8 antiquitatem replicando conpluries. 9 lector antiquitatum. 17, 5, 5. 20, 6, 9 munimentum ... locavit antiquitas. 22, 8, 35 visis antiquitatis vestigiis. VVLG. Ezech. 16, 55 filiae eius revertentur ad antiquitatem (LXX *καθὼς ἦσαν ἀπ' ἀρχῆς*). AVG. civ. 2, 11 *litteras* plenas fabulosis velut antiquitatibus. MACR. sat. 1, 5, 4 parentis artium antiquitatis. 5, 20, 2. 21, 17. *antiquorum universitas*: RHET. Her. 4, 2, 4 non omnia concedenda esse antiquitati. CIC. Brut. 69 in hac una arte dicendi versatur antiquitas. rep. 2, 19 antiquitas ... recepit fabulas fictas. Tusc. 1, 26 antiquitate, quae ... melius ea ... cernebat. leg. 2, 27. div. 2, 70 errabat ... multis in rebus antiquitas. LIV. 1 praef. 7 datur haec venia antiquitati. PHAEDR. app. 5, 17 involvit veritatem antiquitas. SEN. nat. 2, 42, 1 in his errat antiquitas. 4, 7, 2 antiquitas credebat. CVRT. 7, 3, 22 antiquitas tradidit. PLIN. nat. 12, 85 fabulose

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

narravit antiquitas. 14, 52. 19, 49. 24, 159. 25, 9. 13. 33, 8. 34, 58. 35, 49. 118. QVINT. decl. 299 p. 181 in cuius cruciatus cum omnia commenta sit antiquitas. 321 p. 263. FRONTIN. strat. 4, 1, 14 cum solos urbium muros nosset antiquitas. TAC. ann. 15, 13 laudatam antiquitatem ... saluti consuluisse. HYG. grom. limit. p. 115, 13 sollers procuravit antiquitas (SVLP. SEV. dial. 1, 13, 6). GELL. 1, 10, 3 (MACR. sat. 1, 5, 2) antiquitatem tibi placere ais, quod honesta et bona et sobria et modesta sit (Non. 184). TERT. spect. 6 accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas. scorp. 9 nat. 2, 13. 17 anim. 2. SOL. 1, 87 nihil de se antiquitatem mendaciter praedicasse. praef. 5, 40, 15. CAPITOL. Ant. 18, 8 quae ... decrevit antiquitas. ARNOB. nat. 5, 21 quem antiquitas canit. 6, 24. NON. 52 faciem totius corporis formam posuit antiquitas prudens. AMM. 21, 13, 13 docente antiquitate. 26, 10, 15. 27, 4, 4. 29, 2, 18. 30, 4, 5. 31, 16, 7. HIER. epist. 18, 6 universa antiquitas tradidit. 33, 1. 60, 12. 14. PRVD. perist. 10, 32 ut refert antiquitas. MEROB. pan. Aet. 2^B 17 quem Colubrarium ... vocavit antiquitas. MACR. sat. 1, 5, 13 philosophorum, de quibus nostra antiquitas gloriata est. 15, 15. SORAN. 2, 3 (25) quos fabulosa antiquitas procaces in venerem scribit. 31 (89). COD. Theod. 14, 1, 3 decrevit antiquitas. 16, 11, 3 ordinavit. SIDON. epist. 1, 5, 3 quos antiquitas ... fornicavit. CASSIOD. *saepe*. IORD. Get. 24, 121 ut refert antiquitas. 40, 207. GREG. TVR. hist. Franc. 1, 33 refert antiquitas. virt. Mart. 4, 17 cui Crovio antiquitas nomen indidit. COD. Iust. 3, 33, 13 praef. antiquitas dubitabat. INST. Iust. 1, 6, 7 antiquitas prohibebat. 11, 12. 2, 13 praef. *pass.* COD. Iust. 5, 9, 10, 6 qui ... ingrati circa suam antiquitatem (*i. maiores*) ... convicti fuerint (11, 48 (47), 22, 5). **2** *cum laude aliqua*: AFRAN. com. 360 antiquitas petenda in principio est mihi, maioris vestri incupidioris liberum fuere. VOLCAC. 1, 13 addo causa antiquitatis Ennium. CIC. part. 9, 32 si probitas narrantis significabitur, si antiquitas, si memoria. Verr. 4, 209 exempla ... plena dignitatis, plena antiquitatis. Rab. Post. 27 qui documentum fuit ... virtutis antiquitatis prudentiae. Sest. 6 duobus his ... antiquitatis viris sic probatus fuit, ut .... 19 imaginem antiquitatis. 130 gravitatem plenam antiquitatis (Planc. 45). har. 29 antiquitate religionis. PLIN. nat. 27, 1 crescit ... apud me ... admiratio antiquitatis. QVINT. inst. 1, 6, 39 auctoritatem antiquitatis habent. 3, 7, 8 addunt ... dis honorem parentes ... addit antiquitas ... progenies quoque. TAC. ann. 3, 4 *Agrippina* unicum antiquitatis specimen. PLIN. epist. 1, 22, 2 quantum antiquitatis tenet! 3, 1, 6 quantum tibi antiquitatis! 5, 14, 3. GELL. 6, 12, 4 hac antiquitate inbutus P. Africanus. TREB. Val. 5, 7 moribus singularis, exemplum antiquitatis. VOP. Tac. 19, 6 antiquitatem sibi redditam crederent. CASSIAN. conl. 10, 3, 4 virum tantae antiquitatis (11, 2, 2). PROSP. c. collat. 21, 3 maneat ista condicio, ut horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa viri dissentit antiquitas (*i. prior sententia*). **3** *cum nota aliqua vituperationis*: VARRO Men. 505 ruminaris antiquitates (criminaris *codd.*). CIC. Brut. 82 nescio quomodo ... exiliores orationes sunt et redolentes magis antiquitatem quam aut Laeli ⟨aut⟩ Scipionis. orat. 155 a quibusdam sero iam emendatur antiquitas. QVINT. inst. 2, 5, 21 antiquitatis nimius admirator. OROS. hist. 5, 1, 16 ne antiquitatibus videar immorari.

II *vetustas*: CIC. Verr. 2, 46 est ... tanta ... eius fani religio atque antiquitas, ut .... Font. 41 generis antiquitas, quam ... in monumentis ... incisam ... videmus (Cluent. 43 epist. frg. 7 NEP. Milt. 1, 1 TAC. ann. 13, 3 HYG. astr. p. 70, 14 HIER. epist. 130, 7). har. 13 quorum (*sacrorum*) eadem est antiquitas quae ipsius urbis. Tusc. 2, 15 princeps et auctoritate et antiquitate. NEP. Att. 3, 3 eam ... civitatem, quae antiquitate ... praestaret omnes. PLIN. nat. ind. 35 antiquitas picturarum. 5, 60 super ceteram antiquitatis gloriam. QVINT. inst. 8, 3, 24 propriis *verbis* dignitatem dat antiquitas. TAC. hist. 5, 5 hi ritus antiquitate defenduntur. Germ. 39 fides antiquitatis religione firmatur. TERT. nat. 2, 12 quibus fides pro antiquitate superior⟨e⟩ debetur. anim. 28. SIRICIVS Migne 13, 1146 pro antiquitate sacerdotii tui. FILASTR. 121, 11 consentiunt de antiquitate nostra. SYMM. epist. 7, 112 familiae ... antiquitas. AMM. 22, 15, 2 Aegyptia gens antiquitate certat cum Scythis. HIER. epist. 70, 3 antiquitatem adprobans Iudaici populi. 127, 2 familiae. AVG. civ. 15, 32 ob antiquitatem suspectae fidei iudicata sunt. 18, 2. 37. 38. 39. 40. COD. Theod. 12, 1, 74, 1 anteriore tempore ascitos aequum est antiquitate defendi. PAVL. PELL. praef. 1 tam longe quam ipsa temporis antiquitate discretum.

III *veneratio, religio*: SALL. frg. 1, 19 tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit (ap. Front. p. 162, 6 N. *qui addit*: antiquitatis verbum usitatum, sed nusquam ⟨eo⟩ sensu usurpatum ⟨neque⟩ probe adscitum. nam volgo dicitur, quod potius sit antiquius esse; *cf.* SERV. georg. 2, 209). SYMM. epist. 1, 79 praesumptum aut conpertum tenes, quanta mihi sit tuae laudis antiquitas. 3, 73. 6, 3. 9, 118.

antīquitus *adv.* CHAR. gramm. I 184, 3 usque ad nos ... consuetudo permansit ut ab eo quod est divinus divinitus dicatur et ab eo quod est antiquus antiquitus. *deest apud Ciceronem, apud poetas ante Silium.*

I *ab antiquis temporibus*: GLOSS. ἀρχαιόθεν, ἐξ ἀρχαίου. VARRO rust. 1, 48, 2 spica..., quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant specam. CAES. Gall. 6, 4, 2 per Haeduos, quorum antiquitus erat in fide civitas (civ. 1, 34, 4). 6, 12, 2 quod summa auctoritas antiquitus erat in Haeduis. 7, 32, 3 cum singuli magistratus antiquitus creari ... consuessent. civ. 2, 2, 1 tanti erant antiquitus in oppido ... apparatus. 22, 1 ad huius modi casus antiquitus paratum. 3, 33, 1 depositas antiquitus pecunias. LIV. 9, 29, 8 iam inde antiquitus insitam pertinaciam. 30, 5 quod traditum antiquitus erat (40, 45, 8 QVINT. inst. 6, 2, 8. 12, 2, 29 GLOSS. V 660). 22, 61, 1 civitatis minime in captivos iam inde antiquitus indulgentis. 32, 34, 5 cum ipsi ... hunc antiquitus morem servent. 34, 27, 9 hi sunt iam inde antiquitus castellani. 39, 25, 4 an Aetolica antiquitus ea oppida fuissent. FEST. 157 eo more ..., quo adsuesset (adfuissent *codd.*) antiquitus. SEN. nat. 5, 15, 2 vitiis ... iam inde antiquitus traditis. PLIN. nat. 26, 100 si Italiae *podagra* fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset. 34, 18. SIL. 4, 772 discors antiquitus Hannon. 8, 602. QVINT. inst. 1, 10, 12 acceptam ... antiquitus opinionem. 30 antiquitus usque a Chirone atque Achille ad nostra tempora. TAC. ann. 2, 56 ambigua gens ... antiquitus. 4, 5 cohortes delectae ... coloniis antiquitus Romanis. 11, 5 *et* 11. 12, 42. 15, 33 hist. 1, 18. 2, 91 infausto antiquitus die. *pass.* PLIN. paneg. 31 percrebuerat antiquitus urbem nostram nisi opibus Aegypti ali ... non posse. 82 iam inde antiquitus. SVET. Aug. 17 quod in Antoniorum clientela antiquitus erant. Claud. 14 Otho 8. APVL. apol. 47 iam inde antiquitus. flor. 50 fanum ... antiquitus famigeratum. HIER. epist. 124, 8 intellegamus eam egisse antiquitus. VVLG. I reg. 27, 8 hi ... pagi habitabantur ... antiquitus. MART. CAP. 6, 641 antiquitus nemora. IVST. inst. 4, 12 praef. eas ... actiones ... perpetuo solere antiquitus competere. LEX Burg. lib. const. 51, 18 quamlibet haec in populo nostro antiquitus fuerint conservata, ut ....

II *antiquis temporibus*: VARRO ling. 5, 96 vitulus quod graece antiquitus ἰταλός. CAES. Gall. 2, 4, 1 Rhenum ... antiquitus traductos *Belgas*. 17, 4 quod Nervii antiquitus cum equitatu nihil possent ... teneris arboribus incisis ... effecerant, ut .... 16, 11, 4 id ... eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne ... (civ. 3, 92, 5). NEP. Att. 13, 2 tectum antiquitus constitutum. VITR. 2, 6, 2 antiquitus crevisse ardores ... sub Vesuvio monte. 4, 1, 3 antiquitus dorica est nata. PAVL. FEST. 36 barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis (46. 114. 122 FEST. 270). VAL. MAX. 2, 4, 5 hostias nigras, quae antiquitus furvae dicebantur. PLIN. nat. 3, 7 oppida ... Latio antiquitus donata. 3, 50. 4, 23 (MART. CAP. 6, 653). 4, 26. 5, 125. 13, 4 *et* 74. 16, 9. 18, 169. 21, 3 *et* 53. 27, 82. 30, 8. 33, 161. 35, 149. SIL. 5, 7 vada ... regnata antiquitus Arno. 11, 278. 13, 321. QVINT. inst. 1, 10, 18 sic institui pueros antiquitus. FRONTIN. aq. 107 balneis ... privilegium antiquitus concedebatur, ut .... strat. 4, 1, 14 castra antiquitus Romani ... velut mapalia constituere soliti erant. TAC. ann. 4, 65 montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse. hist. 4, 8 nihil evenisse, cur antiquitus instituta exolescerent. PLIN. epist. 8, 14, 4 erat ... antiquitus institutum. SVET. Iul. 42 cuncta collegia praeter antiquitus constituta distraxit. Aug. 60. 94. FRONTO p. 103, 5 N. ut antiquitus multas inrogari mos fuit mille minus dimidio. CALL. dig. 27, 1, 17, 1 Iliensibus ... iam antiquitus ... immunitas tributa est. *passim.* TERT. pudic. 18 quae ... antiquitus cauta sunt. AMM. 27, 6, 16 morem institutum antiquitus. 19, 12, 1. 21, 10, 8. 29, 1, 8. VVLG. Ios. 11, 10 Asor antiquitus inter omnia regna haec principatum tenebat (LXX τὸ πρότερον). iud. 1, 10 (LXX *it.*). Ruth 4, 7 (LXX ἔμπροσθεν). Is. 1, 26 (LXX τὸ πρότερον). AVG. civ. 17, 20 eos ... occidentalis antiquitus recepit ecclesia. SIDON. epist. 4, 22, 2 antiquitus, cum Gaius ... suasisset, ipse postmodum quod iniunxit, arripuit. LEX Visig. Recc. 10, 3, 1 sicut *limites* antiquitus videntur esse constructi. 3 signa, que antiquitus constituta sunt. *sim.*

antīquo, -āvī, -ātum, -āre. PRISC. gramm. II 433, 20 ab antiquo 'antiquo antiquas'. GLOSS. antico *scribunt.*

antiqui, qua nunc dicimus antistitem. **I *generaliter*:** COLVM. 3, 21, 6 singulis *vindemiatoribus* totidem antistites (antistores *Sang.*) dare. TERT. apol. 1, 1 Romani imperii. *f.* pall. 4 latrinarum antistes. MACR. sat. 1, 17, 45 pecoris antistes (*Apollo*). 1, 18, 17 boni consilii solem (*supra* praestitem). **II *de sacerdotibus*:** 1 CIC. dom. 2 alii antistites deorum . . . alii interpretes religionum requirendi (AMM. 23, 6, 24). NEP. Lys. 3, 3 Iovis (CARM. epigr. 869, 2 *saec. III*). APVL. flor. p. 91 Oud. non ignotus illi (*Aesculapio*) sacricola nec recens cultor nec ingratus antistes. TERT. castit. 13 tauri illius (*Apis*). DICT. 2, 14 dei. CARM. epigr. 11, 26 (*a. 384*) Dindymenes Atteosque antistitem. CORP. X 5654, 8 cultores antistes deae Cereris. *al.* CIC. har. 14 uno illo solo antistite sacrorum dissentiente. LIV. 39, 8, 4 occultorum et nocturnorum antistes sacrorum (IVV. 2, 113 APVL. met. 11, 10 AVG. civ. 8, 5. 10, 11). 1, 7, 14 sacri eius (9, 34, 18). 10, 8, 2 Apollinaris sacri caerimoniarumque aliarum (*cf.* TAC. hist. 4, 83). APVL. met. 9, 10 religionis (LACT. inst. 4, 3, 4. 5, 9, 17). OV. Pont. 4, 8, 25 sui (*sc. arae*) . . . antistitis. LIV. 1, 45, 5 fani (OROS. hist. 3, 16, 13). 23, 24, 12 sacerdotibus ac templi antistitibus (23, 11, 5. 31, 4, 8 VAL. MAX. 7, 3, 1 MACR. sat. 1, 12, 26). FEST. 229 prophetas . . . Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes. MART. 13, 1 loci illius (CORP. III 1114. 1115). LIV. 1, 45, 6 Romanus. TAC. hist. 4, 83 Aegyptiorum (*infra* sacerdotibus). *absolute*: CIC. div. 2, 112 cum antistitibus agamus. PROP. 3, 17, 37 OV. met. 13, 632. SEN. dial. 7, 26, 7 ut antistites. nat. 4, 2, 7 LVCAN. 5, 124 APVL. mund. 17 CORP. III 10440. V 523, 2 ex responso antistitum. SOL. 32, 18 AMM. 22, 18, 4 HIER. epist. 64, 2 VVLG. II par. 29, 34 PRVD. perist. 2, 68 apoth. 499 MART. CAP. 1, 2. FVLG. aet. mund. 155, 4 Samuel sacratus antistes. *f.* LIV. 1, 20, 3 adsiduae templi antistites (*Vestales*). MELA 3, 48 oraculi. LACT. inst. 1, 22, 20 Matris (*Magnae*). DICT. 1, 23 divinae religionis. 3, 2 Minervae et Apollinis. VAL. MAX. 1, 8, 10 antistitem Delphicae cortinae. 1, 1, 1 perita. CORP. VI 2143 (*a. 301*) in cerimoniis antistiti deorum . . . v(irgini) V(estali) max(imae) (2139). **2 *apud christianos*:** TERT. adv. Marc. 5, 9 legitimus dei antistes (*Christus*). CLEM. ad Cor. 61 per pontificem et antistitem animarum nostrarum (*cf.* 64). TERT. pudic. 20 sanctitatis (-tem *cod.*) omnis erga templum dei antistitem. CYPR. epist. 21, 3 antistes dei (AVG. util. cred. 1, 10, 24). PRVD. apoth. 406 domini. AMBR. fid. 2 prol. 13 hic religiosi ornatus antistitis, hoc velamen est sacerdotis (ISID. orig. 7, 12, 16). FAVSTIN. prec. 20 (Migne 13, 97 B) Vincentius presbyter, verae fidei antistes (AVELL. 2, 73). PAVL. NOL. pass. Genes. 3 catholicae religionis. AVG. mor. eccl. 1, 1, 1 vel episcopos vel presbyteros vel cuiuscemodi ecclesiae catholicae antistites et ministros (catech. rud. 9, 13 COD. Theod. 16, 5, 54, 1 *a. 414*). epist. 55, 34 clara voca deprecantes. MAVORT. anthol. 16, 107 proceres pariterque antistites omnes. AVELL. 38, 8 *al.* *inprimis de gradibus amplioribus, praecipue de episcopis*: LVCIF. Athan. 2, 15 dei domus antistitem. DAMAS. epist. 1 (Migne 13, 348 B) dei antistites (carm. 5, 4 Christi . . . Damasus. PS. DAMAS. 106, 1 domini. CORP. XII 949 PASS. sept. mon. 7 INSCR. christ. Rossi II p. 113 n. 79, 1). CONST. epist. Migne 13, 566 C religionis. AMM. 15, 7, 6 christianae legis. 29, 5, 15 christiani ritus. AVG. conf. 6, 2, 2 pietatis. COD. Theod. 16, 2, 11 catholicae legis (CORP. XII 949 sacrosanctae. AVELL. 2 a, 8 *al.* sacrae). 4, 2 sanctitatis. CANON. Migne 56, 634 COD. Iust. 1, 3, 22. SIRICIVS epist. 1, 15, 19 (Migne 13, 1145) omnium provinciarum summi antistites. AMM. 22, 5, 3 christianorum. 27, 3, 15 provinciales. AVG. retract. 2, 1, 1 ecclesiae Mediolanensis. SVLP. SEV. chron. 2, 39, 7 Tolosanus. CASSIAN. Nest. 7, 31, 1 Constantinopolitanae urbis. COD. Iust. 1, 3, 18 (*a. 418*) Alexandrinae. AVELL. 65, 1 Alexandrinae ecclesiae. 83, 204 civitatis. *al.* CANON. Migne 56, 650 metropolitani antistites. PROSP. resp. 1, 3 Mediolanensis. MARC. COM. p. 61, 23 Romanae ecclesiae. p. 94, 27 augustae civitatis. SIDON. epist. 4, 17, 3 vestrae. VICT. VIT. 1, 10 nostrae. ENNOD. op. 2 p. 302, 20 Romanus. p. 306, 4 Italiae (ALC. AVIT. epist. 34). COD. Iust. 5, 4, 25, 4 locorum PS. DAMAS. carm. 82, 4 natus qui (*Damasus*) antistes sedis a⟨postolicae⟩ (CANON. Migne 56, 618). SIRICIVS epist. 1, 5, 19 (Migne 13, 1145) summi antistites (*cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 53 n. 2, 7 *saec. VII.* p. 69 n. 39, 2). CONST. epist. Migne 13, 566 C venerabiles (VICT. VIT. 1, 10). CASSIAN. Nest. 7, 31, 1 eximii. CANON. Migne 56, 646 secundae sedis (655 *cf.* SIDON. epist. 4, 11, 6 vers. 18). VEN. FORT. Mart. 3, 121 prius. *al.* *absolute*: LVCIF. Athan. 1, 9 antistitem instituere. AMM. 21, 16, 18 PAVL. NOL. carm. 15, 126 CASSIAN. Nest. 7, 30, 2 CARM. epigr. 1377, 11 *et passim*. **II *translate ex* II:** CIC. Verr. 5, 111 ut mihi non cives . . . sed omnes sacerdotes . . . accolae atque antistites Cereris videantur. de orat. 1, 102 *dicendi* artis antistes (SEN. dial. 10, 14, 5 bonarum artium. COLVM. 11, 1, 10). OV. trist. 3, 14, 1 cultor et antistes doctorum sancte virorum (SEN. dial. 12, 8, 2). MELA 1, 90 academiae clarissimum. PLIN. nat. 7, 110 sapientiae. MART. 7, 74, 9 sophiae. QVINT. inst. 11, 1, 69 iuris. GELL. 14, 4, 3 Iustitiae. APVL. flor. p. 56 Oud. Zoroastren omnis divini arcanum antistitem. TERT. nat. 1, 12 crucis. ieiun. 11 unici dei. fug. 2 veri dei antistites, omnes sectatores veritatis. IREN. 1, 21, 1 huiuscemodi sententiae mystici antistites (*graece ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοί*). CORP. V 5202, 6 veritatis. VI 1751 (*a. 378*) humanitatis auctori moderationis patrono devotionis antistiti. X 4, 6 integritatis constantiae moderationis. VITA Cypr. 6 pietatis. CYPR. sent. episc. 1 diaboli (AVG. c. Faust. 30, 4 daemoniorum). COD. Iust. 10, 47, 1 liberalium studiorum. LACT. inst. 5, 2, 3 philosophiae. OPT. PORPH. epist. 4 Musae. AVG. civ. 10, 11 suos *animantibus abstinere*. VICT. VIT. 3, 8 superstitionis suae. SEN. contr. 1 praef. 9 sanctiorem sibi invenire divinitas *non potuit quam M. Catonem*. SEN. nat. 7, 32, 2 Academici . . . nullum . . . reliquerunt. epist. 52, 15 MART. CAP. 3, 229. *f.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 venerabilium doctrinae sacrorum antistes, philosophia. TERT. monog. 8 duae antistites christianae sanctitatis . . . monogamia et continentia (*cf.* antistita *l. 31*). LACT. Phoen. 57 antistes luci nemorumque verenda sacerdos (*phoenix*).

synonyma: praestes, sacricola, cultor, sacerdos, prophetes, pontifex. *ad* II 2: COD. Theod. 12, 1, 49 (*a. 361*) episcopus (MARC. COM. p. 98, 25 *et passim*). HIER. epist. 64, 23 pontifex dei. AVG. conf. 6, 2, 2 praedicator. CANON. Migne 56, 645 praesul. *ad* III: sectator; *cf. p. 185, 81.*

derivata: antistita, antistitium. *v. Mess.*

Antisthenēs, -is, *Ἀντισθένης. philosophus cynicus*: CIC. Att. 12, 38, 4 Antisthenis (AVSON. 27 tit.). SEN. dial. 2, 18, 5 Antistheni (APVL. apol. 22). CIC. de orat. 3, 62 ab Antisthene. FRONTO. GELL. AVG. HIER. MACR. sat. PLIN. nat. 36, 79 *scripsit de pyramidibus* (ind. 37 ex auctoribus). *cogn.* CORP. VI 11889 ⟩Antisten⟨es⟩. *Diehl.*

antistibulum mortarium turis GLOSS. II 566, 38. *v. Mau, PW. I 2545.* *V.*

antistichon *v.* antistoichon.

antistita, -ae *f.* [*cf. c.* antistes. *Th.*] *Neue, Habel cf. sub* antistes. PLAVT. Rud. 624 Veneri Veneriaeque antistitae. ACC. trag. 167 utinam unicam mi antistitam Arquitenens suam tutetur. CIC. Verr. 5, 99 illius fani (*sc. Cereris*) antistitae. POLLO Char. gramm. I 100, 24 Veneris antistita †Cuprus (Cupra *?*). CIRIS 166 Cybeles. OV. met. 13, 410 antisti⟨t⟩a Phoebi (*Cassandra*). CORP. XII 703 deae. CORN. SEV. 4 (Char. gramm. I 100, 25) stabat apud sacras antistita numinis aras. VARRO Char. gramm. I 100, 23 CORP. XIV 3567, 10. *translate*: APVL. apol. 26 (*de magia*) caelitum antistitam. TERT. cult. 2, 1 eius templi aeditua et antistita (aedituus, aeditua et antistes *var. l.*) pudicitia est.

antistitium, -ī *n.* MART. CAP. 2, 134 quaedam . . . femina (*Athanasia*) . . . venerabili antistitio praeminebat. 9, 893 ex his (*virginibus a Phronesi educatis*) quam plures antistitium professae divum. ARNOB. nat. 5, 7 *coni. Oehler* sacerdotiorum antistitiis (antistibus *cod.*).

Antistius, -a *v.* Antius.

antisto (antesto), -stetī, —, -stāre. FVLG. serm. ant. 28 antistare dicimus praecellere. GLOSS. antistant: meliores sunt. *v. Ritschl, opusc. II 559. Thielmann, dissert. Argent. II 385.* *forma* antesto *traditur*: CIC. inv. 2, 2 (ante steterunt, antisteterunt V^2) NEP. Arist. 1, 2 MELA 2, 75. 3, 54 PS. APVL. Ascl. 16 ITALA *v. p. 187, 13* CENS. 15, 4 IVL. VAL. 3, 3 COD. Theod. 1, 15, 7 (*a. 377*) AMM. 19, 1, 7 VVLG. Iud. 2, 16 AVG. c. Iul. op. imp. 2, 129. 4, 59 SALV. eccl. 2, 37 *et* 3, 36 (*AB, codd. opt., sed ibid. etiam* antisto) IORD. Get. 45, 240 GLOSS. V 440, 14, *pro var. l.* TERT. resurr. 61 *et* GLOSS. V 47, 25 (= V 5, 12); antisto ENN. trag. 197 CATO agr. 156, 1 METELL. NVM. Gell. 12, 9 QVADRIG. hist. 10^b CIC. rep. 3, 28 CAT. 9, 2 LVCR. 5, 22 SIL. 9, 538 *al.* PS. APVL. Ascl. 29 TERT. scorp. 9 *al.* IVL. VAL. 1, 50. 3, 42 AMM. 17, 5, 5 *al. et passim.* CASSIOD. gramm. VII 164, 10 ante . . . interdum . . . in i litteram corrumpitur, ut antistat, anticipat. *cf. Ritschl.*

1 *praestare, antecedere*: ENN. trag. 197 plebes in hoc regi antistat loco: licet lacrumare plebi. METELL. NVM. Gell. 12, 9 qua in re quanto universi me unum antistatis (*cf.* CAT. *p. 187, 2* NEP. Arist. 1, 2. SIL. *l. 59* quantum. ITIN. Alex. 13 altero tanto. LACT. inst. 7, 2, 5. 7, 15, 13 SALV. eccl. 2, 37). SALV. eccl. *ut* qui antistant in evangelio sacro idem quoque in testamento humano antistarent. *cum dat.*: CATO agr. 156, 1 *brassica* omnibus holeribus antistat. NEP. Arist. 1, 2 eloquentia innocentiae. SIL. 9, 537 cunctisque potentia quantum antistet, coniux, superis tua. FRONTO p. 8 N. amor fortuitus officioso. APVL. met. 8, 2 quanquam ceteris omnibus id genus viris antistaret. TERT. scorp. 9 multis passeribus antistatis. virg. vel. 10 continentia virginitati. resurr. 61 hominibus. LACT. inst. 7, 2, 5 dei opus humanis operibus. COD. Theod. 1, 15, 7 (*a. 377*) praefecturae meritum ceteris dignitatibus. AMM. 31, 4, 9. AVG. c. Iul. op. imp. 4, 59 humana natura quadrupedibus. MAR. VICT. carm. 1, 372 desine tandem antistare sacro quicquam censere parenti. *cum dat. et abl.*: QVADRIG. hist. 10^b qui (*Gallus*) et viribus et magnitudine et adulescentia simulque virtute ceteris antistabat (GELL. 6, 5, 1 gestus et vocis claritudine . . . ceteris. APVL. met. 4, 14 animi robore. SYMM. epist. 1, 1, 6 prudentia. 1, 31, 1 facundia SALV. eccl. 2, 37 devotione). CIC. inv. 2, 2 multum omnibus corporum viribus et dignitatibus. PS. APVL. Ascl. 16 quibus (*rebus*) ceteris antestamus animalibus. 29 sol lumine ceteris astris. CENS. 15, 4 prudentia tibi. LACT. inst. 7, 15, 13 *Romani* ceteris omnibus regnis magnitudine. IVL. VAL. 3, 42 quae (*urbs*) rebus humanis magnificentia antistet. AMM. 17, 5, 5 virtutum serie vetustis regibus. 19, 1, 7. 21, 6, 4. 29, 1, 8. *cum abl.*: SIL. 14, 142 quis dextra antistet spoliisque excellat opimis. TAC. ann. 2, 33 locis ordinibus dignationibus. AMM. 21, 12, 14 artibus. FVLG. serm. ant. 28 divinis virtutibus. SIDON. epist. 7, 14, 6 auditu. *cum acc.*: METELL. NVM. *v. l. 53.* MELA 2, 75 antestat omnis (*urbes*) Atacinorum . . . colonia. ANTH. 19, 3 gerras meas anitas diributa. MART. CAP. 9, 908 vers. 28 o vere antistans numina magna deum *Harmonia. et abl.*: MELA 3, 54 ut fecunditate alias (*insulas*) ita magnitudine an-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

testat. APVL. met. 4, 8 robore ceteros. IVL. Val. 3, 3 deos viribus. *cum* ex: CAT. 9, 1 Verani, omnibus e meis amicis antistans mihi milibus trecentis (*cf. Riese ad l.*). *absolute*: LVCR. 5, 22 Herculis . . . facta. CIC. rep. 3, 28 si ratio, consilium, prudentia *quaeritur*, Pompeius antistat. SYMM. epist. 4, 20, 1 gratia . . . fratris. 4, 27, 2 ut maioris apud me numeri antistet auctoritas. *maiorem esse*: APVL. met. 11, 28 erogationes urbicae pristinis illis provincialibus antistabant plurimum. AVG. c. Iul. op. imp. 2, 129 *gratiam Christi* antestare delictis. **2** *praeesse*: SIL. 11, 65 (*de legatione*) antistat cunctis praecellens Virrius ore. IVL. VAL. 1, 50 sacerdotem quae ibidem antistabat. SYMM. epist. 3, 43, 2 rebus Romanis. **3** *ἀντικεῖσθαι*: AVIEN. or. mar. 428 Tartesiorum iuris illic insula antistat (antistar *codd.*) urbem. **4** *resistere*: ITALA Corb. Monac. Iud. 2, 16 concidit omnes, qui antesteterunt (-erant *Monac.*) illis (*πάντας τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ*. VVLG. omnes . . . resistentes sibi. *cf. Thielmann, Archiv 1, 1884, 81*). IORD. Get. 45, 240 diu certans cum Vesegothis nec valens antestare. *cf.* GLOSS. V 440, 14 antestare ante ire vel defensare. *synonyma*: antecēdo, antecello, excello, praecello, praesto, supero. *derivata*: antistatus (*?*), antistes, antistita, antistitium. *v. Mess.*

antistoechia, -ae *f. v. sub* antistoechon.

[**antistoechoe**] *v. sub* antiscopoe.

antistoechon (antistīchon) *n.*, *ἀντίστοιχον*. MAR. VICT. gramm. VI 29, 1 (*η et ε, ω et ο*) apud Graecos poetas invicem pro contrariis sibi litteris ponuntur et vocantur antistoecha. . . . per antistoechian Graecam ⟨e et o et pro longa et pro brevi⟩ recipi posse. nam etiam e naturaliter productam per eandem antistoechian Vergilius corripit. *usus plerumque latius patet*: POMP. gramm. V 194, 34 antistichon dicitur, quando altera littera pro altera ponitur. SERV. Verg. ecl. 1, 2 quod Graeci *μελετῶ* dicunt, per antistoechon 'meditor' dixerunt Latini: l enim et d interdum sibi invicem cedunt, unde et 'sella' pro sedda dicitur a sedendo. georg. 1, 186 curculio per antistoechon dictum quasi gurgulio. Aen. 1, 726 lacunarium et per antistoichon laquearium (antisticon *pars codd.*). 1, 301 (*graece*). 1, 421 magalia vero antistoechon est, nam debuit magaria dicere. ISID. orig. 20, 11, 10 *saepius. huc pertinet* GLOSS. V 560, 53 anostichon ubi littera pro littera ponitur.

antistrephon *n. forma syllogismi.* GELL. 5, 10, 1 inter vitia argumentorum longe maximum esse vitium videtur quae antistrephonta Graeci dicunt. ea quidam e nostris non hercle nimis absurde 'reciproca' appellaverunt. 5, 11, 1 Protagorion illud . . . antistrephon. 4 minime hoc esse videtur antistrephon, quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque. **antistrephusa,** *ἀντιστρέφουσα. stasis asystata.* FORTVN. rhet. 1, 3 p. 83, 14.

antistrophos, -a, -on, *ἀντίστροφος*. ISID. orig. 1, 36, 5 metaphora . . . aut unius partis est . . . aut antistropha est, id est reciproca, ut 'remigium alarum'. nam et alae navium et alarum remigia dicuntur. **antistrophos** *f. scil. ᾠδή*. MAR. VICT. gramm. VI 59, 10 in *στροφῇ* et antistropho. 19 aliam strophen et antistrophon. 24 *et* 28. **antistrophē,** -ēs *f.*, *ἀντιστροφή*. MAR. VICT. gramm. VI 52, 17 oden compositam ex strophe et antistrophe et epodo. 58, 5. 295, 3. AVG. quaest. hept. 4, 16 (Corp. Vind. 28, 326, 17) praeposteratus ordo verborum . . . quod genus antistrophe dicitur (*lege* anastrophe). MART. CAP. 5, 534 antistrophe conversio. haec figura hoc differt a superiore (*epanaphora*), quod in illa ab eadem parte orationis saepius incipitur, hic in eadem terminatur. *graece scriptum* RHET. min. p. 33, 11. 127, 1. 481, 29.

antithesis, -is *f.*, *ἀντίθεσις*. CHAR. gramm. I 279, 16 antithesis est litterae pro littera inmutatio ut impete . . . pro impetu. *item* DIOM. gramm. I 442, 28 Ps. PROB. IV 264, 13 DONAT. IV 397, 1 POMP. V 298, 31. 390, 16. 397, 5. 404, 4 SACERD. VI 452, 11 ISID. orig. 1, 34, 6 GLOSS. III 488, 60. 508, 12. Ps. RVFINIAN. rhet. I 51, 9 *ἀντίθεσις* est, cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur. *cf.* 47, 16. GLOSS. IV 18, 1 contra positum. TERT. adv. Marc. 1, 19 antitheses Marcionis, id est contrariae oppositiones. 2, 28 ipse adversus Marcionem antitheses aemulas faciam. 4, 1 *Marcionis* opus ex contrarietatum oppositionibus Antitheses cognominatum. MART. CAP. 9, 980 *periodorum* dissimilitudinem sane differentiae tres . . . per oppositionem id est per antithesin, cum aut primos disemos ponimus insequentibus longe potioribus aut tetrasemos disemis insequentibus applicamus. IVL. VICT. rhet. p. 380 *qualitas iuridicialis* scinditur in duas partes, in antilepsin, quae est absoluta, et in antithesin, quae est relativa. *plura in* § 8.

antitheticus, -a, -um, *v. ἀντίθετος*. FORTVN. rhet. p. 91, 10 definitio . . . antithetica (91, 34). p. 107, 20 quaestione (108, 21).

antitheton, -ī *n.*, *ἀντίθετον*. AVG. civ. 11, 18 antitheta . . . quae appellantur in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quae Latine ut appellentur opposita vel, quod expressius dicitur, contraposita, non est apud nos huius vocabuli consuetudo . . . . his antithetis et Paulus . . . illum locum suaviter explicat. de ord. 1, 7, 18. c. Iul. op. imperf. 3, 145 SCHOL. Pers. 1, 86 ISID. orig. 2, 21, 5 MART. CAP. 5, 531 GLOSS. IV 206, 46. *graece scriptum* RHET. min. p. 19, 17. 29, 29. 64, 22. 480, 11. PERS. 1, 86 crimina rasis librat in antithetis. FRONTO p. 107, 23 N. Sallustium antithetis honeste compositis usum. AVG. civ. 11, 18 *deus creando malos* ordinem saeculorum tamquam pulcherrimum carmen etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret. c. Faust. 16, 15 lauta et lepida antitheta, quibus luteum sermonem quasi colorare ac pingere voluisti. PORPH. Hor. carm. 3, 1, 27.

antitheus, -ī *m.*, *ἀντίθεος*. ARNOB. nat. 4, 12 si magi . . . suis in ac⟨ci⟩tionibus memorant antitheos saepius obrepere pro ac⟨ci⟩tis. LACT. inst. 2, 9, 13 pravo illi antitheo *i. diabolo.*

antitypum, -ī *n.*, *ἀντίτυπον*. DID. apost. 74, 6 panem quidem in exemplum quod dicit Graecus antitypum corporis Christi; calicem vino mixtum propter antitypum quod dicit Graecus similitudinem sanguinis. 78, 10 accepisti quasi antitypum sanguinis Christi. MAR. MERC. Nest. serm. 2 panem hunc, cuius est ipsum corpus antitypum. IREN. 1, 24, 3. *V.*

Antium, -ī *n.*, *Ἄντιον et Ἀντία*. (*Ἄνθεια, Ἄνθιον nugatoribus quibusdam Graecis placuerunt*), *cf.* Antinum, Antipolis *al. opp. Latii ad mare situm, hodie* Porto d'Anzo. *bisyllabum est* OV. met. 15, 178 et spissi litoris Antium (Anxur, Ancon *aliqui codd. perperam*). *locativo* Anti CIC. Att. 2, 5, 1. 2, 8, 2 LIV. 3, 22, 2 (*Veronensis*) SVET. Cal. 8 Nero 6 (*codd.* ante). quaestor Anti CORP. X 6624. Antii *passim in libris.* HOR. carm. 1, 35, 1 o diva (*Fortuna*) gratum quae regis Antium. *cf.* LIV. 6, 9, 4 vim Camilli ab Antio fortuna avertit. LIV. 3, 4. 3, 11 colonia Antium. MELA 2, 71 PLIN. nat. 3, 57 MART. 10, 30, 7. **Antiās,** -ātis *adi.*, *Ἀντιάτης*. FEST. 253 penas dici ut optimas, primas, Antias. LIV. 5, 45, 4 agrum Antiatem. 6, 6, 12 Antiatem hostem. 6, 9, 3 rem Antiatem. 8, 1, 2 duce Antiati populo. 8, 12, 3 in agro Antiati. 43, 4, 6 in agro suo Antiati. *al.* FRONTO p. 154 N. Fortunas Antiatis, Praenestinas, respicientis . . . . CORP. X 6555 (*Velitris*) Fortunis Antiatibus. Antias *praedium*: CIC. Att. 2, 12, 2 ex Antiati (Antio *M*[1]). Antiates, -ium *incolae.* CORP. XIV 3586 curat(or) civit(atis) Antiatium. X 6653. 6657. 6658. 6662. LIV. 2, 33, 4 Antiates Volscos. 2, 33, 9 Volsci Antiates. 7, 27, 6 Antiates aliique Volsci. 8, 13, 5. FAST. Cap. triumph. a. u. c. 259 de Volsceis ⟨A⟩ntiatibus. 408. *singulariter* LIV. 6, 8, 4 ibi primum pulsum Antiatem (*ferunt*). POMP. in Don. gramm. V 144 alter Antiates dicitur alter Antianus *quod exemplo non probat. passim ut* CIC. Att. 2, 6, 2 PLIN. nat. 34, 20. *hinc cogn. vir.*: L. Valerius Antias LIV. 23, 34, 9 (*bello Punico secundo*). Valerius Antias *historicus passim ut* LIV. 3, 5, 12. 4, 23, 2 *al.* A. Furius Antias *poeta* GELL. CORP. X 6618 (*Velitris*) C. Octavio Sp. ⟨f.⟩ Antiati. II 1619 M. Fabius Antiatis l. Medianus, M. Fabius Antiatis l. Seneca. *nom. gent.* CORP. X 6713, 2, 7 (*Antii*) M. Antias Andro⟨. . .⟩. **Antiātīnus** *adi.* CORP. X 6640 (*Antii, a. 85*) Cereris Antiatínae. 6667 (*ibid.*) T. Flavio Aug. lib. Euangelo tablario praetori Antiatini. 6638 C 2, 23 (*ibid., a. 43*) Lysimachus aedit(uus) verna Ant(iatinus). SVET. Cal. 57 Fortunae Antiatinae (*plurali*). *cogn.* CORP. X 6696 (*Antii, in fistula plumbea*) L. Visullius Antiatinus fec(it). **Antiāticus,** -ī *cogn. ex devictis Antiatibus inventum.* P. Mae(nius) Ant(iaticus) M. f. *in nummis* (Babelon 2, 163). **Antiānus** *adi.* CIC. frg. E 5, 7 Hercules Antianus. PLIN. nat. 3, 81 in Antiano ⟨A⟩stura *insula.* Antianus ager LIB. col. grom. p. 259, *sed vide* Antinum. *cogn.* CORP. III 3637 (*Pannon inf.*) . . .⟩us Antianus ⟨leg.⟩ eius (*Commodi vel Elagabalis*) pr. pr. prov. Pann. inf. **Antiēnsis** *adi.* VAL. MAX. 1, 8, 2 Antiensis templi.

Antius, -a *nom. gent., cf.* antae, antiae *al., nomina graeca ex Ἀντ-, Ἀντι- nata, oppida* Antium, Antinum *al.* Sp. Antius *legatus Romanus a Fidenatibus a. u. c. 316 interfectus*: LIV. 4, 17, 2 CIC. Phil. 9, 5 (Sp. Nautius *errore* PLIN. nat. 34, 23). CORP. I 593 = VI 1299 C. Anti (*genet.*) *trib. pleb. a. u. c. 683.* I 834 = VI 8223 Antia (*saec. u. VII*). C. Antius A. Iulius Quadratus *cos. a. p. Chr. 93 et 105 passim in titulis. adde* CIC. Brut. 97 Att. 4, 17, 4 CAT. 44, 11 VAL. MAX. 6, 8, 7 *al. nonnumquam in titulis aetatis imperatoriae, velut* CORP. VI 158. XIV 324 *et* 325. 1731. IX 1455, 3, 35. X 4584. 7228. V 4124. XII 753 (*vid. periisse*) Antio Antonio. 1392. II 438. 4978, 28. III p. 749 (*cf.* additam. et suppl. p. 1338). VIII 196. 6003. 6056. VI 15187 M. Claudi Partheni et Anthiae Myrtidis. *cogn.* CORP. V †1655 Fla(vio) Antio. III 5131 Antia Suri. 6059 = 6988 Antia. VIII 14406 (*periit*) Antius idem Cusfus (*corruptum*). lex Antia *scil. Anti Restionis*: GELL. 2, 24, 13 *cf.* MACR. sat. 3, 17, 13. **Antēius,** -a *nom. gent., Ἀντήιος, satis frequens in Italia, maxime Romae, exempla pauca Salonis, Tarracone, in prov. Numidia.* TAC. ann. 2, 6 Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi praeponuntur (*a. 16 p. Chr.*). CORP. III 1977 (*in Dalmatia, a. 51/52 p. Chr.*) P. Anteio leg. pr. pr. *idem* TAC. ann. 13, 22. 16, 14. Anteia *uxor Helvidi Prisci filii* PLIN. epist. 9, 13, 4. *passim in titulis, velut* CORP. VI 11837—11841. XIV 247, 3, 14. 18 (*saec. II*). 3959. IX 2458. 3206. 3205. X 1967. 3518. III 1947 (*a. 54 p. Chr.*). II 4144. VIII 4779. 5728. **Antēiānus,** -a *cogn.* CORP. VIII 8398 (*in Mauret. Sitif.*) Aelia Vrba⟨. . .⟩ Anteiana. **Antenius** (ē*?*), -a *nom. gent., cf. etrusc.* Antni, *sed* Antinal. CORP. VI 17801 M. Antenius Erotion.

cognatum: **Antōnius,** -a, *cf. graec. Ἄντων?, gens plebeia.* T. Antonius Merenda *decemvir*, Q. Antonius Merenda *trib. mil. cos. pot.*, M. Antonius *orator*, M. Antonius *triumvir, multi alii clari viri.* CAELIVS Cic. epist. 8, 4, 2 Laelios et Antonios et id genus *oratores.* CIC. Quinct. 80 si Crassi omnes cum Antoniis exsistant. Verr. 3, 191. 192 Crassi illi et Antonii. omnes Crassi et Antonii. *vocativo* Antonius: PAVL. NOL. carm. 32, 1 discussi, fateor, sectas, Antonius, omnes. *passim in titulis, ut* CORP. XIV 3060 (*epitaph. Praenest.*) C. Antoniō(s)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

M.' f. INSCR. Annali d. Inst. 1880, 301 eco C. Antonios. CORP. II 1727 L. Antonius Q. f. Gal. Antullus. 1728. 6149. III 1650 (*a. 227*) Antonius Antonius. 6130 = 7453 (*in Moesia inf.*) Antoni(u)s Val(en)s. V 115 M. Antóius (*sic*) Stachus sibi et suis et Antóniae .... VI 2808 Antonia Antulla. INSCR. christ. Rossi I 315 Antino (*pro* Antonio, *cos. a. 382*). CORP. VIII 13290 Anttoniu⟨s⟩. 19714 Anntonia Nampam. leges Antoniae CIC. epist. 12,14,6 *al.* Antonins *nom. serv.* CORP. X 7616 (*Caralibus*) Antonii Aug. serv. *cogn. passim iam inde a saec. II, velut* CORP. XIV 1321 (*Ostiae*) Marciae Antoniae *Antoni Agathonis filiae.* IX 338, 2, 25 (*Canusii, a. 223*) T. Aelius Antonius. XII 753 Antio Antonio. III 3866 Severa Antoni fi(lia). **Antōnia,** -ae *Ἀντωνία, turris Hierosolymis.* TAC. hist. 5,11 turris Antonia in honorem M. Antoni ab Herode appellata. **Antōniānus** *adi.*: CIC. epist. 12,25a,6 Antoniano ... latrocinio. Phil. 5,15 comissationis Antonianae. 12,19 Antoniana saxa. CAES. civ. 3,42 Antoniani milites. 3,24,3 Antonianae scaphae. VAL. MAX. 3,8,8 *et* PLIN. nat. 2,98 Antoniano bello, *cf.* GLOSS. bellum Antonianum quod gessit Antonius. VAL. MAX. 8,9,2 eloquentiae. SEN. benef. 2,25,1 partes. PLIN. nat. 34,165 metallum (*in Baetica*). FLOR. 2,19,4 praesidia. OROS. hist. 6,19,2 ducibus. 6 praesidio. 14. CORP. XI 3003,5 in fundo Antoniano maiore P. Tulli Varronis. 15. Antoniani GALBA Cic. epist. 10,30,3. *saepe cogn., ut* CORP. XIV 256,134 (*Ostiae*) Afranius Antonianus. X 7700 (*Caralibus*) T. Flavius Antonianus. III 1139 (*in Dacia, a. 235*) Aelii Vrso et Antonianus aediles. XII 1782 (*a. 184*) Q. Aquius Antonianus pontif. perpetuus. VIII 2562, 22 L. Claudius Antonianus. NOT. Afr. Num. 71 Antonianus *episcopus* Mustitanus. **Antōniaster** *parvus Antoni oratoris imitator*: CIC. frg. A 2, 10 Erucius hic noster Antoniaster est, *quod* QVINT. inst. 8, 3, 22 *ut iocose dictum adfert*, PRISC. gramm. II 101. 102 *deminutive adulationis causa fictum dicit.* **antōnēsco,** -ere *Antonium imitari.* CONSENT. gramm. V 377 a proprio *fiunt inchoativa,* ut Antonius antonescit (antoniescit *M*). **Antōniopolītae,** -ārum *alterum Tripolitanorum Lydiorum nomen.* PLIN. nat. 5, 111 Tripolitani iidem et Antoniopolitae. **Antōnīnus** *cogn. ante saec. II nisi rarissime non usurpatum, christianis quoque acceptum.* Q. Haterius Antoninus *cos. a. 53*, Arrius Antoninus *cos. a. 69, imperatores* Antonini *al. passim in titulis, ut* CORP. III 6207 Antistia Antonina. V †6215 (*a. 404*) Antonina. VIII 2811 Buccius Antoninus *Antoni Victoris pater.* 2624 Antonia Antonina. VI 16035 Antioninus *libert.* (*sic in titulo neglegenter scripto*). mensis Antoninus: CAPITOL. Ant. 10,1 mensem Septembrem atque Octobrem Antoninum atque Faustinum appellandos decrevit senatus, sed id Antoninus respuit. **Antōnīniānus** *adi.*: CORP. IX 2213 alae Antoninianae. TERT. adv. Marc. 4, 4 Antoniniana tempora. CAPITOL. Aur. 15, 4 flaminem et Antoninianos sodales. 18, 8 Ant. 13, 4 SPART. Carac. 11, 6. 9, 8 Antoninianae ... caracallae. LAMPR. Diad. 2, 8 *paenulae* Antoninianae.. 2, 9 edictum Antoninianum. 2, 10 pueros Antoninianos et puellas Antoninianas. 3, 1 signa ... et vexilla ... Antoniniana. Hel. 24, 6 plateas ... Antoninianas. *al.* thermae Antoninianae *quarum vocabulum in brevius saepe contrahitur*: SPART. Carac. 9, 9 thermis Antoninianis. EVTR. 8, 20 opus egregium ... lavacri quae Antoninianae appellantur (*ubi codd. aliquot* Antinianae *et* Antonianae; *λουτρὸν ... Ἀντωνιανόν*). CHRON. a. 354 p. 147, 14 thermae Antoninianae, *sed* p. 148, 10 termarum Antoniniarum. CVRIOS. Vrb. reg. XII thermas Antonianas. DE REG. *ibid.* thermas Antoninas (*v. l.* Antonianas, Antenonianas, Antoninianas). POL. SILV. p. 545 M. *termae* Antoninianae. CORP. VI 1173 (*a. 285*) therm(arum) Antoniarum (*sic Smetius*, Antoniniarum *Ligorius*). 9233 (*descr. Mommsen, alii*) capsararius de Antoninianas. CORP. VI 1245 (*a. 212/13*) fonte novo Antoniniano. CVRIOS. Vrb. app. (*aqua*) Antoniana. DE REG. app. (aqua) Antoniana (*vel* Antonina). *similiter* AVR. VICT. Caes. 21 *traditur* Antonianas *vel* Anthonias *vestes. sic etiam Ἀντώνεια graece vocati sunt dies festi in honorem Antoninorum celebrati, cf. Stengel, PW. I 2566. cogn.* CORP. III 933 (*in Dacia, imperante Hadriano*) Antonin⟨ia?⟩n⟨...⟩. **Antōnīnias,** -ados *f. carmen.* CAPITOL. Gord. 3, 3 scripsit (*Gordianus I*) ... quemadmodum Vergilius Aeneidos ..., ita etiam ille Antoniniados, hoc est Antoninum Pium et Antoninum Marcum. **Antōnilla** *cogn.* CORP. III 2401 (*Salonis*) Cl. An⟨t⟩onil⟨lae⟩. 3368 (*in Pannon. inf.*) Vlpiae Antonillae. XIII 1363 Antonila (*sic*). **Antōnīnūpolis** *opp. Mesopotamiae a Caracalla, ut videtur, conditum.* AMM. 18, 9, 1 Antoninupolim. **Antullus** *cogn.* Antulla *Faeni Telesphori filia* MART. 1, 14, 4. 1, 116, 3. 4. *saepe in titulis, velut* CORP. VI 468 Publicia Antulla. 14616 C. Caulius (mulieris) l. Antullus. 28376 Vatiniae P. f. Antull⟨ae⟩. XIV 4254 (*Tibure, a. 199*) Musonio Iulio Antullo patrono municipii. V 6874 C. Iulius Antullus praefectus cohor⟨t⟩is V Asturum. XII 2236. II 1426 Antullus *libertinus.* 1727 L. Antonius Q. f. Gal. Antullus IIII vir. aed. pot. VIII 2808 Antonia Antulla. *vide etiam* Antullius. **Antullius,** -a *nom. gent. satis antiquum.* PLVT. C. Gracch. 13 *τῶν ὑπηρετῶν τις αὐτοῦ (Ὀπιμίου ὑπάτου) Κόιντος Ἀντύλλιος.* 14. comp. c. Cleom. 5. VIR. ill. 65, 5 Antyllius praeco Opimii consulis. *hunc Ἀντύλλος* vocat APPIAN. bell. civ. 1, 25. CORP. VI 1317 Antullia Q. f. *C. Papiri C. f. Clu. Carbonis tr. mil. XXVI viri q. pro pr. uxor.* 6075 M. Antullius M. l. Phileros. **Antullīnus** *cogn.* CORP. III 6056 = 6767 (*Ancyrae*) M. Vlpio Antullino (centurioni) leg. XVI Fl. 7449 (*in Moesia inf., a. 155*) 25 Ael(ius) Antullinus.

Antulus, -a. Antula *praen. mul.*: CORP. XIV 3295 (*epitaph. Praenest.*) Rudia Vergelia Antulai l. Antulus *cogn.*: CORP. VIII 2565b, 2 ⟨Cor⟩nelius C. f. Pol. Antulus. **Antilius,** -a *nom. gent., cf. etrusc.* Antle. *declinatum ab* Antulus. CORP. X 4925 (*Venafri*) C. Antilius C. l. Secundus. XIV 637 (*Ostiae*) L. Aufius Ianuarius et Antilia Da[n]tiba. VIII 327 (*in prov. Byzacena*) L. Antilius Macedo *et filii eius* L. Antilius Etruscus *et* Antilia. *cogn.* CORP. VIII 15237 Vilatia C. f. Antilia. **Antulēius,** -a *nom. gent.* CORP. V 4389 (*Brixiae*) Q. Antuleius Soterichus VI vir Aug. sibi et Antuleiae Callitych⟨e⟩ uxori ... et Antuleiae Macrinae matri ... et Antuleiae Martae socrae. 4528 (*ibid.*) Antuleia Canpan. sibi et Antuleiae Agapomene ....

cognata etiam: **Antestius,** -a *et* **Antistius,** -a *nom. gent. antiquiore aetate scriptum* Antestius (*graece Ἀντέστιος vel pravae etymologiae causa Ἀνθέστιος, sicut etiam Ἀνθίστιος scriptum est*) *quod legitur in nummis saec. urbis VI (cf. Klebs, PW. I 2546. 2548); Cicero Livius ceteri semper scripserunt* Antistius *quod etiam* FASTI a. u. c. 335 (Corp. I p. 465) *exhibent, sed illud titulis vel posteriore aetate incidi non desitum est*; L. Antestius Celer CORP. X 3519 *in altera eiusdem tituli parte* Antistius *vocatur. saepe* Antestius *invenitur in Hispania. passim in rerum Romanarum memoria, ut* Tib. Antistius Ti. f. *trib. mil. consulari pot. a. u. c. 335*, M. Antistius *trib. pleb. a. u. c. 435*, M. Antistius Labeo *iuris consultus*, Antistii Veteres *al. saepissime in titulis, ut* CORP. VI 7195 D. Antesti D. l. Cimbri. 11896 A. Antestius A. A. l. Salvius. XIV 3059 (*epitaph. Praen.*) Antestia Bosta. 3541 (*Tibure*) Herculei C. Antestius C. f. cens. X 5161 C. Ante⟨st⟩io Vete⟨re⟩ *cos. a. u. c. 748, qui solet appellari* Antistius (*Ἀνθέστιος*). V 2603 (*Ateste*) C. Antestio. III 14 (*Alexandreae, a. 199*) Antesstius (*sic*) Numisianus. VI 7677 C. Antisstius (*sic*) Eros. 7438 Antís(ti) Saturnini. XIV 2569 Sex. Antis(tio) Montano. V 119 Asclepia Antís(ti) ser(va). 7275 Antistia Sex. f. II 5812 (*a. 239*) Anti(stia) Caliope. *idem* Antessius (*cf.* Ametyssianus CORP. IX 4028) CORP. XII 5690, 9 (*in signaculo*) C. Antessi Patern. *cogn.* CORP. X 3519 (*Miseni*) L. Antestius Celer ... Pomponiae Antestiae coniugi. III 1383 (*in Dacia*) C. Val. Antestius. VIII 4783 = 18660 Iulius Antestius. XIV 2418 (*Bovillis*) Aemiliae C. f. Antistiae. XII 3665 Iúl. Antistiae. II 4324 Iulia Antistia. **Antestiānus** *et* **Antistiānus** *cogn.* CORP. XII 1830 T. Laetorius Duel⟨l⟩us Antestianus et ⟨.⟩ Laetorius Numida Antestianus. T. Pomponius An⟨ti⟩stianus *cos. suff. a. 121* ACT. ARV. Corp. VI 2080, 59. Antestiano *rescripsit Antoninus Pius* COD. Iust. 6, 24, 1. CORP. VII 164 (*cf. Prosopogr. imp. Rom. 1, 84*) ⟨T.?⟩ ⟨Pom?⟩poni T. f. Gal. Maximilian⟨i⟩ Rufi Antistiani Funisulan⟨i⟩ Vettoniani leg. Aug. (*litterae sunt saec. II exeuntis*). VI 1057 (*a. 210*) 2, 128 Q. Aurel(ius) Antistian(us). 11890. 11897. VIII 3151 Iulius Antistianus, *al.* **Antistiāna,** -ae, *statio in via Tarracone Barcinonem*: CORP. XI 3284 Antistiana *et* Anstistianam, *semel* Antestiana. ITIN. Anton. p. 398 RAVENN. p. 303, 11. 342, 3. *Otto.*

antlia, -ae *f., ἀντλία, v. ἄντλος, ἀντλίον. forma* ancla *traditur* ANTH. 284 *in Salmasiano, cf.* Anclas 203. 215, *Ἄγκλας, διατριβὴν Hilderici regis, vide sub voce* anclo *et Traube, Philol. 54 (1895) 134.* GLOSS. rota exhauritoria, genus est vasis quasi pigella; rota cisternae, inde exantlare id est exhaurire; vas hauritorium vel laguena; anclea: serotina (seriola *Buecheler*) vel unde hauritur aqua. *de re v. Mau, PW. I 2565.* MART. 9,18,4 curva laboratas antlia tollit aquas. SVET. Tib. 51 uno ex iis ... et in antliam condemnato. ANTH. 284 fundit et haurit aquas, pendentes evomit undas, et fluvium vomitura bibit. mirabile factum. portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas volvitur et veteres haurit nova machina lymphas. *V.*

antlo *v.* anclo.

Antobroges *gens Galliae Aquitanicae, cf. Ihm, PW. I 2565.* PLIN. nat. 4, 109 Antobroges (*cod. Riccard.* Antebroges, *Scaliger* Nitiobriges). *caput eorum* Antuberix *legi videtur in nummis Merovingicis, cf. Holder, altcelt. Sprachsch. I 161. Otto.*

Antodoni ... | animae d⟨ulci⟩ CORP. XII †1271; *potest fuisse* Antedonio *vel* Antedoni.

antoecumenē, -ēs *f., ἀντοικουμένη.* AGENN. grom. p. 61, 22 contraria autem pars parti ⟨oecumene⟩ ... appellatur antoecumene. *scribitur* antioecumene PS. PROB. Verg. georg. 1, 233.

antoecus, -ī *m., ἄντοικος.* MACR. somn. 2, 5, 33 hi, quos separat a nobis perusta *zona,* quos Graeci *ἀντοίκους* vocant. *sequitur latine* ab antoecis suis. *V.*

Antōnās *Ἀντωνᾶς* (CIG. 5047). CORP. VI 27027 Antonati filio. VIII 12950 (*Carthagine*) Antonae Aug. serv(o) pio vixit .... *Otto.*

antonoma pronomen GLOSS. IV 18, 24.

antonomasia, -ae *f., ἀντονομασία.* QVINT. inst. 8, 6, 29 antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit, poetis quoque (utroque *codd.*) modo frequentissima, et per epitheton, quod detracto eo cui adponitur valet pro nomine 'Tydides, Pelides', et ex iis, quae in quoque sunt praecipua. 43 si dicas 'ille qui Karthaginem et Numantiam evertit', erit antonomasia; si adieceris 'Scipio', erit adpositum. 9, 1, 6 *ἐπίθετον*, quoniam plerumque antonomasiae pars est, coniunctione eius fit tropus. CHAR. gramm. I 273, 22 est dictio per accidens proprium significans. 274, 12. DIOM. gramm. I 458, 31 est pronominatio, pro proprio alio utitur, significatio vice nominis posita.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

similia I 459, 5. IV 400, 15. V 307, 12. VI 460, 24. 463, 14 in antonomasia. 463, 16 inter antonomasian et epitheton hoc est. BEDA rhet. p. 613, 5 *et* 18. AVG. in psalm. 67, 15 per antonomasiam ... intellegitur. CASSIOD. in psalm. 67, 14 antonomasia, id est vice nominis posita, quando sic aliud nomen ponitur, ut tamen illud quod necessarium fuerit sentiatur. ISID. orig. 1, 37, 11 GLOSS. III 488, 63. 508, 15. PORPH. Hor. carm. 1, 17, 21.

antonomasīvus, -a, -um. SERV. Verg. Aen. 2, 171 'Tritonia' antonomasivum est, quia proprium est Minerva. 2, 615 Tritonia Pallas notandum: duo antonomasiva sunt sine proprio nomine. 5, 704 pro uno proprio duo antonomasiva. 10, 668.

antonomasticē *adv.* AVG. scal. parad. 3 Ioannes antonomastice et discretive de eo dixit. *V.*

Antōrēs, -is *m.*, *Ἀντώρης. nom. vir. de declinatione v.* SERV. Verg. Aen. 10, 778 PHOC. gramm. V 424. *acc.* Antoren VERG. Aen. 10, 777. 778, *quo loco Servius* Antorem *legit.* **Antorides** *m. nom. vir.* PLIN. nat. 35, 111. *Bickel.*

antra *v.* ancra.

antrālis, -e. SCHOL. Hor. carm. 3, 13, 14 cavis saxis: antralibus. *Prinz.*

Antrio. CAECIL. com. *titulus apud* NON. 536. FEST. 182. 339 *cf.* 170 Aethrio. DIOM. gramm. I 381 Etherio. *Diehl.*

Antro, -ōnis, *Ἀντρών, -ῶνος. nom. vir.* CIC. Att. 15, 17, 1 Antroni. **Antrōnes** *Ἀντρῶνες Phthiotidis oppidum maritimum*: LIV. 42, 42, 1 Larisam et Antronas et Pteleon (42, 67, 9). *vide ne erraverit de nomine oppidi et situ* MELA 2, 40 in Thessalia ... Larissa ..., in Magnesia Antronia, in Phthiotide Phthia. *Diehl.*

Antroclus, -ī *nom. liberti.* CORP. II 4332 Antroclo. *fortasse idem nomen* CORP. III 978 Antrocius verna *Augustorum.* *V.*

Antronius (-ō-*?*), -ī *nom. gent.* CORP. X 2021 Antronia Rufilla. II 2538 L. Antronius Avitus. VII 935 Antr(onius) Auf(idianus). XII 4605 L. Antronius P. f. Celer. *v.* Autronius. *V.*

antroo, antruo *v.* amptruo.

Antros *f.* MELA 3, 22 in *Garunna* est insula Antros nomine quam pendere et adtolli aquis increscentibus ... incolae existimant. *cf. Ihm, PW. I 2642.* *Diehl.*

antrum, -ī *n.*, *ἄντρον. vox a poetis novellis ex Graeco tracta; postea etiam in oratione soluta invenitur, velut apud* PETRON. PLIN. nat. SVET. DECL. in Cat. TERT. *et christianos.* AMBR. exam. 1, 8, 32 unde antrum clausum undique huiusmodi locum vocarunt, nisi quod atro (antro *CPVA*) inhorrescat situ atque offusione tenebrarum?

I *proprie*: GLOSS. antrum, *σπήλαιον, ἄντρον*; spelunca. VERG. ecl. 1, 75 viride (Aen. 8, 630 CALP. ecl. 4, 95 SIL. 4, 344. 15, 775 virentia musco. CARM. epigr. 468, 3 viridantia. PROP. 4, 4, 3 hederosum). georg. 4, 509 gelida (CVL. 113 OV. trist. 5, 1, 61 SIL. 3, 203. OV. met. 15, 349 frigida. 2, 269 tepidum). Aen. 1, 52 vastum (OV. Pont. 2, 2, 115 *et passim*). 6, 11 immane (PROP. 4, 9, 9 metuendum. STAT. Theb. 7, 671 saevum). 1, 166 scopulis pendentibus (OV. met. 13, 810 vivo pendentia saxo. fast. 5, 661 vivo rorantia saxo. 2, 315 tofis laqueata et pumice vivo. 5, 383 saxo stant antra vetusto. EPIST. Sapph. 137 scabro pendentia tofo). 3, 641 cavum (SIL. 3, 543 STAT. silv. 1, 5, 37). georg. 4, 152 Dictaeum (SIL. 17, 21). Aen. 3, 420 *Scyllae* (SIL. 2, 306 Scyllaea). 8, 630 Mavortis (*de lupercali*). CVL. 23 vagus saltus feror inter et antra. 78 opacum (OV. met. 13, 777 SEN. Phaedr. 539 STAT. silv. 5, 3, 173 OV. met. 4, 100 obscurum. SIL. 6, 161 nigrum. AVG. civ. 17, 6 tenebrosum). 78 novis manantia fontibus (PROP. 2, 30, 26 rorida. OV. met. 3, 177 rorantia fontibus. fast. 2, 332 roscida. SIL. 5, 143 humens. MART. 10, 35, 14 udum). HOR. carm. 1, 5, 3 grato ... sub antro. PROP. 1, 1, 11 Partheniis ... errabat in antris. 2, 32, 9 Idaeo ... sub antro (OV. met. 4, 289 IVV. 13, 41 TERT. nat. 2, 17 *pros.*). 3, [2], 12 operosa. 3, 13, 33 furtiva (rara *N*). 1, 2, 11 sola (OV. met. 3, 394 SIL. 3, 429; OV. fast. 6, 116 *et* STAT. Theb. 9, 617 secreta. MANIL. 2, 54 occulta. LVCAN. 4, 458 caeca. CALP. ecl. 6, 69 tacitum. VAL. FL. 2, 624. STAT. silv. 5, 1, 114 arcana). OV. Pont. 1, 3, 41 (met. 8, 822) adsueta. met. 13, 47 silvestria [SEN. Herc. f. 916. OV. met. 3, 157 nemorale. CARM. inc. (poet. min. V p. 393) silvosa]. 11, 147 montanum (STAT. Theb. 4, 140). 11, 251 rigidum. SEN. Oed. 557. LVCAN. 3, 226 Corycium. PETRON. 101 *Polyphemi* (*pros.*). PLIN. nat. 31, 30 (*pros.*). VAL. FL. 1, 576 Tyrrhena. 3, 636 curvum (SIL. 6, 149 CLAVD. carm. min. 1, 209). SIL. 6, 149 curvo ... immanis in antro sub terras specus *erat.* STAT. Theb. 10, 86 cavis grave rupibus antrum *Somni.* 3, 613 insanum. silv. 1, 2, 264 sulpurea. 1, 2, 253 Vmbrum (*de Propertio*). MART. 13, 60 effossa *cuniculorum.* SVET. Tib. 43. DECL. in Cat. 61 furialia. ARNOB. nat. 6, 24 praedonum (*pros.*). COMM. apol. 66. ANON. c. Arianos (Migne 13, 641) antra aranearum (*pros.*). AMM. 22, 8, 23. COD. Theod. 16, 5, 57, 2 (*a. 415*) feralia. ARATOR 2, 423 antra necis. *de stabulis* (*de Polyphemi, Caci, Chironis, Amyci antris passim*): PAVL. FEST. 46 *s. v.* caulae: antiquitus ... ante usum tectorum oves in antris claudebantur. STAT. silv. 3, 2, 101 Phoronea. 3, 1, 30 Thracia. SIDON. epist. 1, 6, 4 (*pros.*). *antra Aeoli*: VERG. Aen. 1, 52 OV. met. 1, 262 VAL. FL. 1, 417 STAT. Theb. 10, 246 CARM. inc. (poet. min. V p. 384) LACT. Phoen. 73 CLAVD. 7, 96. *Vulcani vel Cyclopum vel Telluris*: VERG. Aen. 8, 419 exesa caminis antra Aetnaea (SEN. Phaedr. 103 Thy: 75 VAL. FL. 4, 104 SIL. 14, 527). AETNA 141 cubilia ... antraque demersas penitus fodisse latebras. OV. fast. 4, 473 met. 2, 303 GRATT. 459 PETRON. 120, 92 VAL. FL. 2, 335. 5, 140 STAT. Theb. 3, 595 silv. 3, 1, 131. 4, 6, 47 IVV. 1, 4 CLAVD. 33, 176. *nympharum vel fluviorum*: OV. met. 1, 583 COLVM. 10, 267 VAL. FL. 4, 92. 5, 209. 6, 565. SIL. 3, 49 caerulea. 7, 413 vitrea (8, 191 STAT. silv. 3, 2, 16). STAT. Theb. 4, 108 glaucum. Ach. 1, 540 sonantia. silv. 1, 3, 70, 1, 5, 30. 3, 1, 144 pumicea (Theb. 10, 574 MART. 4, 57, 2). PS. SOL. Pont. 3 aestiflua antra. AVIEN. Arat. 1186 CLAVD. 1, 209. 12, 35 (*et saepius*). *Musarum vel Apollinis, Musarum ducis*: HOR. carm. 3, 4, 40 Pierium (*cf.* 3, 25, 4 IVV. 7, 59 RVT. NAM. 1, 267 CLAVD. 6, 15). 2, 1, 39 Dionaeum. PROP. 3, 3, 14 (*cf.* 3, 1, 5). STAT. silv. 4, 6, 31 Aonia. 5, 3, 3 Delia. MART. 12, 11, 3 Pimpleum. AVIEN. Arat. 491 docta antra. CLAVD. 10, 236. 34, 51. *de sede sacrata, plerumque oraculo*: VERG. Aen. 3, 446. 6, 11 (*et saepius*). PROP. 4, 1 b, 103 arenosum Libyae Iovis. 4, 9, 33 sacrum (LVCAN. 5, 84). OV. met. 3, 14 Castalium. LVCAN. 5, 95 Cirrhaea. 6, 425. VAL. FL. 3, 299. SIL. 13, 498 Cymaeum. STAT. Theb. 1, 492 vocalia. silv. 5, 1, 114 (*et saepius*). IVV. 6, 328 MART. CAP. 1, 10. 1, 11 sacrati specus loquacia antra (*pros.*). CARM. c. pag. 1. *antra Cerberi sive Tartari*: VERG. Aen. 6, 400. 8, 297 cruentum. PROP. 3, [5], 44 infernum. SEN. Phaedr. 928 Stygia (SIL. 13, 423). Herc. f. 792. 804. 1107. LVCAN. 6, 712 Tartareum. SIL. 3, 36 aeternum. STAT. silv. 5, 1, 255. PRVD. perist. 2, 288 Tartari. Symm. 1, 392 subterna. 1, 356 Stygium. cath. 9, 76 mortis. CLAVD. 22, 110 monstrifera. **II *translate de quacumque caverna*:** VERG. georg. 4, 44 arboris. PETRON. 89, 7 (*de equo Troiano*). SIL. 2, 219 odori corticis antra (*de alveariis*). IVV. 4, 21 vehitur cluso latis specularibus antro (SCHOL. lectica mulieris aut sella clausa). CLAVD. 10, 151 hoc navigat antro fulta Venus (*de balaenae curvato tergo*). ARATOR 2, 7 Paphus libidinis antrum. *de sepulcro*: GLOSS. specus vel sepulcrum. LVCAN. 8, 694. 10, 19 VVLG. gen. 23, 20 HIER. epist. 108, 33. CARM. epigr. 1362, 4 nigra superfusi ... antra soli. *de Mithrae sacrario*: CARM. epigr. 265, 4 antra facit. *de corpore*: TER. MAVR. 133 sub oris antro. IVVENC. 1, 588 pectoris antra (PRVD. psych. 6. 744 AVG. civ. 14, 24 PAVL. PETR. vit. Mart. 5, 805). AVIEN. orb. terr. 791 antro panduntur guttura vasto (SIDON. epist. 9, 13, 5, 79 *vers.* antra palati. GREG. TVR. virt. Mart. 4, 2 palati ... antrum. SIDON. epist. 1, 2, 8 narium antra [*pros.*]). FVLG. myth. 2, 1 (38, 25) pavus stellatum ... concavans antrum faciem ornat. *term. philosophus*: AVG. mor. Manich. 2, 9, 14 quinque antra elementorum. conf. 3, 6, 11 quinque antra tenebrarum. c. Iul. op. imp. 5, 63 erroris antra prorupimus. **III *coniungitur cum verbis***: petere, intrare, subire antra: VERG. georg. 4, 429 OV. Pont. 1, 3, 42 met. 14, 104. 12, 417 *al.* succedere antro: VERG. ecl. 5, 6. se inmittere, descendere antro *vel* ad, in antra: VERG. Aen. 6, 262 OV. met. 3, 14 SEN. Phaedr. 928 LVCAN. 10, 19. provolvi, evolvi, efferri (ab) antris, surgere de antris: OV. hal. 58 SIL. 3, 49 CLAVD. carm. min. 28, 8 STAT. silv. 3, 2, 16. tenere antra: OV. met. 14, 514 SIL. 13, 401 MART. 7, 50, 6 (VAL. FL. 3, 49 tenent antra *Pana*). iacere (proiectus), recubare, requiescere, habitare, residere in antro: VERG. ecl. 6, 13. 1, 75 Aen. 6, 418 CVLEX 113 OV. met. 11, 147 STAT. Theb. 9, 404. latere, latitare, condi, abdi, se occulere, se abscondere (sub) antro: OV. met. 2, 269. 3, 31. 13, 47 SEN. Herc. 1107 VAL. FL. 8, 315 SIL. 8, 191. errare in antris: PROP. 1, 1, 11. garrire, carmen tenuare, ludere, barbiton ingeminare sub antro: COPA 9 PROP. 3, 1, 5. 4, 9, 33 STAT. silv. 4, 5, 60. audiri antris: HOR. carm. 3, 25, 4. consulere antra: LVCAN. 6, 425. antra gemunt, tonant, sonant: VERG. Aen. 8, 419. 8, 451 PETRON. 120, 92 VAL. FL. 4, 93. antra Ogygiis furoribus ululata: STAT. Theb. 1, 318. pandunt antra sinus: STAT. Ach. 1, 102. *synonyma*: caverna, spelunca, specus, spelaeum, recessus. *derivatum*: antralis. *Prinz.*

Antrum *fluv.* RAVENN. 5, 31 p. 438 *currit* per ipsam Britanniam.

antrustio, -ōnis *m. a germ.* trustis. *comes, satelles. variant codices inter* antrustio, antruscio, antrussio, antrutio, andustrio. LEX Sal. capit. 6 cum viris magnificentissimis obtimatibus vel antrustionibus. 42, 1 dominicus (*i. regis*). 42, 2. 41, 3. capit. 2, 5, 2. 2, 6, 2. 2, 8.

Antubellicus *nom. vir. Hispanum.* CORP. II 756 Antubel(licus). 5202 Antubellicus Priscus. *v.* Endovellicus.

? **Antuliala** *nom. mul.* CORP. VI 9355 Boionia Antuliala mater. *lapis non extat, nomen fortasse corruptum.*

Antullus, -a *v.* Antius.

antura, -ae *f.* MARC. med. 8, 143 turam et anturam herbas virentes nitidissime collectas contundes.

antus *ἄντυξ* GLOSS.

[**Antyrus**] *rex Scytharum nominatur* OROS. 2, 8 IORDAN. Get. 63. *idem* Iamtyrus IVST. 2, 5, 8. *Ἰδάνθυρσος Herodot. 4, 76.*

Anuarius *cogn. vir.* CORP. VI 1058 (*a. 210*) 1, 64 L. Ligurius Anuarius. 1, 72 L. Fonteius Anuarius. *V.*

Anvalonnācos *numen Celticum, cf. Holder, altcelt. Sprachsch. I 164.* CORP. XIII 2733 (*Augustoduni, litt. saec. I incip.*) Anvalonnacu (*dat.*). *Otto.*

Anūbis, -idis *et* -is, *Ἄνουβις. GLOSS. Anubis deus Aegyptiorum, quem colunt scilicet caput caninum. *cf.* SERV. Verg. Aen. 8, 698. *inde a* VERG. *legitur per totam latinitatem. nomin.*: VERG. Aen. 8, 698 latrator Anubis (OV. met. 9, 690 PRVD. Symm. 2, 532 CARM. c. pag. 95 *et* 99). IVV. 6, 534 derisor *cf.* GLOSS. Anubin Aegyptia lingua Mercurium vocant. APVL. met. 11, 11 canis. ARNOB. nat. 6, 25 canina cum facie. *gen.*: OV. am. 2, 13, 11 Anubidis. LAMPR. Comm. 16, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Anubis. AVIEN. Arat. 283 latrantis Anubis. *dat.*: CORP. V 8210 (*Aquileiae*) Anubi Aug(usto) sac(rum). QVEROL. 31,6 Anubi ... latranti deo. *acc.*: PROP. 3,11,41 latrantem ... Anubim. PLIN. nat. 33,131. GLOSS. Anubin. TERT. nat. 2,8. apol. 15 moechum. LAMPR. Comm. 9,4 SPART. Pesc. 6,9 Car. 9,11. TERT. nat. 1,10 Anubem (VEN. FORT. vit. Mart. 2,164. 4,170 ALC. AVIT. carm. 5,64). *cf.* 2,8. PRVD. apoth. 196. **anūbiacus,** -ī, *pl.* -ī *Isidis sacerdotes Anubim ferentes:* CORP. XIV 352 (*Ostiae*) iudicio maiestatis eius (*Isidis*) electo anubiaco. XII 3043 (*Nemausi*) donum quod promiserat anubiacis. **anūboforus,** -ī *v.* anubiacus, *Ἀνουβοφόρος.* CORP. XII 1919 (*Viennae*) Lepidi Rufi anubofori. **Anūbiōn,** -ōnis *cogn. vir.* CORP. VI 2010 M. Aurelius Anubion *sacerdos domus Augustae. cf.* 12086 (*litteris barbaris scriptus*) dis manibus Au⟨relio⟩ Anubioni. 9954 A. Albius A. D. l. Anubio. X 3515 (*Miseni*) C. Annio Anubioni ... n(atione) Aegypto. *fortasse cognatum*: **Hanubius,** -ī. FIRM. math. 3,1,1 Aesculapium et Hanubium *quibus Mercurii numen scientiam mundi commisit. Diehl.*

Anucia *nom. mul.* (*Afrum?*) CORP. VIII 3625 Flavia ⟨A⟩nucia. VI 27421 Timasio a(mico?) b(ono?) Anucia sua.

anucla, anula, anulla *v.* anicula.

Anucla *nom. mul.* CORP. VIII 19215 Cornelia Clara Q. f. Anucla. **Anucella** *nom. mul.* CORP. VIII 7694,13 Anucella Orchivi. 2890.

[**anudus**] manifeste GLOSS. V 340,46. *V.*

? **Anuf** *nomen.* CORP. XV 823 *Hadr. aetat., in latere*: Sex. Anuf(?) Iub(?). *Diehl.*

ānulāris, -e *adi. ab* anulus. GLOSS. III 248,21 annularis (*sc. digitus*) *παράμεσος.* ISID. orig. 11,1,71 quartus (*digitus*) anularis, eo quod in ipso anulus geritur. PLIN. nat. 35,48 anulare (*sc. pigmentum*) quod vocant, candidum est, quo muliebres picturae inluminantur; fit et ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis e volgi anulis; inde et anulare dictum (*item* ISID. orig. 19,17,22). ind. 35,30. *v.* anularius.

ānulārius, -a, -um *adi.* VITR. 7,14,2 cretam Selinusiam (sinysiam *sim. codd.*) aut anulariam. PLIN. nat. 35,46. *v.* anularis. *subst.* **ānulārius,** -ī *m.* GLOSS. *δακτυλιδοποιός, δακτυλιαῖος,* anulorum opifex. (*Mau, PW. I 2651.*) CIC. ac. 2,86 quid, si in eiusdem modi cera centum sigilla hoc anulo impressero? ecquae poterit in agnoscendo esse distinctio? an tibi erit quaerendus anularius aliqui, quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret? CORP. XI 1235 ... L. Q. l. Primi anulari. XII 4456 Dionysius anula⟨r(ius)⟩. *inde adiective*: CORP. VI 9144 (*cf. Mommsen*) duom vir conlegi anulari ... conlegio anulario. SVET. Aug. 72 iuxta Romanum forum, supra scalas anularias. *subst.* **ānulārium,** -ī *n.* **1** GLOSS. II 566,35 officina anulorum. **2** CORP. VIII 2554 veter(ani) quoque missi accipiant Kal. Ian. anularium singuli HS VI mil. n., quae anularia sua die quaestor sine dilatione adnumerare curabit. 2557 vetranis anularium nom(ine) X D. 2552. 2553. (*Domaszewski, PW. I 2650.*)

ānulātus, -a, -um *adi. ab* anulus. PRISC. gramm. II 139,7 denominativa habent paenultimam productam ut anulus anulatus. PLAVT. Poen. 981 *homines* ut opinor digitos in manibus non habent ... quia incedunt cum anulatis auribus. APVL. met. 9,12 frontes litterati et capillum semirasi et pedes anulati (*sc. servi pistrinarii*). *Dn.*

Anull- *nomina deminutione ficta ex stirpe nominis* Annonius *cognati cum* Annius. **Anulla,** -ae *cogn. mul.* CORP. VIII 7694,7 Anulla. 8047 Dupidia P. f. Anulla. 15959 Caprilia C. f. Anulla. *vide etiam* Anullinus. **Anullius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 9371 .⟩ Anullius Geta ex praef. ⟨al⟩ae Parthorum. III 2380 (*in Dalmatia*) Anulia *sic, cogn. corruptum est.* **Anulēius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 13558 D. Anuleius Telesf⟨orus⟩ ... D. Anulenus Stepha⟨nus⟩, *sed fortasse lapicida priore quoque loco debuit scribere* Anulenus. **Anulēnus,** -a *nom. gent.* CORP. VI 7459 Anulena Peloris. 9275 Anulenae Certae. III 1750 (*in Dalmatia*) P. Anulenus Bassus. **Anullīnus,** -a *cogn. saepe* Anulinus, *in libris quibusdam pessime* Anolinus. P. Cornelii Anullini *consules a. 199 et 216 saepe in titulis, ut* CORP. II 5506 (= 2073). VIII 1170. II 2121. 2663 *al. consul a. 216* Anulinus CORP. III 8243 (= 1697). Anullini senatoris (*Ἀνουλλίνου*) EVTR. 9,19. OPTATVS 3,8 Anullinus, Annii Anulini *praef. urb. a. 306 et 312* CHRONOGR. a. 354 p. 66. 67. CORP. XII 1372 Valeri Tetricus, Anullinus. II 951 Sempronī⟨a⟩ Anull(ina?, -a?). 2001 Fabiae Anull(inae? -ae?). VI 12087 (*hexam.*) hoc Anulinae mei memorantur carmine manes, *traduntur etiam* Anullinae *et* Annullinae. 21598 Anulinus. IV 1738 Anulinus. *potest sane horum nominum pars ad* anulus *pertinere. Otto.*

ānuloculter, -trī *m.* TERT. anim. 25 est inter arma (*sc. obstetricia*) medicorum et organon (organa *B*, cum organia *A*), ex quo prius patescere secreta coguntur tortili temperamento, cum anulocultro, quo intus membra caeduntur anxio arbitrio, cum hebete unco, quo totum facinus extrahitur violento puerperio.

ānulus, -ī *m.* [*ab* ānus, *deminutive. Th.*] VARRO ling. 6,8 ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani. AVG. hept. 2, 132 anulus vel circulus. ISID. orig. 19,32,1 anuli per diminutionem dicti a circulis et anis, qui sunt circa bracchia et circum crura. nat. 6. CORP. VII 140 anilum (*acc. sing.*). XIII 1041 aenulis (*sic dat. pl.*) *cf. p. 197, 65.* hoc anulum PLAVT. Mil. 797 *AP*, 931 *B*. *scriptura* annulus *nullius auctoritatis est.* CIC. fin. 5,3 (NON. 70) PLIN. nat. 29, 130 LACT. op. 11,7 GREG. TVR. hist. Franc. 5,3 ISID. orig. 19,32,6 (frg. 'Flacci') *pars codd. pro* anulo *substituit* anellum. *non abiit in linguas romanicas, abiit* anellus.

I ***anuli digitales:*** GLOSS. *δακτύλιος (ὃν φορεῦμεν).* PLAVT. Curc. 595 me habere hunc ... anulum. CIC. Verr. 5,56 off. 3,38 de orat. 3,127 LIV. 1,11,8 SCRIB. LARG. 152 PLIN. nat. 33,8. 9. 21. 25. HYG. astr. p. 54,15. TER. Hec. 574 in digito quem habuit *virgo* anulum. LVCR. 1,312 anulus in digito subter tenuatur habendo (*cf.* OV. ars 1,473 Pont. 4,10,5). PETRON. 32 GELL. 10,10,1 ISID. orig. 19,32,1. 4. PLAVT. Curc. 602 pater istum meus gestitavit. Truc. 274 gestas tecum ahenos anulos. AT. CAPITO Macr. sat. 7,13,11 *apud veteres* gestabatur, ut quisque vellet, quacumque manu, quolibet digito (GELL. 10,10 inscr.). PLIN. nat. 33,25 plures quam unum gestare. TAC. Germ. 31 hist. 4,3 APVL. flor. p. 36 Oud. MARC. med. 8,49 digito. ISID. orig. 19,32,3. 19,32,2 *et* 4 (in) digito. OV. am. 2,15,23 me (*anulum*) gere, *cum lavaberis.* PAVL. FEST. 82. PLIN. nat. 33,24 singulis ... digitis geri. MART. 11,59,1. PLIN. nat. 33,25 sunt qui ... minimo *digito* congerant. HIER. comm. in Ier. 4,22,4 *anulum* portantis. PLAVT. Curc. 653 mater ei utendum *anulum* dederat. FEST. 182 quod ... duobus anulis uteretur. VAL. MAX. 8,14,4 PLIN. nat. 33,9. 11. 12 PLIN. epist. 8,6,4 GELL. 10,15,6 ISID. orig. 19,32,3. 4. GELL. 10,10,1 Romanos ... anulis usitatos. AT. CAPITO Macr. sat. 7,13,13 ut usus anulorum exemptus dexterae ... in laevam relegaretur. CIC. off. 3,38 quem (*anulum*) *mortuo* ut detraxit, ipse induit. OV. am. 2,15,4 te (*anulum*) articulis induat illa suis. PLIN. nat. 33,13 laevis manibus ... induit *anulos.* 33,24 pollici proximo *digito* induere ... dein iuvit et minimo dare. SEN. benef. 3,25,1 cum anulos eius (*domini*) sibi aptasset. SVET. Tib. 73 eum ... anulum ... rursus aptasse digito. MACR. sat. 7,13,6 cur eum (*anulum*) alienae manui et digito, et non huic gestamini deputatis potius insereret. PLIN. nat. 33,12 C. Marium aureum *anulum* ... sumpsisse. SVET. Aug. 100 ponendos anulos aureos ferreosque sumendos. TER. Haut. 651 de digito *meo* anulum detraho (HYG. astr. p. 40). CIC. Verr. 5,58 L. Titio ... anulus de digito detractus est. CVRT. 10,5,4 detractum anulum digito *suo.* VAL. MAX. 3,5,1 e manu eius anulum ... detraxerunt (*ignominiae causa*). TER. Hec. 829 sese illi (*virgini*) anulum detraxisse. CIC. Verr. 4,187 anulos ... liberis suis detraxerant. off. 3,38 VAL. MAX. 7,2 ext. 16. 9,3,3. PLIN. nat. 33,27 SVET. Cal. 12. Iul. 33 se anulum quoque aequo animo detracturum sibi. SEN. benef. 3,26,2 servus ... ebrio anulum extraxit. ASCON. Mil. p. 36 B. SVET. Tib. 73. APVL. met. 10,24 anulum marito subtractum. CIC. Verr. 5,57 istum ... hominibus honestis de digitis anulos abstulisse. VAL. MAX. 8,1 abs. 3 quem ... excusso e manu anulo humi iacere aliquamdiu passus est. SVET. Tib. 73 eum ... exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse. CLAVD. app. 5,73 anulus ... digitis tollatur mollibus asper. VVLG. gen. 41,42 tulit anulum de manu sua et dedit eum in manu eius. Esth. 3,10. 8,12. Ier. 22,24 si fuerit Iechonias ... anulus in dextera mea, inde evellam eum. CIC. Verr. 4,187 *homines* anulos aureos posuerant. LIV. 9,7,8 anuli aurei positi (*luctus ergo*), *cf.* 43,16,14 SVET. Aug. 100. PLIN. nat. 28, 24 si mensa adsit, anulum ponere. MART. 11,59,2 uec nocte ponit anulos nec cum lavatur. LIV. 9,46,12 tantum Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium anulos aureos et phaleras deponerent. PLIN. nat. 33,18. PLIN. nat. 33,18 anulos abiectos (*propter indignationem*) in antiquissimis reperiatur annalibus. APVL. apol. 75.

CIC. off. 3,38 cum *Gyges* palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur ... idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat. OV. am. 1,4,25 cum tibi, quae faciam, mea lux, dicamve placebunt, versetur digitis anulus usque tuis. PLIN. nat. 33,8 Midae ... anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret. PETRON. sat. 74 anulum traiecit in dexteram manum. PLIN. nat. 28,57 anulum e sinistra in longissimum dextrae digitum transferre. QVINT. inst. 11,2,30 cum translatus anulus vel adligatus commoneat nos, cur id fecerimus. *alia*: OV. am. 2,15,1 digitum vincture (*anule*) puellae. 5 tam bene convenias, quam mecum convenit illi, et digitum iusto commodus orbe teras. 21 adstringens digitos orbe minore. MART. 11,100,2 *amicam,* cuius lacertos anuli mei cingant. MACR. sat. 7,13,8 ut ille digitus anulo tamquam corona circumdaretur. MART. 5,61,5 per cuius digitos currit levis anulus omnes.

OV. am. 2,15,5 exire negabo (*anulus, sc. digito*). IVV. sat. 11,42 talibus a dominis post cuncta novissimus exit anulus et digito mendicat Pollio nudo. OV. am. 2,15,13 *anulus* elabar digito. MART. 14,123,1 saepe gravis digitis elabitur anulus unctis. HIER. comm. in Ier. 4,22,24 quomodo anulus non recedit de manu portantis et de digito difficulter elabitur. ALF. dig. 19,5,23 illi excidit anulus. MACR. sat. 7,13,6 illi de ... digito ... deciderat. PLAVT. Curc. 654 cum hoc (*anulo*) olim perii. TER. Hec. 824 QVINT. inst. 7,6,8 PETRON. 71. PLIN. nat. 33,21 multi praetura quoque functi in ferreo *anulo* consenuerint. 33,29 TAC. hist. 4,3. PLIN. nat. 33,10 Tarquinii statuam sine anulo esse. SVET. Nero 20 AVG. civ. 3,19.

anuli materia, species, al.: PLAVT. Cas. 709 aureum *et inde passim, cf. p. 197,24 sqq.* SIL. 11,534 praefulgens anulus auro (*cf.* IVV. sat. 7,140 nisi fulserit anulus ingens). PLAVT. Truc. 274 ahenos anulos, *cf. p. 195, 37 et 196, 79.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. ars 1, 473 ferreus adsiduo consumitur anulus usu (Pont. 4, 10, 5). Scrib. Larg. 152, *cf. p. 198, 23.* Plin. nat. 33, 8 *Promethei, cf. p. 198, 26.* 9 Romanorum in more ferrei ... ut virtutis bellicae insigne. 11. 12 sponsae ... mittitur. 21. 30. 33. Qvint. inst. 7, 6, 8 *in argumento controversiae.* Ivv. 11, 129 *vilitatis exemplum.* Tac. Germ. 31 *Chattorum, cf. p. 198, 28.* Plin. epist. 8, 6, 4 contra maiestatem senatus, si ferreis *anulis* praetorius uteretur. Svet. Aug. 100 aureis *oppositi* ferrei, *cf. p. 194, 30 et 50.* Apvl. met. 10, 10 *servi, cf. p. 196, 25.* Alc. Avit. epist. 87, *cf. p. 195, 27.* Isid. 19, 32, 3. Petron. 32 anulum grandem subauratum, ... minorem ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum. Liv. 1, 11, 8 gemmatos ... magna specie anulos. Isid. orig. 19, 32, 3. Petron. 58 buxeos (*cf. Friedländer ad l.*). Plin. nat. 33, 152 argenteos, *cf. p. 197, 39.* Isid. orig. 19, 32, 3. Marc. med. 8, 49 anulis aureis, argenteis, ferreis et electrinis, si fuerint, aut etiam cupreis. Plin. nat. 15, 124 virgei, *cf. p. 198, 37.*

37, 17 translucentes. Pavl. Fest. 82 solidum, *cf. p. 198, 19.* Gell. 10, 15, 6 pervio cassoque, *cf. p. 198, 22.* Hadr. Vlp. dig. 48, 20, 6 leves anulos, id est quae res (rem?) non excedit aureorum quinque (Mart. 5, 61, 5). Schol. Iuv. 1, 28 per luxuriam anulos aestivos et hiemalis invenerant. *genera anulorum*: Isid. orig. 19, 32, 5 ungulus, Samothracius, thynnius (*describuntur*). Plavt. Trin. 792 illum (*anulum*) quem habuit perdidit, alium post fecit novom. Cic. Verr. 5, 56 *Piso* cum vellet sibi anulum facere ... hominem ... iubet ... facere anulum. 57. Ov. ars 3, 221 Gaivs inst. 3, 147. Qvint. inst. 9, 2, 61 *Piso* anulum sibi cudi ab aurifice ... iusserat. Apvl. flor. p. 34 Oud. ipse (*Hippias*) eius anuli orbiculum circulaverat. Hyg. astr. p. 54 anulos lapide et ferro conclusos. Alc. Avit. epist. 87 anulo ferreo et admodum tenui, velut concurrentibus in se delphinulis concludendo, sigilli duplicis forma geminis cardinulis (*S*, gemino cardine luselis *L*) inseratur. Flaccvs poeta Isid. orig. 19, 32, 6 quos thunica (tunica, tinica *sim. codd.*) lima perpolivit anulos (anellos *al.*).

usus *cf.* At. Capito Macr. sat. 7, 13, 12 *sqq.* Plin. nat. 33, 8—14. *Krause, Pyrgoteles p. 169—196.*

1 ***ornamentum. mulierum*** (*Marquardt-Mau, Privatleben p. 704*): Naev. com. 78 anulum alii dat spectandum *puella.* Plavt. Asin. 778 spectandum ne cui anulum det *meretrix.* Curc. 656 hic est quem ego tibi (*frater sorori*) misi natali die. Truc. 274 *aheni anuli ancillae.* (Cas. 709 *anulus aureus a domino promittitur ancillae.* Mil. 777 *sqq. anulus mariti uxoris esse fingitur.*) Ter. Hec. 574 *virginis.* 829 *meretricis.* Haut. 649 cum exponendam do illi, de digito anulum detraho (*matrona*) et eum dico ut una cum puella exponeret: si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis. 654 *anulum adulescentula* lavatum dum it servandum mihi dedit. Ov. am. 1, 4, 25. 2, 15 (*carmen de anulo puellae misso*). Liv. 26, 36, 5 *coniugum liberorumque senatorum.* Petron. 58 Plin. nat. 33, 21. 37, 10 Augustus ... duas *gemmas* in matris anulis ... invenerat. Mart. 8, 5, 1. 14, 122. Vlp. dig. 34, 2, 25, 10 ornamenta muliebria: ... anuli praeter signatorios. Tert. apol. 6 Isid. orig. 19, 32, 4. Corp. II 2326 *anulus aureus gemma meliore in statua Veneris.* ***virorum*:** Ov. ars 3, 445 nec vos (*puellas*) decipiat, ... si anulus in digitis (*sc. virorum*) alter et alter erit. Liv. 1, 11, 8 *gemmati anuli Sabinorum.* Fest. 182 Sergium quendam praedivitem, quod et duobus anulis aureis et grandibus uteretur, Oratam esse appellatum. Sen. nat. 7, 31, 2 *viri* exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur. Petron. 32 *Trimalchio* habebat in minimo digito sinistrae manus anulum grandem subauratum, extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum. Mart. 5, 61, 5 per cuius (*adulescentuli delicati*) digitos currit levis anulus omnes. 11, 37. 11, 59, 1 senos Charinus omnibus digitis gerit, nec nocte ponit anulos. Qvint. inst. 11, 3, 142 manus *oratoris* non impleatur anulis, praecipue medios articulos non transeuntibus. Hier. epist. 22, 28 digiti *clericorum delicatorum* de anulis radiant. 147, 8 digitos anulis oneras *clericus delicatus.*

2 ***anulus signatorius.*** At. Capito Macr. sat. 7, 13, 2 veteres non ornatus sed signandi causa anulum secum circumferebant. unde nec plus habere quam unum licebat nec cuiquam nisi libero, quos solos fides deceret, quae signaculo continetur. Pavl. Fest. 341 signare significat ... anulo signa inprimere. 28 adulterina signa dicuntur alienis anulis facta. *Zangemeister, Corp. IV suppl. 1 p. 420.* *fraus facta per anulum signatorium surreptum est in argumento Plauti Curculionis.* Plavt. Curc. 346 anulo meo (*militis*) tabellas obsignatas. Cas. 144 obsignate cellas, referte anulum ad me (*matronam*). Cvrt. 3, 7, 12 epistulam ... obsignatam anulo, cuius signum haud sane notum. 10, 6, 5 anulum, quo ille (*Alexander*) regni atque imperii vires obsignare erat solitus. Plin. nat. 30, 51 iubent *lienem* in pariete includi et obsignari anulo ter novies. Tert. anim. 46 Philippus ... Olympiadis uxoris naturam obsigna⟨tam e⟩sse viderat anulo, leo erat signum. Vvlg. Esth. 8, 10 epistulae ... anulo ipsius obsignatae. Dan. 6, 17. 40, 10 Lex Visig. 10, 2, 5. Ov. am. 2, 15, 15 idem ego (*poeta in anulum conversus*) ut arcanas possim signare tabellas, neve tenax ceram siccaque gemma trahat, umida formosae tangam prius ora puellae. Plin. nat. 33, 22 *luxuria* gemmas ... ne quis signandi causam in anulis esse intellegeret, solidas induit ... contra vero multi nullas admittunt gemmas auroque ipso signant. 33, 25 sunt qui uni tantum minimo (*sc. digito anulos*) congerant, alii vero et huic tantum unum, quo signantem signent. Mart. 9, 87, 7 *cras tabellas signabo*, nunc signat meus anulus lagonam. Frontin. strat. 4, 7, 38 *epistulae* Marcelli anulo signatae (obsignatae *al.*). Plin. epist. 10, 74, 3 signata est (*sc. epistula*) anulo meo, cuius est apophragisma quadriga. Vlp. dig. 29, 1, 15, 1 cum miles ... anulo suo signasset (*sc. testamentum*). 28, 1, 22, 2 si ab ipso testatore anulum accepero et signavero, testamentum valet, quasi alieno signaverim. 28, 1, 22, 5. Clem. ad Cor. 43 *Moyses virgas* signavit anulis tribuum principum. Optatvs 1, 10 anulum, quo legitur fons esse signatus. Vvlg. III reg. 21, 8 signavit eas (*epistulas*) anulus eius. Esth. 3, 12. 8, 8 Dan. 14, 3 Lex Visig. 10, 2, 5. Apoll. Tyr. 19 rex ... codicillos anulo suo signavit. 20. Apvl. met. 10, 9 *aureos* in hoc ipso sacculo conditos anulo tuo praenota. Plavt. Trin. 789 adulescentem anuli paterni signum (*in epistulis obsignatis*) novisse. Vidul. frg. 14 (Non. 258) signum recte comparebat: huius contendi anulum. Cic. ac. 2, 54 similitudines ... signorum anulis impressorum (Vlp. dig. 28, 1, 22, 5). 2, 86 quid si in eiusdem modi cera centum sigilla hoc anulo impressero? (Qvint. inst. 11, 2, 4 imprimi quaedam vestigia animo, velut in ceris (guris *G*) anulorum signa serventur. Novat. tract. 4 (37, 17) omne signaculum quomodo aposphragisma anuli exprimitur in cera.) Liv. 27, 28, 4 eius signi (*anuli Marcelli*) errore ne cui dolus necteretur. Cvrt. 3, 6, 7 *epistulae* sigillo anuli sui inpresso. 3, 7, 14. 7, 2, 16 signum anuli eius (*Philotae*) in mea potestate est. Plin. nat. 33, 12 *arcas* colligatas nodi, non anuli nota. Apvl. met. 10, 10 contrectatis ... servi manibus anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt. Hier. epist. 127, 3 *vidua* aurum usque ad anuli signaculum repudians. Plavt. Pseud. 55 miles hic reliquit symbolum, expressam in cera ex anulo suam imaginem. Cic. fin. 5, 3 *Epicuri* imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et in anulis (anellis Non. 70) habent. Val. Max. 3, 5, 1 anulum, in quo caput Africani sculptum erat. Plin. nat. 33, 41 ius ... imaginem principis ex auro in anulo gerendi (Sen. benef. 3, 26, 2). Svet. Tib. 58 anulo effigiem (*sc. Augusti*) impressam. Vop. Aur. 42, 5 bene dictum a quodam mimico scurra ... in uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi. Avgvst. trin. 14, 15, 21 sicut imago ex anulo in ceram transit et anulum non relinquit. Val. Max. 8, 14, 4 *Sullae* anulo, quo signatorio utebatur, insculptam illam traditionem (*Iugurthae ad Marium perducti*). Pavl. dig. 50, 16, 74 signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur. Vlp. dig. 34, 2, 25, 10. Ivst. 43, 5, 12 patrem *Trogi* sub C. Caesare militasse epistularumque ac legationum, simul et anuli curam habuisse. Greg. Tvr. hist. Franc. 5, 3 Siggo referendarius, qui anolum (anelum *al.*) regis Sygiberthi tenuerat. *anulus fere id quod signum anuli*: Ov. Pont. 2, 10, 3 auctorisque sui si non est anulus index. Sen. epist. 8, 7 cum ... tabulis testamenti anulum inprimerem. Cvrt. 6, 6, 6. Plin. nat. 33, 26 cibi quoque ac potus anulo vindicantur a rapina. Tac. ann. 2, 2 vilissima utensilium anulo clausa. Gramm. suppl. 186, 5 anuli pala pars est illa, qua prae latitudine sui sigillum solet inprimi vel sigilli gemma seu lapis inseri vel indi. Cic. off. 3, 38. Apvl. flor. p. 34 Oud. ipse eius anuli ... palam (paliē *F*) clauserat.

3 ***signum agnitionis.*** Plavt. Bacch. 327 anulum gnati tui facito ut memineris ferre. :: quid opust anulo? :: quia id signumst cum Theotimo, qui eum illi adferet, ei aurum ut reddat. Ter. Ad. 347 si infitias ibit, testis mecum est anulus, quem amiserat (*sc. adulescens*). *cognitio per anulum facta est in argumento Plauti Curculionis, Terenti Hautontimorumeni et Hecyrae.* Cic. Att. 6, 1, 17 *statuam* esse eiusdem (*Africani*) status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. Liv. perioch. 112 cum ei (*Caesari*) Theodotus caput Pompei et anulum obtulisset (Oros. hist. 6, 15, 29). Val. Max. 6, 8, 6 *servus* conmutata *cum Panapione domino* veste, permutato etiam anulo, se ... ut Panapionem occidi passus est. Sen. benef. 3, 25, 1. Macr. sat. 1, 11, 16 unus ex servis anulo eius (*domini*) et veste insignitus.

4 ***auctor fidei.*** Plavt. Mil. 797 *sqq. anulum fiduciae faciendae causa a muliere amatori mitti simulatur.* Cic. ad Q. fr. 1, 1, 13 sit anulus tuus non ut vas aliquod, sed tamquam ipse tu, non minister alienae voluntatis, sed testis tuae. Ov. am. 2, 15, 28 illa (*amica*) datam tecum (*sc. anulo*) sentiat esse fidem. Sen. benef. 3, 15, 3 anulis nostris plus quam animis creditur (Petron. 58). Apvl. met. 10, 24 *mulier servo* tradit anulum marito subtractum, qui monstratus fidem verbis adstipularetur. *apud christianos*: Tert. pudic. 9 anulum ... signaculum lavacri. *ibid.* anulum ... quo fidei pactionem interrogatus obsignat. Ambr. poen. 2, 3, 18 det anulum in manu eius, quod est fidei pignus et sancti spiritus signaculum. Rvf. hist. eccl. 1, 28 ille evangelicus ... filius (*Luc. 15, 22*) ... anulum fidei recepit. Prvd. perist. 1, 85 illius (*martyris*) fidem figurans ... anulus. Evcherivs form. p. 47, 14 anulus signaculum fidei. *anulus arrae nomine vel sponsionis causa datus*: (Plavt. Truc. 274 *truculentus ancillae*: mancupion qui accipias, gestas tecum ahenos anulos? Mil. 957 hunc *anulum* arrabonem amoris ... a me accipe.) Ter. Eun. 541 adulescentuli coiimus, ... ut de symbolis essemus ... dati anuli; locus, tempus constitutumst. Plin. nat. 33, 28 consuetudo volgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior. Mart. 2, 62, 7 oppigneravit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad Cladi mensam vix octo nummis anulum, unde cenaret (*cf.* Ivv. sat. 11, 43). Vlp. dig. 14, 3, 5, 15 si institor, cum oleum vendidisset, anulum arrae nomine acceperit. 19, 1, 11, 6 si anulus datus sit arrae nomine et secuta emptione pretioque numerato et tradita re anulus non reddatur. 19, 5, 17, 5 si quis sponsionis causa anulos acceperit. *anulus pronubus*: Plin. nat. 33, 12 etiam nunc sponsae muneris vice ferreus anulus mittitur, isque sine gemma. Pavl. dig. 24, 1, 36, 1 sponsus alienum anulum sponsae muneri misit et post nuptias pro eo suum dedit. Tert. idol. 16. apol. 6 aurum nulla *mulier apud veteres* norat praeter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo anulo. Lex Visig. 3, 1, 3 inter eos, qui disponsandi sunt . . . anulus arrarum nomine datus . . . vel acceptus. Lex Lang. Liutpr. 30 cum solo anolo eam (*disponsatam*) subarrat et suam facit.

5 ***anulus heredi traditus.*** Plavt. Curc. 636 pater meus . . . prius quam moritur *anulum* mihi dedit tamquam suo, ut aequom fuerat, filio . . . et isto me heredem fecit. Nep. Eum. 2, 1 *Perdiccas*, cui Alexander moriens anulum suum dederat (Cvrt. 10, 5, 4 detractum anulo digitum Perdiccae tradidit. 10, 6, 4. 5. 16. 17 Svet. Tib. 73). Val. Max. 7, 8, 8 *ei* decedens anulos suos perinde atque unico heredi tradidit. 7, 8, 5. 7, 8, 9 (*utroque loco plur.*). Pap. dig. 31, 77, 21 pater pluribus filiis heredibus institutis moriens claves et anulum custodiae causae maiori natu filiae tradidit.

6 ***anulus (aureus) insigne magistratus, ordinis,*** *al.* (*Mommsen, St.-R. 3, 514 sqq.*). Flor. 1, 1, 5, 6 inde (*e Tuscia*) fasces trabeae curules anuli phalerae paludamenta praetextae. Cic. Verr. 5, 56. 57 *praetoris*. Att. 6, 1, 17 *consulis* (Liv. 27, 28, 4 anulis [anulo *al.*] Marcelli *consulis* Hannibal potitus erat. eius signi errore ne cui dolus necteretur, . . . Crispinus circa civitates proximas miserat nuntios, occisum collegam esse anulisque [anuloque *al.*] eius hostem potitum. Plin. nat. 33, 12 C. Marius aureum *anulum* non ante tertium consulatum sumpsisse traditur). Val. Max. 2, 27 *tribuni* instrui . . . ea (*sc. imperia*) argenteis vasis et anulis aureis publice praebitis patiebantur. Petron. 71 *facias* me (*Trimalchionem*) in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque. Liv. 9, 46, 12 *nobilium*. 43, 16, 14 *principum civitatis*. 26, 36, 5 *senatorum*. Plin. nat. 33, 11 *legatorum*. Hor. sat. 2, 7, 53 proiectis insignibus, anulo equestri Romanoque habitu. *cf.* Liv. 23, 12, 1 Plin. nat. 33, 29. 32. 152 vidimus ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine . . . argenteos anulos habentem. Mart. 8, 5 dum donas, Macer, anulos puellis, desisti, Macer, anulos habere. 3, 29, 2. Apvl. apol. 75 negat posse dissolvere, anulos aureos et omnia insignia dignitatis abicit, cum creditoribus depaciscitur. *honoris causa dono datus*: (Plavt. Cas. 709, *cf. p. 195, 38.*) Cic. Verr. 4, 185 anulus aureus, quo tu istum (*scribam*) in contione donasti. . . . saepe nostri imperatores . . . scribas suos anulis aureis in contione donarunt. 187 quae . . . tua praefatio donationis fuit? illa scilicet vetus atque imperatoria: 'quandoque tu' quid? 'in proelio'? 'in bello'? 'in re militari'? . . . an illa: 'quandoque tu . . . ob eas res te . . . hoc anulo aureo dono'. neque enim iste anulus aureus abs te datus istum virum fortem, sed hominem locupletem esse declarat; ita eundem anulum ab alio datum testem virtutis duceremus, abs te donatum comitem pecuniae iudicamus. 3, 29 *amicos* in contione anulis aureis donabas. Polio Cic. epist. 10, 32, 2 *Balbus quaestor* Herennium Gallum histrionem . . . anulo aureo donatum in XIIII sessum deduxit — tot enim fecerat ordines equestris loci (Svet. Iul. 39 Laberius . . . donatus quingentis sestertiis et anulo aureo sessum in quattuordecim ⟨e⟩ scaena per orchestram transiit. Macr. sat. 2, 3, 10. Corp. V 4392 P. Atilio Philippo . . . iure quattuor⟨decim ordin.⟩ usuque anulor. a d⟨ivo . . . honorato⟩, *cf. Mommseni adn.*). Tac. hist. 1, 13 *Icelum Galbae libertum*, quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant. Svet. Vit. 12 *Asiaticum libertum* donavit anulis super cenam, cum mane . . . detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam. Corp. XIII 1041 C. Iulio . . . Macro Sant(ono), duplicario alae Atectorigianae . . . clupeo, coronis, aenulis aureis donato a commilitonib(us). *cf. Mommsen, Herm. 22 (1887) p. 547.* Tac. hist. 2, 57 *Vitellius* honoravit Asiaticum anulis, foedum mancipium. Macr. sat. 2, 3, 10. Tert. resurr. 57 si famulum tuum libertate mutaveris . . . et vestis albae nitore et aurei anuli honore . . . honoratur. Svet. Galb. 14 libertus Icelus . . . anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus. Tac. hist. 4, 3 servus Verginii Capitonis . . . patibulo adfixus in isdem anulis, quos acceptos a Vitellio gestabat. Marcian. dig. 35, 1, 33, 2. Corp. VI 1847 ⟨L.⟩ Marius L. lib. Doryphorus anulos aureos consecutus a divo Commodo. Plin. epist. 8, 6, 4 censent . . . *Pallantem servum* compellendum ad usum aureorum anulorum. Svet. Galb. 10 delegit equestris ordinis iuvenes, qui manente anulorum aureorum usu evocati appellarentur. Corp. V 4392. *de insigni equestri plur.* anuli *sollemnis inde a Tacito, cf. Wölfflin, Philol. 27 (1868) p. 128, Mommsen, St.-R. 3, 515 adn. 1; ante Tacitum cf.* Liv. 27, 28, 4 (*de anulo consulis*). Val. Max. 7, 8, 5. 8. 9 (*de anulo heredi tradito*). *ius anulorum* (*cf. Mommsen, St.-R. 2, 893*): At. Capito Macr. sat. 7, 13, 12 ius anulorum famuli non habebant. Plin. nat. 33, 32 *a. 23 p. Chr.* constitutum, ne cui ius esset nisi qui ingenuus ipse, patre, avo paterno HS $\overline{\text{CCCC}}$ census

fuisset et lege Iulia theatrali in quattuordecim ordinibus sedisset. Papin. vat. 226 ius anulorum ingenuitatis imaginem praestat salvo iure patronorum patronique liberorum. Dig. 40, 10 Cod. Iust. 6, 8 Novell. 78. Svet. Iul. 33 promissum ius anulorum cum milibus quadringenis fama distulit. Tryph. dig. 27, 1, 44 si . . . *libertinus* ius anulorum acciperet (Vlp. dig. 2, 4, 10, 3. Papin. dig. 40, 10, 1, 1 ius aureorum anulorum). Tryph. dig. 27, 1, 44 pr. *et* 3 ei, qui ius anulorum impetrasset (48, 5, 43 Pavl. dig. 40, 10, 5 Vlp. dig. 40, 10, 6. 40, 10, 4 etiam feminae ius anulorum aureorum impetrare possunt). Vlp. dig. 38, 2, 3 pr. ius anulorum consecutus libertus a principe. Tryph. dig. 29, 5, 11 de his qui ius anulorum petierant. Marcian. dig. 40, 10, 3 Commodus ius anulorum datum ademit illis, qui invitis aut ignorantibus patronis acceperant. Papin. dig. 40, 10, 1 (*bis*) anulorum (aureorum) beneficium.

7 ***superstitiones circa anulum.*** Cato agr. 159 intertrigini remedium: in viam cum ibis, apsinthi Pontici surculum sub anulo habeto (Plin. nat. 26, 91 secum habentibus). Ov. fast. 4, 657 *in re sacra facienda* usus abest Veneris, nec fas animalia mensis ponere, nec digitis anulus ullus inest. Pavl. Fest. 82 ederam flamini Diali neque tangere neque nominare fas est, pro eo, quod edera vincit, ad quodcumque se applicat. sed ne anulum quidem gerere ei licebat solidum aut aliquem in se habere nodum. Gell. 10, 15, 6 *flamini Diali* anulo uti nisi pervio cassoque fas non est. Scrib. Larg. 152 hoc medicamentum . . . qui contundit, anulum ferreum non habeat. Plin. nat. 23, 110 si quis unum ex his (*malis Punicis*) solutus vinculo omni cinctus et calciatus atque etiam anuli decerpserit. 33, 8 *Prometheo* ferreum anulum dedit antiquitas, vinculumque id, non gestamen, intellegi voluit (Hyg. astr. p. 54). Tac. Germ. 31 *Chattorum* fortissimus quisque ferreum insuper anulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. Plin. nat. 28, 24 si mensa adsit, anulum ponere translaticium videmus, quuniam etiam mutas religiones pollere manifestum est. 29, 130 terram substernunt lacertae viridi excaecatae et una in vitreo vase anulos (anellos *al.*) includunt e ferro solido vel auro. cum recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea anulis contra lippitudinem utuntur (*cf. Aelian. nat. anim. 5, 47*). Marc. med. 8, 49 (ita ut per foramen anuli visus transmittatur). Plin. nat. 15, 124 virgei . . . expertes ferri inguinum tumori medentur. Petron. 74 gallus gallinaceus cantavit. qua voce confusus Trimalchio vinum sub mensa iussit effundi . . . immo anulum traiecit in dexteram manum. Plin. nat. 28, 57 plerique *suadent contra sternumenta et singultum* anulum e sinistra in longissimum dextrae digitum transferre.

Anulus *titulus Atellanae*: Non. 508 Pomponius Anulo posteriore. *cf. Ritschl, parerga p. 135. titulus libri Rufini ex graeco Sexti Pythagorei expressi, sub nomine Xysti martyris editi*: Hier. comm. in Ier. 4, 22, 24.

II ***anuli non digitales.*** Varro ling. 5, 116 ex anulis ferrea[m] tunica[m]. *anuli ferrei a lapide magnete attracti*: Lvcr. 6, 1008. 1014. Plin. nat. 34, 147 ut anulorum catena spectetur interdum. Avg. civ. 21, 4. Vitr. 10, 8, 4 (*in descriptione hydrauli*) supra tabulam foramina⟨que, per *add. Degering*⟩ quae ex canalibus habent egressum spiritus, sunt anuli adglutinati, quibus linguae omnium includuntur organorum. Plin. nat. 34, 150 ferream catenam . . . qua Alexander Magnus . . . iunxerit pontem, cuius anulos, qui refecti sint, robigine infestari, carentibus ea prioribus. Veg. mil. 4, 4 cataracta, quae anulis ferreis ac funibus pendet. Plin. nat. 13, 62 lignum *cuci arboris* intus grande firmaeque duritiae, ex quo velares detornant anulos. *de compede* (*cf.* ānus 1): Mart. 3, 29, 2 has cum gemina compede dedicat catenas Saturne tibi, Zoilus, anulos priores. 11, 37, 3 anulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus: non eadem digitis pondera conveniunt. 14, 169 garrulus in laxo cur anulus orbe (*sc. trocho*) vagatur? cedat ut argutis obvia turba trochis (*cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 838 adn. 2*). Lact. op. 11, 7 *gurgulio* constat ex ossibus flexuosis ac mollibus quasi ex anulis (anellis *al.*) in cicutae modum invicem conpactis et cohaerentibus. Amm. 29, 1, 31 supersistit cortinulae *litterarum formis signatae* pensilem anulum librans . . . qui per intervalla distincta retinentibus singulis litteris incidens saltuatim heroos efficit versus . . . quales leguntur Pythici. Avg. quaest. hept. 2, 132 anulos pro rotundis ansis. Itala cod. Lugd. exod. 25, 26. 27 anuli (טַבָּעֹת, LXX δακτύλιοι, Vvlg. circuli) in thecis bastacterum, ut tollatur in eis mensa. Vvlg. exod. 27, 4 anuli aenei. 37, 3 conflans quattuor anulos aureos per quattuor angulos eius (*coronae*). 26, 29 fundes in eis (*tabulis*) anulos aureos, per quos vectes tabulata contineant. 30, 4 duos anulos aureos . . . ut mittantur in eos vectes et altare portetur. 37, 5. 37, 27. 38, 5. Vvlg. exod. 28, 23. 26. 27 *anuli aurei in sacerdotis rationali et superhumerali.* 28 stringatur rationale anulis suis cum anulis superhumeralis vitta hyacinthina.

III ***res orbiculatae anulorum similes.*** Vitr. 4, 3, 4 crassitudo capituli *columnae doricae* dividatur in partes tres, e quibus una plinthus cum cymatio fiat, altera echinus cum anulis, tertia hypotrachelion. *cincinnus*: Sen. dial. 10, 12, 3 quomodo excandescunt *viri apud tonsorem*, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in anulos suos reciderunt!

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MART. 2,66,1 unus de toto peccaverat orbe comarum anulus ... non bene fixus acu. QVINT. inst. 12,10,47 ne hirta toga sit, non ut serica, ne intonsum caput, non ⟨ut⟩ in gradus atque anulos comptum. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 150 vitis anulis, quos ἕλικας vocant. 4, 3, 72. 4, 3, 52. ISID. orig. 17, 9, 92 viticella herba ... appellata, quod sicut vitis, quidquid proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos anulos appellamus.

derivata: anellus, anularis, anularius, anulatus. *cf.* condalium, condulus, ungulus. *Dittmann.*

Anumisius, -a *nom. gent.* CORP. VI 12088 C. Anumisius Felicissimus Anumisiae felicissimae filiae. *v.* Animisius.

Anuni m. *nom. in patella.* CORP. VII 1336. 71.

Anuph *monachus.* RVFIN. hist. monach. 10.

anus, -ūs *f.* [*cf. c. theodisc.* ana, *armen.* han '*avia*', *lituan.* anyta '*socrus*'. *Th.*] GLOSS. γραῦς, anicula, vetula. *perperam* PAVL. FEST. 6 anus dicta est ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consonantes; vel quod iam sit sine sensu, quod Graece dicitur ἄνους. ISID. orig. 11, 2, 28 anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. PROBI app. gramm. IV 199,1 anus non anucla. *gen. sing.* anuis VARRO Catus ap. Non. 494 anuis enim ut sanguis deterior sic lac. TER. Haut. 287 eius anuis causa (*cf.* CHAR. gramm. I 54, 31 PRISC. II 268,11 *et passim*). ENN. trag. 168 miserete anuis (manus *codd.*). PROB. gramm. IV 24,5 anus anuis, sus suis ideo corripiuntur, quoniam novissima syllaba sine consonante est (26,2 SACERD. VI 476,27). *dat. sing.* anui, *at* PLAVT. Aul. 466 gallus ... qui erat anu peculiaris (anui *codd.*). LVCIL. 232 = 1059 anu noceo (*cf.* GELL. 4, 16 Lucilius in eodem casu victu et anu dicit, non victui nec anui). *dat. plur.* anubus (anibus *al.*) CIRIS 375. *componitur cum* hic senex *quasi femininum* PROB. gramm. IV 61,11. 82, 33. 90, 34. POMP. gramm. V 153, 1 hoc servare debemus, ut senior dicamus in masculo, in femina dicamus ⟨magis⟩ anus. *nec nomen nec derivata pervenisse videntur in linguas romanicas.*

PLAVT. Aul. 162 post mediam aetatem qui media ducit uxorem domum, si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit *eqs.* Curc. 160 tremula. ENN. ann. 32, 1 cum tremulis anus attulit artubus lumen. TER. Hec. 621 nos iam famula sumus ... senex atque anus. 231 cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet? Ad. 939 decrepitam. VARRO ling. 8, 24 puer ad senem, ⟨puella⟩ ad anum. OV. epist. 1, 115 quae fueram te discedente puella, protinus ut venias, facta videbor anus. fast. 2, 571 annosa. ars 3, 70 frigida. met. 13, 519 vivacem. epist. 5, 39 anusque longaevosque senes. EPIC. Drusi 414 nato cum sene mater anus. PRIAP. 57, 5 illis ni pueris (*Tithono sim.*) anus fuisset. PHAEDR. 2, 2, 10 canos puella, nigros anus evellerat. SEN. Herc. O. 1859 grandaeva anus defecta. dial. 10, 7, 7 anus efferendis heredibus lassa. PETRON. 140 matrona ... tum anus et floris exstincti. MART. 10, 90, 4 tu iam nec anus potes videri. 4, 20, 2 pupam se dicit Gellia cum sit anus. QVINT. decl. 306 p. 206, 5 anum ducis iuvenis. APVL. met. 6, 26 semimortuae. 4, 7 curvatam gravi senio. VVLG. gen. 18, 13 num vere paritura sum anus (*verba Sarae*). AVG. civ. 16, 26 de sene et anu sterili promittitur filius (18, 3). *proverbium*: TER. *v. l. 36.* PVBLIL. A 30 anus cum ludit, morti delicias facit. *cum laude*: PLAVT. Rud. 406 neque digniorem censeo vidisse anum me quemquam. TIB. 1, 6, 58 tua mater me movet atque iras aurea vincit anus. 63 dulcis anus. OV. met. 8, 631 pia Baucis anus (fast. 1, 382). fast. 6, 415 anus optima. 3, 668 pauper sed multae sedulitatis anus. 684 comis anus. LIV. 39, 11, 4 anum Aebutiam ... probam et antiqui moris feminam. STAT. Theb. 12, 582 anus hospita (*Hecale, v.* APVL. met. 1, 23). *describitur, reprenditur, ridetur vel debilitas*: HOR. sat. 1, 4, 38 et pueros et anus. PLIN. nat. 13, 132 pueri anusve vilissimā operā, *cf.* 17, 40 SEN. Phoen. 411 COLVM. 8, 2, 7. *vel deformitas*: PLAVT. Pseud. 659 apud anum illam doliarem, claudam, crassam. HOR. carm. 4, 13, 2 fis anus et tamen vis formosa videri. OV. fast. 6, 399 quatiens voce tremente caput. met. 10, 391 canosque suos et inania nudans ubera. 3, 275 simulavit anum posuitque ad tempora canos sulcavitque cutem rugis et curva trementi membra tulit passu (*cf.* 6, 26). PETRON. 95 lippa. MART. 7, 75 deformis anusque. 12, 70, 2 lusca. HIER. epist. 22, 32 annis pannisque obsita (*cf.* TER. Eun. 236 *et* Haut. 294). 128, 3 deformem. *cf.* MART. 10, 8 ducere Paulam nolo. anus est. vellem si magis esset anus. *vel garrulitas*: PLAVT. Cist. 149 multiloqua. HIER. epist. 53, 7 garrula. APVL. met. 9, 17 sermocinatrix inmodica. *vel ebriositas*: PLAVT. Cist. 149 multiloqua et multibiba (*cf.* 542). Curc. 110 modica est, capit quadrantal (*cf.* 121). [ENN.] 15 haec anus admodum friguttit. nimirum sauciavit se flore Liberi. OV. am. 1, 8, 2 Dipsas anus. fast. 2, 582. 3, 542 senem potum pota trahebat anus. 705 vinosior aetas haec est. PAVL. FEST. 243 Petreia vocabatur, quae pompam praecedens ... imitabatur anum ebriam. PHAEDR. 3, 1. PETRON. frg. 21 anus recocta vino trementibus labellis. PLIN. nat. 36, 32 Myronis ... anus ebria est Zmyrnae. GLOSS. Plac. V 7, 44 anus aestuosa quod in modum aestuarii maris hauserit id est biberit. *vel nequitia, doli*: PLAVT. Cist. 653 nullam magis ... anum excruciabilem. Aul. 60 scelestiorem ... hac anu. PETRON. 7 anus urbana. QVINT. decl. 306 p. 200, 2 astuta mulier, anus inverecunda. APVL. met. 6, 27 astutulae anus milvinos oculos. 1, 7 admodum scitulam. 9, 22 nequissima. 9, 15 stuprūm sequestra et adulterorum intermedia. *cf.* TAC. ann. 13, 21 accusationis operam anui rependunt (*Agrippina de Silana*). CLAVD. 18, 11 trabeata per urbes ostentatur anus (*Eutropius*), *cf.* 241 anus exercetur Amazon. *vacat rebus magicis:* PLAVT. Cist. 290. CIC. div. 1, 65 sagae anus. HOR. epod. 6, 47 obscaenas anus. 17, 47 prudens anus. sat. 1, 9, 29 Sabella ... cecinit divinā motā anus urnā. TIB. 1, 8, 18. 1, 5, 12 carmine cum magico praecinuisset anus. PROP. 2, 4, 26 somnia versat anus. OV. ars 2, 329 lustret anus lectumque locumque. am. 1, 14, 40 perfida. rem. 254 anus infami carmine rumpet humum. fast. 2, 571. 6, 142 in volucres Marsa figurat anus. PETRON. 138 *et passim. de ipsa Sibylla*: OV. fast. 4, 158 Cymaeam ... anum. SIL. 13, 494 Cymes anus. *hoc sensu translate* CIC. nat. deor. 1, 18 anum fatidicam Stoicorum πρόνοιαν (2, 73). *notatur mentis debilitas*: CIC. Tusc. 1, 48 quae est anus tam delira, quae timeat ista. nat. deor. 2, 5 anus tam excors.

adiectivi loco ponitur (GLOSS. longaevus, senex): *de hominibus*: PLAVT. Aul. 807 gnatae pedisequa nutrice anu. Curc. 76 custos ianitrix (TIB. 1, 3, 84). Rud. 671 sacerdotem anum. Most. 281 quibus anus domi sunt uxores (703 CIC. Scaur. 8 MART. 9, 80, 1. 13, 34, 1. 14, 147, 2 coniunx. QVINT. decl. 306 p. 203, 23. 338 p. 336, 23 mulierem. SVET. Nero 11 anusque matronas). CAT. 9, 4 anumque matrem (HOR. sat. 2, 1, 56). OV. am. 3, 5, 40 lena. SVET. Otho 2 libertinam ... quamvis anum ac paene decrepitam. VLP. dig. 37, 10, 3, 5 obstetricem. APVL. met. 1, 21 de quadam anu caupona. 2, 20 *et* 30 cantatrices anus. *de bestiis, rebus*: OV. met. 2, 28 coturnices ... fiant ... anus. PRIAP. 61, 11 cornix anus. OV. ars 1, 776 cerva. PLIN. nat. 17, 35 naturā suā anus terra et ideo infecunda ad omnia atque inbecilla. 15, 82 *ficus* senescunt in arbore-anusque destillant cummium lacrimā. POETA inc. frg. 35 p. 391 B. anus virente secta pinus in Crago. CAT. 68, 46 carta loquatur anus (MART. 12, 4, 4). 78, 4 fama ... anus (MART. 1, 39, 2). PROP. 2, 31, 6 Appia ... via ... anus. MART. 1, 105, 4 testa. 6, 27, 8 amphora. 9, 49, 7 toga (14, 127, 2 *paenula*). 11, 46, 6 mentula. PRVD. Symm. 1, 543 ne Romula virtus iam sit anus.

Anus *fabulae titulus Plauti.*

synonyma: vetula, matrona, mater. *opposita*: puella, pupa. *derivata*: anula, anicula, anicularis, anicilla, anilis, anilitas, anilito, anas, anitas, anitus, (anitium*?*). *Vollmer.*

Anus *mul. certe cogn.* CORP. X 3922 Satellia M. f. Anus. II 1476 Sulpicia L. f. Anus. II 2130 Cornelia L. f. Anus soror. 3513 Vergilia Q. f. Anus. *dubium an appellativum*: II 2240. V 4178. XII 4713. *V.*

Anus, -ī *nom. vir. Hispanum.* CORP. II 2719 Q. Cae. Ano filio. *Otto.*

ānus, -ī *m.* [*cf. c. hibern.* ānne āinne '*anulus*' *et* '*πρωκτός*'. *Th.*] VARRO ling. 6, 8 ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani. ISID. nat. 6 anum ... id est circulum. orig. 5, 36, 1. 1 GLOSS. anellus. SERV. Aen. 1, 269 anus id est anulus. PLAVT. Men. 85 compediti anum lima praeterunt. ISID. orig. 19, 32, 1 anuli ... per diminutionem dicti a circulis et anis, qui sunt circa bracchia et circum crura. 2 GLOSS. δακτύλιος ὁ τῆς ἕδρας, δακτύλιος, πυγή, culus, anum posteriorem. GRAMM. I 551, 41 anus ἡ ἕδρα. (*apud* PLIN. (nat.) *vice eius ubique fungitur* sedes, *apud* CAEL. AVR. sessio, *apud* CASS. FEL. podex. *cf. Keller, gramm. Aufs. p. 178.*) CIC. epist. 9, 22, 2 anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? CELS. 5, 20, 5 ani fissa. 7, 30, 1 ani vitia. 7, 27 ani dolor. 4, 22 dolor in ano est. 7, 22 ani curationibus. 7, 4, 4 *fistulae*, quae in ano sunt. 6, 18, 10 si anus ... procidit. 7, 30, 1 ne ... anus suppuret. 4, 25 oportet ... anum nutrire; cui plura medicamenta idonea sunt: butyrum cum rosa *al.* 7, 26, 2 digitum ... in anum demittit. *ibid.* incidi iuxta anum cutis debet. 5, 26, 3 *venae* quae ad anum testiculosque perveniunt. 6, 18, 7. 7, 27. 7, 30, 3 (*bis*). PHAEDR. 4, 18, 19 odore canibus anum ... replent. COLVM. 6, 6, 4 manu per anum *bovis* inserta. 6, 30, 9 anum *equi* liquida pice oblinunt. SCRIB. LARG. 220 ani vitia. 222 tumorem. 223 fissuras. 142 perunguendus anus. 114 pastillus ... clysterio torminosis immittitur per anum. 118. 142. 227. PETRON. 138 Oenothea ... scorteum fascinum ... paulatim coepit inserere ano meo. SER. SAMM. 1102 excruciant turpes anum si forte papillae. THEOD. PRISC. eup. faen. 81 (tit.) log. 100. 103 MARC. EMP. 11, 35. 11, 37. 20, 93. 30, 18. 29. 30. 46 *et passim.* PLAC. 10, 4. 11, 7. 11, 28. ARNOB. in psalm. 77 nullus eorum ... cuius anus non a muribus roderetur. VVLG. I reg. 6, 5 anos aureos facietis (ἕδρας χρυσᾶς) ... similitudines anorum vestrorum. 11. 17. *derivata*: anatus, anulus. *Dittmann.*

Anusia P. f. Tertia CORP. V 116.

Anxa, -ae *f. opp. Calabriae prope Salapiam.* PLIN. nat. 3, 100 in ora ... Callipolis quae nunc est Anxa LXXV *m. p.* a Tarento. *v.* CORP. IX p. 3. *Marsorum*: PLIN. nat. 3, 106 Marsorum Anaxatini (Anx. *edd.*). CORP. IX 3950 IIIIvir i(ure) d(icundo) ⟨Ma⟩rsi⟨s⟩ Anxatibus. *v.* CORP. IX p. 349 (GROM. p. 259, 21 Antianus ager*?*). **Anxa** *sive* **Anxānum,** -ī *n. opp. Frentanorum nunc* Lanciano, *v.* CORP. IX 278. PLIN. nat. 3, 106 intus Anxani cognomine Frentani. CORP. VI 2404a 1, 4. 6 ⟨A⟩nxano *post nomina militum.* IX 2998 ⟨in honorem ... A⟩ug. Anxiano adstante ordine. 2999 aed. Anxani et Cluvis. 3314 patronus civitatis Anxatium Frentanorum.

anxia (-ae *f.?*) [*cf. c.* anxiare. *Th.*], *ital. hisp.* ansia, *francog. vet.* ainse, *v. Groeber, Archiv 1 (1884) 242, Rossberg ibid. 564.* OREST. trag. 558 pectora cor sensus animum praecordia mentem conturbat pietas dolor anxia maeror origo affectus natura pudor reverentia fama.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Anxia, -ae *f. opp. Lucaniae inter Potentiam et Grumentum, hodie* Anzi. TAB. Peut. 6, 5. *V.*

[**anxianimus** *?*] ALC. AV. epist. 34 anxii nimis *codd.*, anxianimi *Sirmondi editio.*

anxietās, -ātis *f.* GLOSS. angitudo, suspirium, *ὀδύνη, ἄχθος, ἀθυμία, δυστηνία.* **1** *animus anxius, maeror*: CIC. Tusc. 4, 27 ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundia dicitur, quae ab ira differt, ut differt anxietas ab angore. OV. Pont. 1, 4, 8 anxietas animi (1, 30, 36 CVRT. 4, 13, 17. IVV. 7, 57 anxietate carens animus). SEN. benef. 6, 42, 1 non decet gratum animum sollicitudo, contra summa fiducia sui et ex conscientia veri amoris dimissa (*decodd.*) omnis anxietas. BVC. Eins. 2, 3 gravis anxietas laetis incumbere gaudet. PLIN. nat. 7, 186 quem diverti anxietate diximus mortuum. IVV. 13, 211 perpetua anxietas. TAC. dial. 23 ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quae animi anxietate contingit. HERM. vis. 3, 11, 3 fatigati a secularibus actibus tradidistis vos anxietatibus. CYPR. bon. pat. 12 lamentatur vitae mortalis anxietates. ARNOB. nat. 7, 4 nec immune existere ab anxietate ⟨potest⟩ maeroris quod laetitia trepidat. LVCIF. Athan. 1, 40 in omnibus tribulationibus nostris atque anxietatibus. AMM. 19, 9, 4 anxietate bifaria stringebatur. ITALA (Hier. epist. 22, 18) gen. 3, 16 in doloribus et in anxietatibus paries (*ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα*). 130, 8. Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 236 regem in anxietatem maximam pervenisse. AVG. lib. arb. 1, 11, 22 hinc anxietate, inde inani falsaque laetitia *perturbet.* MACR. sat. 1, 10, 8 OROS. hist. 4 pr. 5. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 99 sani homines ... anxietate in passiones corporis devenerunt. chron. 1, 4, 64 mens suspensa cum anxietate. 1, 5, 148 maestitudo vel animi anxietas. SALV. eccl. 3, 88. SIDON. epist. 9, 4, 3 anxietatum pateras vitae praesentis propinet afflictio. BOET. cons. 3, 9. ANTHIM. pr. 7, 6 non infirmitatem stomachi nec anxietatem humani corporis (cordis *Rose*) ... procuravi. CORP. IX 1088. **2** *diligentia, attentio*: QVINT. 1, 7, 33 nec ipse ad extremam usque anxietatem et ineptas cavillationes descendendum ... credo. 8 pr. 29 quaerendi, iudicandi, comparandi anxietas, dum discimus adhibenda est, non dum dicimus. TAC. dial. 39 curam et diligentis stili anxietatem. GELL. 1, 3, 12 anxietate illa et quasi morositate disputationis praetermissa. TERT. orat. 22 MACR. sat. 5, 15, 7. OROS. hist. 2, 6, 14 nostri incircumspecta anxietate causantur.

anxietūdo *v.* anxitudo.

anxifer, -a, -um. GLOSS. maestificum, maestiferis *(?)*, maestis. CIC. carm. 3, 77 tu tamen anxiferas curas requiete relaxans. 33, 22 dolorum anxiferi torquent vertices.

anxio, -āre. [*ab* anxius. *Th.*] *intr.* ITALA cod. Corb. Iacob. 5, 13 anxiat (tristatur VVLG.!: *κακοπαθεῖ*) aliquis ex vobis, oret. *tr.* PS. AVG. serm. 223, 2 patienter ... permittunt aegroti se a medicis ... variis amaritudinum confectionibus anxiari. ‖ *depon.* **anxior.** ITALA (psalt. Roman. *al.*) psalm. 142, 4 anxiatus est super me spiritus meus (*item* VVLG.). AMBR. serm. 37, 6 anxiante Petro dormiebat dominus. VVLG. psalm. 60, 3 dum anxiaretur (dum contristaretur GLOSS. V 628, 13) cor meum, in petra exaltasti me. CASSIAN. conl. 24, 5, 2 acedia ... pectus ... inpugnante intra cellam fuerint anxiati. CANON. constit. 797 si in hoc anxiati molesti fuerint imperatori. SEDVL. op. pasch. 3, 2 corporis anxiantis. NOVELL. 60 pr. ille (*moriens*) anxiatus clamare coepit. HIST. Apoll. 45a anxianti patri. [*ital.* ansiare, *prov.* ainar, *hisp.* ansiar. *M.-L.*]

anxiōsus, -a, -um. CAEL. AVR. chron. 3, 7, 95 quod est dormiturus anxiosum. 3, 8, 103 somnus difficilis vel anxiosus. [*ital. hisp.* ansioso. *M.-L.*]

anxis *ἄχθος ὀδύνη* GLOSS. II 21, 35 (anxies *Goetz*).

anxitūdo, -inis *f.* [*cf. c.* anxius. *Th.*] GLOSS. *ὀδύνη*, anxi⟨e⟩tas. PACVV. trag. 164 tristitia atque animi intoleranda anxitudine. ACC. trag. 154 ibi cura est, ibi anxitudo acerba[t]. 349 persuasit maeror anxitudo error dolor. CIC. rep. 2, 68 anxitudo prona ad luctum et maerens semperque ipsa se sollicitans. AVG. conf. 9, 3, 5 macerabatur anxitudine Verecundus. 8, 6, 13 agebam solita crescente anxitudine. *forma recentior*: **anxietūdo.** GLOSS. *ἄχθος*, cruciatus animi. PAVL. NOL. epist. 13, 2 me ... coanhelantem anxietudini tuae. 14, 3 ut gravissimae anxietudinis poenam lucraremur. AVG. serm. 81, 8 querelae multae in senecta: tussis, pituita, lippitudo, anxietudo, lassitudo inest.

anxius, -a, um. [*cf. c.* angor, angustus. *Th.*] GLOSS. tristis, cruciatus, excruciatus, anctus, angustiosus, sollicitus et se ipsum ex[c]edens, *ἀνιώμενος, ἀχθόμενος, λεπτομέριμνος, λυπηρός, στυγνή.* *comparativo*: anxius *στενώτερον* GLOSS. II 17, 15. GARG. MART. frg. Neap. 2, 2 Mai. anxius adque sollicite ... custodiunt. *vox a Cicerone duravit, inde a Flaviorum tempore increbrescens.*

I ***angore, cura affectus*: 1** ***absolute*:** *de hominibus*: CIC. Tusc. 4, 27 ex quo in aliis anxietas, unde anxii ... neque ... omnes anxii qui anguntur aliquando, nec qui anxii, semper anguntur. 4, 57 quis ... potest ... in quo angor, non anxius *esse*? 4, 65 alia ... ratione malivolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus corrigendus. off. 1, 72. Cato 65 sunt morosi et anxii et iracundi et difficiles senes (*cf.* SEN. dial. 5, 8, 1). CAT. 64, 203. 379 anxia nec mater discordis maesta puellae secubitu caros mittet sperare nepotes. BELL. Afr. 71, 2 hostium levis armatura anxium exercitum nostrum atque sollicitum habebat (*cf.* TAC. ann. 2, 65 PLIN. epist. 2, 9, 1). SALL. Cat. 46, 2 anxius erat dubitans quid facto opus esset. Iug. 55, 4 magis anxius erat. 65, 3 hunc Marius anxium aggreditur atque hortatur. 93, 1 CVLEX 237 TIB. 1, 2, 25. 1, 3, 16. 2, 6, 53. PROP. 2, 22, 42 tutius et geminos anxia mater alit. OV. am. 3, 6, 53. 3, 15, 10 cum timuit socias anxia Roma manus. epist. 19 anxius huc illuc dissimulanter eo. ars 3, 727 met. 2, 806. 11, 471. 15, 779. SEN. contr. 2, 1, 12 ut anxii et interdiu et nocte ruinam ignemque metuant. SEN. Phaedr. 438 anxiam me cura sollicitat tui. Thy. 604. benef. 7, 14, 5 te cum viderit concursantem et sollicitum atque anxium. epist. 17, 9. LVCAN. 8, 590 prima pendet tamen anxia puppe. VAL. FL. 1, 401. 684 agrestum manus anxia. 2, 300 trunca fugit anxius alno. 3, 257 stetit anxia virtus (*i. viri*). 8, 384. SIL. 15, 7 anxia turba patrum. HOMER. 419 auxilium nec ferre suo valet anxia nato. STAT. silv. 1, 2, 81 quantos iuvenis ferat anxius ignes. 2, 1, 223 nos anxia plebes. 3, 3, 30. 3, 4, 71 anxia curis mordetur. 5, 1, 119. 5, 3, 262 comitum manus anxia. Theb. 3, 376 domus. 6, 546. 9, 141. 9, 165 paulum stetit anxius heros librabatque metus. 10, 621. 12, 193 his anxia mentem aegrescit furiis. Ach. 1, 520. MART. 7, 20, 21. 6, 1, 4 audebit minus anxius tremensque *liber* magnas Caesaris in manus venire. IVV. 10, 80 duas tantum res anxius optat *populus*, panem et circenses. TAC. Agr. 39 fronte laetus, pectore anxius. hist. 2, 65. ann. 14, 8 magis ac magis anxia. 44 PLIN. epist. 1, 22, 11. 3, 17, 3 si valere est suspensum et anxium vivere. SVET. Dom. 14 pavidus semper atque anxius. APVL. met. 2, 6 satis anxia. 4, 23. 9, 12 familiari curiositate attonitus et satis anxius. 11, 20 DICT. 2, 51 AMM. 28, 4, 31. 18, 2, 1 haerebat anxius. 27, 11, 6 anxius et sollicitus. HIER. epist. 3, 2 VVLG. psalm. 101, 1 PRVD. perist. 3, 108 CLAVD. carm. min. 8, 3 SVLP. SEV. chron. 2, 38, 6. MACR. sat. 1, 6, 15 anxiam urbem fuisse. MART. CAP. 1, 5. 6, 704 CAEL. AVR. acut. 2, 37, 204 SIDON. epist. 3, 4, 1. CAT. 68, 8 cum mens anxia pervigilat. HOR. carm. 3, 21, 17 spem reducis mentibus anxiis. SEN. dial. 1, 3, 10. VAL. FL. 5, 50 nimium mens anxia. SVET. Tib. 66 urebant ... anxiam mentem varia ... convicia (AMM. 20, 11, 31). APVL. Socr. 4, 126 AMM. 25, 7, 3. 21, 2, 2 CARM. epigr. 1404. CVRT. 7, 1, 36 anxio animo. APVL. met. 11, 21 solaciis ... anxium mihi permulcebat animum. LVCR. 6, 14 anxia corda. STAT. Theb. 4, 377. SIL. 2, 285 anxia rupi pectora. STAT. Theb. 5, 293. SEN. epist. 43, 5 mala *conscientia* ... anxia atque sollicita est. CAT. 64, 242 anxia in assiduos absumens lumina fletus. SEN. Tro. 616 huc et illuc anxios gressus refert. SEN. dial. 7, 15, 3 sequitur vita anxia, suspiciosa, trepida. TAC. dial. 13 inquieta et anxia oratorum vita. ann. 6, 48 anxiam senectam tolerare. PLIN. paneg. 34 ageret duram et anxiam vitam. TERT. ieiun. 12 tam inediae quam anxii victus tolerantia. CIC. Tusc. 4, 70 qui (*amores*) ut sint ... pudici, tamen solliciti atque anxii sunt. Att. 2, 24, 1 non ignoro quam sit amor omnis sollicitus atque anxius. SIL. 8, 207 anxia ducebat vigili suspiria voce (voto *Bothe*). STAT. silv. 3, 5, 2. APVL. met. 4, 26 spem ... votis anxiis propagabat. 1, 7 eique causas ... domuitionis anxiae ... refero. 6, 2 anxia disquisitione. STAT. Theb. 2, 439 nostrae cui iure sorores anxia pensa trahant. CARM. epigr. 1432, 3 quo (*coniuge*) sine maesta dies, lux anxia, flebilis hora. TAC. hist. 2, 52 trepidi et utrimque anxii coeunt. **2** ***cum abl.*:** SALL. Iug. 11, 8 ira et metu anxius. 70, 5 hist. 1, 88. CVLEX 159 anxius insidiis nullis. 349. 353 anxia fatis. PROP. 1, 15, 17 anxia ventis. OV. met. 9, 275 longis anxia curis (LIV. 21, 2, 1. 21, 51, 6. 23, 15, 9. 23, 28, 9. 25, 35, 7. 27, 40, 7. 27, 47, 8. 40, 23, 6 VAL. FL. 2, 113. 4, 7). epist. 16, 214 et non exemplis anxius esse tuis. met. 11, 411 anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx. 7, 725. LIV. 7, 25, 7 defectione etiam sociorum senatus anxius. 9, 46, 9. 21, 48, 8. 25, 40, 12 anxius gloria eius. 40, 19, 4 prodigiis cladibusque anxii patres. 25, 54, 2 desiderio anxius filii. SEN. dial. 1, 3, 10 amoribus anxio. 10, 2, 1. CVRT. 7, 5, 9 anxium regem tantis malis. 8, 4, 19. 8, 10, 16. COLVM. 10, 423 maturis nos flagitat anxius uvis Euhios. LVCAN. 7, 20 anxia venturis. PLIN. nat. 36, 96. SIL. 10, 108 anxia nido *aquila*. TAC. hist. 1, 83 Otho ... periculo senatus anxius. 1, 88. 2, 92 anxii odiis. 3, 52. 4, 49. ann. 1, 14 anxius invidia. 3, 21. 14, 2 SVET. Ner. 36 Vit. 8 IVST. 23, 3, 6 CLAVD. 3, 33 AVG. civ. 4, 3 OROS. hist. 4 pr. 4. 7, 30, 6. **3** ***cum gen.*:** SALL. hist. 4, 68 anxius animi atque incertus (EPIC. Drusi 398 anxia mentis). OV. met. 1, 623 furti. epist. 19, 198 anxia sunt vitae pectora nostra tuae. SEN. epist. 98, 6 animus futuri anxius. PLIN. nat. 15, 74 securitatis. SIL. 9, 349 fati. 12, 492 anxius adventus. MART. 8, 38, 9 anxius sepulti. TAC. hist. 3, 38 non ... proprio metu nec sui anxium (*cf.* LIV. 8, 35, 1 suam iam vicem magis anxios quam eius). ann. 2, 75. 4, 59. IORD. Rom. 305 tantorum discriminum anxius. **4** ***cum praepositionibus*:** OV. met. 1, 182 pro mundi regno magis anxius. PLIN. epist. 4, 21, 4 pro salute, pro moribus ... anxius. SEDVL. carm. pasch. 3, 243 anxia pro natae vitio. CASSIAN. conl. 7, 31, 2 anxius pro adflictione sanctorum. SIDON. epist. 5, 6, 1. CVRT. 3, 3, 2 anxium de instantibus curis. QVINT. inst. 5, 10, 75 nec sum de nominibus anxius. 11, 1, 50. SVET. Cal. 19 anxio de successore Tiberio. TERT. nat. 1, 4. SEN. epist. 115, 1 nimis anxium te esse circa verba. LVCAN. 8, 592 stetit anxia classis ad ducis eventum. VAL. FL. 1, 731 Alcimede tanto super anxia nato. TAC. ann. 4, 74

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

anxii erga Seianum. DICT. 6, 9 ob quae anxius. VVLG. Sirach 5, 10 noli anxius esse in divitiis (*μὴ ἔπεχε ἐπὶ χρήμασιν*). **5** ***adiuncto enuntiato finali*:** SALL. Iug. 6, 3 ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat. VAL. MAX. 9, 3 pr. amara sollicitudine ne non contingat ultio anxius. AMM. 19, 6, 4 DICT. 2, 33. ***vel interrogativo*:** TAC. hist. 1, 14 Galba anxius quonam exercituum vis erumperet. ann. 11, 25. 14, 13 quonam modo urbem ingrederetur an obsequium senatus an studia plebis reperiret anxius. AMM. 21, 7, 1 anxius utrum Iulianum peteret an Parthos repelleret. 31, 4, 13 quibus quid capesserent anxiis.

II ***i. q. cautus, diligens, scrupulosus*:** OV. met. 13, 370 vigili date praemia vestro proque tot annorum cura, quibus anxius egi. VAL. MAX. 8, 7, 7 haec sunt attenti et anxii et numquam cessantis studii praemia. 9, 4 ext. 1 cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset. SEN. dial. 6, 11, 3 anxiae sollicitaeque tutelae. 10, 12, 2 qui Corinthia ... anxia suptilitate concinnat. 10, 17, 4 operose adsecuntur quae volunt, anxii tenent, quae adsecuti sunt. PLIN. nat. 6, 23 anxia perquisitā cura .... 35, 80 Protogenis opus inmensi laboris ac curae supra modum anxiae. QVINT. inst. 12, 11, 18 calculorum anxia⟨m⟩ sollicitudine⟨m⟩. SIL. 15, 137 numerat favor anxius annos (*Scipionis*). TAC. Agr. 5 et anxius et intentus agere. GELL. pr. 13 erunt ... in his commentariis pauca quaedam scrupulosa et anxia. 13, 11, 4 sermones ... habendos censet non super rebus anxiis aut tortuosis. 15, 7, 3 elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici. APVL. met. 8, 25 praevenit cogitatum meum emptor anxius pretio depenso statim. TERT. spect. 16 ad signum anxii pendent. anim. 25 membra caeduntur (*a medicis*) anxio arbitrio. AMM. 14, 6, 14 anxia deliberatione. 31, 14, 2 pervigil semper et anxius. AVIEN. Arat. 359 contemplandi labor anxius. COD. Theod. 8, 5, 3 magna atque anxia dispositione. MACR. 7, 1, 15 nodosas et anxias quaestiones. 7, 5, 32 lepido me convivio adesse, non anxio. MART. CAP. 8, 804. CARM. epigr. 1508, 7 ut numen colit anxius merentis.

III ***qui angorem efficit*:** CIC. carm. 32, 22 pestis excipio anxias. Tusc. 4, 34 aegritudines anxias atque acerbas. LVCR. 3, 993 anxius angor. 6, 1158. VERG. Aen. 9, 88 sollicitam timor anxius angit. OV. epist. 13, 149. CVLEX 250 anxia sollicitis meditantem vulnera natis. LIV. 1, 21, 1 pro anxio (proximo *codd.*) legum ac poenarum metu. 1, 56, 4 *pectus* anxiis implevit curis. SEN. Thy. 570 pavidusque pinnis anxiae noctis vigil incubabat. dial. 6, 26, 3 humilia cuncta et gravia et anxia. 9, 14, 1 pertinacia necesse est anxia et misera sit. PLIN. nat. 35, 103 anxio animi cruciatu. STAT. Theb. 11, 278 anxia vulnera curant. 1, 322 spes anxia mentem extrahit (CLAVD. 1, 65). PS. QVINT. decl. 2, 15 noverca rem inter manus habet anxiam trepidam. IVV. 4, 148 tamquam ex (et *P*) diversis partibus orbis anxia praecipiti venisset epistula pinna. TAC. hist. 4, 8 nec minus sibi anxiam talem amicitiam quam aliis exilium. AVR. VICT. Caes. 20, 8 honestas, quae principio anxia habetur. PRVD. perist. 5, 262 totum cubile spiculis armant dolores anxii. MART. CAP. 1, 21. CARM. epigr. 97, 5 animi curis anxiis (*cf.* 973, 4 AMM. 27, 8, 10. 28, 5, 8. 29, 5, 46 cogitationibus anxiis altioreque cura. 30, 3, 2. 14, 11, 6).

adv. **anxiē. 1** *timide, sollicite*: SALL. Iug. 82, 3 neque tam anxie laturum fuisse, si adempta provincia alii quam Mario traderetur (*cf.* SPART. Sev. 18, 9 AMM. 16, 12, 6). SVET. Ner. 23 quam ... trepide anxieque certaverit. APVL. met. 2, 5 anxie tibi metuo. 2, 24. TERT. anim. 45 conterremur in somniis quam affecte et anxie et passibiliter. SOL. 52, 23 nihil anxie mortem expectantes. AMM. 17, 1, 3 quid fortunis suis inmineret anxie cogitantes. **2** *scrupulose, diligenter*: SEN. contr. 1 pr. 17 non lente et anxie, sed eodem paene quo dicebat impetu scribebat. SEN. dial. 7, 3, 3 (*mens*) corporis sui ... curiosa non anxie. 9, 17, 1 si te anxie componas nec ullis simpliciter ostendas. PLIN. nat. 11, 273 ne in se quisque ea auguria anxie quaerat. GELL. 1, 3 circumspecte et anxie considerandum. 13, 31, 15 diu et anxie quaesivimus. 18, 2, 6 sententia poetae veteris lepide obscura, non anxie. 20, 6, 12 auctoritas quaedam vetustatis non nimis anxie neque superstitiose loquentis. APVL. met. 8, 24. AVR. VICT. Caes. 14, 6 omnia satis anxie prospicere. 30, 2 anxie studioseque. 39, 45 HIER. epist. 15, 4. MACR. sat. 5, 18, 1 poeta ut scrupulose et anxie, ita dissimulanter et clanculo doctus. 5, 18, 21 vir tam anxie doctus. 6, 7, 4 anxie diligens (VLP. dig. 37, 14, 17). **3** *vix*: AVR. VICT. Caes. 41, 2 ob diversos mores anxie triennium congruere quivere. *synonyma*: I *p. 202, 11. 20. 24. 25.* II *p. 203, 8. 21. 22. 24. 62. 67.* *derivata*: anxia, (anxianimus*?*), anxietas, anxietudo, anxio, anxiosus; *cf.* anxis, anxifer, anxitudo. *Klotz.*

anxo, -āre. PAVL. FEST. 8 axare nominare (*inter* an-). GLOSS. II 17, 2 anaxant *ὀνομάζουσιν*. GLOSS. anxati: vocati, nominati *passim*. *cf.* axamenta.

Anxur, -is *n.*, *Ἄγξωρ* (DIODOR. 14, 16). *opp. Latii, hodie* Terracina, *v.* CORP. X p. 625. PAVL. FEST. 22 Anxur vocabatur, quae nunc Tarracina dicitur Vulscae gentis, sicut ait Ennius: Vulsculus perdidit Anxur. PLIN. nat. 3, 59 Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dictum. *gen.* Anxuris LVCAN. 3, 84 MART. 10, 58, 1. Anxyris STAT. silv. 1, 3, 87, *cf.* PROB. gramm. IV 17, 30 Anxyr, Anxyris, ense sinistram, *v. p. 204, 19. abl.* Anxure LIV. 7, 39, 7; Anxuri (*?*) 5, 8, 2. HOR. sat. 1, 5, 26 inpositum saxis late candentibus Anxur. LVCAN. 3, 84 praecipitis ... Anxuris arces. SIL. 8, 390 scopulosi verticis Anxur. STAT. silv. 1, 3, 86 arcesque superbae Anxyris. MART. 10, 58, 1 Anxuris aequorei placidos ... recessus. LIV. 4, 59, 3 ad Anxur oppugnandum ... Anxur fuit quae nunc Tarracinae sunt, urbs prona in paludes. 4, 59, 9 captum. 5, 12, 6 oppugnatum. 5, 13, 1 receptum est. 8, 21, 11 Anxur trecenti in coloniam missi sunt. Anxur *m. fons esse videtur Tarracinensis*: MART. 10, 51, 8 aequoreis splendidus Anxur aquis (*cf.* VITR. 8, 3, 15 fons ... Neptunius. SERV. Aen. 7, 799). 5, 1, 6 salutiferis candidus Anxur aquis. 6, 42, 6 fluctus Passeris aut superbus Anxur. *adi.* **Anxurnās,** -ātis. LIV. 27, 38, 4 ad senatum hi populi venerunt: Ostiensis ... Anxurnas. HYG. grom. p. 179, 13 coloniae Anxurnati.

Anxurus. VERG. Aen. 7, 799 quīs Iuppiter Anxurus (Anxuris *P*) arvis praesidet (*cf.* Iovis Axur *in nummo C. Vibi Pansae* Eckhel V p. 339; aedem cultoribus Iovis Axo⟨rani dedit⟩ CORP. X 6483; Ti. Claudius Axoranus *inter colonos Tarracinenses* CORP. X 6331, II 19). SERV. Aen. 7, 799 puer Iuppiter qui Anxyrus dicebatur quasi *ἄνευ ξυρᾶς* id est sine novacula. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 25 olim Anxur dicebatur. unde Iovem Anxyrem colebant. *v. Aust, PW. I 2653.* **Anxur,** -is *nom. vir. poeticum*. VERG. Aen. 10, 544 Anxuris ense sinistram ... deiecerat *Aeneas, de Turni socio*. VAL. FL. 6, 68 *Scytha*.

anympha est innupta GLOSS. V 615, 47. *V.*

Anysius, -ī *m.*, *Ἀνύσιος*. *nom. vir., apud Graecos inde ab aetate Coustantiniana in usu (v. Seeck, PW. I 2654), inter Italos* SYMM. epist. 1, 67 *primus nomen testatur.*

Anystis, *m.* *cursor Alexandri Magni Lacedaemonius. cf.* PLIN. nat. 7, 84 SOL. 1, 98.

Anystus, -ī *m.* *flumen Hispanum*. AVIEN. or. mar. 547.

Anytē, -ēs *f.*, *Ἀνύτη*. *cognomen* CORP. VI 7299.

Anytus, -ī *m.*, *Ἄνυτος*. *nom. graec. vir. cf.* HOR. sat. 2, 4, 3 Anytique reum (*Socraten*). OV. trist. 5, 12, 12 Ib. 559 SIDON. 15, 195 TERT. anim. 1. CORP. VI 7591 Anytus vixit annos VI. CORP. XII 5682, 5 *in lucerna*: Anuti. *Bickel.*

Anzaba, -ae. *Mesopotamiae fluvius*. AMM. 18, 6, 19 transitis fluminibus Anzaba et Tigride. 7, 1 in medio pontis Anzabae. *Diehl.*

Anzitene *regio Armeniae*. NOV. Iust. 31, 1, 3 *quarta Armenia* Zopanene et Anzitene vel Zopane et Asathenia appellata. COD. Iust. 1, 29, 5 magnam Armeniam ... et gentes, Anzetenam videlicet .... *V.*

Aobia *opp. Africae provinciae proconsularis*. TAB. Peut. 5, 2/3.

Aobrigenses *v.* Avobrigenses. [*Diehl.*

Aod *nom. vir. hebr.*, אֵהוּד, *qui Eglon, regem Moabitarum, interfecit*. VVLG. iud. 3 *et* 4 *passim*. I par. 7, 10 AVG. civ. 17, 13. *Otto.*

Aodī, -ōrum *gens in Haemo*. PLIN. nat. 4, 41. *V.*

Aoedē, -ēs, *Ἀοιδή*. *Musa*. CIC. nat. deor. 3, 54 Musae primae quattuor Iove altero natae Thelxinoë, Aoede, Arche, Melete.

Aoedimus, -ī, *Ἀοίδιμος*. *cogn. vir.* CORP. V 1398 (*Aquileiae*) C. Teren⟨ti⟩ Aoedimi.

Āōn, -onis, *Ἄων Ἄονος*. *heros Thebanus*: STAT. Theb. 8, 475 Aona. *alter est Neptuni filius, pater Dymantis, a quo Aones populi et Aonia Boeotiae regio vel Boeotia: adi.* **Āones** *pl.* VERG. ecl. 6, 65 Aonas in montes. *cf.* SERV. *ad l.* *substantive*: Aones originem ab eo loco ducunt ubi nunc maritima Venetia est. *item* MART. CAP. 9, 924 calamos ... Aones in laudem inflavere caelestium. *Vergilium imitatus* AVIEN. Arat. 66 Aonas agros. 497 Aones ... pastores. *subst.* **Āonia,** -ae. GLOSS. *Θηβαΐα*. Boeotia terra (GELL. 14, 6, 4 SERV. Verg. ecl. 6, 64 *et* 10, 12). VERG. ecl. 10, 12 Aoniae. *cf.* SERV. *ad l.*: Aonie *quasi Ἀονίη nomin.* (AVSON. Mos. 446). STAT. Theb. 7, 235 Aoniam Euboeamque et Phocidos arva propinquae (3, 645. 7, 388. 630). 1, 314. 8, 677. 11, 655 Aoniae. *cf.* VERG. ecl. 10, 12 STAT. Theb. 4, 8. *adi.* **Āonius,** -a, -um *ad Boeotiam spectat indeque ad Musas*: **1** *Boeotius sive Thebanus*: OV. fast. 1, 490 humo. 3, 456 aquas. met. 12, 24 undis. 13, 682 oris (STAT. Theb. 3, 1). SEN. Med. 80 latex. OV. met. 7, 763 Thebis (STAT. Theb. 1, 226). 3, 339 urbes. VAL. FL. 1, 379 aras. 8, 447 truncis. STAT. Theb. 7, 567 agros. 1, 34 arma. 10, 140 arvis. 7, 229 campis (9, 32. 12, 192). 8, 662 catervis. 10, 319 equos. 9, 333 gentis. silv. 3, 3, 32 inferias. 2, 7, 13 silvae. Theb. 6, 736 stirpe. 3, 181 sulcos. Ach. 1, 421 umbrae. OV. Ib. 393 hospite *et* epist. 9, 133 Alcidae *et* met. 9, 112 Aonius *absolute*: *Hercules*. OV. ars 1, 312 deo (*Baccho. cf.* 2, 380). STAT. Theb. 7, 684 Lyaei. 4, 610 vates (*Tiresias*). 2, 721 Ithone. 8, 722 Pelasgi. *al.* CLAVD. **2** *ad Musas*: CAT. 61, 28 Aonios specus (STAT. silv. 4, 6, 31 antris). VERG. georg. 3, 11 vertice (*Helicone*). *cf.* STAT. silv. 5, 1, 113 *et* OPT. PORF. epist. 8 (AVIEN. Arat. 489 Helicone). PROP. 1, 2, 28 lyram (OV. am. 1, 1, 12). 3, 3, 42 nemus (STAT. Ach. 1, 10). STAT. Theb. 10, 830 lucīs. CORN. SEV. 3 sertā (MART. 7, 63, 4 Aoniae Bacchica serta comae). OV. fast. 4, 245 Camenae. ars 3, 547 vatibus (*qui a Musis incitantur*). SIL. 12, 220 Aonios plectro mulcere labores. 11, 430 testudinis. 8, 594 cantu (STAT. silv. 5, 3, 92). STAT. silv. 5, 3, 102 modis. LAVS Pis. 165 carmen. STAT. silv. 2, 4, 19 certamine (*cum Musis*). 1, 4, 20 divas (*Musas*). OV. Pont. 4, 2, 47 fons (CASSIOD. var. 2, 3, 3 Aonii ... fonte). MART. 12, 11, 2 amne (*Musarum*). NEM. cyn. 3 oestro. OV. trist. 4, 10, 39 sorores *v.* Aonides. OPT. PORF. 3, 4 Aonium placabile numen. *substantive* **Āonii,** -ōrum *Boeotiae incolae*. GLOSS. Aonii populi. OV. met. 1, 313 separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis. STAT. Theb. 9, 1 *et* 542. 10, 80 *et* 252. **Āonidēs,** -ae *Thebanus*. STAT. Theb. 9, 95 *Eteocles*. *gen. plur.* Aonidum NVX 110 STAT. Theb. 2, 697. 10, 195. **Āonis,**

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-idis. STAT. Theb. 6, 16 tellus Aonis. 7, 730 Aonidum dives largitor aquarum ... Asope. *plur.* **Āonides,** -um. GRAMM. IV 424 Musae Aonides. SIL. 11, 462 *et* 12, 408 sororum Aonidum (STAT. silv. 5, 3, 122). OV. met. 5, 333. 6, 2. STAT. Theb. 4, 182 doctas anteire canendo Aonidas. silv. 1, 2, 247. MART. 7, 22, 2 Aonidum turba. IVV. 7, 59 fontibus. AVSON. 416, 35 Mos. 446 MART. CAP. 2, 119. Aonia *similium usque ad* IVV. *90 fere exempla, ex quibus* OV. *20*, STAT. *55*. *Diehl.*

Aōnius *v.* Avius.

aorasia vel **ausaria** quoddam genus caecitatis, quo quaedam videntur et quaedam non. Aynardus GLOSS. V 616, 4. *graece legitur* ἀορασία AVG. civ. 22, 19 (*huc videtur spectare* GLOSS.) quaest. genes. 1, 43 (*hic vertitur* avidentia). *V.*

Aoratos, Ἄόρατος. *aeon Valentinianorum.* TERT. adv. Val. 35. *cf.* Anennoëtos.

Aoricus, -ī *Gothorum rex fertur Constantini Magni aetate.* IORD. Get. 112 Ariarici et Aorici regum. *Diehl.*

aoristos, ἀόριστος. MACR. gramm. V 615, 8 de tempore aoristo. 621, 5 aoriston ... praetereo, quod latinitas nescit. *V.*

Aornus, -ī, Ἄορνος. *adiective, adposito locus*: PLIN. nat. 4, 2 PRISC. per. 1056, *absolute*: ITIN. Alex. 34. **Aornis,** Ἀορνίς ITIN. Alex. 50; *acc.* Aornin CVRT. 8. 11, 2, Aornim HIER. chron. a. Abr. 1689. *oppida vel regiones diversarum terrarum his nominibus utuntur. cf.* Avernus.

Aorsī, -ōrum, Ἄορσοι. *gens Sarmatica. v.* PLIN. nat. 4, 80 TAC. ann. 12, 15. *Bickel.*

aorus *v.* ahorus.

Aous, -ī *m.*, Ἄῶος. *amnis Illyricus. cf.* LIV. 32, 5, 11 PLIN. nat. 3, 145. *Bickel.*

Apachas, Ἀπαχνάς. *pastorum rex Aegyptius.* Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 80.

Apadaulus, -ī. AMM. 28, 1, 49 Apadaulus nomine servus Anepsiac. [*potius* Apaudulus.] *Diehl.*

Apadna *castellum Mesopotamiae.* NOT. dign. or. 36, 8.

Apadno. *hoc loci nomen esse ex male intellecto hebraeo* אַהֳלֵי אַפַּדְנוֹ, *i. tentoria regia eius, visum est LXX interpretibus, qui habent* Ἐφαδανῶ, *et Hieronymo.* VVLG. Dan. 11, 45 figet tabernaculum suum Apadno. *idem* Apedno: comm. in Dan. 11, 45, *ubi etiam Symmachi, Theodotionis, Aquilae interpretationes adfert et bene dicit*: apedno verbum compositum est, quod si dividas, intellegi potest θρόνου αὐτοῦ id est solii sui. *Otto.*

apaetesis *f.*, ἀπαίτησις. ISID. orig. 2, 21, 38 apaetesis (aparisis, aparasis *codd.*) est, cum id quod in animos iudicum quasi deposueramus opportune reposcimus. *cf.* FORTVN. rhet. p. 105, 10 ἐλέγχων ἀπαιτήσει.

apage, ἄπαγε. GLOSS. abscede et vade. proverbiale, vox aversantis (adv. *codd.*) illa adversus quae dicit. apage sis: abscede sis (sic *codd.*), sanus sis (*ad* TER. Eun. 756). graecum est et significat dimitte, discede vel cessa (*ad* APVL. Socr. 5, 131). apage te: aperi te(?). apax te: ductu (duc te *Loewe*) ἀπὸ τοῦ ἄπαγε dictum.

I *absolute*: PLAVT. Amph. 310 apage, non placet me hoc noctis ēsse (Mil. 210). Capt. 209 apage, haud nos id deceat, fugitivos imitari. Poen. 856 apage, nescio quid viri sis. Rud. 826 apage, controversia est. Trin. 525. *postpositum*: Most. 697 non bonust somnus de prandio. apage. *cum* sis: Poen. 225 apage sis, negoti quantum in muliere una est. TER. Eun. 756 num formidulosus obsecro es, mi homo? :: apage sis. egon formidulosus? AFRAN. com. 383 MART. CAP. 8, 807. *cum* a, ab: PLAVT. Bacch. 73 apage a me, apage. Trin. 838 apage a me sis. **II** *cum acc.*: PLAVT. Amph. 580 vah, apage te a me. Cas. 459 ultro te, amator, apage te a dorso meo. Most. 436 Pseud. 653 Trin. 257. 267 TER. Eun. 904 RHET. Her. 4, 51, 64. CIC. epist. 5, 10ª, 1 apage te cum nostro Sex. Servilio. APVL. met. 1, 17 apage te, inquit, fetorem latrinae. PLAVT. Bacch. 372 apage istas a me sorores. Curc. 598 istanc caniculam. Epid. 673 illum a me. Merc. 144 istius modi salutem. Most. 816ª istum perductorem (845). Trin. 537 a me istum agrum. VARRO Men. 133 apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem. APVL. Socr. 5, 131 apagesis tam cruentos deos. IVL. VAL. 3, 38 hoc a me nomen. AMBR. Helia 13, 46 hinc adulescentes lubricos. MAR. MERC. Cyr. apol. p. 225 istam dementiam.

apagoris *herba.* PS. APVL. herb. 35 *centauriam maiorem* alii apogorisapon (*sic codd.; emend. Koebert*) *dicunt.* *V.*

Apalaeī, -ōrum. *Asiae gens: nomen videtur male intellectum ex* PLIN. nat. 6, 50 *ubi Napaei interisse dicuntur* a Palaeis. SOL. 19, 3 ex altero Ponti latere ultra Massagetas et Apalaeos Scythas esse (49, 7). *Diehl.*

(**apalāria.**) LYDVS de mens. 1, 29 *ἱστέον δὲ Ῥωμαίοις τὸ κανοῦν ἐπὶ μὲν τῶν ἱερῶν σατούραν, ἐπὶ δὲ τῶν εὐωχιῶν ἐπουλαρίαν, ἣν ἀπαλαρίαν οἱ πολλοὶ ἐξ ἀγνοίας προσαγορεύουσιν. ἐπούλας γὰρ τὰς εὐωχίας Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν. an item originandum* ap(p)lare?

Apālēnus, Appālēnus *v.* Appius.

apalus *vel* **hapalus,** -a, -um, ἁπαλός. *aspiratio non tradita videtur nisi in cod.* CAEL. AVR. *coniungitur tantum cum* ova. [*sic.* áppulu, *neap.* appolo, *tricass.* awre 'ovum apalum'. *M.-L.*] GLOSS. apalum: ἁπαλόν *inter escas.* SCRIB. LARG. 104 apala ova proderunt. MARC. med. 20, 9. 20, 27 SORAN. 2, 10 THEOD. PRISC. log. 33. PLIN. VAL. 5, 3 columbarum. APIC. 7, 329 in ovis apalis. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 208 chron. 4, 3, 23. 4, 3, 31 ovis hapalis. *V.*

Apalus *v.* Hapalus.

Apama, -ae *nom. uxoris Seleuci Nicatoris,* LIV. 38, 13, 5 Apamā *abl., et Alexandri Megalopolitani filiae* 35, 47, 5 Apamam. **Apamea,** *al.* Apamia, -ae, Ἀπάμεια. CORP. XII 1277 ἐν Ἀπαμείᾳ. V 8723 ss. *Concordiae* Ἀπαμέων *gen. pl.* (8729 Ἀπομέων) *derivatum ab* Apama. *variorum oppidorum nomen ad Orontem in Syria, ad Tigridem, ad Euphratem, in Bithynia, in Phrygia, in Parthia. nomin.* Apamea: PLIN. nat. 5, 127. 143. 6, 43 CORP. III 335 *et* 6992 (*a. 129, in Bithynia*) col. Iul. Con(cordia). TAB. Peut. 10, 1 RAVENN. 2, 15 p. 87. 2, 18 p. 109. 2, 18 p. 108. *gen.* Apameae: CIC. Att. 5, 16, 2. 5, 20, 1. 6, 3, 6 *al.* LIV. 35, 15, 2. 38, 13, 5 PLIN. nat. 6, 132 PLIN. epist. 47, 1 CORP. III 365. *acc.* Apameam: CIC. Att. 6, 3, 6 CASS. Cic. epist. 12, 12, 3 LIV. 35, 15, 1. 37, 44, 6 *bis al.* PLIN. nat. 5, 80 *et* 86 *et* 106 *al. abl.* Apameā: CIC. epist. 2, 17, 3 LIV. 37, 18, 6. 38, 15, 12 *et* 37, 8 PLIN. nat. 5, 106. 16, 240 CORP. VIII 18084 A 2. Apamia: CORP. XIV 2282 (*in agro Albano*) c(ivitate) Apamia. VIII 11106 (*in Byzacena, christ.*) ex g⟨e⟩nere probincie Surie Apamia. TAB. Peut. 10, 5 ITIN. Anton. 187. 195 RAVENN. 5, 9 p. 363 GVIDO 99 p. 529 AMM. 14, 8, 8. 23, 6, 23. Apameia: RAVENN. 2, 18 p. 108. Apamiam: AMM. 28, 2, 11 ITIN. Hieros. Antonini 46. 47 de Apamia. *singulariter* CORP. III p. 848 (= X 771) *a. 68 testis 1 ortus* Rippa Apamaa. *adi.* **Apamēnsis,** -e *ab* Apamea: CIC. Att. 5, 21, 9 Apamense *n.* epist. 5, 20, 2 civitates Laodicensem et Apamensem. *cf.* ad Q. fr. 1, 2, 4. TAC. ann. 12, 58 Apamensibus. *adi.* **Apamēnus,** -a, -um. PLIN. nat. 5, 113 Apamenam ... regionem. 5, 149 in Bithynia colonia Apamena 14, 75 Apamenum *vinum.* CORP. XIV 171 (*Ostiae*) coh. I Apamenae. III 6687 (*Syriae*) 10 Apamenae civitatis. LAMPR. Hel. 21, 2 uvas Apamenas. CORP. VI 13021 T. Aur. Apollinari⟨s⟩ nat. Sirus Apamenus. III 1662 (*in Moesia superiore, non extat*) ⟨A⟩elius Marcus Apamenus. *adi.* **Apameus,** -a, -um. TRAI. Plin. epist. 10, 48, 1 libellus Apameorum. **Apamea,** -ae, *al.* Apamia. *nom. serv. mul. et cogn. lib.* CORP. VI 12094 Apameae conservae. 5287 a Iulia Glaphyra et Apamea. 23659 Pacciae Apameae. 22497 Minatia Apamia. IX 4816 Flaviae T. l. Apameae. CORP. IX 3210 (*Corfinii*) Aufidiae O. l. Apamiae. *adi.* **Apamiēnus** -a, -um. CASSIOD. hist. 10, 34 Apamienam ... ecclesiam.

Apamestīnī, -ōrum. PLIN. nat. 3, 105 Calabrorum mediterranei *sunt* Aegetini Apamestini Argetini. *cf. Huelsen, PW. I 2665.*

Apammari *abl. Syriae opp.* TAB. Peut. 11, 2.

Apamoinama Cappadocum lingua November mensis dicitur GLOSS. V 167, 22. *cf. Ideler I 442.* *Diehl.*

apangelticos, -on. BEDA gramm. VII 259, 17 *genus poematos* enarrativum, quod Graeci exegematicon vel apangelticon nuncupant. *item* VII 428, 9.

apanteterium ἀπαντητήριον, deversorium. GLOSS. II 233, 4.

? **apapores** ἀνακρεμνάδες GLOSS. III 430, 30 *de oleribus. cf.* ISID. orig. 17, 10, 16 *ubi* apopores (*vel* appapores) *inter olera enumeratur.*

aparctiās, *vulgariter* aparcias *vel* apartias, *m.* ἀπαρκτίας *ventus.* GLOSS. aparcias: septemtrionalis; septemtrio[n]. aparchius: septentrio graece. PLIN. nat. 2, 119 septentrionibus septentrio *est ventus,* interque eum et exortum solstitialem aquilo, aparctias et boreas dicti. SVETON. frg. p. 229 apartias. AMPEL. 5, 1. APVL. mund. 11 (*ter* apartias *codd.*). CARM. poet. min. V p. 383 primus aparctīas arctoo spirat ab axe, huic nomen nostra est lingua septentrio fictum, *ubi* apartias, aparcias, aparthias *codd. saec. IX et X.* VEG. mil. 4, 38 aparctias sive septentrio. *V.*

? **Apare** *cogn. mul.* CORP. X 3755 (*Atellae*) ... A. f. Aparen(i?) virg. an. XIII, ossa heic sit. *cf.* aparine. *Otto.*

aparemphatus. MACR. gramm. V 621, 24 infinitum modum, quem ἀπαρέμφατον dicunt. *post latine scribitur velut* 621, 27. *V.*

Aparenta *cogn. vir.* CORP. V † 1652 (*Aquileiae*) Fl. Aparenta. *Otto.*

aparinē, -ēs *f. herba.* PLIN. nat. 27, 32 aparinen aliqui omphalocarpon alii philanthropon vocant, *iam describitur.* DIOSCOR. 3, 100. 4, 131 sanction (*i.* ξάνθιον) quem multi aparine dixerunt. PS. DIOSCOR. herb. fem. 71 quam Romani lappam vocant, *falso, cf. Kaestner, Krit. u. Exeg. zu Ps. Diosc. Regensburg 1896 p. 63.*

aparnesin negatio GLOSS. V 338, 10. *v.* ἀπάρνησις. *V.*

Apartaeī, -ōrum. *Sarmatarum gens ad Caucasum.* PLIN. nat. 6, 21 Apartaeos. **Apartanī,** -ōrum. *Sarmatarum gens.* IVST. 41, 1, 10 Parthi ... Scythia pulsi solitudines inter Hyrcaniam et Dahas et Apartanos et Margianos ... occupavere.

Apasidam *Colchidis oppidum, ad Isidem?*: TAB. Peut. 10, 5. RAVENN. 2, 12 p. 76 Apisidem. 5, 10 p. 367 *et* GVIDO 103 p. 532 Apiside.

Apatē, -ēs, -ēnis, *f.* Ἀπάτη. **1** *Arabiae oppidum*: PLIN. nat. 6, 155 oppidum Sibi, quod Graeci Apaten vocant. **2** *nom. serv. mul., cogn. libertae*: *nomin.*: CORP. VI 5734 (*primae aet. imp.*) Visinia Apate. (*eiusd. aet.*) 6409 *et* 6873 ⟨S⟩empronia L. l. Apate (*eadem fortasse* XII 5130 *Narbone*). 11937 Antistia Apate. 12095 Apate Liviaes. 27614 Trebonia O. l. Apate *al.* V 4219 (*Brixiae*) Munatia Q. l. Apate. 6518 Volturnia P. f. Apathe. X 2208 (*Puteolis*). II 1227 (*in Baetica*) Firmia A. l. Apate. XII 2477 Titia Apate. *gen.*: VI 25765 Salina-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

toriae Apates. X 2300 (*Puteolis*) Clodiae Apates. *dat.*: VI 1906 Serviliae M. l. Apate. 8432 Vlpiae sive Aeliae Aug. lib. Apate. 13779. 14449 Cartillae Apate. 26302 Ocressiae O. l. Apate uxorí. X 8223 (*Capnae*) ⟨Au⟩dasiae Apate. VI 22353 Memmiae Apateni. 24964 Antoniae Apateni. 29414 Apaten.i (*sic*). IX 861 (*Luceriae*) Iuliae Apateni. 3255 (*Corfini*) Pampulliae O. l. Apateni. XII 4687 (*Narbone*) ⟨Ti⟩tiae Apatin⟨i⟩ *cf. supra* 2477. **Apatia,** -ae. CORP. XII 756 (*Arelate, chr.*) ⟨...⟩ Apatia. **Apatiānus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VI 22015 Mantís Apatiano et Aphrodisio filis. **Apatony⟨mus?⟩.** CORP. VIII 14071 *christ.* ⟩Apatony⟨...⟩ in pace. *Diehl.*

apathia, -ae *f.*, *ἀπάθεια*. GELL. 19, 12, 10 isti apathiae sectatores. *graece scriptum* 19, 12, 2 AVG. civ. 14, 9 *ter.* *V.*

Apatna, *Ptolemaeo Ἀφραδάνα. Osrhoenae castellum.* NOT. dign. or. 35, 13.

Apatōr, -ōris, *Ἀπάτωρ. demiurgi Valentinianorum nomen* IREN. 1, 5, 1 Apatorem. *Diehl.*

Apaturius, -ī *m.*, *Ἀπατούριος. nom. vir.* SEN. contr. 10, 5, 28 VITR. 7, 5, 5.

Apaturos *n.*, *Ἀπάτουρον. opp. in litore Bospori Asiatico situm.* PLIN. nat. 6, 18. *nom.* Apatura RAVENN. p. 76. *Bickel.*

Apavortene *Parthiae regio.* PLIN. nat. 6, 46 a Caspiis ad orientem versus regio est Apavortene. IVST. 41, 5, 2 Seleucus urbem nomine Daram in monte Apaortenon condidit. *cf. Tomaschek, PW. I 2682.* *Diehl.*

[apegion?] id est acoro GLOSS. III 552, 54.

apelassonos, *ἀπ' ἐλάσσονος. pes ionicus.* TER. MAVR. 2056 apelassonos autem ratione qua regatur, cum de pedibus dissererem, satis probavi. *passim graece scribitur a* GRAMM. *v.* ionicus a minore.

Apelaurum, -ī, *Ἀπέλαυρον. Arcadiae mons.* LIV. 33, 14, 10 ad Apelaurum — Stymphaliae terrae is locus est — convenirent. *cf. Hirschfeld, PW. I 2682.* *Diehl.*

Apelenariae *opp. Aethiopae.* PLIN. nat. 6, 180. *Otto.*

apeliotes *v.* apheliotes.

Apella, -ae, *sive* **Apellēs,** -is *aut* -ētis *m.*, *Ἀπελλῆς. de varia declinatione v.* PRISC. gramm. II 245. *littera* p. *geminata*: VARR. ling. 9, 12 QVINT. inst. 2, 13, 12 FRONTO p. 20, 14 N. PRISC. gramm. II 203. 204. *syllaba prima producta in versu immodulato*: CARM. epigr. 1192. *nom.* Apellas PLIN. nat. 34, 86 CORP. VI 16138. *gen.* Apellaes CORP. VI 4663. *dat.* Apellai CORP. V 2173 add., Apela (*sic*) CORP. VI 6114. *acc.* Apellen HOR. epist. 2, 1, 239 FRONTO p. 28, 12 N. *formae* Apelletis, -leti, -letem *non nisi in titulis, v.* CORP. XV 242. VI 14672, 22. 20886. 27955, *et apud* PETRON. 64 *inveniuntur. ante aetatem Ciceronianam aut certe ante Gracchanam dicebant Latini* Apella, *non* Apelles, *v.* PLAVT. Epid. 626 Poen. 1271 LVCIL. 731 CIC. Att. 2, 21, 4. *nom. graec. vir.* (*saepissime laudatur* Apelles *pictor*), *nom. serv., cogn.* HOR. sat. 1, 5, 100 credat Iudaeus Apella *superstitiosus. comoediam* Appella *Naevi testatur* PRISC. **Apellēus,** -a, -um *apud poetas traditum, apud* PROP. *primum, cf.* PROP. 1, 2, 22 AVSON. 106, 2. **Apelliō,** -ōnis *m.*, *Ἀπελλίων. nom. vir.* CORP. VI 12097. **Apelidēs** CORP. VI 23736 *nom. vir.* **Apellinus** (*?*) *m. cogn.* CORP. VII 1046. **Apelleiacī** TERT. carn. 8 *vel* **Apelletiānī** CYPR. epist. 73, 4 *vel* **Apelliānī** AVG. Cresc. 61 haer. 23 *vel* **Apellitae** ISID. orig. 8, 5, 12 *haeretici.*

Apellaeos, Apello, *v.* **Apollo.**

Apellaris (*?*) *tragoedus* SVET. Vesp. 19. *Bickel.*

Apellius *v.* Aper.

apello *v.* aspello. [*Otto.*

Apeltes *cogn. vir.* CORP. III 2347 (*Salonis, periit*) Erennio Apelti.

Apemantus, -ī, *Ἀπήμαντος. nom. graec. et cogn.* CORP. VI 12098 Apemanto Thalero fratrib(us). 14931 Ti. Claudius Apemantus. *Diehl.*

apemphaenonta, *ἀπεμφαίνοντα. metra quaedam* RVFIN. gramm. VI 559, 25 Graecus apemphaenonta solet memorare poeta, inmanifesta vocant haec carmina voce latina. *graece scribitur vox* MAR. VICT. gramm. VI 105, 27. 106, 17.

apenārius, -ī *m.* [*ab* apinae *derivatum esse videtur. Th.*] TREBELL. Gall. 8, 3 Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii. *v.* apinae. *V.*

Apenās *servus tabellarius* CIC. Att. 4, 8 b (*cod. Medic.* Aperias). *Otto.*

[apeo.] [ape, apet *ad* apio, apere *pertinere videntur. Th.*] PAVL. FEST. 22 ape apud antiquos dicebatur prohibe compesce. GLOSS. II 21, 41 ape *κώλυσον*. II 21, 39. 46 apet *ἀποσοβεῖ. cf.* V 561, 29 apere: abigere, a se movere. *V.*

aper, aprī *m.* [*cf. c. umbr.* abrunu 'aprum' abrof 'apros', *fortasse c. theodisc.* ebur, *anglosax.* eofor, *slavon.* veprĭ 'verres, aper'. *Th.*] VARRO ling. 5, 101 apri ab eo quod in locis asperis, nisi a Graecis quod hi ⟨c⟩aproe (CASSIOD. in psalm. 79, 13). ISID. orig. 12, 1, 27 aper a feritate vocatur ... unde et apud Graecos *σύαγρος*, id est ferus dicitur. QVINT. inst. 1, 6, 13 cur 'aper apri' ... faciat. ... ad eam rationem recurrunt, ut ... *κάπρον* apri faciat. GRAMM. suppl. 100, 16 declinatur ... aper apri. MART. CAP. 3, 298 aper ... apri ... *frater* dativis pluralibus non ut prima species apris sed fratribus facit. VARRO ling. 8, 47 habent ... quaedam *voces* singulas *formas*, ut aper. PRISC. gramm. II 233, 12 'aper apri', cuius femininum veteres protulerunt apra. PROBI app. gramm. IV 198, 26 aper non aprus. GLOSS. *σύαγρος, κάπρος, χλούνης, μονιός, χαυλιόδους*. VARRO rust. 2, 1, 5 de *feris* subus nemini ignotum, nisi qui apros non putat sues vocari. [*sard.* abru. *M.-L.*]

natura: PAVL. FEST. 33 cicur ex apro et scrofa domestica. PLIN. nat. 28, 33 qui III animalia singulis ictibus interfecerint hominem aprum ursum. HOR. epod. 5, 28 horret capillis, ut ... currens aper. OV. ars 1, 762 nunc erit hirtus aper. PLIN. nat. 19, 11 Cumanae plagae concidunt apro saetas, quae ferri aciem vincunt. SIDON. epist. 7, 14, 3 cum praebeat ... apro saeta vestitum. HOR. epist. 1, 18, 51 superare ... viribus aprum. PLIN. nat. 8, 95 *belua hippopotamius* dentibus aprorum aduncis. 11, 160 dentium tria genera ... exserti, ut apro. MART. 9, 57 nil est tritius Hedyli lacernis ... nec dens iam senior ferocis apri. PLIN. nat. 8, 73 eale ... maxillis apri. 8, 211 apris maribus nonnisi anniculis generatio. 10, 182 quae ex feris mitigentur non concipere, ut ... apros. 8, 228 *in Creta* non esse ... apros ... in Africa autem nec apros nec .... 11, 191 apri ... *fel* non habent. 11, 222 aprorum *sanguis* non spissatur. 28, 212 apro tam gravis urina sua est, ut nisi egesta fugae non sufficiat. 11, 267 muti ... apri *in Macedonia*. SVET. gramm. 161 aprorum frendere (OV. ars 1, 46 frendens ... aper). CARM. de Philomela 52 frendit agrestis aper. PLIN. nat. 8, 76 monocerotem ... cauda apro *similem*. 8, 95 hippopotamius ... cauda ... aprorum. 11, 264 caudae ... nudae hirtis, ut apris. *consuetudines*: PHAEDR. 4, 4, 2 dum sese aper volutat *in vado*. SERV. Verg. ecl. 2, 59 apri qui fontes puros caenosos efficiunt. PHILARG. *ibid.* qui conturbant fontes. VERG. georg. 3, 248 *in amore* saevus aper. OV. met. 7, 545 non aper irasci meminit (SEN. dial. 3, 3, 5). 8, 733 nunc violentus aper ... eras. PHAEDR. 1, 29, 4. 9 asellus apro cum fuisset obvius ... aper cum vellet facere generosum impetum. SVET. Aug. 67 incurrenti ... fero apro ... obiectus est. AMM. 23, 5, 11 leo et aper ingens trucidati simul oblati sunt. PROP. 2, 3, 5 qui posset piscis harena nec solitus ponto vivere torvus aper. PHAEDR. 2, 4, 8 fodere terram ... aprum insidiosum VLP. dig. 21, 1, 40 *et* 42 ne quis ... aprum ... ita habuisse velit, ut cuiquam nocere ... possit. VVLG. psalm. 79, 14 exterminavit eam (*vitem*) aper de silva. TIB. 4, 3, 3 nec tibi *aper* sit duros acuisse in proelia dentes. SEN. dial. 3, 1, 6 spumant apris ora, dentes acuuntur adtritu. 5, 4, 2 apris tela sua adtritu acuentibus. PLIN. nat. 18, 2 cum arbore exacuant liment cornua elephanti ... saxo rhinocerotes, utroque apri dentium sicas. 11, 161 cum apri percutiant, feminae sues mordent. 8, 99 hedera apri in morbis sibi medentur. *utilitatis aut voluptatis causa pastus*: VARRO rust. 3, 2, 11 num pluris tu illic (*in villa*) natos verres lanio vendis quam hinc apros macellario Seius? 12 hic aprum glas cum pascit empticia facit pinguem, illic gratuita exilem. 3, 2, 14 ibi (*in villa*) vidi greges ... aprorum. VARRO 3, 3, 3 genus ... venaticum duas habet ... species, unam, in qua est aper. 3, 3, 8 ut *leporarium* habeat multos apros (*bis*). 3, 13, 1. 3. COLVM. 9, 1, 1 genera ... aprorum, modo lautitiis ac voluptatibus dominorum serviunt, modo quaestui ac reditibus. 7 nec ... patiendus est ... aper ... ultra quadrimatum senescere. PLIN. nat. 8, 224 cui vivaria in doliis idem qui apris instituit. AMM. 24, 5, 2 spatium ... destinatas voluptatibus continens feras ... armis ... hispidos apros. *in silvis vivens*: CAT. 63, 71 sub altis Phrygiae columinibus ..., ubi aper nemorivagus? VERG. ecl. 5, 76 dum iuga montis aper ... amabit. HOR. epod. 16, 19 agros atque Lares patrios habitandaque fana apris reliquit. epist. 1, 15, 22 tractus uter pluris ... educet apros. sat. 2, 3, 73. ars 30 delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum. OV. am. 3, 10, 40 ferus in silva farra metebat aper. epist. 9, 37 inter ... apros ... iactor. PAVL. FEST. 120 lustra significa⟨n⟩t lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia. VAL. FL. 3, 634 tum gestit aper ... cum sese Martia tigris abstulit. AVG. gen. ad litt. 3, 11 apri ... similes ... sunt illis pecoribus (*quae sunt in usu hominum*) neque tamen sub cura humana sunt.

fera venatica: VERG. Aen. 1, 322 vidistis siquam ... spumantis apri cursum ... prementem? 4, 158 spumantem dari ... optat aprum (SEN. epist. 64, 4). OV. met. 10, 539 a fortibus abstinet apris. 12, 306 Abas praedator aprorum. 14, 369 petit inscius umbram *falsi apri*. ars 1, 45 scit bene venator ... qua frendens valle moretur aper. fast. 5, 175 in apros audet ... ire. CELS. 5, 28, 4 excepto ... apro omnis fere venatio. SEN. Phaedr. 30 multo vulnere iam notus aper. MART. 12, 14, 10 insidiemur apris. FRONTO p. 68, 7 N. apros captos esse fando audimus. APVL. apol. 30 quam si lepores quaererem vel apros. 34 venandis apris piscem apriculum *quaesitum*. *a canibus in retia actus*: VERG. ecl. 3, 75 si, dum tu sectaris apros, ego retia servo. 10, 56 aut acris venabor apros: non me ... vetabunt frigora ... canibus circumdare saltum. georg. 3, 411 volutabris pulsos ... apros latratu ... agens ... ad retia. Aen. 10, 706 canum morsu de montibus altis actus aper ... postquam inter retia ventum est. OV. fast. 2, 231 sicut aper ... silvis latratibus actus. STAT. Ach. 1, 465 simul hirtus aper simul ursa lupusque *in casses* cogitur. HOR. carm. 1, 1, 28 seu rupit teretes Marsus aper plagas. epod. 2, 31 aut trudit acris ... multa cane apros in obstantis plagas. TIB. 4, 3, 17 veniat licet ad casses ... aper. OV. met. 4, 722 more ferocis ... apri, quem turba canum circumsona terret. ars 1, 392 non bene de laxis cassibus exit aper. rem. 422 a cane non magno saepe tenetur aper. GRATT. 186 clangore citat quos nondum conspicit apros Aetola quaecunque canis de stirpe. SEN. contr. 3 pr. 9 alii ad aprum ... canes faciunt. SEN. Ag.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

892 ut altis hispidus silvis aper cum casse vinctus temptat egressus tamen. Sil. 10, 77 ut canis ... agitat cum ... apros. 16, 574 nec timidos agitare canes latratibus aprum. Mart. 1, 49, 23 ibi inligatas mollibus dammas plagis mactabis et vernas apros. 12, 1, 1 retia dum cessant latratoresque Molossi et non invento silva quiescit apro. Plin. epist. 1, 6, 1 apros tres ... cepi ... ad retia sedebam. Apvl. met. 8, 4 aper ... canum procaciores ... interficit, dein calcata retiola ... transabiit. *venabulo exceptus*: Cic. Verr. 6, 7 cum aper ... adlatus esset ... quaesisse Domitium qui tantam bestiam percussisset; illum respondisse venabulo (Val. Max. 6, 3, 5 Qvint. inst. 4, 2, 17). Hor. carm. 3, 12, 12 excipere aprum. Ov. met. 10, 713 excussit pando venabula rostro ... trux aper. Sil. 1, 421 ceu ... latratibus actus ... aper ... †gemet geminum contra venabula dentem. Stat. Theb. 4, 323 dum premis obnixo venabula comminus apro. Mart. 14, 30 venabula. excipient apros. Ivv. 1, 23 figat aprum et ... teneat venabula. Plin. epist. 1, 6, 1 apros tres ... cepi ... erat in proximo non venabulum. Amm. 31, 9, 5 aprum exceperit solus. Sidon. epist. 8, 6, 1 apros frustra in venabula vocas. *cuspide, lancea, telo, iaculo percussus*: Ov. met. 3, 714 ille aper ... ille mihi feriendus aper. 8, 345 *sqq.* 14, 342 exierat ... fixurus apros. ars 2, 190 saepe fera torvos cuspide fixit apros. rem. 204 cuspide fossus aper (epist. 4, 172). hal. 60 actus aper ... se ruit oppositi nitens in vulnera ferri pressus et emisso moritur per viscera telo. Cvrt. 8, 6, 7 cum aprum telo occupasset. Stat. Theb. 8, 532 cuspide frontem strictus aper. Mart. 7, 27, 1 aper ..., quem meus intravit splendenti cuspide Dexter. 14, 31 culter venatorius. si deiecta gemes longo venabula rostro, hic brevis ingentem cominus ibit aprum. Ivv. 1, 22 Mevia Tuscum figat aprum. Carm. epigr. 1526 A 4 ut quiret ... figere cervos, saetigeros ut apros. Apvl. met. 8, 5 Tlepolemus iaculum ... insuper dorsum bestiae contorsit ... per femur dexterum dimisit lanceam. *Erymanthius*: Cic. Verr. 9, 95 in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere. Tusc. 4, 50. Ov. met. 9, 192 Arcadiae vastator aper. epist. 9, 87 ut Phegeus aper cupressifero Erymantho incubet. Sen. Herc. O. 1536 Arcadum si quis ... fecerit silvas aper inquietas. Mart. epigr. 27, 4 Arcas Maenalium non timuisset aprum. 5, 65, 2 Arcas aper. 9, 101, 6 Arcadio ... apro. 11, 69, 9 apri ... quantus erat ..., Erymanthe, tuus. Qvint. inst. 6, 3, 55 apro Erymanthio. Hyg. fab. 30 aprum Erymanthium occidit *Hercules*. *Calydonius*: Plavt. Persa 3 cum apro Aetolico ... deluctari mavelim (*pro Erymanthio*). Ov. met. 8, 281 *sqq.* epist. 19, 101 Calydonis aper. Ib. 503 quique Lycurgiden letavit ... te quoque rumpat aper. Plin. nat. 35, 138 Ancaeo vulnerato ab apro. Mart. epigr. 15, 1 summa tuae, Meleagre, fuit quae gloria famae ... aper. 1, 104, 7. 7, 2, 4. 7, 27, 1. 9, 48, 5. 11, 69, 9. 13, 93. Ivv. 5, 115 dignus ferro Meleagri ... aper. Avson. 14, 39 Olenio ... apro. Hyg. fab. 172—174. Hyg. fab. 38 aprum qui fuit Cremmyone interfecit. Val. Max. 1, 7 ext. 4 cum ... ingentis magnitudinis aper Olympi montis culta ... vastaret. *dentibus pugnans*: Varro rust. 2, 9, 1 apris, qui in silvis saepe dentibus canes occiderunt. Cic. nat. 2, 127 ut ... se ... defendant ... apri dentibus. Lvcr. 5, 1326 socios caedebant dentibus apri. Tib. 4, 3, 3 nec tibi *aper* sit duros acuisse in proelia dentes. Prop. 2, 13, 53 cui ... quondam percussit Adonem ... aper (Fest. 310 Amm. 22, 9, 15). Ov. met. 3, 213 Hylaeus ... nuper percussus ab apro. epist. 4, 104 obliquo dente timendus aper. Manil. 5, 228 nec ... timent ... spumantis apri dentes. Sen. Phaedr. 345 tunc vulnificos acuit dentes aper. Mart. 13, 94 dente timetur aper. Carm. epigr. 1526 (*circa a. 120*) B dentes aprorum quos cecidit Maximus dicat Dianae. Apvl. met. 8, 5 resurgentem *aper* multo dente laniavit. *fulmineus*: Ov. met. 1, 305 nec vires fulminis apro ... prosunt. 8, 289 fulmen ab ore venit *apro Calydonio*. 10, 550 fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. ars 2, 374 fulmineo ... cum rotat ore canes *aper* (fast. 2, 232). Phaedr. 1, 21, 5 aper fulmineis ad eum venit dentibus. Homer. 596. Sil. 1, 421 fulmineus ceu ... aper. Mart. 9, 69, 9 fulmineo ... dente *apri* perempta. Apvl. met. 8, 4 aper ... impetu saevo frementis oris totus fulmineus. *apri inter se pugnantes*: Homer. 596 *sqq.* Ivv. 15, 161 quo nemore umquam expiravit aper maioris dentibus apri? *domum relatus*: Hor. epist. 1, 6, 60 ut ... referret ... mulus aprum. Liv. 25, 9, 14 inferentes aprum duos iuvenes (Frontin. strat. 3, 3, 6). *in harena agitatus*: Calp. ecl. 7, 57 vidi ... non sine cornibus apros. Plin. nat. 8, 149 iussit ... apros ... emitti Mart. 1, 43, 12 ponere aprum nobis sic et harena solet. Svet. Tib. 72 missum in harenam aprum iaculis desuper petit.

cuppedium: Cels. 2, 18 generis valentissimi ... aper. Plin. nat. 11, 280 apros in Pamphyliae et Ciliciae montuosis salamandra ab his devorata qui edere, moriuntur. 13, 43 sapore quodam ferinae in apris evidentissimo. Hor. sat. 2, 2, 42 putet aper ... mala copia quando aegrum sollicitat stomachum. Sen. dial. 10, 12, 5 quam suspensi sint, quomodo aper a coco exeat. Petron. 39—41. 49. 66. Plin. nat. 8, 210 solidum aprum ... primus adposuit P. Servilius Rullus .... quibus ne tota quidem cena, sed in principio bini ternique pariter manduntur apri (Ivv. 1, 140 quanta est gula, quae sibi totos ponit apros). 15, 118 eadem ... origine aprorum sapor commendatur. Mart. 3, 13, 2 plus quam patri (putri *Heinsius*) ... parcis apro. 3, 67, 2 nec lepus est unquam nec tibi gratus aper. 4, 66, 5 saltus aprum ... tibi misit inemptum. 7, 59, 1 non cenat sine apro ... Caecilianus. 7, 78, 3 sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos mittis *i. dimittis* (9, 14, 3. 12, 17, 4. 12, 48, 1 Ivv. 11, 138). 8, 22, 1 invitas ad aprum, ponis mihi ... porcum. 14, 70, 71 inter spumantes ilice pastus apros. 221, 2 spumeus in longa cuspide fumet aper. Ivv. 5, 115 dignus ferro Meleagri spumat aper. Svet. Tib. 34 apposuit dimidiatum ... aprum affirmans omnia eadem habere, quae totum. Sen. epist. 110, 12 non magnam rem facis, quod non desideras miliarios apros. Petron. 33 solebat sic cenare, quomodo rex, apros gausapatos. Hor. sat. 2, 3, 234 in nive Lucana dormis ..., ut aprum cenem ego (2, 8, 7). 2, 4, 40 Vmber ... curvat aper lancis carnem vitantis inertem, nam Laurens malus est. Stat. silv. 4, 6, 10 cur Tuscus aper generosior Vmbro (Mart. 7, 27, 1). Mart. 9, 48, 5 rari Laurentum ponderis aprum misimus. 7. 12 (10, 45, 1). 3, 82, 20 partitur apri glandulas palaestritis. 7, 20, 4 ter poscit apri glandulas. *luxuriae temporibus a multis spretus*: Sen. epist. 78, 24 non iacebit in conspectu (*i. intactus*) aper ut vilis caro a mensa relegatus (Mart. 12, 48, 1). Petron. 41 hic aper ... a convivis dimissus ⟨est⟩. Mart. 1, 43, 2 positum est nobis nil praeter aprum. 9 nudus aper. Ivv. 5, 166 spes bene cenandi vos decipit. 'ecce dabit iam ... aliquid de clunibus apri'. *tempore rancidus vel putidus factus*: Hor. sat. 2, 2, 89 rancidum aprum antiqui laudabant. Mart. 3, 50, 8 putidus est, totiens si mihi ponis aprum.

in medicaminibus: Plin. nat. 1 ind. 33—41. 28, 136 usus axungiae *apri* ad emollienda, excalfacienda, discutienda purgandaque. 152 apri ... cerebrum contra eas (*serpentes*) laudatur cum sanguine, iocur etiam ... item adips. 173 aurium dolori et vitiis medentur urina apri .... 212 vesicae calculorumque cruciatibus auxiliatur urina apri et ipsa vesica. 232 hydropicis auxiliatur urina et (urinae *vel* -ne *codd.*: urina e *Detl.*) vesica apri. 173 aurium dolori et vitiis medentur ... fel apri. 200 lienem sedat fel apri. 223 articulorum adtritis fel aprorum *prodest*. 215 urinae incontinentiam cohibet ... ungularum apri ... cinis. 227 fractis ossibus praesentaneus maxillarum apri cinis. 241 ulcera sanat maxillarum apri ... cinis. 222 clavos et rimas callique vitia fimum apri ... sanat. 262 ebrietatem arcet pulmo apri. *sim.* Plac. med. 5 de apro. *varii usus*: Verg. ecl. 7, 29 saetosi caput hoc apri tibi, Delia. Plin. epist. 9, 10, 1 aprorum tanta penuria est, ut Minervae et Dianae ... convenire non possit. Calp. ecl. 6, 43 rutilo ... monilia torque extrema cervice natant, ubi pendulus apri dens sedet. Sil. 4, 559 galea annosi vallatur dentibus apri. Plin. nat. 10, 16 lupi minotauri equi aprique singulos ordines anteibant *in signis*. Stat. Theb. 8, 705 tergo ... fatiscit atque umeris *Tydei* gentilis aper. Tac. Germ. 45 insigne superstitionis formas aprorum gestant.

proverbia: Plavt. Cas. 476 uno in saltu ... apros capiam duos. Verg. ecl. 2, 59 liquidis inmisi fontibus apros. *translate*: Mart. 9, 88, 4 de cavea fugiat ne male pastus aper. *Bannier.*

Aper, -rī *cogn. vir. crebrum, cf.* Qvint. inst. 11, 2, 31 quod est facilius in Apris et in Vrsis et Nasone aut Crispo, ut id memoriae adfigatur, unde sunt nomina. *exempla*: Plin. epist. 10, 105 C. Valerius Aper. *ibid.* 5, 13, 5 Fabium Aprum. Corp. VI 1975 T. Statílio Vol. Apro. 2379, a, 4, 14 (*a. 143*) C. Salvius Aper. XI 1777 (*Volaterris*) Vrs⟨us⟩ et Aper et Lupu⟨s⟩ *fratres*. III 6610 (*saec. III*). *cf.* Dio 55, 10 P. Salvius Aper (*Ἄπρος*) *praepos. praetorianorum a. 2 a. Chr. nom. serv.* Corp. III 5026 Aper Vibeni. IV 640. 1317. 1825 Aper Mari, *passim in* IX. *episcopus christianus*: Pavl. Nol. epist. 38. Inscr. christ. Rossi I 248 (*a. 375*) Apro. Corp. III †9535 (*Salonis*).

Apra Corp. II 5443 Aelia Apra Tispitana sacerdos. III 4537. 5546. IV 2393. V 1160. 1296. 5622. 8749. IX 695. 5409. *christianae*: Pavl. Nol. carm. 23, 129 felix 'Apra. Corp. XI †3054 (*a. 359*) Apra in pace.

Aprius, -a *nom. gent.* Corp. IX 2083 P. Aprius P. F. Men. Celer. X 558 Aprio Eutychiano. XII 2463 a T. Aprio Volt. Titullo. 4972 C. Aprio Iucundo. III 2428 (*Salonis*) C. Aprio M⟨a⟩ximo.

Apriānus *cogn.* Corp. X 290, 8 (*Tegiani, aetatis antiquioris*) L. Decumi L. f. Apria(ni?). Apriani *christiani* Canon. interpr. vet. 850. 852 (*Pannonius*). ala Apriana: Not. dign. or. 28 comes limitis Aegypti, 32 ala Apriana, Hipponos. Corp. III 49 (*in Aegypto, a. 170*) praef. alae Aprianae. 6026 (*ibid.*) ala Apriana. *ἄλης Ἀπριανῆς.*

Apridius. Corp. IX 6271 (*Aeclani*) Apridius posuit, *si recte descripta est.*

Apricius, a *nom. gent.* Corp. VI 3415 C. Aprici Ingenui. 12226 C. Apricius Achillaeus. *nom. serv. et cogn.* Corp. VI 800 Apricius delicius Latinaes. 12225 Apricio. 12227 Apriciae. III 5671 (*in Norico*) Iul. Apricio.

Apriculus, Apriclus *cogn.* Corp. VI 1057, 7, 42 (*a. 205*) T. Anneius Apriclu(s). 16694 Cuspia Apricla. IX 754 (*Larini*) Gaviae Apriculae. 1739 (*Beneventi*) M. Allio Apriculo. X 2138 (*Puteolis*) Cattia Apricla. 4995 (*Venafri*) ⟨....A⟩pricula. IV 2477 Apr⟨i⟩culus. V 6865 Apriclus *servus*. II 4348 Ceionia Apricla. *idem fortasse* Appricolus: Corp. XIII 2709 ... App⟨r⟩icoli.

Apriclius, -a *nom. gent.* Corp. XIII 1978 Apricli Prisciani. *sed fortasse haec ex* apricus *orta sunt, v.* Apricus.

Aprīnus *cogn.* Corp. VIII 3245 (centuria) Aprini.

Aprilla *cogn. mul.* Corp. XIV 3475 (*Variae*) Aprilla. V 1467 Voltilia⟨e⟩ Q. l. April⟨l⟩e(*?*). 4488 Va⟨l⟩eriae Aprillae. III 1844 (*in Dalmat.*) Aprillae. 2250 (*ibid.*) Tur. April(la). 2852 Laetiliae Aprillae. 7431 (*in Moesia inf.*) Aprio ... Apronianus ... Aprilla ... Aper.

Apro, -ōnis *cogn. vir., cf. umbr.* abrunu *i. apronem, lat.* aprunculus, *celt.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ἄπρων *fluv. Liguriae, et nomina quae secuntur.* CORP. IX 1259 (*reg. II*) L. Fabricius Apro. III 5285 (*in Norico*) Severa Apronis f. VII 1336, 78. 79 (*in patellis*) of. Apro. Apronis. VIII 17003. XV 827.

Aprōnius, -a, Ἀπρώνιος, *nom. gent. plebeiae originis.* [*fortasse non diversum ab* Aptronius *nomine. Th.*] *cf. etrusc.* apruntial. C. Apronius *trib. pleb. a. u. c. 305* LIV. 3, 54, 13. Cn. Apronius *aedilicius* VAL. MAX. 6, 5, 5 (*a. u. c. 488*). L. Apronius C. f. C. n. *cos. suff. a. p. Chr. 8 passim, al.* *nomen in titulis Italiae et provinciarum satis frequens*: CORP. VI 12231 L. Apronius (mulieris) l. Euchrestus. 12234 M. Apronio Musonio Apronia Tryphaena. XIV 2326 Apronius Felix. IX 339, 2, 39 (*Canusii, a. 223*) M. Apronius Primus *duumviralicius.* X 2095. 6135. V 6344 C. Apron. C. l. Clemens Mediolan(ĭo). XII 1324 L. Apronius Chrysomallus. II 273 Apronia L. f. Maelia. VIII 5160. 12417 L. Apronius L. f. 17321 (= 5196).

cogn. CORP. III 2599 (*in Dalmat.*) Vibiae Aproniae. II 6014 Iunia Apronia. XI †3570. Apronia vitis PLIN. nat. 23, 27. *adi.* **Aprōniānus.** CIC. Verr. 4, 28 Aproniani convivii. 72 Apronianum lucellum. 109 Apronianis ... rapinis. PLIN. nat. 15, 102 Apronĭana (*cerasa*). *al. cogn.*, Ἀπρωνιανός. C. Vipstanus Apronianus *cos. ord. a. p. Chr. 59.* Turcii Aproniani *saeculorum p. Chr. quarti et quinti, al. saepius in titulis Italiae provinciarumque hominum de plebe cognomen.* CORP. VI 11026 M. Aemilio M. f. Aproniano. CORP. IX 708 (*Ostiae*) D. Caecili Aproniani. X 2321 (*Puteolis*) Cominius Apronianus. IX 4112 Apronianus r. p. Aequicul. ser. ark. *idem* 4109 (*a. 172*). V 5529. 5542 T. Primus Apronianus. XII 717 Aproniano Auggg. nnn. vernae vilico. 3870 Sex. Sammí Aprónián. II 6072 (= 4274) L. Minicio L. f. Gal. Aproniano aedil. ... flamini divi Traiani Parthici. *idem* 4071. 4488. VIII 5160 M. Apronius Aproni⟨a⟩nus. PAVL. NOL. carm. 21, 210 Apronianum Turciae gentis decus. forum Aproniani: COD. Theod. 13, 5, 29 (*a. 400*) = Iust. 11, 2, 3, *cf. Huelsen, PW. II, 272.* **Apprunculus** *cogn.* AMM. 22, 1, 2 Aprunculus (Aprunculis *codd.*) Gallus orator. Aprunculus Divionensis Lingonum et Arvernorum episcopus: GREG. TVR. hist. Franc. 2, 23 Aprunculus *et* Abrunculus. 2, 36. 3, 2 (*vel* Abr-). vit. pat. 4, 1 Abrunculo (*vel* Apr-). SIDON. epist. 9, 10. Aprunculus Treverorum episcopus GREG. TVR. vit. pat. 6, 3. **Aprulla** *cogn. mul.* CORP. VI 11303/4 Valeria Aprulla. *al.* IX 5020 (*Hadriae*) Platoriae Aprullae. X 523 (*Salerni*) Luciliae Aprullae c(larissimae) m(emoriae) f(eminae). 1999 (*Puteolis*) Aprulla. 2334 (*ibid.*) Corneliae Aprullae. XII 690 Caeciliae D. f. Aprullae. 4260. II 3782 Postumiae C. f. Aprullae. VI 21113 Larciae Apryllae ... A. Larcius Aprio *pater.* IX 854 (*Luceriae*) Eruciae Apryllae. III 3192a, *cf.* 10152 (*in Dalmat.*) Turraniae Apryllae. **Aprĭo,** -ōnis *nom. servorum humillimorumque.* CORP. VI 12228 Aprionis. 12229 Aprion. filio. 12230. IX 5850 (*Auximi*) L. Praesentius L. lib. Aprio. *in lucernis* CORP. IX 6081, 6. 7. V 8114, 10. XII 5682, 6. III 1634, 2. V 577 L. Lopsius Aprio. 5615 Aprĭonis Tertulli fili. 2838. 3056. III 8263 (*in Moesia sup.*) P. Aelio Aug. lib. Aprioni. 2257 (*in Dalmat.*) M. Subulnius Aprio. 3183b (*ibid.*). 1653. VIII 7206. **Aprucius,** -a *nom. gent., cf.* aprūgnus *et* apruco *herbam, an coniungendum cum* Apricius? CORP. X 5337 (*reg. I*) Apruciae M. f. Gallae. **Apruf-, Aprof-.** Aprufclano(s), *i.* (Apruf(i)c(u)lo) *vel* (Apruf(i)c(u)la) *oriundus, in titulo marsico latino lacus Fucini* Zvet. inf. 43. Aprufenio(s): CORP. IX 5351 (*Firmi Piceni*) C. Aprufenio(s) C. f. ... quaistores aire moltaticod dederont. Aprofinius: CORP. XIV 3653 (*Tibure, periit*) Q. Aprofin⟨ius ...⟩. Aprofennius: CORP. III 1958 (*Salonis*) L. Aprofennius Circitor. 2183 add. (*ibid.*) L. Aprofennius Pro⟨...⟩ ... L. Aprofennio Ci⟨rc⟩itori et L. Aprofennio Lucullioni. 2182 (*ibid.*) Apro·fennio Magno ... Aprofennia Flora lib. **Apellius,** -a *nom. gent. deminutione ortum ut* agellus *al.* CORP. IX 4138 (*Aequiculis*) Q. Apellius Q. f. Philotimus sibi et Apelliae A⟨g⟩at⟨h⟩emeri⟨d⟩i. **Aprārius,** -a *nom. gent., cf.* aprarius. CORP. VIII 14372 Ti. Aprario Felici. *potest huc etiam* Aprilius *nom. gent. pertinere; tamen vocabulo* aprilis *adiungere satius puto.* *Otto.*

Aper, -pris *nom. barbarum.* VAL. FL. 6, 638 Aprem (*in sexto pede*) *necat Hercules.* *V.*

Aperantia, -ae, Ἀπεραντία, *Aetoliae pars.* LIV. 36, 33, 7 Dolopiam et Aperantiam et Perrhaebiae quasdam civitates (36, 34, 9). 38, 3, 4. 43, 22, 10. **Aperantī,** -ōrum, Ἀπεραντοί, *illius regionis incolae.* LIV. 43, 22, 11. *cf. Hirschfeld, PW. I 2698.* *Diehl.*

aperantologia, -ae *f.*, ἀπεραντολογία. VARRO Men. 144 saturis auribus scolica dape atque ebriis sophistice (festicae *codd.*) aperantologia. *V.*

Aperiae *opp. Lyciae.* PLIN. nat. 5, 100. *Diehl.*

(**aperilis**) *vox ficta.* AVG. c. Faust. 18, 5 *vocaverunt* Aprilem ... a re ipsa quasi aperilem, quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. MACR. sat. 1, 12, 14 mensem Aprilem dici merito credendum est quasi aperilem. LYDVS de mens. 4, 64. ISID. orig. 5, 33, 7 aprilis pro Venere dicitur quasi Aphrodis ... vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem quasi aperilis. *vox igitur Suetoni esse videtur nisi iam est Varronis.*

aperimetros, ἀπερίμετρος. APVL. Plat. 1, 5 *deus* unus, ait *Plato,* aperimetros rerumque genitor. *V.*

aperio, aperuī, apertum, aperīre. [*ex* *ap-verio. *cf. c.* operire *et c. lituan.* at-veriu 'aperio', *ind.* apa-vr̥ṇōti 'detegit, aperit', *osc.* veruis, *umbr.* veres *abl. plur.* 'portā'. *Th.*] GLOSS. aperio ἀνοίγω, aperitis ἀνοίξατε, aperuit ἠνέῳξεν *sim.*; aperit ἐπιχειρεῖ (*ubi sunt qui* appetit ἐπιχειρεῖ *commendent*). SYMM. epist. 1, 13, 2 *et* VEN. FORT. carm. 5, 5, 100 aperibat. PLAVT. Truc. 763 aperibo. POMPON. Atell. 173 (Non. 506 aperibo *pro* aperiam) aperibo (*ubi Ribb.*[3] a, peribo *scripsit*). APVL. apol. 89 adperisse (*sic in F*; aperuisse *Krüger, Vliet*). CORP. XI 191 [ne quis] aperierit *arcam.* CIC. Att. 7, 3, 12 aperierimus (*codd.*; *locus corruptus*). [*ital. rum.* aprire, *francogall.* ouvrir, *hisp.* abrir. *M.-L.*]

I ***recludo*: 1** *de re claudente*: PLAVT. Capt. 830 ecquis hoc aperit ostium? Trin. 870 aperite hoc *scil. ostium* (TER. Ad. 634 aperite aliquis ... ostium. HIER. epist. 36, 11 aperuit mihi ostium. VVLG. I reg. 3, 15. IV 9, 3 *saepius*). Capt. 831 aperite hasce ambas fores. Mil. 527 aperitur foris. Most. 445 aperitin fores? (TER. Ad. 167 fores aperi. Eun. 284 VARRO rust. 1, 56. CIC. frg. 6, 49 forem scalarum. Plin nat. 8, 138 *de sciurorum cavernis et passim*). Bacch. 368 pandite atque aperite propere ianuam hanc (TIB. 1, 2, 10 PROP. 2, 9, 42 OV. ars 3, 456 *et saepius*). CIC. Phil. 3, 32 fratribus portas. 10, 13 Dyrrachii portas Bruto (Att. 8, 4, 3 LIV. 9, 16, 8 *et sic saepe*). inv. 2, 123 portas ... aperuit (CAES. civ. 1, 18, 2 BELL. Afr. 88, 6 Hisp. 16, 2 SALL. frg. 1, 14 LIV. 23, 18, 1. 24, 22, 4 *et passim*). LIV. 25, 9, 13 portulam. OV. rem. 411 fenestras (HIER. epist. 22, 26 fenestras apertas ad Hierusalem habuit. VVLG. gen. 8, 6 IV reg. 13, 17). met. 1, 172 atria nobilium valvis celebrantur apertis (COMM. apol. 690 SILVIA 43, 7). VARRO rust. 2, 7, 1 aperiam carceres et equos emittere incipiam. LIV. 24, 34, 9 murum ... crebris cubitalibus fere cavis aperuit (24, 446, 3). VELL. 2, 120, 2 limites. CALP. ecl. 5, 96 aperit cum vinea saepes (LEX Burg. lib. const. 27, 1 siquis sepem alienam ... ruperit, si ingenuus aperuerit, inferat ...). PLIN. nat. 5, 58 *aquae Nili* apertis molibus admittuntur. SIL. 4, 514 volat aggere aperto *consul.* STAT. Theb. 7, 800 ripis Ismenos apertis effugit. QVINT. decl. mai. 2, 2 *iuvenis* iterum flammas *incendii* aperit *matris servandae causa.* SCAEV. dig. 8, 2, 41 parietem. TERT. orat. 6, 29 claustra carceris. VVLG. gen. 8, 13 tectum arcae. cant. 5, 6 pessulum ostii. apoc. 6, 3 sigillum. *singulariter*: APOLL. TYR. 37 *Apollonius* a fronte comam aperit, hispidam ab ore removit barbam (*cf.* 37[a]). *translate*: CIC. epist. 13, 10, 4 quasi amicitiae fores aperiantur (HIER. epist. 120, 9). VAL. MAX. 6, 3, 9 omnibus et virtutibus ianuam claudit et delictis aperit (VVLG. psalm. 77, 23 ianuam caeli. AVG. civ. 15, 21 ianua mortalitatis). SEN. benef. 1, 15, 1 benignitatis fines introrsus referre et illi minus laxum limitem aperire. PLIN. nat. 2, 31 obliquitatem eius intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse. STAT. silv. 3 praef. 10 limen eius (*libri*) Hercules Surrentinus aperit. SVET. Tib. 28 non tantum ... otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus; si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis. HIER. epist. 112, 7 quia aperuisset deus gentibus ostium fidei (VVLG. act. 14, 26). VVLG. Iob 38, 17 portae mortis. 41, 5 portas vultus. psalm. 117, 19 portas iustitiae. Nah. 2, 6 portae fluviorum.

2 *de re clausa*: *recludere, patefacere*: **a** ***proprie*** *de vasis, cistis, armariis, lecticis, alvis, sim.*: PLAVT. Pseud. 840 omnes aperio patinas. Amph. 787 cistulam. CATO agr. 76, 4 testum. 126 vas (VITR. 8, 1, 5). 127 amphoram. CIC. Att. 9, 11, 1 lecticam (ad Q. fr. 2, 8, 2). LIV. 29, 19, 8 quod sacri thensauri moti aperti (*Σ, deest in cet. codd.*) violati essent. 40, 29, 5 arcas. SEN. epist. 78, 23 ostrea Lucrina. apocol. 3 capsulam. COLVM. 9, 8, 1 alvearia. 9, 8, 4 alvus. PETRON. 78 ampullam. LAVS Pis. 192 callidiore modo tabula variatur aperta calculus. PLIN. nat. 14, 135 dolia. TAC. hist. 1, 38. 1, 80 armamentarium. VLP. dig. 47, 2, 21 armarium. APVL. met. 6, 19 pyxidem. *de imaginibus, laribus*: CIC. Sull. 88 aperientur maiorum imagines. PROP. 4, 3, 54 aperit ... clausos ... puella Lares. SEN. contr. 7, 6 (24), 10 VOP. Tac. 19, 6. *de litteris, testamentis, libris*: RHET. Her. 1, 14, 24 antequam tabulas testamenti aperuit (QVINT. decl. 332 p. 306 PLIN. epist. 2, 20, 11 FRONTO 15, 1 N. IVL. dig. 35, 1, 21 GAIVS dig. 29, 3, 1 VLP. dig. 29, 3, 4 *et passim ap.* ICT.). CIC. Cat. 3, 7 litteras (3, 12 Att. 1, 13, 2 LIV. 33, 28, 14 VAL. MAX. 3, 8, 1 CVRT. 3, 13, 3 FRONTIN. strat. 1, 2, 6). Att. 10, 17, 1 epistolam (Att. 6, 3, 8. 5, 11, 7 PAP. dig. 31, 75). VELL. 2, 59, 1 Caesaris ... testamentum apertum est (PLIN. nat. 7, 177 QVINT. inst. 4, 2, 87 SVET. Aug. 17. 101 VEN. dig. 29, 5, 13 CALL. dig. 29, 5, 27 VLP. dig. 29, 3, 10 *et passim ap.* ICT. APVL. apol. 100). SEN. clem. 1, 15, 4 codicilli (IVL. dig. 30, 86 SCAEV. 31, 89, 7 *et saepius ap.* ICT.). VLP. dig. 29, 3, 12 exemplum *testamenti.* 29, 5, 3, 24 partem *testamenti.* VOP. Aur. 20, 5 Sibyllinos libros. AMM. 21, 4, 2 chartulam. VVLG. II Esdr. 8, 5 librum. apoc. 5, 2 quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius? *de aedificiis eorumque partibus*: PLAVT. Pers. 80 aperiuntur aedes. Most. 988 ecquis hasce (*aedes*) aperit? *et saepius.* CAT. 67, 40 tantum operire soles, *ianua*, aut aperire domum (OV. met. 1, 279 SEN. Herc. f. 138 dial. 7, 23, 2 TAC. hist. 2, 12). SEN. contr. 1, 1, 5 ecquid aperis mihi penates tuos? LAVS Pis. 218 dignare tuos aperire Penates. CIC. prov. 14 templa (AMM. 22, 5, 2). har. 31 magmentarium (acmentarium *al.*) Telluris. LIV. 1, 19, 2 Ianum ... indicem pacis bellique fecit, apertus, ut in armis esse civitatem, clausus pacatos ... populos significaret. 30, 17, 16 aedes sacras. PAVL. FEST. 250, 35 penus locus intimus in aede Vestae ... qui ... aperitur. PLIN. nat. 36, 21 aedicula. SILVIA 24, 9 loca sancta. EVTR. 9, 2 Ianum geminum. CAES. civ. 1, 14, 1 aerarium (LIV. 38, 55, 13 VAX. MAX. 3, 7, 1 d FLOR. 2, 13). LIV. 22, 42, 6 tabernacula. 23, 25, 2 tabernas. VITR. 5, 9, 9 ambulationes. TAC. ann. 2, 59 horrea (IAV. dig. 19, 2, 56

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Vvlg. gen. 41, 56; *inde* Am. 8, 5 frumentum, *graece* θησαυρόν). Sen. contr. 1, 4, 11 cubiculum. Sil. 13, 522 Stygiae ... formidinis aulam. 10, 525 thalami. Svet. Galb. 4 atrium. Pavl. sent. 2, 21, 35 conclave. *de sepulcris*: Cvrt. 10, 1, 30 sepulcrum Cyri. Pavl. sent. 1, 21, 6 Hier. epist. 120, 6 Vvlg. Ezech. 37, 13. 37, 12 tumulos. Corp. IX 984, *saepe*. *de urbibus, castris*: Verg. Aen. 7, 522 auxilium castris effundit apertis. 2, 60 Troiam ... aperiret Achivis (Sen. contr. 10, 5, 2 Sil. 13, 50 Stat. Theb. 12, 294 *et saepius*). *de portu*: Liv. 37, 15, 2 cui dubium esse, quin hostes extracturi demersas naves sint et minore molimento aperturi portum quam obstruatur (instruatur *cod.*)? Tac. ann. 16, 23 portui ... aperiendo curam insumpserat (*arenis ex ipso portu amoliendis*). *de rebus, quae publico usui destinantur*: Cic. epist. 9, 18, 1 Dionysius tyrannus ... dicitur ludum aperuisse. Prop. 2, 31, 1 aurea Phoebi porticus a magno Caesare aperta fuit. Liv. 1, 8, 5 locum ... asylum aperit. 1, 9, 5 ecquod feminis ... asylum aperuisset. Plin. nat. 12, 80 his commerciis Carra oppidum aperuere *Arabes*, quod est ibi nundinarium. Svet. gramm. 16 post ... damnationem mortemque Galli scholam aperuit. 28 ludum dicendi.

de viis, locis, regionibus, maribus, gentibus, sim., quae adiri antea non poterant: Lvcr. 1, 373 cedere squamigeris latices nitentibus aiunt et liquidas aperire vias. Verg. Aen. 11, 884 pars claudere portas; nec sociis aperire viam nec moenibus audent accipere orantes. Liv. 26, 45, 9 *dei* stagna auferrent viasque ante nunquam initas humano vestigio aperirent. 31, 46, 15 per apertum ruina iter. 27, 46, 10 aperire in Galliam iter Hannibali (43, 1, 9 Sen. Med. 458 Frontin. strat. 2, 6, 6). 42, 66, 7 armatis deicientibus ⟨per⟩ praeceps impedimenta — neque enim aliter via aperiri poterat. Cels. 7, 5, 2 inde aperta via caro diduci debet ferramento (*de corpore vulnerato*). Sen. nat. 6, 20, 2 *aqua* viam pondere aperit. Stat. Theb. 10, 869 cursu victor respirat aperto *amnis ponte diruto. nota*: Ed. Vlp. dig. 43, 11, 1 viam publicam iterve publicum aperire. *ibid.* viam aperire est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere (*cf. etiam p. 219, 1*). Corp. V 1862 hoc iter ... apertum (*et saepius*). Cic. Tusc. 5, 65 inmissi cum falcibus ... purgarunt et aperuerunt locum. *mire*: Liv. 4, 51, 2 tendendo ad sua quisque consilia, cum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum *Romani*. 33, 5, 12 nec loci multum aperit *ramus evolsus*. Cvrt. 3, 9, 12 laxare sese sinus montium et maius spatium aperire coeperant. Lvcan. 6, 272 *Padus super ripas effusus* ignotos aperit sibi gurgite campos. Tac. hist. 2, 25 aperire campum ... iubet *impedimentis vinearum removendis*. Flor. 2, 13 *flumen relapsum* pabulationibus (populationibus *codd.*) et pugnae campos aperuit. Cic. Arch. 21 populus Romanus aperuit ... Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione vallatum. Liv. 36, 17, 4 Asiam ... Syriamque et omnia usque ad ortum solis ditissima regna Romano imperio aperturos. 42, 52, 14 *maiores* incognitum famae aperuerint armis orbem terrarum. Sen. dial. 12, 13, 2 Britanniam (Mela 3, 49 tamdiu clausam). Cvrt. 3, 4, 4 Ciliciam. 7, 1, 3 Asiam. 9, 1, 1 Orientis fines (*cf.* 3, 10, 5). 9, 6, 20 aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui (*cf.* 9, 6, 22). Sil. 3, 644 *moles proruta* aperit fessis antiqui regna Latini. Tac. ann. 15, 27 apertis, quae vetustas obsaepserat. hist. 2, 17 aperuerat iam Italiam bellum. ann. 2, 70 si mors Germanici Suriam aperuisset, *sc. tutum sibi in S. regressum dedisset*. Flor. 1, 22 Europam. Vvlg. Ier. 13, 19 civitates austri clausae sunt, et non est, qui aperiat. Verg. Aen. 10, 13 *Carthago* exitium magnum atque Alpes inmittet apertas. Liv. 10, 24, 5 se aperuisse Ciminiam silvam. 27, 39, 11 hae causae aperuerunt Alpes Hasdrubali. 32, 14, 5 *fauces* fuga hostium aperuerat. 39, 32, 2 vastando agros ... saltum aperuit (Cvrt. 6, 5, 16). Sen. Phaedr. 18 qua Marathon tramite laevo saltus aperit (Lvcan. 6, 331). Mela 1, 6 *mare* angustum nec amplius decem milibus passuum patens terras aperit atque intrat. Plin. nat. 36, 2 promunturia aperiuntur mari et rerum natura agitur in planum. Tac. hist. 4, 64 omnes terras fortibus viris natura aperuit. Amm. 28, 8, 5 *Aegeum* lata aperiens terrarum divortia. Verg. Aen. 1, 146 vastas aperit syrtis *Neptunus* (Serv. ideo, quia harenarum congerie inpediente praeclusae ad navigandum erant; ergo inmisso in eas mari aptas ad navigandum facit. Non. 236 aperit: mitigat, placat. Gloss. navigabiles facit inmisso ⟨mari⟩). Cvrt. 4, 9, 21 amnis aperit vadum (8, 13, 8). Plin. nat. 2, 122 ver ... aperit navigantibus maria. Stat. silv. 5, 2, 43 aperire malignas torrentum nemorumque moras. Hier. epist. 108, 6 exacta hieme, aperto mari. Cvrt. 9, 4, 17 indomitis gentibus se obiectos ... ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. Val. Fl. 1, 169 pelagus quantos aperimus in usus (*cf.* 1, 7). Vvlg. Iudith 5, 12 fugientibus his deus caeli mare aperuit. Lvcan. 4, 352 tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas (Tac. Germ. 1 Agr. 22). Ambr. exam. 1, 9, 33 bonus auctor ita lucem dixit, ut mundum ipsum infuso aperiret lumine. Hier. epist. 53, 4 aperiebantur caeli Ezechieli (108, 1 *et saepius in* Vvlg.). 39, 3 paradisus. *de humo*: Qvint. decl. 298 p. 179 solum sulcis aperire. Tac. hist. 3, 25 humum. Pallad. 6, 3 agros incultos (*tit.* de proscindendis et aperiendis novis agris).

de arboribus, floribus, fructibus, sim.: Plin. nat. 12, 40 *arbor florem* noctu comprimens aperire incipit solis exortu. 15, 80 *culices* aperientes ora *ficorum*. 17, 100 inoculatio sutoriae simili fistula aperiendi in arbore oculum. 16, 57 aperitur picea ... non plaga, sed vulnere ablati corticis. 25, 148 sucus fit ... e radice punctis aperta. Tac. hist. 5, 6 venae (*ramorum*) aperiuntur. *de fontibus, venis, incilibus, sim.*: Rhet. Her. 4, 6, 9 fontes maximos penitus absconditos aperuisse. Vitr. 8, 3, 3 capita fontium, cum sunt angustiis compressa, ruunt in summo spiritus aquae bullitus, simul autem sunt latius aperti, ... residunt. Pavl. Fest. 212, 8 fontem Pegasus ictu ungulae fingitur aperuisse. Plin. nat. 3, 27, 1 an ... tellus ... aperiat fontes novos. Mela 2, 8 ille (*fluvius*) ... apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine exoritur. 3, 77 Euphrates immani ore aperto non exit tantum unde oritur, sed et vaste quoque decidit. Hier. epist. 51, 5 fontes abyssi. Lvcr. 5, 812 *natura terram* sucum venis cogebat fundere apertis (Sen nat. 3, 15, 5). Sen. nat. 6, 4, 1 *quid* aperiat aliquando aquarum calentium venas (Tac. hist. 5, 3 Moyses largas aquarum venas aperit. Vlp. dig. 43, 12, 9 novas *venas* quaerere vel aperire). Plin. nat. 18, 230 incilia aperire (Tac. ann. 12, 57 aquarum iter *sc. fossam incilem*). Vitr. 1, 22 lacum aperuit in mare (Vvlg. psalm. 7, 16).

de aere, nimbis: Apvl. mund. 3 *aer* reciprocis flabris aperitur et in nimbis vehementibus rumpitur. Hier. epst. 51, 5 in diluvio apertas *esse* cataractas caeli (Vvlg. gen. 7, 11). Vvlg. deut. 28, 12 aperiet dominus thesaurum suum optimum, caelum, ut tribuat pluvium terrae.

de rebus nascentibus, quas natura effert: Varro ling. 6, 33 magis puto dictum quod ver omnia aperit Aprilem (Fast. Praen. 235 quia fruges, flores animaliaque ac maria et terrae aperiuntur *mense Aprili*. Ov. fast. 4, 87. Cens. 22, 11 Aprilem *nominatum credit Varro* ab aperiendo, quod ... nascendi claustra aperiat natura). Hor. carm. saec. 13 maturos aperire partus. Colvm. 10, 400 canis Erigones flagrans Hyperionis aestu arboreos aperit fetus. Plin. nat. 18, 337 hic (*apeliotes*) ver incohat aperitque terras (*cf.* Ivv. 7, 103. Vvlg. prov. 27, 15 aperta sunt prata et apparuerunt herbae virentes). 23, 107 uvam in his (*malis Punicis*) ac ne mustum quidem, sed protinus vinum aperuit natura. Tert. an. 10, 26 partus aperitur. Nem. cyn. 125 fecundos aperit partus matura gravedo. *de cavernis, faucibus, foraminibus, sim.*: Ov. met. 15, 345 *tellus* has finire potest, illas aperire cavernas. Verg. Aen. 7, 570 vorago pestiferas aperit fauces. Vitr. 10, 8, 3 *plinthidum* itus et reditus alias obturat, alias aperit terebrationes (*cf.* 10, 8, 6). 10, 8, 6 foramina. Sen. Tro. 178 scissa vallis aperit immensos specus. Sil. 12, 128 palus ... fauces laxat et horrendos aperit telluris hiatus. Qvint. inst. 11, 3, 20 apertis foraminibus tibiae. Vvlg. IV reg. 12, 9 aperuit ... foramen desuper. num. 16, 30 ut aperiens terra os suum deglutiat eos (*sic saepius*). *de aditu, exitu, ostio*: Liv. 44, 6, 1 omnis ... aditus aperit bello. Mela 3, 42 Oxos ... inter Amardos et Pesticos os aperit. Ascon. Pis. 13 domus exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Vvlg. II Macc. 1, 16 aperto ... occulto aditu templi. Avg. civ. 7, 2 Ianus cum puerperium concipitur ... aditum aperit recipiendo semini. Liv. 28, 14, 19 ne aperirent mediam aciem venienti ex adverso hosti. Sen. Herc. O. 1158 scindet ... latus montis aperti nondum Enceladus. Mela 1, 72 *specus Corycius* grandi hiatu patens montem litori adpositum ... aperit. 2, 95 is (*mons*) ... medium latus aperit, atque inde ingressis ... patet specus. Stat. silv. 3, 2, 28 Zephyris aperite sinus (*velorum*).

de corpore: Varro Men. 405 (*vers.*) fera qui manu corporis fervidos fontium aperis lacus sanguinis teque vita levas ferreo ensi. Cic. nat. deor. 3, 70 gladio vomicam *Iasonis* aperuit. Priap. 32, 5 *puellae* viscera non aperta ... per pellem ... videre. Prop. 4, 1, 42 venter apertus equi *Troiani*. Ov. fast. 1, 347 percussi viscera tauri. epist. 8, 53 iugulum (Sen. dial. 3, 2, 2 Lvcan. 6, 555 Ivv. 4, 110 *al.*). Cels. 1 prooem. sic vulnerari, ut interior aliqua pars *homini* aperiatur. Sen. Ag. 305 nil moror iussu tuo aperire ferro pectus. Lvcan. 9, 759 ferroque aperire tumentis ... venas. Ivv. 9, 98 sumere ferrum, fuste aperire caput ... non dubitat. Tac. ann. 16, 19 incisas venas ... obligatas aperire rursum. Vvlg. Ioan. 19, 34 lancea latus eius aperuit. Verg. Aen. 2, 246 fatis aperit Cassandra futuris ora (Ov. met. 15, 557 venturis. Apvl. apol. 8 maledictis et calumniis). Scrib. Larg. 54 *et* 101 aperire os (Pelagon. 267 *equus* nec aperire os aut oscitare potest; *cf.* Veg. mul. 5, 46, 1). Petron. 102 apertis ... aliquatenus labris (*hominum pro sarcinis efferendorum*). Plin. nat. 10, 15 in tantum superiore adcrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat. Val. Fl. 7, 360 rostrum. Qvint. inst. 11, 3, 167 fauces. Vvlg. Iob 11, 5 utinam deus ... aperiret labia sua tibi. Hier. epist. 147, 3 aperi os tuum. 17, 1 tamquam mutus non aperiens os suum. Apvl. apol. 89 digitos (*in computando*). Tert. bapt. 7, 20 *cum* primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de patre ... peculia gratiae. Vvlg. deut. 15, 11 aperias manum fratri tuo egeno et pauperi (psalm. 103, 28 *et saepius*). Hier. epist. 48, 6 aperiant ... aures obtrectatores mei (117, 9 *et saepius in* Vvlg.). Sor. gyn. 63 quomodo parturientem collocare debemus? ... conduplicatis ... pedibus et apertis (66). *t. t. medicorum*: Cic. ac. 2, 122 medici *corpora hominum* aperuerunt, ut viderentur (*cf.* Tusc. 1, 46). Cels. 5, 18, 25 p. 170 strumae aperiendae. 5, 28, 4 p. 209 pusulae ... acu aperiendae. 5, 28, 11 p. 212 ubi vel per ipsa medicamenta vel etiam ferro aperta est suppuratio (Sor. gyn. 2, 21, 68 collectiones). 7, 7, 7 p. 276 fistula. 5, 26, 27 p. 194 vulnus (7, 5, 1). 6, 13 p. 251 locus (7, 2 p. 265. 8, 4 p. 334). 8, 4 p. 334 si nondum satis cutis patefacta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est, latius aperienda est. COLVM. 6, 12, 1 inter duos ungues cultello leviter aperies *ungulas* (6, 12, 3). AVG. civ. 22, 8 quem (*sinum*) ferro aperire debuerant. SOR. gyn. 2, (18), 10 orificium ... matricis ... digito circumducimus et latenter aperimus. 2, (19), 29 ferramento occipitio aperiendum est caput, ut effuso cerebro breviari caput possit. CELS. 5, 4 p. 161 aperiunt tamquam ora (*venarum*) in corporibus cinnamomum, balsamum .... SCRIB. LARG. 264 *malagma* discutit vomicas aut aperit (106. 263 suppurationem). 216 emplastrum ... aperit et educit pus. PLIN. nat. 24, 73 cortex eius (*virgae*) interior cicatrices, quae praesanuere, aperit. 30, 125 *vermes* per se impositi mammarum suppurationes concocunt et aperiunt extrahuntque. 22, 141 *faba* tumores maturat atque aperit (26, 139 tubera. 20, 180 furunculos. 23, 117 ulcera. SER. SAMM. 743 tumorem). 23, 59 *acetum* scillinum transitum auditus aperit. 30, 74 panos aperit sebum. 20, 136 *ruta* vulvas aperit (21, 118. 22, 32. 20, 162 strangulationes vulvae). FORTVN. rhet. 3, 17 *frigidis potionibus* indurantur arteriae, calidis autem aperiuntur. VVLG. gen. 30, 22 exaudivit eam et aperuit vulvam eius (29, 31). exod. 34, 19 omne, quod aperit vulvam, generis masculini, meum erit (*et saepius*). *de ipsis hominibus, animalibus*: VAL. FL. 6, 552 illum aperit lato per pectus hiatu. IVV. 6, 392 aperta palluit agna *femina*. SOR. gyn. 2, 34 tit. qua disciplina, organo aperiendae sint mulieres. APIC. 6, 256 turtures: aperies, ornabis (onerabis *Schuch*) diligenter.

absolute: PLAVT. Most. 937 heus, rĕclude, heus, Tranio, etiamne aperis? Merc. 131 aperite aliquis. Amph. 788 aperi modo (Curc. 81 Men. 674 Pseud. 1284 Rud. 1143 Stich. 309 Trin. 803). VARRO rust. 2, 4, 20 aperiunt *subulci*, ut exire possint *porci* (1, 63). VITR. 7, 12, 1 post certum tempus aperientes inveniunt ... cerussam. CELS. 5, 18, 25 p. 170 quaedam malagmata ... aperiendi vim habent (5, 18, 26 PLIN. nat. 28, 227). CVRT. 4, 2, 17 illo (*Hercule*) duce, illo aperiente in urbem intrare se visum. PETRON. 16 cum ... rogaremus, quis esset, 'aperi' inquit 'iam scies'. TERT. bapt. 7, 20 pulsatis et apertum est vobis (VVLG. Matth. 7, 7. 22, 26. 25, 11 *et saepius*). *singulariter ap. christ.*: OPTATVS 14, 21 bene subduxisti anulum iis, quibus aperire non licet ad fontem. 44, 15 ad fontem verum aperire non possunt.

phrases translate: SEN. epist. 23, 4 paupertati domum aperire. SEN. epist. 70, 16 scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via. OV. trist. 4, 5, 5 veritus non es portus aperire fideles confugiumque rati. CVRT. 8, 5, 8 hi (*adulatores*) ... caelum illi (*Alexandro*) aperiebant. APVL. apol. 55 quantus ... campus calumniis hoc Aemiliani tramite aperiatur (AVG. civ. 21, 6 SIDON. epist. 1, 11, 13). AVG. civ. 9, 11 voraginem ... sectandis perditis moribus. SIDON. epist. 1, 2, 8 absolutionis portus. CIC. Verr. 6, 181 si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimini (SEN. clem. 1, 15, 5 SIL. 8, 245 TAC. ann. 13, 37 AMBR. Is. 3, 6 AVG. civ. 3, 4. 15, 2). CIC. off. 2, 55 nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit. Att. 5, 1, 2 de Oppio factum est, ⟨ut⟩ volui, et maxime quod DCCC aperuisti. STAT. Theb. 12, 547 subitae cui (*Theseo*) maxima laudis semina de nostris aperit Fortuna ruinis. VVLG. Iob 29, 19 radix mea aperta est secus aquas. CIC. Phil. 14, 5 sceleris fons aperietur (ad Brut. 1, 10, 3 *cf.* 1, 9, 19). Tusc. 1, 6 philosophiae fontes (inv. 1, 49 QVINT. inst. 6, 1, 51).

CIC. Verr. 1, 17 aperto suspicionis introitu. HOR. sat. 1, 4, 89 condita ... verax aperit praecordia Liber (OV. ars 1, 241 aperit mentes ... simplicitas, artes excutiente deo *sc. Baccho*. VICTORIN. carm. 13 in ... novos aperi praecordia sensus). QVINT. decl. 332 p. 308 aperui pectus et conscientiam protuli (MART. CAP. 1, 25). TAC. hist. 3, 21 is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. LACT. mort. pers. 2, 2 aperuit *Christus* corda eorum *scil. discipulorum* (AVG. civ. 18, 32. VVLG. iud. 16, 18 *et saepius*). AMM. 16, 8, 12 proximorum fauces aperuit ... Constantinus, sed eos ... signavit Constantius. 29, 1, 19 novos hiatus aperientium (*de avaris*).

b ***translate*:** VERG. georg. 1, 217 candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. STAT. silv. 4, 1, 2 insignem aperit Germanicus annum. PLIN. paneg. 58 contigit ergo privatis aperire annum fastosque reserare. CARM. inc. (poet. min. V p. 83) Theodosius ... ter quinis aperit cum fascibus annum (CLAVD. 28, 640). SYMM. epist. 1, 13, 2 primores kalendas Ianus (ianuarias *V*, ianuarius *Γ*) aperibat. COD. Iust. 12, 48 (49), 1 votis communibus felix annus aperitur. OV. fast. 4, 89 Aprilem memorant ab aperto tempore dictum. SEN. Ag. 430 aurata primas prora designat vias aperitque cursus. LVCAN. 1, 68 fert animus causas expromere rerum immensumque aperitur opus, quid in arma ... impulerit populum. CIC. Marc. 2 mihi meae pristinae vitae consuetudinem ... interclusam aperuisti. LIV. 4, 53, 9 praedatores ... occasionem aperuere ad invadendum (9, 27, 2 TERT. nat. 3, 1, 16 CAPITOL. Opil. 11, 1. *v. p. 213, 35*). TAC. ann. 4, 50 ne ad ambigua sonitus aut simulationem quietis casum insidiantibus aperirent. HIER. epist. 123, 4 secunda ... et tertia incontinentibus aperit matrimonia, ut a Satane abstrahat. VVLG. Os. 2, 15 dabo ei ... vallem Achor ad aperiendam spem. COD. Iust. 1, 17, 2, 22 licentiam aperimus, ex ... tali codice ... aliquid recitare. 5, 27, 12, 4 iura ... ab intestato ... nemini penitus aperimus. 4, 21, 21, 4 sopita iam negotia per huiuscemodi viam iterum aperiantur. 1, 19, 8 ut responsuro principi vera precatio rem aperiat cognoscendam. LEX Burg. lex Rom. 10, 7 proavo et proavie locus successionis aperitur. *singulariter*: PLIN. nat. 2, 67 qui ut coarguantur, aperienda est subtilitas immensa et omnes eas conplexa causas.

3 ***reflexive*: a** *cum pron.*: CIC. div. 1, 74 valvae clausae repagulis ... se ipsae aperuerunt. 2, 67 valvae clausae se aperuerunt. PAVL. FEST. 169, 19 granum fabae se nascendi gratia aperit (PLIN. nat. 21, 165 flos. MACR. sat. 1, 12, 14 arbores). MELA 1, 102 sese ingens Pontus aperit (HIER. epist. 125, 3). PLIN. nat. 33, 131 se ipsa opercula aperiant. 5, 99 Taurus ... ubi dehiscit seque populis aperit (SILVIA 1, 1). 20, 48 vulvas contractas aperire se (SOR. gyn. 66ª. 2, 20, 31). SIL. 4, 646 quo ... aperis te fonte, premam. QVINT. inst. 1 prooem. 3 latius se tamen aperiente materia. HIER. epist. 77, 6 ut maior nobis ... se laudum eius campus aperiret. **b** *passive*: CELS. 7, 2 p. 264 efficere, ut per se pus aperiatur. 7, 29 p. 317 digitum continere, donec iterum id os (*vulvae*) aperiatur. SEN. nat. 6, 9, 2 hiatus vasti aperiuntur. CVRT. 6, 4, 7 os amnis aperitur. MELA 1, 73 ubi ad ima perventum est, rursum specus alter aperitur. 1, 113 *lacus*, qua mari propior est, nisi ubi aperitur, quasi margine obductus. 3, 8 ab his promunturiis in illam partem, quae recessit, ingens flexus aperitur. PLIN. nat. 13, 108 sole occidente papavera ... comprimi ... ad ortum autem aperiri. 16, 30 is (*nucleus*) crescit hieme, aperitur vere. FLOR. 1, 41 qua primum maris nostri limen aperitur. HIER. epist. 120, 9 aperiuntur inferi, mortui ambulant, saxa rumpuntur.

4 ***usu neutro*:** PLAVT. Pers. 300 foris aperit. Aul. 411ª aperit bacchanal.

II ***operta, tecta detegere, ostendere*: 1** ***proprie*:** NON. 236 aperire, erigere, ostendere. GLOSS. aperire montes, ostendere. GLOSS. aperit, ostendit, revelat. CATO agr. 161, 2 semen stramentis ... operito, ... deinde ... aperito. VERG. Aen. 6, 406 aperit ramum, qui veste latebat (CIRIS 280 SVLP. SEV. dial. 1, 32, 2). VITR. 8, 1, 4 summa fossura operiatur harundinibus aut fronde, supra terra obruatur, tum postero die aperiatur. PHAEDR. 5, 5, 37 at ille profert ... porcellum ... turpemque aperto pignore errorem probans .... LVCAN. 10, 148 bella gerenti divitias aperire suas. PLIN. nat. 16, 108 quae (*arbores*) cummim gignunt, post geminationem aperiunt. 9, 166 refossa ova. STAT. Theb. 7, 614 aperto ense. HIER. epist. 77, 5 aperuit cunctis vulnus suum. VERG. Aen. 1, 107 his unda dehiscens terram inter fluctus aperit. 3, 206 terra ... visa aperire procul montes. LIV. 22, 19, 7 aperientibus classem promunturiis. 29, 27, 12 ventus ... coortus nebula disiecta aperuit omnia (omnibus *Madv.*) Africae litora. SEN. epist. 94, 56 properantis mundi volubilem cursum interdiu terrena aperientem, nocte caelestia. CVRT. 7, 3, 10 ⟨nix⟩ discussa aperire humum coepit. LVCAN. 9, 777 vincula nervorum et laterum textura cavumque pectus et abstrusum fibris vitalibus: omne, quidquid homo est, aperit pestis. TAC. hist. 2, 77 aperiet et recludet contecta et tumescentia victricium partium volnera bellum. OV. fast. 1, 681 caelum ventis aperite (*dei*) serenis. SEN. clem. 2, 7, 4 *agricolae* quibusdam (*arboribus*) aliena umbra laborantibus caelu⟨m⟩ aperiunt. AVIEN. Ar. 1595 caelo rursus aperto. LVCR. 5, 778 *sol et luna* aperto lumine rursum omnia convisunt clara loca candida luce (*antecedit* offecto lumine). LIV. 22, 6, 9 cum ... dispulsa nebula aperuisset diem (26, 17, 14). VITR. 6, 6, 7 in eo loco lumen erit sine impeditione. sin autem officient trabes aut limina aut contignationes, de superioribus partibus aperiatur et ita inmittatur. SEN. Oed. 121 aperit ... lucem Phoebus. nat. 2, 18 *fulguratio est* aeris diducentis se corruentisque iactatio languidum ignem nec exiturum aperiens. VAL. FL. 7, 548 nunc totas aperite et volvite flammas (*de tauris*). AMBR. exam. 1, 9, 35 lucis ortus ante quam solis diem videatur aperire. LIV. 3, 15, 9 lux ... aperuit bellum ducemque belli. 27, 2, 10 lux fugam hostium aperuit. CVRT. 8, 14, 2 liquidiore luce aperiente aciem hostium. PETRON. 79 neque fax ulla in praesidio erat, quae iter aperiret errantibus. TAC. Agr. 38 proximus dies faciem victoriae latius aperuit. hist. 4, 29 novam aciem dies aperuit. *singulariter*: APVL. met. 7, 26 nec uspiam ruris aperitur ille *puer* (reperitur *Oudend.*). *de corpore*: ANON. gramm. VII 542, 13 caput aperit, nudat. CIC. off. 1, 129 si quo casu evenerit, ut corporis partes quaedam aperiantur. STAT. Theb. 6, 571 membrorum ... omnis aperta est laetitia. HIER. epist. 117, 7 si de industria dissuta sit tunica, ut aliquid intus appareat operiatque, quod foedum est, et aperiat, quod formosum. CIC. Phil. 2, 77 homo ... caput aperuit (*antecedit* capite obvoluto). SALL. frg. 5, 20 Sullam dictatorem uni sibi descendere equo, assurgere sella, caput aperire solitum. PLIN. nat. 28, 60 capita autem aperire aspectu magistratuum. MART. 3, 3, 4 aut aperi faciem, aut tunicata lava. IVV. 6, 467 tandem aperit vultum. HIER. epist. 130, 18 nec pallio revelato (*v. l.* revoluto) cervices aperit. AVELL. 106, 22 ad omnem ferientis ictum pectus aperitur. CIC. Mil. 85 tu ... ex tuo edito monte, Latiaris sancte Iuppiter, ... aliquando ad eum poeniendum oculos aperuisti. nat. deor. 2, 142 palpebrae ... aptissime factae et ad claudendas pupulas ... et ad aperiendas. CELS. 7, 7, 6 p. 275 interdum inter se palpebrae coalescunt aperirique non potest oculus. CVRT. 5, 5, 8 Iovem tandem Graeciae ultorem aperuisse oculos. 7, 5, 37 aperiat ad hoc spectaculum oculos Dareus. LACT. inst. 4, 26, 4 *Christus* aperuit caecorum lumina (HIER. epist. 22, 3). VVLG. IV reg. 19, 16 aperi, domine, oculos tuos et vide (*et sic saepius*). IV reg. 6, 20 domine, aperi oculos istorum, ut videant (*et saepius ap. christ.*). AVG. civ. 13, 24 in suam nuditatem oculos aperuerunt. *phrases translate*: CIC. Planc. 16 *tabella* frontes aperit hominum,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mentes tegit. PLIN. nat. 2, 43 non sumus ... grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac luce (*luna*). M. CAES. Fronto p. 56, 13 N. non desinis viam me veram inducere et oculos mihi aperire, ut volgo dicitur. LACT. inst. 4, 26, 4 ut ... oculos cordis aperiret Christus.

reflexive: *cum pron.*: CIC. nat. deor. 2, 52 Saturni stella multa mirabiliter efficiens tum ... delitiscendo, tum ... rursum se aperiendo (PLIN. nat. 18, 210). VERG. Aen. 7, 448 tanta ... se facies *Erinyos* aperuit. AETNA 472 aperit se hostis. SEN. epist. 67, 1 ver aperire se coepit. CVRT. 4, 7, 11 ut aperuere se campi alto obruti sabulo. PLIN. nat. 31, 41 *aqua Marcia* mox in specus mersa in Tiburtina se aperit (aperint *codd.*). *passive*: CIC. nat. deor. 2, 51 *stellae* tum occultantur, tum aperiuntur. VERG. Aen. 8, 681 patrium ... aperitur vertice *Augusti* sidus. 3, 275 aperitur Apollo (*de templo*). GERM. 672 claris aperitur flexibus Anguis. LVCAN. 6, 655 voltus ... aperitur crine remoto. AMM. 26, 9, 1 aperto iam vere. *singulariter*: STAT. Theb. 10, 461 ni pectore toto obstet aperta parens (*avis*) et amantibus increpet alis *pullos*. *usu neutro*: CELS. 1, 2 minimeque nubilo caelo, soli aperienti se committere.

2 ***translate*: a** *ostendere, prodere, patefacere sive factis sive dictis*: PLAVT. Cist. 3 quom ego antehac te amavi et mi amicam esse crevi ... et matrem tuam, tum id mihi hodie aperuistis, tu atque haec. PVBLIL. A 41 amicum an nomen habeas, aperit calamitas. NEP. Dion 6, 4 aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle. 8, 2 quod inimici eius dissidenti suos sensus aperturi forent. Pelop. 3, 2 accessit quod etiam magis aperiret eorum dementiam. Att. 9, 5 aperiens (aperire *codd.*, apparere *Madv.*) se non fortunae, sed hominibus solere esse amicum. LIV. 4, 12, 11 acerba inquisitione aperiret magis quam levaret inopiam. 26, 10, 8 nec comprimi tumultus aperirique error poterat. 28, 44, 8 multa, quae nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet. GRATT. 368 illa gravis labes ..., cum ... sera ... aperitur noxia summa. SEN. dial. 4, 22, 3 veritatem dies aperit. benef. 2, 25, 2 id agamus, ut voluntas nostra non lateat, sed aperiatur et luceat. 5, 14, 2 latro est, ... qui ... habet spoliandi atque interficiendi voluntatem; exercetur et aperitur opere nequitia, non incipit. 7, 1, 7 conscientiam suam dis aperuit semperque tamquam in publico vixit. epist. 42, 3 multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia, non minus ausura, cum illis vires suae placuerint, quam illa, quae iam felicitas aperuit. CVRT. 5, 9, 9 repperisti exoptatum tibi tempus, quo parricidium aperires. PLIN. nat. 34, 54 *Phidias* primus ... artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur (QVINT. inst. 8, 11 *genus orationis* demonstrativum solam petit audientium voluptatem ideoque omnes dicendi artes aperit ornatumque orationis exponit). VAL. FL. 7, 32 vultus vocesque paratas ante aperit. 3, 371 *Aesonides* dulcibus indulget lacrimis aperitque dolorem. 6, 459 *Saturnia* veros metuens aperire timores. AMM. 29, 1, 28 aperiunt negotii fidem. HIER. epist. 109, 4 nostram fidem aperuimus. VVLG. prov. 13, 16 astutus omnia agit cum consilio; qui autem fatuus est, aperit stultitiam. SED. carm. pasch. 2, 107 impius iram rex aperit. PLAVT. Truc. 763 ego edepol iam tua probra aperibo omnia. Truc. 795 mea nunc facinora aperiuntur (QVINT. decl. 307 p. 209). Men. 738 iam ego aperiam istaec tua flagitia (CIC. Sull. 7 APVL. met. 9, 31). MATIVS Cic. epist. 11, 28, 8 tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit *Trebatius*. CIC. Mil. 44 cum ille non dubitarit aperire quid cogitaret (Phil. 5, 6 NEP. Them. 8, 6 Paus. 4, 6 Dat. 1, 2 Eum. 13, 3 Alc. 9, 5 CVRT. 8, 6, 20 AVG. civ. 16, 30 *et saepius*). Cluent. 66 omnia, quae in diurna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. ac. 2, 62 res occultissimas aperueris in lucemque protuleris. frg. 7, 1 studia consilia cogitationes eorum (*hominum nobilissimorum*) aperiam? (*sic saepius de consilio, sententia, voluntate, meditatis; cf.* CIC. de orat. 1, 84 SALL. Cat. 22, 2 NEP. Dion 8, 5 CVRT. 7, 4, 14 VAL. FL. 6, 432 SIL. 11, 314 TAC. hist. 2, 16 dial. 16 VVLG. psalm. 48, 5 Esth. 5, 8 COD. Iust. 6, 23, 27, 2). Cluent. 73 res neque tam fuerat occulta quam erat occultanda neque tam aperta quam rei publicae causa aperienda (inv. 1, 81 fin. 1, 32 SALL. Cat. 41, 4. 45, 1 LIV. 1, 5, 5. 24, 24, 2. 26, 38, 7 *et saepius*). Cluent. 50 aperiebatur causa insidiarum (SALL. Cat. 58, 3 CVRT. 7, 1, 13 *et saepius*). Sex. Rosc. 60 aperiri bonorum emptionem. Cluent. 101 tota vita ... aperiebatur, egestas domestica ... in medium proferebatur. Sull. 14 insidias (CVRT. 6, 7, 6 TAC. ann. 14, 12). SALL. Cat. 40, 6 coniurationem (VELL. 2, 34, 4). 47, 1 omnia, uti gesta erant (LIV. 37, 11, 3). Iug. 33, 3 socios sceleris. 33, 4 verum (TAC. ann. 13, 44. VVLG. iud. 16, 17 veritatem rei). OV. met. 9, 602 meos aperire furores *amoris* (APVL. met. 9, 18 ei amorem suum aperit). 8, 706 iudicium superis aperit commune Philemon. LIV. 44, 36, 8 ne his ⟨quidem⟩ cunctationem aperuerat suam. CVRT. 6, 7, 18 huic ... aperit, quae ex fratre conpererat. STAT. Ach. 1, 586 dolos. TAC. ann. 16, 15 iussu imperatoris Ostorio aperit. 15, 51 merita erga Neronem sua et quam in inritum cecidissent, aperit. hist. 4, 83 sacerdotibus nocturnos visus. Germ. 22 secreta pectoris (Agr. 25 maris. APVL. met. 10, 23 tacitum secretum. VLP. dig. 4, 8, 3 secreta negotii). PLIN. epist. 5, 6, 42 cur non aperiam tibi vel iudicium meum vel errorem? *de rebus futuris*: VERG. Aen. 6, 12 cui Delius ... vates aperit futura (TAC. hist. 2, 5). 12, 26 haud mollia fatu. OV. met. 15, 559 casus futuros. LVCAN. 5, 200 suprema ruentis imperii caesosque duces et funera regum et tot in Hesperio conlapsas sanguine gentes cur aperire times? PLIN. nat. 2, 141 fata quae lateant. AVIEN. Ar. 1403 sol quoque venturas aperit tibi saepe procellas. AMM. 21, 1, 11 ventura. PHYSIOG. 24 qui quidem (*oculi*) sicci satis feros mores aperiunt. *reflexive*: *cum pron.*: TER. Andr. 632 coacti necessario se aperiunt (*scil. quales sint demonstrant*). NEP. Paus. 3, 7 exspectandum, dum se ipsa res aperiret. LIV. 2, 12, 7 ne ignorando regem semet ipse aperiret, quis esset. VAL. FL. 2, 218 quae se aperit series *monstrorum*? SIL. 3, 530 ardua ... sese aperit fessis et nascitur altera moles. QVINT. decl. 324 p. 276 quo tempore aperuerit se culpa. *passive*: OV. ars 3, 371 tum sumus incauti studioque aperimur in ipso. PLIN. nat. 4, 96 incipit inde clarior aperiri fama ab gente Inguaeonum. SIL. 17, 603 talis ... prostratis facies aperitur dira maniplis. 12, 665 laeta serenati facies aperitur Olympi. TAC. ann. 4, 71 ut cunctationes principis aperirentur (*M*, opperiretur *Muretus*). SIDON. epist. 1, 9, 4 Avieni animus totis et cito ... aperiebatur.

b *obscura inlustrare, explicare, exponere*: PACVV. fab. inc. 12 de istoc aperit ipsa oratio. PLAVT. Trin. 17 sed de argumento ne exspectetis fabulae: senes qui huc venient, ei rem vobis aperient (TER. Ad. 23). VARRO ling. 5, 8 philosophia ... ea quae in communi essent, aperire coepit, ut a quo dictum esset oppidum, vicus, via. 5, 13 nec vinalia sine vino expediri nec curia calabra sine calatione potest aperiri. 8, 23 quae cuius modi sint aperientur infra. 5, 93 ut in proximo libro aperietur. 6, 37 si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentum milium simplicium verborum causas aperuerit una (RHET. Her. 4, 49, 62. CIC. inv. 1, 31 ad aperiendam causam. PROP. 4, 10, 1 Iovis ... causas aperire Feretri. SIL. 1, 17 causas irarum odiumque ... et mandata nepotibus arma fas aperire mihi superasque recludere mentes). RHET. Her. 1, 3, 4 divisio est, per quam aperimus, quid conveniat. 1, 4, 7 quomodo quidque effici possit (*et sic saepe*). 2, 1, 2 genera constitutionum et earum partes. CIC. de orat. 2, 130 aperiamus ... capita ea, unde omnis ... disputatio ducitur. fin. 2, 5 quid quidque sit. 2, 18 quid sit voluptas. 1, 30 occulta quaedam et quasi involuta. ac. 1, 9 tu (*Varro*) aetatem patriae, tu discriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem (sedum *al.*) regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque nomina, officia, causas aperuisti. Tusc. 4, 53 quae ... istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam? div. 2, 2 libri ... res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. SALL. Cat. 53, 6 naturam et mores *Catonis et Caesaris*. OV. fast. 1, 446 mentes *deorum*. MANIL. 1, 32 sublimis aperire vias *siderum*. VITR. 1 prooem. 3 his voluminibus aperui omnes disciplinae rationes. 9, 6, 2 disciplinam. SEN. epist. 79, 5 non praeripuisse mihi videntur, quae dici poterant, sed aperuisse. 95, 61 quaedam admonitionem in philosophia desiderant, quaedam probationem ... quia involuta sunt vixque summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. PLIN. nat. 2, 49 certior ex utroque vastitas solis aperitur. 31, 43 varietatem naturae. SIL. 13, 636 tuos ortus ... aperire datur nobis. 9, 340 speramusne ... mortali totum hunc aperire in saecula voce posse diem (*pugnae Cannensis*)? STAT. Theb. 6, 360 *Apollo* orsa deum ... tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat. QVINT. inst. 9, 2, 93 figuras. 10, 1, 91 cui magis suas artes aperiret familiare numen Minervae? TAC. hist. 5, 2 primordia eius (*urbis*). TERT. nat. 3, 1, 20 patet iam hinc vobis, quantum aperire potuerimus e pauculis istis libellulis, erroris inspectio et veritatis recognitio. CAPITOL. Opil. 12, 3 longum est eius crudelitates omnes aperire. AMM. 15, 1, 1 residua quae secuturus aperiet textus (26, 4, 3. 28, 6, 1). AMBR. Is. 8, 77 aperire scripturas (HIER. epist. 18, 6. 22, 17 *et saepius apud christ.*). HIER. epist. 106, 7 cuius rei vobis sensum breviter aperiam (VVLG. Luc. 24, 45). AVG. civ. 1 pr. sententiam divinae legis. 6, 9 theologiam tam diligenter exponendo et aperiendo. 17, 15 aperiam, quid in psalmis David de domini Iesu Christo vel eius ecclesia prophetaverit. MART. CAP. 6, 589 praecepta artis. VARRO ling. 2, 9 *canibus cibaria diligenter praebenda sunt, ne μῦθον* aperiant de Actaeone atque in dominum adferant dentes. CIC. fin. 4, 67 perspicuis ... dubia aperiuntur. Tusc. 4, 55 rhetorum mysteria. Att. 7, 13 b quo (*aenigmate*) aperto reliqua patebant. QVINT. inst. 12, 2, 10 ambigua. TAC. ann. 11, 34 ambages. TERT. nat. 3, 2, 8 somnium. VVLG. Dan. 2, 47 sacramentum. COD. Iust. 1, 14, 12, 4 legum aenigmata solvere et omnibus aperire.

III ***aperiendo efficere*: 1** *proprie*: VARRO rust. 1, 51, 1 *ne rimae* ostia aperiant muribus et formicis (PLIN. nat. 9, 32). CORP. X 1781 (*lex parieti faciendo Puteolana a. u. 649*) in eo pariete medio ostiei lumen aperito latum p. VI altum p. VII facito. LIV. 1, 55, 5 aperientibus fundamenta templi. COLVM. 8, 3, 4 infra tabulata maiores fenestrae aperiantur. PETRON. 89, 7 aperitur ingens antrum et obducti specus, qui castra caperent (*de equo Troiano*). MELA 3, 72 *mare* quas ripas inflexerat bis inrumpit duosque interum sinus aperit. PLIN. nat. 37, 105 cum lapicidinae quaedam aperiantur (IAV. dig. 23, 5, 18 lapidicinas marmoreas). FRONTIN. strat. 2, 12, 2 scrobes. TAC. Germ. 16 subterraneos specus. VLP. dig. 39, 2, 24, 12 (*ex* TREB.*?*) in domo mea puteum aperio. 7, 1, 13 refugia *domus*. SCAEV. dig. 8, 2, 41, 1 ianuam in pu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

blico. VERG. Aen. 10,863 aperit si nulla viam vis. SALL. Cat. 58,7 ferro iter aperiendum est. LIV. 6, 2, 11 *vis magna venti* ... aperuit ... incendio viam. 7,33,11 equites ... legionibus ... in mediam aciem aperiunt (*cf. ibid.* ferro viam facientem). 38, 7, 9 aperiunt rectam in cuniculum viam. 44,39,9 alio saltu deiectis hostium praesidiis novom iter aperui. CVRT. 5, 3, 21 mare ... novum in Pamphyliam iter aperuerat. 6,4,4 amnis ... saxo, quod alveolum interpellat, repercussus duo itinera velut dispensatis aquis aperit. SIL. 17, 422 rarescit ... miles atque aperit patulas prostrato corpore ... vias. TAC. ann. 2,21 viam strage hostium. FLOR. 1, 9 novum ad victoriam iter sanguinis sui limite aperiret. AMM. 29,5,44 pluribus peremptis aperuerit viam (16,12,49). *cf. etiam p. 213,21.* *phrases translatae*: TIB. 1,10,4 tum brevior dirae mortis aperta via est. LIV. 6, 35, 2 sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent (7, 22, 9. COD. Iust. 1,3,36(37),1). SEN. controv. 7, 1(16), 9 multas rerum natura mortis vias aperuit. VELL. 2, 1, 1 potentiae Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit. SEN. dial. 8, 5, 5 acies nostra aperit sibi investigandi viam et fundamenta vero iacit. epist. 90,27 ad beatum statum tendit, illo ducit, illo vias aperit. TERT. bapt. 7,12 quae (*personae, scil. apostoli*) ad viam domini per totum orbem aperiendam destinaba⟨n⟩tur. VEN. FORT. carm. 5,5,100 militiae ... novae rex aperibat iter. *cf. etiam p. 215, 36.* **2** *translate*: CIC. rep. 6, 18 aperuerunt sibi reditum in hunc locum (epist. 6, 11, 2). TAC. hist. 2, 71 ut Caecinae vacuos honoris menses aperiret, coartati aliorum consulatus. CLAVDIAN. 26,97 tua cura coegit inclusis aperire fugam.

***structurae*:** *ad II 2*: *cum praep.* de: PACVV. fab. inc. 12. RHET. Her. 2, 31, 50 de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios usi sumus, aperiemus. *subiuncto enuntiato interrogativo: passim.* *cum infinitivo*: NEP. Dion 6,4. *cum acc. c. inf.*: CIC. ac. 2, 37 NEP. Att. 9, 5 LIV. 44, 28, 10. TAC. ann. 4,40 (*antecedit* id). 1, 55. 3, 23. APVL. apol. 73 SIDON. epist. 5, 2, 1.

synonyma: *ad I*: pando, patefacio, recludo, resero, sero (VARRO ling. 7, 108), resigno; diduco, laxo, relaxo; *cf. etiam* QVINT. inst. 2, 12, 1 ut effringere quam aperire, rumpere quam solvere, trahere quam ducere putant robustius. *ad II*: detego, revelo, pando, nudo, in lucem profero, in medium profero, ostendo, monstro. prodo, patefacio, revelo, resigno, expromo, declaro, inlustro, explico, expedio, solvo, expono, demonstro. *ad III*: facio. *opposita*: *ad I*: claudo, cludo, includo, intercludo, conprimo, obsaepio, officio, obturo. *ad II*: operio, tego, protego, involvo, obvolvo, condo, occulto. delitesco, lateo, non appareo, abscondor (VERG. Aen. 3,291). *derivata*: adaperio, exaperio, subaperio, aperto; inapertus, semiapertus, apertilis, apertibilis, apertivus; apertio, apertor, apertura, apertularius.

adi. **apertus**, -a, -um. *comp.* apertior, -ius *inde a* VARRONE. *superl.* apertissimus, -a, -um *inde a* RHET. Her. *de difficultate inter participium et adiectivum distinguendi cf.* QVINT. inst. 8,9,10 sed ablativo ipsi ... inest naturalis amphibolia. caelo decurrit aperto: utrum per apertum caelum, an cum apertum esset.

II ***translate*: 1** *fastigium, culmen, summa rei alicuius*: CIC. Cato 60 apex est senectutis auctoritas. TERT. pudic. 5 inter duos apices facinorum. anim. 46. ANTH. 406, 2 impius infandae religionis apex. OPT. PORPH. 18, 28. PANEG. 12, 6 hunc humani fastigii apicem. ARNOB. nat. 1, 8 Plato ille sublimis apex philosophorum et columen. 2, 49 apicem perfectionis summum. SYMM. epist. 2, 63 apicem felicitatis. AMM. 22, 9, 13 Antiochiam orientis apicem pulcrum. 27, 7, 2. 30, 8, 10 dignitatum apices maximi *imperatores*. PRVD. Symm. 2, 629 mentis apex. CLAVD. carm. 27, 23 orbis apex. Rufin. 2, 5. AVG. civ. 10, 32 tanto apice auctoritatis. MART. CAP. 2, 188 carm. solem te Latium vocitat, quod solus honore post patrem sis lucis apex. 6, 567 rationis apex. MAR. VICT. precat. 19 virtutis apex. VEN. FORT. 1, 15, 29. 4, 8, 8 CASSIOD. var. 1, 3, 8 patriciatus apex. 1, 13, 3. ALC. AVIT. epist. 59 FELIX IV Migne 65, 22. LAVRENT. NOV. Migne 66, 92 nemo potest superni imperii habere apicem, habere fastigium. CASSIOD. hist. trip. 5, 8 apex totius fidei et firmamentum. var. pr. 16 ad summum apicem disputationis. COD. Iust. 10, 32, 67, 5 ENNOD. dict. 21 p. 492. ARATOR 2, 9 hinc operum procedit apex. CARM. epigr. 883, 4 summus apex operis. CHALC. comm. 33 apex numerorum singularitas. **2** *summum imperium, summa dignitas*: OPTATVS 15, 19 ipsi apices et principes omnium. AVSON. 331, 6. 204, 7. COD. Theod. 6, 28, 7 proconsularis apicis dignitas. OROS. hist. 6, 20, 2. LEO M. epist. 14, 1 sublimissimam inter mundanos apices potestatem. AVELL. p. 594, 3 ad principatus apicem. 660, 18. 513, 4 pietas vestra custodiens apices et sceptra sua. SIDON. epist. 1, 3, 2 desidiam vicariano apice transcendit. 1, 4, 1 titulis apicibusque potiare. IOH. DIAC. 8 ENNOD. epist. 5, 10. 9, 27. op. 2 p. 312, 14 apostolici apicis sanctionem. CASSIOD. hist. trip. 7, 7. var. 1, 23, 1 regalis apicis curam. GREG. TVR. hist. Franc. 3, 2. CORP. III 167 ad hos ... dignitatum apices. VI 1783, 31 sub praefecturae praetorianae apice. HEGES. 1, 40, 2 Darium Hystaspen materni generis apicem iactare. [*hisp. vet.* auze 'augurium', *lomb.* aves 'fons'. *M.-L.*]

synonyma: pileus, tiara; membrum, characteres, tabula, litterae, sensus; fastigium, firmamentum. *derivata*: apicatus, apiculum.

apexabo *vel* **apexao,** -ōnis *f.* [*orig. inc. Th.*] VARRO ling. 5, 111 quod in hoc farcimine summo quiddam eminet, ab eo quod ut in capite apex, apexabo dicta. GLOSS. farcimen ex hoc rotundum. ARNOB. nat. 7, 24 quid sibi haec volunt: apexaones, hirciae, silicernia longavi? quae sunt nomina et farciminum genera. *Lehnert.*

Aphaca, -ōrum *opp. Phoenicium, Ἄφακα, hodie* Afka. CASSIOD. hist. 2, 20 in Aphacis iuxta montem Libanum et Adonim fluvium Veneris domus. *Otto.*

aphacē *vel* **aphaca,** -ae *f., ἀφάκη. herba vulgaris in Aegypto*: PLIN. nat. 21, 89 aphace subinde marcescente flore emittit alium. *paulo ante*: ab aequinoctio nascentes aphace (apace *vel* apache *codd.*) achynops. 21, 99 apace *codd.* 21, 100 aphacae (*dat.*). 21, 105 amara at aphace. *alia herba*: 27, 38 aphaca tenuia admodum folia habet, pusilla; *describitur pluribus.* *V.*

Aphaea, -ae, *Ἀφαία, cogn. Britomartis nymphae*: CIRIS 303 unde alii fugisse ferunt et numen Aphaeae virginis adsignant (*codd.* numina phoee, *cf. Heyne ad* 219). *Diehl.*

aphaerema, *ἀφαίρεμα.* PLIN. nat. 18, 113 alicae tria genera: minimum ac secundarium, grandissimum vero aphaerema appellant. *alio sensu graece scriptum* AVG. quaest. hept. 3, 34.

aphaeresis, -is *f., ἀφαίρεσις.* CHAR. gramm. I 278, 15 aphaeresis est aeque generalis metaplasmus qui fit per detractionem, sed specialiter sic observatur prima parte dictionis, ut 'temnere divos' pro contemnere. *eadem* DIOM. gramm. I 441, 20; *sequitur ibidem* aphaeresis est ablatio de principio dictionis contraria prosthesi, cum aut littera amputatur aut syllaba aufertur (*cf.* GLOSS. III 489, 19. 508, 46). PROB. gramm. IV 263, 7 DON. gramm. IV 396, 8. POMP. gramm. V 297, 6 quando de initio tollis, appellatur aphaeresis; de medio quando tollis, syncope; de fine, apocope. CONSENT. gramm. V 388, 100 SACERD. gramm. VI 452, 5. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 1, 542 temnitis pro contemnitis per aphaeresin dictum. 6, 665. *herba?* PS. APVL. herb. 8 Graeci leontopodion dicunt, iidem ... lathyron (*ubi* apheresin, lacitron *editio Torini*).

aphanticius, *v. ἀφαντικός, vastus, desertus.* COD. Theod. 5, 15, 9 (*fere a. 365*) afanticiae iugerationis.

aphanticum *n.* COD. Theod. 13, 11, 4 qui fundum aliquem, velut afanticorum mole (*i. locorum sterilium*) oppressum, cupit aliquatenus relevari. *V.*

Aphara, חֲפָרַיִם, *Φαδά, opp. Palaestinense.* VVLG. Ios. 18, 23. HIER. nom. hebr. p. 24, 20 *Lag. sic interpretatur*: Afara (Affara *cod. Frising.*) humus eius. *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apharcē, *ἀφάρκη, herba.* PLIN. nat. 13, 121 apharce (abphrace *vel* parche *codd.*) bifera aeque quam andrachle. *V.*

Apharea *locus in Palaestina,* EVSEB. *Ἀφραία.* HIER. sit. et nom. p. 94, 28 Lag. Afara. *Otto.*

Aphareus, -ī, *Ἀφαρεύς, centaurus a Theseo occisus*: OV. met. 12, 341 ultor adest Aphareus. *Messeniorum rex*: HYG. fab. 123 p. 28, 16. 14 p. 46, 16 *al.* Lynceus et Idas Apharei. *nom. serv.* CORP. VI 8945 Aphareus Iuliae Aug. l. opson. *adi.* **Apharēius,** -a, -um. OV. met. 8, 304 prolesque Aphareia, Lynceus. *Diehl.*

Apharis *fluv. trans Iordanem Arnoni propinquus.* NOT. dign. or. 37, 34 in ripa Vade Afaris fluvii in castris Arnonensibus.

Apharsaeī, אֲפַרְסָיֵא, *Ἀφαρσαῖοι, gens in Samariam deducta.* VVLG. I Esdr. 4, 9.

Apharsathacaeī, אֲפַרְסַתְכָיֵא, *Ἀφαρσαθαχαῖοι, gens in Samariam deducta.* VVLG. I Esdr. 4, 9. *Otto.*

Aphas *fluv. Epiri.* PLIN. nat. 4, 4 Molossorum flumina Aphas, Aratthus.

Aphē, *Ἀφή an Ἄπφη? cogn. mul.* CORP. VI 16125 Cn. Cornelius Phloesbus et Cornelia Aphe. IX 3203 (*Corfinii*) L. Varius Valens pater et Ampia Aphé mater. *Diehl.*

Aphec, אֲפֵק *et* אֲפִיק *et* אֲפֶקָה, *Ἀφέκ et Ἀφεκά, oppida Palaestinensia.* VVLG. Ios. 12, 18. 19, 30 iud. 1, 31 *al.* I reg. 4, 1. 29, 1. HIER. nom. hebr. p. 23, 30 *Lag.* Afec (Affec *cod. Frising.*) continuit sive continentia. 34, 11 Afec furor novus aut continenter. sit. et nom. p. 95, 16 (EVSEB. p. 224, 80 *Ἀφέκ*). 97, 3. *cf.* Apheca.

Apheca, אֲפֵקָה, *Ἀφέκ* (*Ἀφεκά*) *et Φακουά* (*Ἀφακά*), *nom. locorum Palaestinensium.* VVLG. Ios. 13, 4. 15, 53. HIER. sit. et nom. p. 91, 22. 23 *Lag.* (EVSEB. p. 219, 17. 72 *Ἀφεκά*) Afeca (23 Affeca *codd.*). 93, 21. *Otto.*

aphedros, *ἄφεδρος, herba.* PS. APVL. herb. 46 Aegyptii asterion ... alii aphedron ... Itali marrubium, alii ulcerariam dicunt. *menstrua*: ITALA cod. Lugd. Levit. 12, 5 secundum afedrum (LXX *κατὰ τὴν ἄφεδρον αὐτῆς.* VVLG. iuxta ritum fluxus menstrui). *V.*

Aphelea, -ae, *Ἀφέλεια, cogn. lib.* CORP. VI 24872 (*non extat*) Postumiae L. et O. l. Apheleae. IX 6247 (*Larini*) Licinia ⟨L.⟩ l. Aphelea. XI 4888 (*Spoleti*) L. Matrinius L. l. Diochares sibei et Matriniae L. l. Apheleae libertae suae. Aphelia: CORP. VI 10843 AELIAE APHELIAE *sic.* *Diehl.*

aphēliōtēs *vel* **apēliōtēs,** -ae *m.*, *ἀφηλιώτης, ἀπηλιώτης ventus.* GLOSS. apeliotes (apoliten *codd.*) subsolanus. CAT. 26, 3 nec saevi boreae aut apheliotae. SEN. nat. 5, 16, 4 qui surgit ab oriente aequinoctiali, subsolanus apud nos dicitur, Graeci illum aphelioten vocant. PLIN. nat. 18, 337. 2, 119 apelioten. SVET. frg. p. 229 secundus ventorum cardinalis subsolanus qui et apeliotes. AMPEL. 5, 1 apeliotes. APVL. mund. 11 apeliotes (aeliontes *codd.*). CARM. poet. min. V p. 384, 10 at subsolanus medio flat rectus ab ortu, Graecus aphelioten (apelioten *Ovetensis*) apto quem nomine signat. (apheliŏten *an* apheljoten *mensurare voluerit, dubium.*) VEG. mil. 4, 38.

apēliōticus PRISC. Rose Anecdote I 57, 12.

aphelōs *adv.*, *ἀφελῶς, simpliciter.* PORPH. Hor. carm. 2, 6, 3 Maura hic pro Africa apelos dicitur. *graece scriptum* 1, 13, 4. *V.*

Apherus *nom. vir. corruptum?* CORP. XII 1698 (*non extat*).

Apheterus, -ī, *Ἀφέταιρος? cogn. vir.* CORP. VI 12368 (*extat*) d. m. Cn. Arri Apheterí.

Aphetus, -ī, *Ἀφετός, nom. serv.* CORP. VI 7010 (*primae aetat. imperat.*) Apheto Aug. lib(erto). 12100 Apheti. **Aphetiānus,** -ī *nom. serv.* CORP. X 4225. *Diehl.*

Aphia, Aphiānus, Aphis, Aphias, Aphin *v.* Apph-.

Aphia, אֲפִיחַ, *Ἀφέκ* (*Ἀφίχ*), *nom. vir. hebr. indecl., cf.* Apphia *nom. mul. hebr.* VVLG. I reg. 9, 1 Bechorat filii Aphia. *Otto.*

Aphīdās, -antis, *Ἀφείδας, centaurus*: OV. met. 12, 317 inexperrectus Aphidas. *rex Atheniensis*: HIER. chron. ad a. Abrah. 880.

Aphidna, -ae *vel* **Aphidnae,** -ārum, *Ἄφιδνα, Ἀφίδναι, Laconiae oppidum*: OV. fast. 5, 708 *e corr.* HYG. astr. p. 65 in oppido Aphidnis. AVIEN. Arat. 372 Lacedaemoniis Aphidnis. *Atticae visus*: SEN. Phaedra 23 alius rupem dulcis Hymetti, parvas alius calcet Aphidnas (*e corr.*). **Aphidnus,** -ī *Troianus*: VERG. Aen. 9, 699 Aphidnum. *Diehl.*

Aphinius, -a *nom. gent.* Apinius *an* Afinius? CORP. VI 20596 Aphiniae Hermidi. *huc potest trahi quod legitur in titulo osco* Zvet. inf. 166 ... seís aphinis, *si quidem nomen (gent.) est.* *Otto.*

[*?* **aphlopho**] *herba.* PS. APVL. herb. 82 *herbam mercurialem* Aegyptii aphlopho *vocant.* *V.*

Aphnius, -ī, *Ἀφνειός, nom. et cogn. vir.* CORP. VI 12101 Aphnio qui vixit ann. XLII. 13018 Aurelius Aphnius.

Aphobetus, -ī, *Ἀφόβητος, cogn. vir.* CORP. V 4480 (*Brixiae*) L. Appio Aphobeto VI vir(o) Aug. CVRT. 6, 7, 15 Aphobetum.

Aphobus, -ī, *Ἄφοβος, cogn. vir.* CORP. III 4912 (*in Norico*) ⟨F⟩l. Aphobo. **Aphobius,** -ī *cogn. vir.* COD. Iust. 2, 25, 1 *et* 4, 51, 4 impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Domitio Aphobio.

Aphodina, -ae, *Ἀφοδίνη? cogn. mul.* CORP. VIII 4296 (*in Numidia*) d. m. Flaviae Aphodinae. *Diehl.*

Aphonitēs, הַשֻּׁפְנִי *i. e. oriundus Sephama* (שְׁפָם) *oppido, ὁ τοῦ Σαφνί.* VVLG. I par. 27, 27 Zabdias Aphonites. *Otto.*

Aphonius, -ī. CORP. XIII 2962 (*prov. Lugd.*) have et vale Aphoni. *D.*

aphoplist(a), -ae *m.*, *ἀφοπλιστής.* IVLIAN. epit. novell. Const. 15, 10 de latrunculatoribus et biocolytis et aphoplistis: ... cumque in provinciis praesides iusti mittantur, superfluum est latrunculatores mittere et eos quos biocolytas id est qui violentias prohibent vel aphoplistas vocant id est eos qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas aut caedes faciant (*cf.* NOVELL. 8, 13 *ἀφοπλιστάς*; Authent.: armatos; NOVELL. 8, 12, 1 *ἀφοπλιστάς*; Authent.: violentos).

aphorismus, -ī *m.*, *ἀφορισμός. non legi videtur nisi pro libro Hippocrateo pluraliter.* HIER. adv. Iov. 2, 11 Hippocrates in aphorismis docet. CAEL. AVR. acut. 3, 1, 5 secundo libro explanatorio aphorismorum Hippocratis. CASS. FEL. 1 p. 3. ISID orig. 4, 10 *in capite* de libris medicinalibus: aphorismus est sermo brevis, integrum sensum propositae rei scribens. *a rhetoribus graece scribitur, velut* RHET. min. p. 42, 27. 117, 15. 490, 22.

aphormas occasiones GLOSS. IV 204, 36. *graece scripta vox* AVG. rhet. p. 141, 21. 142, 10. CHAR. gramm. I 230, 1 Romanus libro *ἀφορμῶν et saepius.*

aphorus pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest. ISID. orig. 12, 6, 40. *V.*

Aphraatēs, -ae *monachus quidam Valentis imperatoris aetate.* CASSIOD. hist. 8, 4 p. 1113 a. d Aphraatae *gen.* *Diehl.*

aphractus, *ἄφρακτος. neutr. plur. τὰ ἄφρακτα. navis aperta*: CIC. Att. 5, 11, 4 aphracta Rhodiorum et dicrota Mytilenaeorum habebam et aliquid *ἐπικώπων.* 5, 12, 1 nosti aphracta Rhodiorum; nihil quod minus fluctum ferre possit. 5, 13, 1 propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. *fem. sing.* 6, 8, 4 nos etesiae ... tardarunt, detraxit XX ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. *ibid.* Rhodiorum aphractis ceterisque longis navibus. *V.*

Aphradas *cogn. vir.*, *Ἀφράδας.* CORP. VI 13017 L. Aurelius Aphradas.

Aphrisō, *Ἀφρισώ? spelunca leonis Nemeaei.* SCHOL. Germ. Strozz. (*cod. Vrb.*) p. 131 (Amphyriso *cod. Strozz.*). *cf.* Amphriso. *Diehl.*

aphrissa, *v. ἀφρός, herba.* PS. APVL. herb. 15 Graecis dicitur dracontea ... quibusdam aphrissa. *V.*

Aphrō, *Ἀφρώ, cogn. mul.* CORP. XI 3885 (*Capenae*) Servilia Aphro. VI 16701 (= V 6000 a) Cútiae Aphró. XII 3989 (*Nemausi*) Valeriae Aprho *dat. v.* Aphrodisia. NOT. dign. or. 34, 38 cohors duodecima Valeria, Afro (*Palaestina statio*, Aphraia*?*). *Diehl.*

aphrodēs, *ἀφρώδης, herba.* PLIN. nat. 20, 207 alterum e silvestribus *papaveribus* genus heraclium vocatur, ab aliis aphrodes (aphro *vel* aphron *codd.*) ... semine spumeo. 27, 119 peplis, quam aliqui sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant. PS. APVL. herb. 54 aphroden *et* aphrodes. *cf.* GLOSS. IV 204, 27 aphrodin spumam sanguinis generante (*vel* gerante). II 254, 2 afer *ἄφρος.* II 569, 37 [b]afer spuma marina. *V.*

Aphrodās, -ae *vel* -ātis, *Ἀφροδᾶς, nom. et cogn. vir.* CORP. VI 18443 Flavia Terpusa mater Aphrodae filio ... fecit ... item Aphrodae nepoti. V 7839 (*in Alpibus maritimis*) C. Iulio Aphrodati. *cogn. mul.* CORP. VI 14463 Carviliae Afrode (*sic*).

Aphroddia, -ae *nom. mul.* CORP. XII 5795 Aphroddia Comice matri.

Aphrodītē, -ēs, *Ἀφροδίτη, Graecorum dea, Venus Romanorum.* PLIN. nat. 36, 16 *Ἀφροδίτη ἐν κήποις.* ind. 37, 40 genera *amethysti* IIII. socondion, sapenos, pharanitis, Aphrodites blepharon sive anteros sive paederos. *cf.* nat. 37, 123 *interpretationem* Veneris genam. CENS. 22, 11 Aprilem ... non ab Aphrodite, sed ab aperiendo (*cf.* FAST. Praenest. *et* OV. fast. 4 init.). AVSON. 377, 8 est Marti namque Aphrodita comes. MART. CAP. 1, 7. MACR. sat. 1, 8, 6 *Venus* a spuma unde coaluit, *Ἀφροδίτη* nomen accepit. PS. APVL. herb. 26 chamaeleonem ... Graecorum nominant alii crocodilion ... prophetae Aphrodites lutron. NOT. Tir. 96, 95 Aphrodite *Ko, fortasse* Apordite. *in titulis nom. et cogn. mul. cum* Aprodite *tum* Aphrodite (-a) *tum* Afrodite (-a). *nomin.*: CORP. IV 1589 Aprodite (2096. 1940). 1367 Aprhodi⟨te⟩ *ut videtur.* VI 8564 Vlpia Aphrodite. 12119. XIV 930 (*Ostiae*). V 8938. XI 2451 (*Clusii*) soror⟨es⟩ Aphrodite et Veneri⟨a⟩. XII 753 (*Arelate*). 3683 (*Nemausi*). II 4272 *et* 6074 (*Tarracone*). CARM. epigr. 669, 1 (*christ. a. 382*) casta Afrodite. *item acrostichon.* VIII 4018 (*in Numidia*) Rantifana sive Licinia Afrodite (12120. 19057. XIV 406 *Ostiae.* 951. 1178. V 7395. II 4382 *Tarracone.* XII 1951 *prope Nemausum*). VI 13287 Aurelia Afrodita. XIV 950 (*Ostiae*) Egrilia Haprodite. *gen.*: XIV 592 (*Ostiae*) Aphrodites. XIV 592 (*Ostiae*). V 7107 (*Taurini*) Salariae ⟩. lib. Aphrodites. VI 12123 Afrodites. 12121 Afoditenis sorori pientissime fecit Aurelius Victorinus frater. *dat.*: XIV 667 (*Ostiae*) Iuliae Aphrodite (V 5869 *Mediolani.* 6851). XI 130 (*Ravennae*) Pettidiae A⟨ph⟩roditi (*non extat*). VI 12122 Afrodite. IX 4843 Vibiae Afrodite. X 2154 (*Puteolis*). VI 10844 Aeliae Aphroditeni (V 6809 *Eporediae.* IX 3714). VI 20373 Iuliae Afroditeni (V 7697). X 650 (*Salerni*) ⟨V⟩ibiae Aprodit⟨eni⟩. *abl.*: CORP. III 2194 (*Salonis; non extat*) locus concessus a Cassia Afrodete (*sic*). *nota*: *in Latio tantum Ostiae* Aphrodite *cognomen invenitur* (*septiens*).

Aphroditēs, *Ἀφροδίτης, Aegypti inferioris oppidum.* PLIN. nat. 5, 64.

Aphroditiānus, -ī. CORP. V 4087 (*a. u. c. 965, non extat*) ⟨A⟩ug. Laribus d(onum) d(ederunt) Aproditi(anus*?*) Ploti C. s., Apollon(ius) Ofilli N. s.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

RAVENN. p. 70, 6 legi Arsatium et Adfroditianum Persas. **Aphroditō,** *Ἀφροδιτώ aliud Aegypti oppidum ad Nilum*: HIER. vit. Hilar. 30 ad oppidum Aphroditon. ITIN. Anton. 168 Afrodito. NOT. dign. or. 28, 43 Affrodito. RAVENN. p. 127, 13 Afrodite. TAB. Peut. 9, 3 Affrodites. RAVENN. 2, 7 p. 59 iuxta ... civitatem Berenecide ... Afroditis, *sed* ITIN. Anton. 172, 3 a Copto Beronicen usque ... Afrodito. *adi.* **Aphroditopolitēs,** -ēs, *Ἀφροδιτοπολίτης*. PLIN. nat. 5, 49 *nomum* Aphroditopoliten (*Aegypti*). **Aphroditomimas** *nom. mul.* CORP. X 7046 (*Catinae; extat*) Aphroditomimas vix(it) ann. XXXX. Eutychus coniuci merenti f(ecit). **Aphrodīsia,** -ōrum. PLAVT. Poen. 1133 Aphrodisia hodie Veneris est festus dies (191. 256). 497 die bono Aphrodisiis. 758 die festo ... Aphrodisiis. **Aphrodisia,** -ae *nom. mul. servae, cogn. libertae passim in titulis inde ab Augusti aetate, non extat apud auctores usque ad med. saec. II p. Chr., et* Aphrodisia *et* Aprodisia: CORP. VI 5465 (*primae aetatis imperat.*) Rubriae P. l. Aprodisiae (5816. 6335. 6440 *eiusdem aetatis*). 8707 *al.* IX 594. 4467. 5590. X 2094 add. 4206. 5742. XII 3419 (*Nemausi*). VIII 878. II 2248. III 1653 = 8143 *et* Aprhodisia: IX 4828. X 2101. 5371. VIII 12683 *et* Afrodisia: CORP. VI 5640 (*prim. aet. imp.*). 7773. 12113. V 3729 (*Veronae*). 2237 (*Altini*). IX 6244. X 2093. VIII 4793 = 18711 (*christ.*). II 4406. XII 819 (*Nemausi, saec. III*). XIII 1828 (*Lugd.*). III 1536. 5224. 6533. VIII 17738 Appirodisia *latetne* Aphrodisia? **Aphrodīsius,** -ī *nom. serv., cogn. lib. eiusdem aetatis atque* Aphrodisia *eademque labialis cum mutatione.* Aprodisius: CORP. I 1061 S. Luculli l. Aprodisius (*rei publ. aetatis*). VI 2223 Aprodísius dissignator. 6994 C. Publilius C. l. Aprodisius. 6897 (*primae aetat. imperat.*). 9391. 12104 *al.* XV 5414. V 8112, 13 (*in amphora*) Aprodisi. IX 594. X 5090. VIII 878. 9256. XII 929 (*Arelate*). 3775 (*Nemausi*). Afrodisius: VI 1066 (*a. 205*). 3, 92 Afrodisi *vocat.* INSCR. christ. Rossi I 1197. IX 10. X 8310. 2614. 8059, 161. III 9045 (*Salonis*). Afrodisus: CORP. VI 8931 M. Aurelius Afrodisus. X 2092 (*Puteolis*) Afrodiso Liburnas fecit. *nota: in Gallia Narbonensi et duo haec nomina et* Afrodite (*v. s.*) *non extant nisi Arelate (quater) et Nemausi (septiens).* *nom. graec.* PLIN. nat. 36, 38 Aphrodisius Trallianus Agrippae Pantheum decoravit. GLOSS. Aphrodiseos Ellenorum lingua Augustus mensis dicitur. Afrodisios Bithyniensium lingua Augustus mensis dicitur. *adi.* **Aphrodisiacus,** -a, -um. PLIN. nat. 37, 148 Aphrodisiaca (*sc. gemma*) ex candido rufa est. PETRON. 140 non distulit puellam invitare ad Aphrodisiaca sacra (*dubitans Buech. in ed. mai., codd.* pigiciaca, *in ed. min.* physica?). MAR. VICT. gramm. VI 86, 34 trimetrum *choriambicum*, quod et aphrodisiacum dicitur. **Aphrodisiānus,** -ī *cogn.* CORP. X 5077 (*Atinae*) C. Veturio C. f. Ter. Aphrodisiano. **Aphrodisias,** -adis, *Ἀφροδισιάς, Aeoliae regio.* PLIN. nat. 5, 122. *Ciliciae castellum et oppidum* LIV. 33, 20, 4 Aphrodisiade. RAVENN. 2, 18 p. 103 Afrodisiade (*cf.* PLIN. nat. 5, 22 Veneris oppidum). *Thraciae ad Hellespontum*: ITIN. Anton. 333, 7 Afrodisiade. *cf.* TAB. Peut. 8, 5 Aprodisia *et* RAVENN. 4, 6 p. 182. 5, 12 p. 372 GVIDO p. 535 Afrodisia. *Cariae oppidum* LIV. 37, 21, 5 (TAC. ann. 3, 62 civitas Veneris) *et promunturium* PLIN. nat. 5, 104, *sed* MELA 1, 84 Aphrodisium. *Scythiae oppidum* PLIN. nat. 4, 44. *sinus Persici insula* PLIN. nat. 6, 111 (MART. CAP. 6, 700 *et* SOLIN. 54, 13 Aphrodisia. RAVENN. 5, 18 p. 391 Afrodisinis). *insula prope Gades* PLIN. nat. 4, 120 (HIER. epist. Gal. 2, 2 Migne 26 p. 380 insulae Aphrodisiades. ISID. orig. 14, 6, 44 Aphrosiade). *cogn. mul.* CORP. VI 26024 Scriboniae Aphrodisiadi. PS. APVL. herb. 6 Graecis dicitur acoros, choros, aphrodisias ... Italis venerea. **Aphrodisiēnsis,** -is, *Aphrodisiadis (Cariae) incola.* PLIN. nat. 5, 109 Aphrodisienses. TAC. ann. 3, 62. COD. Theod. 11, 1, 27 Afrodisiensium. **Aphrodisium,** -ī, *Ἀφροδίσιον, Cariae promunturium* MELA 1, 84, *sed* PLIN. nat. 5, 104 Aphrodisias. *Latii oppidum prope Antium et Ardeam* MELA 2, 71 PLIN. nat. 3, 57. PLIN. nat. 31, 10 in Pyrrha flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit.

Aphrodus, *Ἀφροδοῦς, nom. mul.* CORP. VI 12194 A〉phrodus 〈 〉 et Aprodisius.

Aphrodomus *nom. graec.* CORP. VI 12124 (*extat*) Aphrodom〈o ...〉 mo bene m〈erenti〉 qui vixit 〈. *an latet* Aphro *vel* Aphrodo? *Diehl.*

aphron fatuus, insipiens GLOSS. V 490, 37. *i. ἄφρων.*

aphronitrum, -ī *n.* GLOSS. *ἀφρόνιτρον*. MART. 14, 58 spuma vocor nitri. Graecus es: aphronitrum. ISID. orig. 16, 2, 8. *de origine et natura multis* PLIN. 31, 112 *sq.* SCRIB. LARG. 82 aphronitri pondo quadrantem. 118 aphronitri triti sescunciam. 157 aphronitrum aspergitur sensim. 161 usti. 261. 263. 267 PLIN. nat. 20, 66. 223. 22, 65. 24, 63. 30, 121. 32, 99. 35, 195. STAT. silv. 4, 9, 37 aut panes viridantis aphronitri. CYPR. epist. 69, 12 ut et aphronitris et ceteris quoque adiumentis et solio et piscina opus sit, quibus ablui et mundari corpusculum possit. TREB. Gall. 6, 5 cum ... vastatam Asiam ... comperisset: quid, inquit, sine afronitris esse non possumus. *passim apud* MARC. EMP., THEOD. PRISC., PELAGON., ORIBAS.; *nota*: MARC. EMP. 36, 47 aphronitri in pastillis (*cf.* PLIN. nat. 31, 113). 36, 53 aphronitri candidi. 36, 71 aphronitri communis. 9, 122 delicatissimum. PELAGON. 341 aphronitri floris selibram (*cf.* VITR. 7, 11, 1 nitri flore). *in codicibus recentioribus plerumque legitur* afronitrum. *V.*

Aphros *nom. serv.* CORP. VI 27008 (*non extat*) Aphros Aug. (*Galbae*) l(ibertus).

Aphrosia *cogn. mul.* CORP. VI 8659 Claudia Aphrosia. *Diehl.*

(**aphroton**), *ἀφρωτόν*. ANTHIM. 34 afrutum graece, quod latine dicitur spumeum, quod de pullo fit et de albumine de ovo. *ibid.* opus ipsud afruti. *ibid.* coquatur ipsud afrutum. ISID. orig. 20, 2, 29. *codd. Anthimi habent semper* afratus, -u *sim.; apud Isidorum* afractum, afrutum, afrotum, afratrum *codd.* *V.*

Aphses, חַפְּסֵץ, *Ἀφσή* (*Ἀφσσή*), *nom. vir. hebr. indecl.* VVLG. I par. 24, 15 Aphses (*dat.*). *Otto.*

Aphsith. HIER. nom. hebr. p. 44, 16 *Lag.* Afsith (Afsit *et* Affith *duo codd.*) libertas, *respiciens ad* IV reg. 15, 5 בְּבַיִת חָפְשִׁית *i. e. in domo morbi, proprium nomen putans quod est substantivum*; LXX *enim habent ἐν οἴκῳ ἀφφουσώθ*. EVSEB. de nom. p. 227, 50 *Lag. Ἀοφσὶφ ἢ Ἀφουσώθ. Ἀκ(ύλας) τῆς ἐλευθερίας*, VVLG. IV reg. 15, 5 in domo libera. *Otto.*

aphtha *vel* **apta,** -ae *f.*, *ἄφθη*. GLOSS. III 596, 4 aptha (adita *cod.*) ulcera oris vel linguae in colore albo aut rubeo sive nigro, maxime infantibus evenit. IV 204, 32 afthas oris ulceratio. *de re v.* CELS. 2, 1. 6, 11 *qui tamen graece vocem scribit.* SORAN. 136. MARC. med. 11, 20 ulcera in ore, quae Graeci apthas vocant, sanat. THEOD. PRISC. eup. 54 si afflatio oris fuerit, quod aptham (aptam, afatham *codd.*) appellamus. CASS. FEL. 36 aptha (apthes *vel* aptes *codd.*). DIOSC. 4, 15 aptas oris tollit. ORIBAS. syn. 5, 17 aptas. eup. 4, 69 *item.* *de scriptura legitima* -pth- *in hoc vocabulo et sequentibus vide W. Schulze, ind. lect. hib. Marpurg. 1895 p. XXV.* *V.*

Aphtharsia, -ās, *Ἀφθαρσία, aeon gnosticorum.* IREN. 1, 29, 1 Ennoiae et Logi, et Aphtharsias et Christi.

Aphthiris, -is, *Ἄφθῆρα Polybio, Masinissae cliens.* LIV. 34, 62, 10 Aphthirem.

Aphthonetus, -ī, *Ἀφθόνητος, nom. graec., cogn. lib.* CORP. IV 1474 Aptonetus (*gladiator*). VIII 940 (*in prov. proc. Traiani aetate*) C. Bellícus Apthonetus. V 735 (*Aquileiae*) Apthoneto. *cf.* III 9395 (*Salonis*). XII 408 (*Massiliae*) Dudistí Eglectus et Apthonetus patrono optumo.

Aphthonus, -ī, *Ἄφθονος, nom. serv.* CORP. VI 6256 Apthonus cub(icularius). 12240 Apthonus vixit annos VIII. *cf.* 7724 Larcius 〈...〉 Apthon(us?) et 〈...〉 fec. (*sic*). **Apthonius,** -ī, *Ἀφθόνιος*. CORP. IX 6078, 36 (*in tegula*) Apthoni H(osidi) G(etae). MAR. VICT. gramm. VI 173 subscriptio: Aelii Festi Apthonii v. p. de metris omnibus explic(it) lib. IIII.

Aphthorus, -ī, *Ἄφθορος, cogn. vir.* CORP. XI 1147 *in tabula alimentaria Veleiensi* 1, 92 P. Afranius Apthorus *saepius.* VI 7581 cum L. Cocceio Apthoro. 13019 P. Aureli Apthori. 13020 P. Aurelio Apt〈h〉ori (*dat. sic*). 18002. 19850. 24705 Aptorus. *Diehl.*

Aphutaeī *plur.* הַפּוּתִי, *gens Israelitarum* (ה *articulus est*). VVLG. I par. 2, 53. *Otto.*

aphyē, -ēs *vel* **apua,** -ae, *ἀφύη, piscis.* PLIN. nat. 31, 95 apuam nostri, aphyen Graeci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascatur. 32, 145 peculiares ... maris: acipenser ... aphye. GLOSS. apua *ἀφύη*, piscis minutus. PAVL. FEST. 22 apua genus minimi pisciculi. PLIN. nat. 9, 160 *provenit* apua spuma maris incalescente, cum admissus est imber. APIC. 4, 131 patina de apua: apuam lavas, ex oleo maceras. 4, 132 patina de apua sine apua. 4, 140 apua fricta. *V.*

Apia, -ae, *Ἀφία*. PLIN. nat. 4, 9 Peloponnesus, Apia antea appellata et Pelasgia (HIER. chron. a. 45). *cf.* GLOSS. V 440, 50 Apto Peloponisus (Apia *Buecheler*). *cf.* Apis. *Diehl.*

apiacus, -a, -um. [*ab* apium. *Th.*] HYGIN. fab. 74 *in Nemeaeis* victores apiacam coronam accipiunt. CATO agr. 157, 2 brassica pythagorea ... altera est crispa, apiaca (-con *cod.*) quae vocatur. *qui locus repetitur a* PLIN. nat. 19, 136, *ubi* apianam *cod. Paris. cf.* ISID. 17, 9, 80 apiacon *dictum*, quod flores eius apes maxime appetunt.

(**apiānus**), -a, -um. [*ab* apis. *Th.*] *genus uvae*: COLVM. 3, 2, 17 magnis etiam dotibus tres apianae commendantur (*iam describuntur*). 3, 2, 18 nisi mature lectae pluviis ventisque et apibus afferunt praedam, quarum vocabulo propter hanc populationem cognominantur. 12, 39, 3 passum si ex uva apiana facere volueris (*sequitur praeceptum*). PLIN. nat. 14, 24 *uvis* apianis apes dedere cognomen, praecipue earum avidae (*iam describuntur*). 14, 81 uva, quam Graeci psithiam vocant, nos apianam, item scripulam, diutius 〈uvis〉 in vite sole adustis aut ferventi oleo. MACR. sat. 3, 20, 7 uvarum genera: apiana. ISID. orig. 17, 5, 20 apianae vinum dulce faciunt ... et maxime apibus infestantur. CORP. XV 4536 (*in amphora*) apianu(m). *herba*: PS. APVL. herb. 24 Graeci quidam chamaemelon ... Tusci apianam *vocant.*

apiārius, -ī *m.* [*ab* apis. *Th.*] *qui apes colit.* *ital.* apiajo. PLIN. nat. 21, 56 proventum enim sperant apiarii large florescente *thymo, ubi tamen potest esse gen. neutr.* COLVM. *libro X in codd. Sangerm. et Ambros. praescribitur*: de villaticis pastionibus liber secundus. macellarius et apiarius. *neutr. subst.* **apiārium,** -ī. GLOSS. *μελισσαῖον, μελισσών. ex plurali videtur orta forma* apiare LEX Sal. 8 tit. de furtibus apiarium (de apibus furatis *vel* de furtibus apium *alii codd.*). *ital.* apiario, *vet. francogall.* achier. *de re v. PW. s. v.* Bienenzucht. GELL. 2, 20, 8 apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus siti sunt alvei apum; sed neminem ferme, qui incorrupte loculi sunt, aut scripsisse memini aut dixisse. *itaque caute explicat* COLVM. 8, 4, 1 rursus circa villam ponuntur *μελισσῶνες καὶ χηνο-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τροφεῖα quin etiam λαγοτροφεῖα ... quae nos similiter appellamus apum cubilia apiaria ... aviaria ... vivaria. 9,3,4 in toto ... apiario. 9,5,1 aedificio iunctum apiarium maceria circumdemus. 9,5,2 expediet sub oculis domini esse apiarium. 9,5,6 conseri deinde circa totum apiarium debent arbusculae. 9,7,1 suggestus lapideus extenditur per totum apiarium. 9,7,4 semper aedificium sit post apiarium, quod aquilonis excipiat iniuriam *stabulisque* praebeat teporem .... ipsa *domicilia*, quamvis aedificio protegantur, obversa tamen ad hibernum orientem componi debebunt. 9,12,4 oportet ... etiam vacua domicilia collocata in apiariis habere. PLIN. nat. 18, 338 in hunc (*eurum*) apiaria et vineae Italiae Galliarumque spectare debent. LEX Vis. Recc. 8, 6, 2 si quis appiaria in civitate aut in villa ... construxerit. *translate*: AMBR. de XLII mans. 38 mystice Dibongad apiarium tentationum significat. *fem.* **apiāria,** -ae *herba*. AVG. gen. ad litt. 12,25,52 citrium ... herba, quae vocatur apiaria. *V.*

Apiārius, -a *nom. gent., cf.* apiarius. CORP. V 8197 (*Histriae*) Apiaria⟨e⟩ Tertiae ... ⟨M.⟩ Morano M. f. fr⟨a⟩tri. *Otto.*

apiastellum [*ab* apiastrum *vel* apium. *Th.*] *herba*. PS. APVL. 9 *herbam sceleratam* Latini apium rusticum ... iidem apiastellum. PLIN. VAL. 3, 7*?*, *ubi codd.* apostolicum. *alia herba*: PS. APVL. 66 Graeci bryoniam chelidonion ... et archezostin sive apiastellum *vocant*.

apiaster *vel* **apiastrum,** *m. vel n.* [*ab* apium. *Th.*] *de nom. masc. cf.* PRISC. gramm. II 127,10 apium apiaster. II 223,19 hic apiastĕr, apiastri. *nom. neutr. non legitur nisi* VARRO rust. 3, 16, 13. *ceterae formae traditae sunt ancipites*. GLOSS. apiastrum: *μελισσόψυλλον, ἐρύσαιθρον* (*i. ὀλύσαθρον*), *ἱπποσέλινον, ψευδοσέλινον*. THES. nov. lat. p. 52 Mai: apiaster, apum magister vel apicula. VARRO rust. 3,16,10 hos circum villam totam alvaria fecisse et hortum habuisse ac relicum thymo et cytiso opsevisse et apiastro, quod alii melissophyllon, alii melissophyllon, quidam melittaenam appellant. 3,16,13 oportet domi serere, quae maxime secuntur apes. ea sunt rosa, serpillon, apiastrum, papaver, faba, lens. 3,16,22 apiastro perfricanda. 3,16,23 oblinunt hoc admixto apiastro. 3,16,25 *apibus* duplex ministerium praeberi, ut e faba, apiastro, cucurbita, brassica ceram et cibum. 3, 16, 31. 3, 16, 36. SALL. frg. 2, 10 herba ... apiastri similis. COLVM. 9, 8, 13 per initia veris apiastrum atque ut ille vates ait 'trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen' aliasque colligant. 9,9,8 suco ... melissopylli (mellisfylli *Sang.*) vel apiastri manu illita. PLIN. nat. 21, 70 serere. 21, 53 melissophyllum, quod apiastrum ... vocamus. 20, 116 apiastrum Hyginus ... melissophyllum appellat. MARC. med. 28, 14 aqua pota apiastri, quod Graeci erotion vocant. DIOSCOR. cod. Vind. Neap. 95 *ωτιωουρον*, *v.* lat. 3,108. ISID. orig. 14, 6, 40. *nota*: LAMPR. Heliog. 20, 7 pro nasturciis, apiasteris et faselaribus.

apiastra, -ae *f. avis*. SERV. Verg. georg. 4, 14 meropes. sunt autem virides ⟨earum pennae⟩ et vocantur apiastrae, quia apes comedunt.

apiātus, -a, -um. *ab* apium. PLIN. nat. 13, 97 *de mensis citreis*: gratia extra praedictas crispis densā veluti grani congerie, quas ob id a similitudine apiatas vocant. *cf.* GLOSS. apiata *vel* appiata: argentilla, arcantilla, ercentilla, erceltella. GLOSS. II 19, 33 appiatum *σελινᾶτον*. THEOD. PRISC. log. 48 vel apiata si fuerit, non negetur *scil. aqua*. 55 sane concedendum est aut apiatam *aquam esse potandam* (apiatum *pars codd.*). PLIN. VAL. 5,34 propoma apiatum et anisatum. CASS. FEL. 42 p. 103 Filonium antidotum cum frigida apiata dabis, *et saepius*.

apica, -ae *f.* [*fortasse a gr. ἄποκος tractum. Th.*] VARRO rust. 2,2,3 ovem esse oportet ... villis altis et densis toto corpore, maxime circum cervicem et collum, ventrem quoque ut habeat pilosum. itaque quae (quo *cod.*) id non habent, maiores nostri apicas appellabant ac reiciebant. PLIN. nat. 8,198 quibus nudus esset *venter*, apicas vocabant damnabantque. PAVL. FEST. 25 apica dicitur ovis quae ventrem glabrum habet.

apicātus *ab* apex. OV. fast. 3,397 coniunx apicati cincta Dialis.

Apicātus, -a *nom. gent.* CORP. VI 12126 P. Apicatus *et* Apicata. X 8042, 15 (*in tegula*) L. Apicati On(esimi). TAC. ann. 4,3,11 Apicatam *uxorem Seiani*. **Apicātius,** -ia *nom. gent.* CORP. VI 9634 P. Apicatius P. f. Cla. Celer *et* Apicatius P. f. Pricus (*sic*). VI 22277 Apicatia Fausta.

? **Apicesis** *nom. mul.* CORP. V 2913 Bononianae Apicesi coniugi castissimae. (Auxesi *tradidit Verder.*) *V.*

[apiceus]. ORIENT. 1,283 apiceus (*B*, spiceus *A*) densis calamus flavescit aristis, in terra granum quod modo putre fuit. *Lehnert.*

apicīre ligare, **apicītus** ligatus GLOSS. Scal. V 589, 24. apiciendo: ligando V 167, 29.

apiciōsus calvus, calvaster GLOSS. equus (aequus*?*) V 491, 45. *v.* alapiciosus.

apīcius, -a, -um. CATO rust. 24 uvas apicias percoctas bene legito. *ibid.* dimidium apicii vini indito. VARRO rust. 1, 58 Cato ait uvam aminneam minusculam et maiorem et apiciam in ollis commodissime condi. MACR. sat. 3, 20, 7 uvarum genera ... apiana apicia. *neutr. subst.* CATO rust. 6,4 ibi aminnium maius aut murgentinum, apicium, lucanum serito. ceterae vites ... in quemvis agrum conveniunt (VARRO rust. 1,25 PLIN. nat. 14,46). 7,1 vitium ⟨genera⟩ conpluria, aminnium minusculum vinum et maius et apicium. *videtur idem esse atque* **Apīcius** *v.* Appius. *V.*

[apicones] sub vinea virgae GLOSS.

apicula, -ae *f.* [*ab* apis *deminutive. Th.*] PRISC. gramm. II 107,13 'apes' cuius deminutivum pro e longo i habet 'apicula'. 242,2 'haec apis' ... quod etiam diminutivum ostendit 'apicula'. [*ital.* pecchia, *prov.* abelha, *unde francog.* abeille, *hisp.* abeja *derivantur ab* apēcula *aut* apicula. *M.-L.*]

PLAVT. Curc. 10 apicularum congestum opera *cereum*. PLIN. nat. 7, 85 nave, quam apicula pinnis absconderet. 18, 253 apicula procedens fabam florere indicat. FRONTO p. 137, 3 N. ut formicularum et apicularum ostentis res maximae portenduntur. PALLAD. 6, 10 maiores ... apiculae, quas aliqui reges putant (COLVM. 9, 14, 4 apes). AMBR. exam. 5, 21, 70 ut apiculae ... sequaris exemplum. de virg. 17, 106 apiculae modo. virg. 1, 8, 41 imitatricem ... apiculae. HEGES. 5, 27. 57 habent ... apiculae suos morsus. AVG. civ. 22, 24 formicularum et apicularum opera. epist. 137, 8 qui meliorum sensum formiculis et apiculis dedit quam asinis et camelis. ord. 2, 19, 49 non ... sum melior hirundine aut apicula. *Bannier.*

Apicula, -ae *cogn. mul., libertinarum plerumque*. CORP. III 1814 Lastae P. l. Apiculae. V 2195. 8442. VI 5702 Eppuleia M. l. Apicula. 28812. IX 876. X 4131. 5215. XI 1030. XII 5241. Apicla: CORP. VIII 9330 Secundio et Apicla Saturno v. s. l. a. X 5500 Duiliae L. l. Apiclae. VI 12127(*?*). *cogn. vir.* CORP. XII 2851 Q. Minuc(ius) Apicla. *V.*

apiculum, -i *m.* PAVL. FEST. 23 apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt. *Lehnert.*

Āpidanus, -ī, *Ἀπιδανός, fluv. Thessaliae*. PROP. 1, 3, 6 in herboso ... Apidano. OV. met. 1, 580 *et* 7, 228 *e coni. pro* Eridanus. LVCAN. 6, 373 Apidanos *nomin.* PLIN. nat. 4, 30. VAL. FL. 1, 357.

Āpidanēus, -ī. PRISC. perieg. 412 Arcades Apidanei sub scopulos Erymanthi. *Diehl.*

Apidanus *nom. serv. ab Ἀπιδανός fluvio tractum*. CORP. XII 4636 ⟨...⟩atrius Q. l. Apidanus.

Apidius *v.* Appius.

Apiennius, -a *nom. gent.* CORP. III 2736 (*in Dalmat.*) P. Apienn(i). *potest pertinere ad* Appius. *Otto.*

? **Apies.** Salvium Apies *municipium Dalmatiae videtur fuisse, cf.* CORP. III p. 363. *V.*

Apilānus, -a *nom. gent.* CORP. VI 6665 Apilana P. l. Antiochi⟨s⟩.

Apilas *Pieriae Macedoniae flum.* PLIN. nat. 4, 34. *Otto.*

? **Apiles** *cogn. vir.* CORP. XII 3972 (*Nemausi; non extat*) P. Valerius Apiles. *fuitne* Apelles*?* *Diehl.*

Apilius, -a *nom. gent.* CORP. V 1771 Apilia Caelerina.

Apilla *cogn. mul.* CORP. VI 7440 Fortunata, Apilla, Caecilia. XI 3853 ⟨Vale⟩ria Apilla. **Apillius,** -a *nom. gent.* CORP. V 8452 (*Aquileiae*) L. Apillio Successo. *possunt cognata esse cum* Appius, *cf.* Apinius.

Apilus *nom. vir.* CORP. II 1133 C. Marcius Apilus magister larum Augustor. et genii Caesaris Augusti. 2433 Apil⟨us*?*⟩ Arqu⟨i*?*⟩. 5561 Flaus Apili Valabricensis. **Apilicus** *nom. vir.* CORP. II 5660 Silvano Apilici f.

Apina *nomen barbaricum*. CORP. II 772 (*periit, incertae lectionis est*) Apinae Luci f. Pisira Cancili filia. **Apinula.** CORP. XIII 2928 (*in Gallia Lugud.*) Apinula Solini filia. *Otto.*

apinae, -ārum *f.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* afannae, *v. Ribbeck, Leipz. Stud. 9, 337. Th.*] GLOSS. II 19, 40 apinae: ⟨ἀ⟩φάννας. II 19, 31 *ἀμαλογίαι* (*i. ἀμαθολογίαι, fortasse ἀμαλολογίαι*). MART. 1, 113 quaecunque lusi iuvenis et puer quondam apinasque nostras, quas nec ipse iam novi (*cf.* 6 meis nugis). 14, 1, 7 *dona saturnalicia* sunt apinae tricaeque et si quid vilius istis. *vide* PLIN. nat. 3, 104 *Apulorum* urbes duas, quae in proverbi ludicrum vertere, Apinam et Tricam. *cf.* afannae. *derivata*: apenarius, apinor.

apinor *εἰκαιολογῶ* CHARIS. exc. gramm. VII 430 not. 1. *V.*

Apinossus *nom. barbaricum*. CORP. XIII 1439 (*in Gallia Aquitan.*) Apinosso. *sed titulus corruptus est.* *Otto.*

Apinsi *gen. nom. vir.* CORP. III 2796 Vendo Tritoneri Apinsi f. ann. XXX h. s. e. *V.*

Apio, -ōnis, *Ἀπίων. Cyrenarum rex*: SALL. frg. 2, 43 mortui regis Apio⟨nis⟩. CIC. agr. 2, 51 TAC. ann. 14, 18. AMM. 22, 16, 24 Apionos regis. *grammaticus Alexandrinus*: SEN. epist. 88, 40 Apion grammaticus. PLIN. nat. 35, 88 Apio. praef. 25 Apion (nat. 30, 18. 31, 22. 32, 19. 36, 79. 37, 75). IOS. Cassiod. c. Ap. 2, 295 Apiones. 30, 99 Apionis. BEDA chron. p. 258, 47 Appionem grammaticum. *cogn. vir.* CORP. VI 20432 (*extat*) Iulia Egloge Caesaris l. Apionis anos vixi XXII. COD. Iust. 9, 47, 6. CORP. II 2699 Fl. Strategius Apion *cos. ord. a. p. Chr. 539 cf.* NOVELL. 78. 79. 84 *subscr.*: Apione (Appione) v. c. consule. CORP. IX 1435 M. Decumius M. l. Apio. MARC. COM. a. 539 Appionis solius. *cf.* Apis. *Diehl.*

apio, -ere. [*fortasse cf. c.* apisci. *Th.*] PAVL. FEST. p. 18 comprehendere antiqui vinculo apere dicebant. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 10, 270 apere ... veteres ritu flaminum adligare dicebant. ISID. orig. 19, 30, 5 apex est pileum sutile ... appellatus ab apiendo id est a ligando. GLOSS. apio (apto *cod.*) ligo unde et apes dictae, quod se pedibus invicem ligent; apio ligo *Papias, gloss. Arab. p. 701 ed. Vulc.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ENN. ann. 569 tonsillas apiunt, configunt litus aduncas (-cis *Müller*). *de verbi participio pf. pass. v. s. v.* aptus. *derivata*: apex, apiscor (*?*), apto; coepi, inipitus. *Prinz.*

Apiolae, -ārum *f. nom. oppidi Latini.* LIV. 1, 35, 7 *Tarquinius* rex bellum primum cum Latinis gessit et oppidum ibi Apiolas vi cepit. PLIN. nat. 3, 70. *V.*

Apiolus *v.* Appius.

? **Apiorno.** INSCR. christ. Rossi I 372 (*a. 364*) *obiit* ora noctis IIII, in⟨l⟩uxit VIII idus Madias, die Saturnis, luna vigesima, sicno Apiorno, nomine Simplicius. *propter decessus indicationem accuratissimam Rossi interpretatur:* signo capricorno. *Diehl.*

apios, ἄπιος, *herba.* PLIN. nat. 26, 72 apios ischas sive raphanos agria. DIOSCOR. 4, 170 de apio. Apiu aut ⟨i⟩scada aut camebalanu aut rafanu agreste aut diastittin dicunt. *Bickel.*

apiōsus, -a, -um *de quodam morbo equorum, sive quod apio curabatur, sive quod vi magica apii putabatur oriri* (*nomen pro* lunaticus *factum esse commutatis* σελινίτης *et* σεληνίτης *conicit Ihm, comm. ad* PELAG. 405). CHIRON 1, 17 apioso, insano. 3, 114 de apioso (*tit.*). 3, 257 ex eadem parte doloris gravatus amens fit apiosus. VEGET. 1, 25. 3, 2 cum noxius sanguis membranam cerebri ... ex una parte pertuderit ... efficitur animal apiosum: cuius et mens hebetatur et visus. 3, 5. 3, 9, 3. 3, 9, 5. 3, 10 si quid iumentum apiosum fuerit, in praesepio incumbit, oculos tensos habebit, micabit auriculis, visus caliginem patietur et gyrat in circulo tanquam ad molas. PELAG. 405 ad equum apiosum. 406 potio ad apiosos. *in codd. dett. scribitur passim* appiosus *vel* opiosus.

Apirēnsis *v.* Epirus.

apirocalus, ἀπειρόκαλος. GELL. 18, 8, 1 scitamenta, quae isti apirocali, qui se Isocratios videri volunt, in conlocandis verbis immodice faciunt et rancide. 11, 7, 7 alter quoque a lectionibus id genus paucis apirocalus. *V.*

apis, -is *f.* [*orig. inc. Th.*] apes: PROBI app. gramm. IV 198, 14 apes, non apis. PRISC. gramm. II 107, 13. 159, 13. 241, 18 PROB. IV 26, 17 MAR. PLOT. VI 477, 16 SVLPICIA sat. 55 CARM. de Philom. 36 (*codd. MNO*) VEN. FORT. carm. 3, 9, 25. 4, 11, 10. 6, 1, 8. 7, 1, 38. PRISC. gramm. II 159, 13 feminina sunt ... apes. II 421, 18 haec apēs huius apis, ... e longam servavit neque ulla crevit syllaba in genetivo. PROB. IV 26, 16 unum excipitur ab eo (*sc.* pes) tractum, quod in nominativo producitur in genetivo pis facit, haec apes huius apis ... nam apes, si pes corripueris, barbarismus erit (MAR. PLOT. VI 477, 16). *de gen. plur.* apium *sive* apum *v. Neue, Formenl. I² 259.* CHAR. gramm. I 238, 6 apes quasi aptae sunt, quod invicem colligantur. SERV. georg. 4, 257 multi apes dictas volunt, quod se pedibus invicem tenent. ISID. orig. 12, 8, 1 apes dictae ... quod se pedibus invicem alligent. PRISC. gramm. II 241, 18 haec apes huius apis, quia hoc solum a pede compositum .... PROB. IV 26, 17 ab eo dictae apes, quod sine pedibus nascuntur. MAR. PLOT. VI 477, 16 apes quasi ἄπους, quod sine pedibus nascatur. SERV. georg. 4, 257 multi apes dictas volunt ... quod sine pedibus primo esse dicuntur. ISID. orig. 12, 8, 1 apes dictae ... quod sine pedibus nascantur. GLOSS. μέλισσα, μέλιττα. MAR. PLOT. VI 184, 1 ab apibus, quae graece μέλισσαι dicuntur. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 1, 430 latine ... μέλισσα apis dicitur. [*ital.* ape, *francog. vet.* ef. *M.-L.*]

***procreatio*:** PLIN. nat. 1 (ind.) libro XI continentur ... quomodo apes generent. VARRO rust. 2, 5, 5 ex hoc putrefacto *bove* nasci ... apes. 3, 2, 11 ex bubulo pecore, unde apes nascuntur. 3, 16, 4. VERG. georg. 4, 284 quo ... modo caesis ... iuvencis insincerus apes tulerit cruor. 555. 556. OV. met. 15, 365 de putri viscere *taurorum* ... nascuntur apes. fast. 1, 379. COLVM. 9, 14, 6 progenerari posse apes iuvenco perempto Democritus et Mago nec minus Vergilius prodiderunt. PLIN. nat. 11, 70 amissas *apes* reparari ventris bubulis recentibus cum fimo obrutis. 21, 81 *fimum bubulum* apes ... excitat. SERV. georg. 4, 286 Plinium dicere de bubus apes ... creari. ISID. orig. 12, 4, 3 de vitulorum carnibus putridis apes. 12, 8, 2. VARRO rust. 3, 16, 4 apes nascuntur partim ex apibus .... OV. met. 15, 382 nonne vides ... fetus ... apium, sine membris corpora nasci? COLVM. 9, 11, 5 Hyginus ... negat ex vermiculo, ut ceteras apes, fieri ducem. SERV. georg. 4, 285 verberantur *iuvenci*, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, unde apes sunt (ISID. orig. 12, 8, 2). VERG. georg. 4, 198 nec *apes* concubitu indulgent nec corpora ... in Venerem solvunt aut fetus nixibus edunt; verum ... e foliis natos ... ore legunt. COLVM. 9, 2, 4. PLIN. nat. 11, 46 apium ... coitus visus est numquam. plures existimavere ore confingi, floribus compositas. SALV. gub. 4, 43 apes cum e floribus natos elegunt. SERV. georg. 4, 150 ut haberent *apes* liberos sine ullo concubitu. GAVDENT. 19 constat ... sine coitu generantis futurae apis vermem nasci. COLVM. 9, 2, 3 crabronibus et sole genitas apes. 9, 15, 2 ad procreationem subolis conferre aliquid ... fuci videntur insidentes seminibus, quibus apes figurantur. PLIN. nat. 11, 46 aliqui *existimavere apes nasci* coitu unius, qui rex ... appelletur. COLVM. 9, 2, 2 Melissa quam Iupiter in apem convertit. SCHOL. Dan. Verg. Aen. 1, 430 de corpore Melissae apes nasci fecit *Ceres*. PLIN. nat. 11, 50 fit in favis quibusdam qui vocatur clavus ..., cum fetum inde non eduxere .... hic est abortus apium. ***natura*:** VVLG. Sirach 11, 3 brevis in volatilibus est apis. VARRO rust. 3, 16, 19 vespa, quae similitudinem habet apis. CIC. ac. 2, 54 sint ... apes apium simillimae. AEM. MAC. carm. 17 *fucus* maior ape, crabrone minor (ISID. orig. 12, 8, 3). COLVM. 9, 10, 1 reges maiores ... quam ceterae apes (PLIN. nat. 11, 51 PALLAD. 7, 7, 7). 9, 14, 4 *oestri* amplioris magnitudinis quam sunt ceterae apes (PLIN. nat. 11, 47 PALLAD. 6, 10). COLVM. 9, 15, 1 *fuci* quod est genus amplioris incrementi simillimum api (PLIN. nat. 11, 26 PALLAD. 7, 7, 1). SCHOL. Dan. Verg. georg. 4, 168 fucus est similis apibus. MART. 4, 32, 2 ut videatur apis nectare clusa suo. AVG. civ. 15, 27 in quibus nihil sit maris et feminae, sicut apes. COLVM. 9, 13, 8 in eo libro, quem de apibus scripsit. HIER. epist. 54, 17 Debora ... apis nomen accepit. PLIN. nat. 21, 83 de qua diximus in natura apium. 85. 22, 109. VARRO rust. 3, 16, 9 *apes* differunt inter se, quia ferae et cicures sunt. COLVM. 9, 3, 1 Aristoteles ... apum ... genera complura demonstrat. PLIN. nat. 11, 48 cetera turba *apium* ... nymphae vocantur. 19, 123 apes furtivas. ***reges apium*:** VARRO rust. 3, 3, 18 tria genera cum sint ducum in apibus. OV. fast. 3, 556 amisso dubiae rege vagantur apes. SEN. clem. 1, 19, 2 natura ... commenta est regem, quod ... licet ... cognoscere et ex apibus. LACT. ep. 1 si multi sint in examine apum reges. *sim.* VERG. georg. 4 COLVM. 9, 9 PLIN. nat. 11 PALLAD. 7, 7. ***fuci*:** PLAVT. frg. Lipargi fucum ..., apibus qui peredit cibum. AEM. MAC. 17 VARRO rust. 3 VERG. georg. 4 COLVM. 9 PLIN. nat. 11 *al.* ***volatus*:** LVCR. 4, 679 mellis apes quamvis longe ducuntur odore. COLVM. 6, 17, 9 ad dulcedinem mellis ... apes advolant. VERG. Aen. 6, 709 strepit omnis murmure *apium* campus. 12, 591 COLVM. 9, 8, 2. 9, 9, 4 PLIN. nat. 11, 6. 49. 64. 266. SIL. 2, 221 PALLAD. 1, 38. 7, 7, 1 *et* 5. VERG. georg. 4, 188 fit sonitus mussantque *apes*. (SERV. mussant: hic murmurant.) VERG. georg. 4, 260 susurrant *apes*. ecl. 1, 55 VEN. FORT. carm. 6, 1, 8. PAVL. FEST. 30 bombizatio est sonus apium ab ipso sonitu dictus. PLIN. nat. 11, 20 donec una *apis* excitet ... bombo. 26. SVET. frg. 161 apum bombire vel bombilare. CARM. de Philom. 36 bombilat ... apes. OV. met. 15, 382 nonne vides ... fetus ... apium ... seras ... adsumere pennas? PLIN. nat. 11, 1 alia *animalia* pinnata, ut apes. 11, 95 pinnarum illis natura quae apibus. 96 quaedam quaternas *pinnas gerunt* ut apes. QVINT. inst. 8, 6, 18 nec ... dixerim ... volucres per aëra nare licet hoc Vergilius in apibus ac Daedalo sit usus (*corr. Burmann, G* sperae sanare, *v.* VERG. georg. 4, 59 nare per aestatem. Aen. 6, 16 enavit ad arctos).

***ictus*:** PLIN. nat. 11, 60 aculeum apibus dedit natura. 11, 27 sunt ... fuci sine aculeo, velut imperfectae apes. 11, 173. CIC. Tusc. 2, 52 apis aculeum sine clamore ferre non possumus. OV. Ib. 541 in ... tuis ... luminibus spicula condat apis. PLIN. nat. 8, 129 convulneratum ab apibus os. 11, 62 nec sentire ictus apium ranae traduntur. 20, 29 folia *pastinacae* ... apium ... ictibus ... medentur. 109 pungi ab apibus. 133 apium ... aculeos. 21, 78 non enim ... apibus iam cuspides derat. 23, 43 merum ... remedio est contra ... apes ... scorpionumque ictus. 152 apium ... venenis. 28, 32 numquam ... a ... vespis apibusve feriuntur. THEOD. PRISC. eup. faen. 74 de percussibus apum. apum percussus malvarum folia ... curant. PLIN. nat. 11, 173 quibus in posteriore parte aculei, his et dentes et lingua apibus etiam praelonga.

***subtilitas*:** CIC. ac. 2, 120 usque ad apium formicarumque perfectionem. SEN. epist. 121, 22 quanta sit subtilitas apibus. PORPH. Hor. carm. 4, 2, 27 comparavit se api, per quod significat parva quidem et humilia se scribere, sed subtilia et dulcia. ***aegrotantes et morientes*:** VARRO rust. 3, 16, 22 cum sint apes morbidae propter primoris vernos pastus. VERG. georg. 4, 251 quoniam casus apibus quoque nostros vita tulit. 318 amissis ... apibus morboque fameque. 534. COLVM. 9, 13, 1 pestilentiae rara in apibus pernicies. 2 tithymalus ... ventrem solvit ... et proprie ulmus apium. 11 corrupto melle ... apes intereunt. 13 est et illa causa interitus, quod interdum continuis annis plurimi flores proveniunt et apes magis mellificiis quam foetibus student (PALLAD. 4, 15). PLIN. nat. 11, 66 oleo ... apes ... exanimantur. ***grata apibus*:** VARRO rust. 3, 16, 13 serere quae maxime secuntur apes: ea sunt rosa, serpyllon, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocimum, cyperum, medice, maxime cytisum (VERG. georg. 4, 30—32. 63. 109—113. 181—183 COLVM. 9, 4 PLIN. nat. 21, 70 PALLAD. 1, 37; *de pinu v. Leo ad Culicem p. 109*). VERG. ecl. 1, 54 apibus florem depasta salicti. 5, 77 dum thymo pascentur apes. 10, 30 nec cytiso saturantur apes. georg. 4, 18 fontes et stagna ... adsint et ... rivus. HOR. carm. 4, 2, 27 apis Matinae more modoque grata carpentis thyma. COLVM. 5, 12, 1 cytisum ... apibus ... utilissimum est. 9, 8, 13 apiastrum ... aliasque ... herbas, quibus id genus animalium (*apes*) delectatur. PLIN. nat. 11, 42 putant ... apibus *ericen* esse gratissimam. 12, 98 vidi *casiam* in alvariis apium satam. 13, 131 apes ... nunquam defore cytisi pabulo contingente. 14, 24 apianis apes dedere cognomen, praecipue eorum avidae. 21, 56 floret *thymum* circa solstitia; tum et apes decerpunt. 149 melissophyllo sive melittaena si perunguantur alvi, non fugient apes, nullo enim magis flore gaudent. 24, 65 genista ... floris apibus gratissimi. SALV. gub. 4, 43 apes, cum ... thymum vel flosculos sectantur. OV. fast. 3, 742 quos ... movent sonitus aera, sequuntur apes (COLVM. 9, 8, 10. 9, 12, 2 PLIN. nat. 11, 68 PALLAD. 7, 9). ***ingrata et inimica*:** VERG. georg. 4, 47 neu proprius tectis taxum sine ... aut ubi odor caeni gravis (COLVM. 9, 5, 6 PALLAD. 1, 36, 3 *et* 5). PLIN. nat. 16, 76 cuius (*laburni*) florem ... apes non adtingunt. PALLAD. 1, 36, 5 absint ... herbae tithy-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mallus, elleborum, thapsiae, absinthium, cucumis agrestis. PLIN. nat. 11, 72 apes, quae nullum corpus adtingunt. 30, 147 eos ... qui arborarii pici rostrum habent ab apibus non adtingi. VERG. georg. 4, 37 utraque vis (*calor et frigus*) apibus pariter metuenda (COLVM. 9, 5, 1 PALLAD. 1, 37). COLVM. 9, 7, 5 ne possint *foramina alvearii* capere plus unius apis incrementum. sic neque ... stellio nec ... scarabaei vel papilionis genus lucifugaeque blattae ... favos populabuntur. 6 lacerti, qui apibus affert exitium. 14, 1 araneis, qui favos corrumpunt. 2 vermiculi ... qui tineae vocantur, item papiliones enecandi sunt (8). 10 ne apes intercipiantur violentia crabronum (VERG. georg. 4, 13 *sqq.* 242. 243. 245. 247 PLIN. nat. 11, 65—67 PALLAD. 1, 37, 4). PLIN. nat. 10, 199 ursi ... pomis vivunt et apibus. 29, 92 noctua apibus contraria. SERV. georg. 4, 14 vocantur *meropes* apiastrae, quia apes comedunt. ***praesagientes et prodigiosae:*** VERG. georg. 4, 220 esse apibus partem divinae mentis et haustus aetherios dixere. PETRON. 56 apes ... divinas bestias puto. AVIEN. Arat. 1766 *hiemat* Cecropias si pastus apis vicinus ... inhibet. PLIN. nat. 11, 55 ostenta faciunt *apes* privata ac publica uva dependente in domibus templisque. CIC. har. 25 si examen apium ludis in scenam caveamve venisset, haruspices acciendos ... putaremus. *ibid.* in apium ... examine nos ... haruspices, ut a servitio caveremus, monerent. div. 2, 67 Dionysii equus ... quod ... habuit apes in iuba (1, 73 PLIN. nat. 8, 158). VERG. Aen. 7, 64 huius (*Laviniae*) apes ... obsedere apicem. LIV. 21, 46, 2 examen apum in arbore praetorio imminente consederat. 24, 10, 11 apum examen in foro visum (27, 23, 2). VAL. MAX. 1, 6, 12 examinibus apium signa *Pompei* obscurando. PLIN. nat. 11, 55 sedere *apes* in castris Drusi imperatoris. SIL. 8, 635 nec ... apium se involvere nubes cessarunt aquilis. IVV. 13, 67 tamquam ... examen ... apium longa consederit uva culmine delubri. TAC. ann. 12, 64 fastigio Capitolii examen apium insedit. AMM. 18, 3, 1 in domo Barbationis ... examen apes fecere perspicuum. VVLG. iud. 14, 8 examen apum in ore leonis erat. CIC. div. 1, 78 Platoni cum ... apes in labellis consedissent (div. 2, 66). VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 formicis Midae ... apes Platonis praetulerim. PLIN. nat. 11, 55 sedere *apes* in ore ... Platonis. PHOC. 53 lata cohors apium ... labra *Vergili* favis texit. LACT. inst. 1, 22, 20 apes os pueri *Iovis* melle complesse. ***consuetudines:*** VARRO rust. 3, 16, 4 apes non sunt solitaria natura (AVG. civ. 19, 12). PAVL. FEST. 80 examen est ... apium congregatio. SED. op. pasch. 3, 23 parvulorum examen apibus coaequandum. CIC. fin. 3, 63 apes ... aliorum ... causa quaedam faciunt (PLIN. nat. 11, 11 MART. 14, 222). VERG. georg. 4, 153 solae *apes* communes natos, consortia tecta urbis habent .... PLIN. nat. 11, 108 hae (*formicae*) communicantes laborem ut apes. QVINT. inst. 5, 11, 24 apes ... formicasque in commune ... laborare. GAIVS inst. 2, 68 quae ex consuetudine abire et redire solent (dig. 41, 1, 5, 2). PLIN. nat. 28, 79 certum est apes tactis alvariis fugere. VERG. georg. 4, 252 nec non et apes examina condunt corticibusque cavis vitiosaeque ilicis alvo. PHAEDR. 3, 13. ***mellificae:*** LVCR. 3, 11 floriferis ut apes in saltibus omnia libant. CIC. Cato 54 res rusticae laetae sunt ... apium examinibus. VERG. Aen. 1, 430 qualis apes ... per florea rura exercet sub sole labor. 6, 707 velut in pratis, ubi apes ... floribus insidunt. TIB. 2, 1, 49 rure levis verno flores apis ingerit alveo. OV. met. 13, 928 non apis inde tulit conlectos sedula flores. 15, 366 apes quae ... rura colunt. ars 1, 95 ut apes ... per flores et thyma summa volant. SEN. epist. 84, 3 apes ..., quae vagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt (5). CALP. ecl. 2, 19 ausa est ... apis intermittere flores. 3, 80 vixdum bene florem degustabat apis. COLVM. 9 *saepe.* PLIN. nat. 11, 11. 14 *al.* MART. 14, 222 huic (*dulciario* ...) laborat apis. PS. VERG. in vita (Suet. Reifferscheid pag. 67) sic vos non vobis mellificatis apes. MAR. VICT. gramm. V 184, 1 sicut *apes* ... omni cura flores legunt, ut mella conficiant. SERV. georg. 4, 1 apes faciunt ex rore matutino mel. AMM. 17, 4, 11 per speciem apis mella conficientis. MACR. sat. 5, 11, 4 descriptas apes a Vergilio opifices. VEN. FORT. carm. 7, 1, 38. PETRON. 56 apes ... quae mel vomunt (COLVM. 9, 2, 4 PLIN. nat. 11, 31). COLVM. 9, 3, 11 cum sit haec apium consuetudo, ut prius tantum cerarum confingant, quantum putent explere se posse. PLIN. nat. 11, 18 ceras ex omnium arborum ... floribus confingunt. 75 *vespae* ceras largius quam apes faciunt. SERV. georg. 4, 1 apes ex floribus ceras faciunt. CIC. off. 1, 157 ut apium examina non fingendorum favorum causa congregantur. *ibid.* apium examina ... fingunt favos. VERG. georg. 4 COLVM. 9 PLIN. 11, 14. 23 SALV. gub. 4, 43. VEN. FORT. carm. 3, 25 construitura favos apes. CARM. epigr. 1262, 8 favi de Siculis apibus. ***genera:*** VARRO rust. 3, 16, 19 de reliquis apibus optima est parva varia rutunda. VERG. georg. 4, 100 COLVM. 9, 3 PLIN. nat. 11, 59. VARRO Men. 432 cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint. VERG. ecl. 1, 54 Hyblaeis apibus florem depasta. OV. ars 2, 517 quot apes pascuntur in Hybla. 3, 150 trist. 5, 6, 38 COLVM. 9, 14, 19. MART. 2, 46, 1 ut pingitur Hybla colores cum breve Sicaniae ver populantur apes. 7, 88, 8. 9, 26, 4. 11, 8, 8. CARM. epigr. 1262, 8. VERG. georg. 4, 177 Cecropias ... apes (SIL. 2, 217 MART. 6, 34, 4. 9, 13, 2. 11, 42, 4 AVIEN. Arat. 1766). COLVM. 9, 14, 19. OV. trist. 5, 4, 30 quod in ceris Attica ponit apis. PETRON. 38 apes ab Athenis iussit afferri. VAL. FL. 1, 395 Butes Actaeis dives ab oris innumeras ... claudit apis. MART. 13, 104 hoc tibi ... misit Hymetti Pallados a silvis ... apis. CARM. epigr. 468 ⟨saep⟩e meis tumulis

avis (?) Attica parvula venit. HOR. carm. 3, 16, 33 nec Calabrae mella ferunt apes. OV. am. 1, 12, 10 quam ... melle sub infami Corsica misit apis (MART. 9, 26, 1. 11, 42, 4). COLVM. 9, 3, 2 quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. PLIN. nat. 11, 59 deteriores *apes* longae et quibus similitudo vesparum, etiamnum deterrimae ex iis pilosae.

VERG. georg. 4, 177 Cecropias innatus apes amor urguet habendi. 4, 156 venturae ... hiemis memores aestate laborem experiuntur et in medium quaesita laborant. COLVM. 9, 14, 11 apes collecta mella cibariis hiemis reponunt. SEN. clem. 1, 19, 3 pugnacissimae sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt (VERG. georg. 4, 236—238). PLIN. nat. 11, 12 cum sint *apes* neque mansueti generis neque feri (8, 220). GAIVS dig. 41, 1, 5, 2 apium ... natura fera est. LAMPR. Hel. 26, 8 apes mansuetas eas appellans. VERG. georg. 4, 67—85 sin ... ad pugnam exierint. SVLPICIA sat. 53—55 *al.* ***cultura voluptatis ususve causa:*** *de hac re agunt uberrime* VARRO rust. 3 VERG. georg. 4 COLVM. 9 PLIN. nat. 11 PALLAD. *complur. locis.* VARRO rust. 3, 2, 13 alterum *genus pastionis* villaticum, in quo sunt ... apes. 3, 3, 3 altera *species venationis* item extra villam, quae sunt, ut apes. 3, 3, 5 apes ... subter sugrundas ab initio villatico usae tecto. VERG. georg. 1, 4 apibus quanta experientia parcis (SIDON. carm. 3, 2). COLVM. 8, 17, 16 redibimus ... ad ... cultum ... apium. 9 praef. venio nunc ad ... apium educationem. PLIN. nat. 11, 19 Philiscum ... apes colentem. (SVET.) vit. Verg. init. apibus curandis. VERG. georg. 4, 8 principio sedes apibus statioque petenda, quo neque sit ventis aditus .... VARRO rust. 3, 16, 12. COLVM. 8, 1, 4 circa villam ponuntur μελισσῶνες quae nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria. 9 praef. 9, 4. 5 PALLAD. 1, 37. COLVM. 9, 8, 1 quas *apes* pretio comparabimus, scrupulosius praedictis comprobemus notis. 4 quae *apes* dono vel aucupio contingunt, minus scrupulose probantur. VERG. Aen. 12, 587 ut cum latebroso in pumice pastor vestigavit apes fumoque implevit amaro. LIV. 4, 33, 4 fumone victi ... velut examen apium ...? COLVM. 9, 8, 10 *sqq.* STAT. Theb. 10, 574 ubi pumiceo pastor rapturus ab antro armatas erexit apes. GAIVS dig. 41, 1, 5, 2 quae (*apes*) in arbore nostra consederint, antequam a nobis alveo concludantur. *aegrotarum et emortuarum* ***remedia et curatio:*** VERG. georg. 4, 264 *aegrotantibus* galbaneos suadebo incendere odores mellaque ... inferre ... proderit ... gallae admiscere saporem ... rosas ... defruta ... de vite racemos ... thymum ... centaurea ... amellum. COLVM. 9, 5, 6 conseri ... debent arbusculae incrementi parvi ... propter salubritatem. nam sunt etiam remedio languentibus cytisi tum etiam casiae atque pini et rosmarinus. quin etiam cunelae et thymi frutices, item violarum. 9, 11, 3 potest ... paucitas apium ... emendari. 9, 13, 4 siquidem praecipit *Hyginus* apium corpora ... quae ... enectae reperiuntur ... ficulneo ... cinere obruere. PALLAD. 4, 15. *cibus*: PLIN. nat. 21, 82 si cibus sentiatur deesse apibus, uvas passas ... posuisse conveniat. VARRO rust. 3, 16, 28 COLVM. 9, 14, 15. 16 PLIN. nat. 11, 17. COLVM. 9, 8, 3 infundendi sunt grati apibus liquores. VERG. georg. 4, 139 apibus fetis ... abundare. PLIN. nat. 11, 45 cum mella eximantur, apes abigi fumo. 35 ex hac vindemia XV partem apibus relinquunt. 34. 40 VARRO rust. 3, 16, 32. 33. 34 PALLAD. 7, 7. LEX Sal. 8 tit. de furtibus apium. 1 si quis ... apem de intro clavem furaverit. 2. LEX Burg. lib. const. 4, 3 quicumque ... apem ... abstulerit. 70, 3 si ... apem involaverit. 91. 95. *in medicaminibus*: PLIN. nat. 29, 97 utuntur melle, in quo apes sint mortuae. 128. 143. 30, 30. 50. 52. 59. 62. 73. 107. 118.

translate: VVLG. Is. 7, 18 sibilabit ... api (*i. regi*) quae est in Asur. CLAVD. 30, 9 unde piae pascuntur apes (*i. poetae*) et ... transmittunt saeclis Heliconia mella futuris. VEN. FORT. carm. 4, 11, 10 plurima ... monachorum examina fundens floribus aeternis mellificavit apes. *Bannier.*

Āpis, *m.* Ἄπις. *gen.* Apis PLIN. nat. 8, 186 IVST. 1, 9, Apidis RVF. recogn. 1, 35 (Migne P. G. 1 p. 1228). *acc.* Apim CIC. rep. 3, 14 nat. 1, 82, Apin PLIN. nat. 8, 184 TAC. hist. 5, 4 SVET. Aug. 93; *scriptores recentiores utramque accusativi formam promiscue praebent, v.* AMPEL. 30, 2 TERT. ieiun. 9, 2. *abl.* Apide SVET. Tit. 5 SOL. rubr. 32 c p. 228 M.² PAVL. NOL. 19, 85. *Apis taurus nominabatur certi coloris tamquam deus ab Aegyptiis cultus.* OV. am. 2, 13, 14 AVG. civ. 18, 5. *est etiam nomen geographicum in Aegypto occidentali, cf.* PLIN. nat. 5, 39 MART. CAP. 6, 672.

Apis, *m.* Ἄπις. *acc.* Apim HIER. chron. a. Abr. 271. *abl.* Api AVG. civ. 18, 5 PROSP. chron. 42. *heros Peloponnesius cum deis Aegyptiacis in fabellis confusus, v.* HYG. fab. 145 p. 24 ARNOB. nat. 1, 36. *cf.* Apia, Apion? *Bickel.*

Apisa maius, *opp. Africae proconsularis, v.* CORP. VIII p. 97. CORP. VIII 777 civitas Apisa maius. 776 ⟨civita⟩s Apisa m⟨aius⟩. V 4921 (*anni 28 p. Chr.*) civitas Apisa maius hospitium fecit cum C. Silio C. f. Fab. Aviola. VIII 779 ordo m(uni)c(i)p(ii) Apisensium maiorum, *item* 780. *V.*

apiscor, aptus sum, apiscī. [*cf. c. ind.* āpnōti 'adipiscitur', *med.* apayeiti '*contingit, adipiscitur*', *fortasse c.* apio apere. *Th.*] PAVL. FEST. 11 aptus cum propria significatione intellegatur, poni tamen solet pro adepto, sicut apisci pro adipisci. NON. 74 apisci: adipisci. 68 apisci: invenire. GLOSS. apiscitur: consequitur; apisci: adipisci; apiscendae τοῦ ἐπιτυχεῖν. *Schmalz, Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1881 p. 104. Kalb, Juristenlatein p. 11 sqq. Vox adamata Tacito, qui ea tamen nusquam usus est nisi in annalibus.* TER.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phorm. 406 apiscier *sine iusta causa legitur ex Bentlei coniectura pro tradita forma* adipiscier.

I *deponens*: 1 *proprie*: ACC. trag. 436 obviam ense it (ens. id *codd.*), quem (que *codd.*) advorsum aptus alter in promptu occupat. PLAVT. Epid. 668 sine me hominem apisci. SIS. hist. 94 postero die legatos Iguvium redeuntis apiscitur. LVCR. 6, 1235 nullo cessabant tempore apisci[t] ex aliis alios avidi contagia morbi. LVCR. 5, 808 crescebant uteri terram radicibus apti. CIC. Att. 8, 14, 3 eum nescio quo penetrasse itineribus occultandi sui causa an maris apiscendi (adipiscendi M^2). **2 *translate*:** EPIGR. inc. Gell. 1, 24, 3 (*Plauto tribuit Gellius*) postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget. TITIN. com. 2 prius quam auro privatae purpuramque aptae simus (abtęsimus, subtesimus *codd.*; purpuraque ap te *Bücheler*). PACVV. trag. 168 (NON. 234 aptus *pro* adeptus) quod ego in acie †celebro obiectans vitam bellando aptus sum. PLAVT. Rud. 17 litem apisci postulant peiurio. Capt. 775 hereditatem sum aptus. TER. Haut. 693 deorum vitam apti sumus. LVCIL. 542 ut ego effugiam quod te inprimis cupere apisci intellego. 757 si id quod concupisset non aptus ⟨foret⟩. CIC. leg. 1, 52 ad finem bonorum, . . . quoius apiscendi causa sunt facienda omnia. SERV. SVLP. Cic. epist. 4, 5, 6 magnam ex ea re te laudem apisci (adipisci *pars codd.*). CAT. 64, 145 aliquid cupiens animus praegestit apisci. LIV. 4, 3, 7 *spes* apiscendi summi honoris (*cf.* 4, 6, 10 *ubi codd. plerique* apiscendi). 44, 25, 2 tantas apisci opes tantamque gloriam. MANIL. 3, 146 rebus apiscendis labor est. VAL. MAX. 9, 7, 3 facultas apiscendae potestatis. PLIN. nat. 35, 78 regnum apiscens. TAC. ann. 3, 31 praebuit iuveni materiem apiscendi favoris (*cf.* 3, 31. 4, 1. 4, 59. 15, 12. 15, 43). 4, 16 qui id flamonium apisceretur. 14, 27 Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur (6, 3). PLIN. epist. 4, 6, 8 illud . . . apisci . . . arduum est. CORP. V 532, 7 civitatem Romanam apiscerentur. MARCIAN. (LEX Corn.?) dig. 48, 8, 3, 4 is cuius familia sciente eo apiscendae reciperandae possessionis causa arma sumpserit . . . ex senatus consulto poena legis Corneliae punitur. VLP. dig. 24, 1, 40 apiscendae dignitatis gratia. 2, 14, 18 libertatem et hereditatem. 50, 4, 6 magistratum. IAV. dig. 41, 2, 51 possessionem (CELS. dig. 47, 2, 68 VLP. dig. 43, 2, 2 *et sic saepe apud* ICT.). *cogitatione*: LVCR. 1, 448 nec ratione animi quam quisquam possit apisci *naturam*. TAC. ann. 6, 20 scientia Chaldaeorum artis, cuius apiscendae otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit.

II *passive*: PLAVT. Trin. 367 non aetate, verum ingenio apiscitur (adipiscitur *P*) sapientia. FAB. MAX. hist. 8 amitti quam apisci. FANN. or. Prisc. gramm. II 380, 9 haec apiscuntur *ἐπιτυγχάνονται*.

structurae: apisci *aliquid: passim; aliquid ex aliqua re: v. p. 329, 21; aliquid ab aliquo*: TAC. ann. 14, 27; *alicuius rei*: TAC. ann. 6, 45 nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur. *synonyma*: adipiscor, consequor, adsequor, acquiro, comparo *sim.* *derivata*: adipiscor, indipiscor, redipiscor. *Prinz.*

Apisocius *nom. gent.* CORP. V 4948 L. Apisocius Successus. *V.*

Apitamī, ōrum, *Arabiae gens* PLIN. nat. 6, 150. *Diehl.*

[**apiternus** *vel* **apiciternus**] qui his rebus caret. GLOSS.

apithanos, *ἀπίθανος, stasis asystata.* FORTVN. rhet. p. 83, 27 quae est apithanos? cum id invenimus in themate, quod minus verisimile est. *graece scribitur* p. 315, 29.

? **Apitius** *nom. gent.* CORP. IX 3361 (*periit*) T. Apitio . . . flamini.

apium, -ī *n.* [*ab* apis *derivatum esse videtur. Th.*] *perperam* ISID. orig. 17, 11, 1 apium dictum, quod ex eo apex id est caput antiquorum triumphantium coronabatur. GLOSS. apium (*vel* appium): *σέλινον saepissime, item* apius: *σέλινον*. apii semen: *σελίνου σπέρμα, falso* buniados id est semen apii. *de gen. v. Lachmann ad Lucr. p. 326; de forma masc., quae sola pluralem facit numerum, v. p. 240, 20.* [*ital.* appio, *francog.* ache. *M.-L.*]

genera: PLIN. nat. 19, 123 plura genera sunt . . . apio. id enim quod sponte in umidis nascitur, helioselinum vocatur . . . rursus in siccis hipposelinum . . . tertium est oreoselinum . . . et sativi. 26, 88 cubitalis apii. PS. APVL. herb. 118 Graeci selinon, melissophyllon, prophetae haema Oru, Romani apium. 126 Graeci petroselinon, alii smyrnion, Latini apium silvaticum. 9 Graeci batrachion . . . Latini apium rusticum, iidem apium risus . . . iidem apiastellum. DIOSCOR. cod. Vind. Constant. 307^v, 162 *απιον φλαον i.* apium flavum. 22^v, 8 *et* 109^v, 68 *απιονμ ρονστικονμ. cf.* GLOSS. apium rusticum ambrosia. ISID. orig. 17, 9, 80 ambrosia quam Latini apium silvaticum vocant. DIOSCOR. 2, 161 genus agreste . . . quem apiu agreste dicunt. 3, 69 de apio agreste. 3, 72 yposelinu . . . aut apiu agreste vocant. 3, 70 oreoselinon apiu est montanu. 3, 68 apiu hortinu (*cf. Archiv 10, 1898, 90*). *locus, sartio, partes, forma, sim.*: VERG. georg. 4, 121 virides apio ripae. COLVM. 10, 166 nunc apio viridi crispetur florida tellus. 11, 3, 33 apium quoque possis plantis serere nec minus semine. praecipue aqua laetatur *et plura* (11, 3, 18). PLIN. nat. 19, 120 apium (alium *codd.*) serunt in laciniis colligatum. 19, 158 ab aequinoctio verno seritur. PALLAD. agr. 5, 3, 1. 6, 5, 3. 7, 4, 1. PLIN. nat. 19, 117 omnium *erumpit* difficillime apium. 19, 118 saepius *parit.* 19, 184. COLVM. 10, 371 atque apio fasces et secto cingere porro. MORET. 88 comas apii graciles . . . vellit. PLIN. nat. 19, 98 singulae radices . . . capillatae ut apio. 19, 186 *suci saporesque* acuti et odorati apii, aneti. 21, 38. 22, 84 sium latius apio. 20, 79 crispam quam selinadà vocaverunt a similitudine apii foliorum. 19, 42. 22, 19 folio apii (27, 126. 21, 164. 14, 29). 25, 102 folio habet . . . divisa apii modo. 27, 132 smyrnion caulem habet apii. 27, 133 capitibus caulium orbiculatis ut apii. *usus*: PLIN. nat. 20, 112 apio gratia in volgo est. namque rami lactis potionibus per rura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent. 19, 188 apio eximunt coqui obsoniis acetum (acidum?), eodem cellarii in saccis odorem vino gravem. PETRON. 137 cum digitos . . . porris apioque lustrasset. ARNOB. nat. 7, 16 rapa bulbos apium . . . tribuēre dii vobis. *a medicis praescribitur simpliciter* apium (CELS. 2, 31. 33. 4, 16 SCRIB. LARG. 70. 152 PLIN. nat. 20, 191. 253. 29, 80 SER. SAMM. 420. 475 *passim*) *vel* apii semen (CELS. 4, 27. 5, 6. 5, 25, 2 SCRIB. LARG. 52. 92. 120 PLIN. nat. 14, 105. 20, 264. 22, 62. 24, 85 *passim*) *vel* apium viride (SCRIB. LARG. 158 PLIN. nat. 20, 113 MARC. med. 19, 49. 36, 39 PELAG. 405) *vel* apii radix (MARC. med. 26, 98 PELAG. 156 ANTHIM. 3) *vel* folia (THEOD. PRISC. eup. 35 PELAG. 385). *forma* apius *m. de singulis interdum plantis ut videtur*: GARG. MART. 2 aqua pota in qua vel ipsi (*i.* apii) vel radices eorum incoctae sunt. CHIRON 280 apium viridem (VEGET. mul. 3, 11, 1). APICIVS 4, 181 apios. 3, 65 apios virides. ORIBAS. syn. 4, 1. 4, 31 appius. eup. 2, 3 selenus appius dicitur. GLOSS. apius agrestis visicaria. *coronae apio factae*: VERG. ecl. 6, 68 floribus atque apio crinis ornatus amaro. HOR. carm. 4, 11, 3 nectendis apium coronis. 1, 36, 15 neu desint epulis rosae neu vivax apium. 2, 7, 23 udo deproperare apio coronas. *apio coronabantur victores Nemeaei et Isthmiaci*: IVV. 8, 226 Graiaeque apium meruisse coronae. SCHOL. Dan. Verg. ecl. 6, 68 apud antiquos in agone erat species coronae de apio, sed in Nemeaeo agone, qui in honorem Archemori institutus est. *secuntur prava. cf.* HYGIN. fab. 73 p. 79, 13. SCHOL. Stat. Theb. 6, 2. *mythus*: ARNOB. nat. 5, 19 *in mysteriis Corybantiis* frater trucidatus a fratribus; interempti ex sanguine apium natum (*cf.* CLEM. ALEX. protr. 2, 19). *compositum*: (petrapium).

apium risus *herba.* DIOSCOR. 2, 161 botraciu quem multi apiu risu vocant. cod. Vind. Constant. 306^v, 162 *απιον ρισον.* PS. APVL. herb. 9 Graeci batrachion . . . Latini apium rusticum, iidem apium risus. GLOSS. apium risus visicaria. beriada id est apiurisu. *V.*

Apiusius *nom. vel cogn.* CORP. VIII 8173 Victor qui et Apiusius.

aplanēs *adi., ἀπλανής. graece declinari videtur.* CHALC. comm. 69 fixae . . . stellae . . . cum . . . sphaera, quae aplanes vocatur, circumferuntur (87. 94. 98. 144). 104 globi . . . qui aplanes vocatur. 120 aplani globo. 114 orbe, qui aplanes dicitur. 93 eadem . . . semper et constans sibi circumvectio id est aplanes. 74 aplanus orbis. 92 aplanus (-is *codd.*) globi. transl. 47 aplane mundi intellegibilis circumactionem. comm. 144 in aplane sphaeram. 92 in aplani globo. *subst.* **aplanēs,** *f.* CHALC. comm. 116 planetas . . . aplanes rapit cotidiana vertigine. 120. 78 volucris . . . currus imperatoris dei aplanes intellegenda est. 75 simplex atque uniformis aplanus utpote eiusdem naturae . . . conversio. 92. 114 aplanis (*sic codd.*). 72 *dat.* aplani. 178 *acc.* aplane. 73 *et* 92 *abl.* aplani. *dat. plur.* APVL. Plat. 1, 11 *caeli* esse aplanesi (-nisi *codd.*) primum ordinem, secundum Saturno datum (*cf.* CHALC. comm. 178 primam aplane). *translate*: CHALC. comm. 95 erit ergo animae aplanes ratio. *V.*

Aplastus, -ī, *Ἄπλαστος, nom. vir.* CORP. II 1769 (*in Baetica*) Aplastus s(it) t(ibi) t(erra) l(evis). *Diehl.*

Aplavitus, -a *nom. gent.* CORP. IX 1021 (*in agro Compsino*) Aplavitae ⟨Ch?⟩lide contibernali. *litterae* pl *parum certae sunt. Otto.*

Aple PLIN. nat. 6, 134 vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aple.

aplestia crapula, saturitas GLOSS. VVLG. Sirach 37, 34 crapula.

Aplineae? INSCR. christ. Rossi II 1 p. 413, 25 olibet. in Aplineas. *V.*

Aplis, -inis *nom. vir. barbaricum.* CORP. III 2778 (*in Dalmat.*) Aplis Ledietis Sini f. 2790 (*ibid.*) Sextus Statinius Aplinis f. 2795 (*ibid.*) Turo Statica Aplinis f. 6412 (*ibid.*) Aplis Lunnicus Triti f. 2322 (*ibid.*) Apli (*dat.*). 3166 a (*ibid., periit*) Crepereiae Ap⟨l⟩idi. *vide etiam* Aplius. *Otto.*

Aplius, -a *nom. gent.* CORP. III 2501 (*in Dalmatia*) Aplius Karus, *lectio parum certa, cf.* suppl. p. 1510. *sed vide etiam* Aplis *et* Aplo *Dalmatica et ipsa.* **Aplanius** (-ā-*?*), -a *nom. gent.* CORP. X 8182 (*Puteolis*) M. Aplanius Q. f. Cól. Márcellus . . . Aplaniáe Onésimé.

Aplasius (-ās-*?*), -a *nom. gent.* CORP. VI 12134 Aplasia C. f. Paullina.

Aplo, -onis *nom. vir. barbaricum.* CORP. III 2779 (*in Dalmat.*) Aplo Darmo Caturi f. 2797 (*ibid.*) Aploni Tritanonis. 4244 (*in Pannon. sup.*) Ti. ⟨Claud.⟩ Aplo. **Aplonius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 16414 Aplonia Rogata. IV 2197 Aplonia, *nisi fuit* Aplonian . . . . *cogn.*: CORP. XIII 751 Iul. Aplonius. *vide etiam* Aplius *et* Apulius. *Otto.*

aplozomon *v. sub* apozema.

aplūda, adplūda, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*] PAVL. FEST. 10 apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive panici . . . . sunt qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu deiciatur et quasi adplodatur. PLIN. nat. 18, 99 mili et panici et sesamae purgamenta adpludam vocant (*opponuntur* acus *et* palea). GELL. 11, 7, 5 legerat autem ille 'apludam' veteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia (Astraba frg. 5) . . . esse positum. NON. 69 apludas frumenti furfures dixerunt rustici veteres. *in*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gloss. *formae*: apluda, aplunda, abluda, ablunda; *explicant* panici et milei folliculi (*varie codd.*), palea, furfures. Cathol.: applauda sorbitiuncula ex paleis facta cui pueri applaudunt; item furfur. Naev. com. inc. 10 non hercle apluda est hodie quam tu nequior. Gell. 11, 7, 3 cum ... dicere vellet inopi quendam miseroque victu vivere et furfureum panem esitare vinumque eructum et fetidum potare 'hic', inquit, 'eques Romanus apludam edit et flocces bibit'. Anth. 19, 21 ut apludam harmoniae tensore a me velut ambrone collectam adoreos vertatis in struppos.

Apludus *nom. gent.* Corp. III 2773 (*Riditis*) Apludi Statici dec. uxor. 9865 (*ibid., certe non diversa ab* 6410) Apludu⟨s?⟩.

Aplus *v.* Haplus.

aplustra, aplustria, -im *n. plur.* [*e vocabulo gr.* ἄφλαστον *deformatum. Latini fortasse a Tuscis acceperunt. Th.*] *singularem resuscitaverunt poetae argentei aevi,* Lvcan. 3, 586. 672 Ivv. 10, 136, *qui* aplustre *nom. acc.,* Sidon. carm. 5, 133, *qui* in aplustri *dixit.* Char. gramm. I 122, 13 aplustre ... ait Plinius Caesarem scisse eosdem esse ablativos quales sunt dativi singulares. Prisc. gramm. II 350, 24 aplustre ... quamvis faciat ablativum 'ab hoc aplustri', tamen pluralem non solum in 'a', sed etiam in 'ia' terminat: et 'aplustra' enim et 'aplustria' antiqui protulisse inveniuntur (*adfert* Cic. *et* Germ.). *plur.* aplustra: Enn. ann. frg. inc. 63^{b} Cic. Arat. frg. 25 Lvcr. 2, 555 Schol. Hor. carm. 1, 1, 13 Schol. Iuv. 10, 136 Gloss. *abl.* aplustris Lvcr. 4, 437, *at* aplustribus Sil. 14, 422. *alii casus non leguntur.* Pavl. Fest. 10 aplustria navium ornamenta, quae quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam amplustria dicebantur. Schol. Iuv. 10, 136 aplustra. tabulatum ad decorandum superficium navis adpositum. alii dicunt rostra navis. ornamentum puppis, ἄφλαστα. *confuse* Isid. orig. 18, 7, 3 trudes amites sunt cum lunato ferro, quas Graeci dicunt aplustria. Gloss. aplustria: navis ornamenta. II 18, 33 aplustra: *πτερὸν πλοίου ὡς Ἔννιος.* II 19, 43 *ἄσφαλτος* (*i.* ἄφλαστος) *καὶ τὸ ἄκρον τῆς πρώρας.* ornamenta vel armamenta navis. Cic. Arat. frg. 25 navibus absumptis fluitantia quaerere aplustra. Lvcr. 2, 555 per terrarum omnis oras fluitantia ⟨a⟩plustra. 4, 436 in portu clauda videntur navigia aplustris fractis (factas *codd.*) obnitier undae. Manil. 1, 694 *gyrus caelestis obliquus* Argivumque ratem per aplustria summa ... secat. Germ. Arat. 345 fulgent Argoae stellis aplustria puppis. 489 *circulus* desecat et sacrae speciosa aplustria puppis (620). 683 Argoaeque ratis, qua flexile signum in puppim formatur, adhuc aplustria lucent. Lvcan. 3, 586 Graiumque audax aplustre retentat. 672. Sil. 14, 421 torquet ... Poenorum aplustribus ignes. 10, 323 per undas et transtra et mali laceroque aplustria velo ... fluitant. Ivv. 10, 133 bellorum exuviae ... victaeque triremis aplustre. Schol. Hor. carm. 1, 1, 13 *cyprum* de quo fiunt aplustra navium et ornamenta. Rvt. Nam. 1, 513 inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus. Sidon. epist. 8, 12, 5 gubernatores inter aplustria. carm. 5, 133 Colchis in aplustri steterat.

aplytia, ae *f., v.* ἀπλυσίας. Plin. nat. 9, 150 *spongearum* pessimum omnium genus est earum, quae aplytiae (aplysiae *vulgo*) vocantur, quia elui (flui *codd.*) non possunt.

? **apnades** *θηρ⟨ί⟩κλειον ⟨ὅ⟩ ἐστιν γένος ἀργυρώματος* Gloss. II 19, 44. *Vollmer.*

Apnatius *v.* Abnatius.

apocalama, *vestis genus* Isid. orig. 19, 22, 13, *nulla explicatione addita.*

apocalypsis, -is *f.* Gloss. *ἀποκάλυψις.* revelatio. Isid. orig. 6, 2, 49 apocalypsim librum Ioannes evangelista scripsit ... ex graeco in latinum revelatio interpretatur. *acc.* apocalypsim Tert. adv. Marc. 4, 5. Ps. Cypr. pasch. 14 *passim.* apocalypsin Hier. epist. 123, 12. 46, 11 *al.* Avg. civ. 20, 8. *abl.* apocalypse Frg. Mvr. 71. Tert. scorp. 12 satis de apocalypsi quoque sua instructus. Vvlg. I Cor. 14, 26 unusquisque vestrum ... apocalypsim habet. *liber Iohannis*: Vvlg. apoc. 1, 1 apocalypsis Iesu Christi quam dedit. Tert. pudic. 18. 19. Hier. epist. 123, 12 iuxta apocalypsin Iohannis. Svlp. Sev. chron. 2, 31, 1 liber sacrae apocalypsis. Avg. civ. 20, 7. 8 Eccl. *passim.*

apocarteresis, -is *f.,* ἀποκαρτέρησις. *acc.* apocarteresin Tert. apol. 46. Tert. adv. Marc. 1, 14 apocarteresi probes te Marcionitam. apol. 46 Lycurgus apocarteresin optabat.

apocatastasis, -is *f.,* ἀποκατάστασις. *acc.* apocatastasin Mart. Cap. 7, 742. Ps. Apvl. Ascl. 13 apocatastasis astrorum. Firm. math. 3, 1, 9 CCC milibus annorum maior apocatastasis, id est redintegratio, per pyrosin aut per cataclysmum fieri consueverit. Mart. Cap. 7, 742 haec (*decas*) ... datur Iano, quamvis eam plurimi apocatastasin memorarint.

apocatastaticus, -a, -um, ἀποκαταστατικός. Gloss. adstans. Sidon. epist. 8, 11, 9 super centro Mars apocatastaticus. Mart. Cap. 7, 735 apocatastaticus etiam dicitur *numerus pentadis* et sive cum aliis inparibus sive cum suo genere sociatus se semper ostendit, nam quinque per quinque habes viginti quinque *etc. legitur* apocatasticus: Ps. Ambr. act. Seb. 55 tempus tuum a malitioso Marte susceptum est aut Saturnus apocatasticus fuit, aut ....

apoceryxis, -is *f.,* ἀποκήρυξις. Cod. Iust. 8, 46 (47), 6 abdicatio quae Graeco more ad alienandos liberos usurpabatur et apoceryxis dicebatur, Romanis legibus non comprobatur.

apocha, -ae *f.,* ἀποχή. apoca Corp. VI 1785. *cf. Leonhard, PW. I 2817. de forma et formulis v. Corp. IV suppl. 1 p. 418 sqq.* *cf.* Cod. Iust. 8, 42 (43), 14 pecuniae solutae professio collata instrumento. Vlp. dig. 46, 4, 19, 1 inter acceptilationem et apocham hoc interest, quod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non alias, quam si pecunia soluta sit. 47, 2, 27, 2. Scaev. dig. 12, 6, 67, 2 apochae partim solutae pecuniae. Pavl. dig. 26, 7, 46, 5 tutoris. Cassiod. var. 12, 7, 2 validas contra te apochas invenerunt. 12, 8, 3 si fidem suae promissionis arcariorum apochis probaverit esse completam. Cod. Iust. 4, 66, 2 pr. solitam pensionem vel publicarum functionum apochas. Corp. VI 1785 in singulis apocis numm. XX. *synonyma*: perscriptio, chirographum, solutio, *v. Corp. IV suppl. 1 p. 434. compositum*: antapocha.

apochāticus *ad apocham pertinens.* Not. Tir. 93, 10.

apocho, -āvī, -ātum, -āre. *ab* apocha. apocatum Corp. III p. 940, 3 (*cf. Mommsen ad l.*). apocitatum Corp. III p. 942, 4. Cod. Theod. 11, 2, 1 inhibitam esse apochandi licentiam. 11, 2, 2 apochandi praesumptione *cf.* 11, 1, 8. Corp. III p. 940 accepit puerum ... apocatum pro uncis duabus. p. 942, 4. p. 959. *deponens*: Avg. serm. 319, 7 apocabatur angelus quidam cum Ioanne. *cf.* Vvlg. apoc. 19, 9.

apochyma, -atis *n.,* ἀπόχυμα, *picis genus.* apochima Chiron 309. apocima Chiron 876 Dioscor. 1, 82. Veg. mul. 3, 54, 4 apochymatis libram. Chiron 309. 876 resina apocima p. III. Dioscor. 1, 82 de pice dura et apozima id est rasura nabis ... nam et aliae picae aliqui dicunt quae de navi raditur ... quam medici apocima vocant.

apocletī, -ōrum *m. plur.,* ἀπόκλητοι. Liv. 35, 34, 1 per apocletos autem — ita vocant *Aetoli* sanctius consilium: ex delectis constat viris — id agitabant .... 35, 46, 2. 36, 28, 8 in consilio delectorum, quos apocletos vocant.

apoclisis, -is *f.,* ἀπόκλισις. Char. gramm. I 286, 17 per apoclisin: 'egone illam? — pudor est eloqui — quam comperi? relinqui non potest: non perpetiar, non etiam perferam.' consulto verbum vel verba praetermittit et quiddam suspicionis silentio colligit. *Lehnert.*

apocopē, -ēs, ἀποκοπή. Gloss. ablatio de fine dictionis, distinctio compositae dictionis. apocopam Prisc. apocopen Pomp. Macr. gramm. V 640. Char. gramm. I 278 apocope est cum ex ultima parte loquellae aut littera detrahitur aut syllaba: littera, ut 'aspice num magi sit nostrum penetrabile telum' (Verg. Aen. 10, 481) pro magis; syllaba, ut 'endo suam do' hoc est domum. Diom. *ibid.* 441 apocope est ablatio de fine dictionis prosparalepsi vel paragoge contraria, cum aut littera detrahitur aut syllaba. Prisc. gramm. II 373. 498. III 111 nec enim apocopam possumus eam dicere quae fit in plena dictione, sed quae in litera vel syllaba sensu per se carentibus. Ps. Prob. gramm. IV 263. 396 Pomp. gramm. V 248 Consent. *ibid.* 297 quando de initio tollitur, appellatur aphaeresis, de medio quando tollis, syncope, de fine, apocope. Mar. Vict. gramm. VI 56 apocope ... id est subtractio syllabae syllabarumve cuiuslibet ⟨partis⟩ orationis metro cogente facta. Mar. Plot. *ibid.* 452. *Klotz.*

Apocorius, -ī, *Ἀποχώριος?* Vict. Vit. not. Maur. Caes. 21 Apocorius Caesariensis *episcopus.* *Diehl.*

apocrisārius *vel* **apocrisiārius,** -ī *m.* [*a vocabulo gr.* ἀπόκρισις *derivatum. Th.*] Gloss. apocrisarius legatus, minister romanae ecclesiae, responsionum portitor. Damas. epist. apocr. 2 vocatio ad synodum ... et scriptis atque apocrisariis per spatium fieri debet. Felix II epist. 2. Avell. p. 468, 15 apocrisarii Alexandrinae ecclesiae. 672, 46 *et* 689, 1 *forma in* -iarius. Canon. 46 p. 615 apocrisiarios ipsius confovere. Novell. 6, 2 per eos qui res agunt sanctarum ecclesiarum, quos apocrisarios vocant. 6, 3. 123, 25 (-iarius; -arius *al.*). *synonyma*: responsalis, responsarius.

apocrotus, -a, -um, ἀπόκροτος. Firm. math. 7, 3 nascentur servi, miseri, apocroti oligochronii et infelices.

apocrusis, -is *f.,* ἀπόκρουσις. Gloss. depulsio.

apocrusticus, -a, -um, ἀποκρουστικός. Oribas. syn. 7, 33 apocrustica medicamenta. Cael. Avr. chron. 5, 2, 47 frigida vero *medicamenta* vel coercentia quae apocrustica (agrostica *codd.*) vocant.

apocryphicus, -a, -um. Avg. epist. 237, 3 Priscillianistae accipiunt omnia, et canonica et apocryphica.

apocryphus, -a, -um, ἀπόκρυφος. Gloss. apocrypha seposita, recondita, occulta, remota. V 266, 62 apocryphis absconsis. Comm. apol. 830 ex locis apocryphis. Tert. pudic. 10 inter apocrypha et falsa iudicaretur. 20 illo apocrypho pastore *Hermae.* Hier. epist. 78, 18 absque libro apocrypho. 78, 24. 96, 20 scripturarum quae vocantur apocryphae, id est absconditae. Avg. civ. 15, 23. c. Faust. 13, 13 nomine quasi secretae et apocryphae veritatis. 11, 2 de his *libris* qui appellantur apocryphi. quaest. hept. 4, 42. epist. 273, 2 in scripturis apocryphis. c. adv. leg. 2, 4, 14 quod (*evangelium*) non est apocryphum. Greg. Tvr. mir. Andr. prol. qui *liber* ... a nonnullis apocrifus dicebatur. Avg. civ. 15, 23 multa sub nominibus prophetarum ... et apostolorum ab haereticis proferuntur, quae omnia nomine apocryphorum ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Tert. anim. 2. resurr. 63 arcana apocryphorum superducens. Iren. 1, 20, 1 inenarrabilem multitudinem apocryphorum et perperum (*sic*) scripturarum afferunt. Ambrosiaster in I Cor. 2, 9

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in apocryphis. HIER. epist. 36, 5 in apocryphorum libris. Ephes. 5, 31 apocryphorum ineptias. Matth. 27, 9 Ieremiae apocryphum. AVG. epist. 237, 3 accipiunt omnia et canonica et apocrypha simul. PROSP. chron. 919. *non de scriptis*: IREN. 1, 20, 2 per eum sermonem, qui est absconditus, apocryphon Bythi manifestasse (*τὸ ἀπόκρυφον τοῦ Βυθοῦ*). *synonyma*: absconditus, falsus, secretus. *oppositum*: canonicus. *Lehnert.*

Apoctronus, -ī. IVL. VAL. 3, 97 Apoctronum Roxanes patruum. *D.*

apoculo, -āre. [*orig. inc. praepositionem gr. ἀπό continere videtur; ab ἀποκαλεῖν tractum putat Buecheler apud Friedländer, Petrônii Cena Trim. p. 287. Th.*] PETRON. 62 persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium veniat ... apoculamus nos circa gallicinia. 67 respondit: 'nisi illa discumbit, ego me apoculo' (apocalo *cod.*) et coeperat surgere.

apocynon, -ī *n.*, *ἀπόκυνον*. *frutex*: PLIN. nat. 24, 98 apocyni semen ... frutex est folio hederae, molliore tamen .... *ossiculum ranae rubetae, in sinistro latere*: PLIN. nat. 32, 51.

apodemia, -ae *f.*, *ἀποδημία*. ORIBAS. syn. 1 praef. multa (nulla *codd.*) est difficultas ad operandum maxime in apodemia (epidimia *codd.*) ferramentorum pondera ferre. *Lehnert.*

Apodemus, -ī, *Ἀπόδημος, cogn.* CORP. VI 3060 cum Aelio Apodemo. **Apodēmius,** -ī, *Ἀποδήμιος, nom. vir.* HIER. epist. 121 praef. Apodemius qui interpretationem nominis sui longa ad nos veniens navigatione signavit. PRVD. perist. 4, 160 Apodemi *voc.* AMM. *passim.* COD. Theod. *Diehl.*

apodicticus, -a, -um, *ἀποδεικτικός*. GELL. 17, 5, 3 argumento ... non probo neque apodictico. FORTVN. rhet. 1, 10 quot ista *genera controversiarum publica* sunt? quinque ... apodicticum .... quod est apodicticum? in quo pugna quaestionum est. MART. CAP. 5, 473 fides ... tribus fit modis: conciliando, docendo, permovendo. illa prior ethica, sequens apodictica, tertia pathetica nominatur. 6, 716 apodictici tropi. BOET. Porph. Vict. p. 4 dialecticae atque apodicticae disciplinae. *ibid.* apodictici et dialectici syllogismi. MART. CAP. 6, 706 alia *pars geometriae* est linearis atque apodictica. 6, 715 in his generibus planorum alia schemata dicuntur ergastica, alia apodictica .... apodictica quae probandi quod asseverant, adferunt documenta.

apodixis, -is *f.*, *ἀπόδειξις*. GLOSS. ostensio, probatio, exemplum. V 337, 1 fantasia. *acc.* apodixen GLOSS. IV 19, 4. V 440, 33. 266, 67. *aliis locis semper* apodixin. [*ital.* polizza, *francogall.* police, *hisp.* póliza. *M.-L.*] PETR. 132 mihi apodixin defunctoriam redde. QVINT. inst. 5, 10, 7 *ἀπόδειξις* est evidens probatio ... hanc ab epichiremate Caecilius putat differre solo genere conclusionis et esse apodixin imperfectum epichirema eadem causa, qua diximus enthymema a syllogismo distare. GELL. 17, 5, 5. PS. AMBR. epist. 1, 10 apodixin tuae artis magicae demonstrare. PLIN. VAL. 2, 38 ad apodixin (podisin *codd.*). HIST. Apoll. 27 rec. B accipe discipuli tui apodixin. *Lehnert.*

Apodotī, -ōrum, *Ἀπόδοτοι, Aetoliae gens.* LIV. 32, 34, 4 ipsius ... Aetoliae Agraeos Apodotosque et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non esse. *Diehl.*

apodyterium, -ī *n.*, *ἀποδυτήριον*. ISID. orig. 15, 2, 41 apodyterium, ubi lavantium vestimenta ponuntur. GLOSS. *ἐκδυτήριον*, locus obi mittuntur vestimenta balnientium. graecum est, ubi ponuntur res, id est in balneum. VARRO rust. 2 praef. 2. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. PLIN. epist. 5, 6, 25 apodyterium balinei laxum et hilare. CORP. X 3922. XIV 2119 ⟨oper⟩e tectorio. *v.* apolyterium. *Lehnert.*

Apoecidēs, -is, *Ἀποικίδης, senex in Plauti Epidico. nomin.* PLAVT. Epid. 202 Apoecides (374. 394. 495. 612). *dat.* 312 Apoecidi. *acc.* 358 Apoecidem (*cf.* 185). *voc.* 255 Apoecides (280. 686. 693. 714). *abl.* 185 Apoecide? *Diehl.*

apogeus, -a, -um, *ἀπόγειος*. PLIN. nat. 2, 114 videmus *ventos* quos vocant altanos e terra consurgere, qui cum e mari redeunt, tropaei vocantur, si pergunt, apogei. GLOSS. V 561, 28 apogeum aedificium constructum sub terra, id est antrum vel spelunca (*i.* hypogaeum).

apographon, -ī *n.*, *ἀπόγραφον*. PLIN. nat. 35, 125 huius tabulae exemplar quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit. SYMM. epist. 2, 12, 1 apografa epistularum mearum.

apolactizo, -āre, *ἀπολακτίζω*. PLAVT. Epid. 678 apolactizo (-tico *A*) inimicos omnes. *Lehnert.*

Apolaustus, -ī, *Ἀπόλαυστος, nom. serv. et cogn. lib. non invenitur ante saec. II.* CORP. VI 975 (*a. 136*) 1, 57 C. Aurelius C. l. Apolaustus. 9857 Apolaustus Caesaris n(ostri) ser(vus). *passim in titulis, praecipue romanis; non legitur, nec derivata, in Africa.* XIV 2318 Apollaustus. V 8114, 8. IX 6078, 35. 344. 769. X 1886 *al.* II. XII. VII. III 12014, 124. FRONTO p. 116, 1 N. CAPITOL. Ver. 8, 10 LAMPR. Comm. 7, 2 COD. Iust. CORP. III p. 943, 3 (*in tabula cerata*) ⟨pu⟩e⟨rum⟩ Apalaustum (8678 *Salonis*). XIII 603 (*Burdig.*) Apalaustro marito, *ut videtur ad analogiam* claustro *sim.* **Apolaustē,** -ēs, *Ἀπολαύστη, nom. et cogn. mul.* CORP. VI 12115. 16987. 23682 (= X 7428) *al.* V 8116, 29 (*in signaculo*) Gavia Apolauste. X 7428 *cf.* XI 2062. XII 1039 (*Avennione*) Q. Cor(nelia) Apolauste. *gen.*: XII 5921 (*Nemausi*) ⟨F⟩abiae A⟨polau⟩stes? *dat.*: VI 11439 Alfidiae Apolauste (26529). **Apolaustiānus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VI 10057 M. Vlpius Apolaustianus (XII 2457). 12135 ⟨Eno⟩nio Apolaustiano. XII 3406 *Ἄννιος Ἀπολαυστιανός*. **Apolaustis,** -idis, *Ἀπολαυστίς. cogn. mul.* CORP. VI 10812 Marciae Apolaustidi coniugi. *Diehl.*

apolectus *vel* **apolectum,** -ī, *ἀπόλεκτος. thynni piscis genus.* PLIN. nat. 9, 48 pelamydes in apolectos particulatimque consectae in genera cybiorum dispertiuntur. 32, 150 pelamys; earum generis maxima apolectum vocatur. *Lehnert.*

Apollo, -inis. [*a gr. Ἀπόλλων tractum, cf. c. osc.* Apelluneis *gen.*, ⟨*A*⟩*ππελλουνηι dat.*, *tusc.* Apulu Aplun Aplu. *Th.*]

I *deus.* PAVL. FEST. 22, 14 Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem. MACR. sat. 1, 17, 15 Apollinem apellentem mala intellegas, quem Athenienses *Ἀλεξίκακον* appellant. *ad formam cf.* Apellaeus *p. 249, 47.* PAVL. FEST. 22, 15 Aperta ... Apollo vocabatur, quia patente cortina responsa ab eo dentur. VARRO ling. 5, 68 *Lunam* ut Solem Apollinem quidam Dianam vocant. Apollinis vocabulum graecum, alterum latinum. FIRM. err. 17, 3 Solem etiam quidam Apollinem dicunt quia cottidie ... splendorem luminis perdat: perdere autem Graeci apollin dicunt (FVLG. myth. 1, 12 Apollon ... grece perdens). *v. Usener, Götternamen p. 304.*

declinatio: *cf. Ritschl opusc. 4, 516. gen.* CORP. VI 29 (*saec. urb. VI vel VII*) Apolones. VII 179 ⟨A⟩pollines. FRONTO p. 68, 14 N. Apollonis. SCHOL. Cic. Gron. p. 403, 12 B. Apollonis (*v. l.* Apollinis, *idem* 403, 15. Bob. 311, 17. 312, 10). BEDA chron. III p. 292, 376. CHAR. gramm. I 64, 2 Apollo cum sit proprium, non Apollonis facit, sed Apollinis. *dat.* CORP. X 4632 (*Calibus*) Apolone (XIV 2847 *Praeneste*). LIV. 29, 10, 6 Pythio Apolloni (PAVL. FEST. 153 CORP. XIV 2847. III 567 add. p. 987 *et* 1317 *Delphis.* 7411 *in Thracia: respice Graecorum Ἀπόλλωνι.* XIII 2830 *prov. Lugud.* Apoloni). CORP. IX 5803 (*Cluenti*) Apoline (X 7265 *Panormi*). CORP. I 562 = III 7304 (*Delphis*) Apollinei Phutio (IX 1705 *Faleriis*). INSCR. not. degli scavi 1891, 370 (*in Picenis*) Apolene. CORP. I 167 (*Pisauri*) Apolenei. CIC. nat. deor. 3, 57 Apollinum (TERT. spect. 10). ISID. orig. 18, 51 Apollines et Musas et Minervas et Mercurios. ***orthographia:*** *litterae non geminatae exempla praeter adlata sunt haec*: CORP. XIV 4105 (*in vasculo Praenestino*) Apolo (XI 1956 *Perusiae.* Monum. dell'instituto IX 58. 59 *in cista Praenestina*). CORP. XII 991. 992. 2792 Apolini (III 787 *in Dacia.* XIII 1460 *Aquit.* 1983 *Lugud.* INSCR. numm. Cohen V² p. 300, 16. 301, 25 *et* 28). CORP. V 6603 (*Novariae*) Marti et Appollini. ***observationes metricae et prosodiacae:*** *apud scaenicos* Apóllo *ineunte et medio versu, semel* Apolló *ad finem* (ENN. trag. 29). *versus qui dicitur heroicus inde ab* ENN. (ann. 15, 6) *ad* IVV. *130ies fere exit in* Apollo, *quater* (VERG. Aen. 3, 154 OV. Pont. 4, 8, 75 BVC. Eins. 1, 37 STAT. Theb. 3, 105) *in* Apollo est. *apud* STAT. Apollo *claudit hexametrum 31ies, sed nota*: Theb. 7, 664 moenia Cirrhaea monstravit Apollo iuvenca *et* silv. 3, 5, 80 ipse Dionaea monstravit Apollo columba, *qui unus quodam modo versus est.* MART. Apollŏ (*ter*): 9, 86, 4 'ipse meum flevi' dixit Apollo 'Linon'. 8, 6, 6 muros struxit Apollo lyra. 9, 42, 1 campis dives Apollo sic Myrinis ... fruare. *efficitur* Apollō *poetas non dixisse, eosdem usque ad* MART. *vitasse omnino* Apollŏ.

Apollo *apud Graecos et Latinos v. Wernicke, PW. II 1.* **A** *epitheta*:

1 *a functionibus, cum propria tum e syncretismo quem dicimus orta*: **a** *Τόξιος*, HOST. 6 invictus Apollo, arquitenens Latonius. ARNOB. nat. 1, 36 arquitenentes Diana et Apollo (4, 22). *cf.* VERG. Aen. 3, 75. VAL. FL. 5, 17 arquipotens. MART. CAP. 1, 13 sagittarius. STAT. Ach. 1, 165 venator. MART. CAP. 1, 13 vulnificus. *ad rem cf.* PLAVT. Aul. 394 VERG. Aen. 8, 704 HOR. carm. 1, 12, 24. 2, 10, 20 carm. saec. 34 *alios.* **b** *Ἰατρός, Παιάν*: LIV. 40, 51, 6 ⟨ad⟩ aedem Apollinis Medici. MACR. sat. 1, 17, 15 virgines Vestales ita indigitant 'Apollo Medice' 'Apollo Paean' (AVG. civ. 7, 16). *sed* PAVL. FEST. 22 Paean⟨a⟩ Apollinem vocaverunt, quod sagittarum ictu eum nocere putabant (*cf.* LVCAN. 5, 80). est enim *παίειν* ferire. alii quod remedians morbis finem faceret talis gravitatis (CAES. Gall. 6, 17, 2). FRONTO p. 146, 3 N. Apollo paeanum auctor. INSCR. numm. Cohen V² p. 301, 28 sqq. Apolini Salutari. CORP. VI 39 Apollini Salutari et Medicinali sacrum (*cf.* QVINT. inst. 3, 7, 8 FRONTIN. aq. 4 AVG. civ. 4, 21). **c** *Φοῖβος*: *usque ad* IVV. *tantum* VERG. Aen. 3, 251 Phoebus Apollo. *ex posterioribus quantum video* MART. CAP. *saepius et* GLOSS. IV 419, 32 Phithion Apollon Phoebus. *cf.* GLOSS. *sub* Phoebus. **d** *Ἥλιος*: VARRO ling. 5, 68 Solem Apollinem ... vocant (ARNOB nat. 3, 33 FVLG. myth. 1, 12). CORP. VII 543 Soli Apollini Aniceto. FVLG. myth. 1, 12 *Apollon* Acteon splendens dicitur, quod tertiae horae metis vehemens insistens lucidior fulgeat. Erytreus grece rubeus dicitur, quod a matutino ⟨i⟩pse limine rubicundus exurgat. Lampus vero ardens dum ad umbilicum diei centratum conscenderit circulum. CORP. III 1133 et 1138 deus bonus puer (puer *om.* 1138) posphorus Apollo Pythius. **e** *χρηστήριος, χρησμῳδός, Λοξίας*: VERG. Aen. 4, 376 augur Apollo (HOR. carm. 1, 2, 32 VAL. FL. 1, 234 STAT. Theb. 1, 495). AVG. civ. 3, 2 Apollinem ... divinatorem (7, 16 *cf.* 4, 11 *et* FVLG. myth. 1, 12). LACT. inst. 1, 7, 1 fatidicum (ENN. trag. 43). COMM. instr. 1, 11 inscr. Apollo sortilegus falsus. LVCAN. 5, 85 vates ... Apollo (VAL. FL. 4, 445 BOET. herm. sec. p. 109, 27) (*cf.* VERG. Aen. 6, 12). HOR. carm. 1, 7, 28 certus enim promisit Apollo. STAT. Theb. 10, 847 falsus *v.* sortilegus. *Δαφναῖος*: CORP. III 4285 (*in Pannonia*) Daphnaeus. MART. CAP. 1, 24 Lauripotens. *cf.* PLIN. nat. 12, 3 STAT. Theb. 3, 105 FVLG. myth.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 12. PLAVT. Men. 840 Apollo mi ex oraclo imperat (862 VITR. 9 praef. 13). *ibid.* 850 *et* 862 *et* 869 iubes (VERG. Aen. 3, 162 *cf.* 4, 376. 7, 241). PAVL. FEST. 158 praecipientem. VERG. Aen. 3, 479 pandit. ENN. trag. 43 Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. VERG. Aen. 3, 154 dicturus (STAT. Theb. 3, 700. 10, 848). AVG. civ. 19, 23 ait versibus. STAT. Theb. 1, 497 ediderat (AVG. civ. 3, 17). LACT. inst. 5, 3, 5 in somnis . . . nuntiavit. HOR. carm. 1, 7, 28 promisit. PLIN. nat. 36, 10 respondit (APVL. met. 4, 32). IVV. 13, 203 suaderet. VERG. Aen. 3, 434 animum . . . veris implet. 6, 344 animum delusit. PRVD. Symm. 1, 263 Apollinis antra dederunt consilium. PLAVT. Men. 840 ex oraclo (CIC. Brut. 53 VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 AVG. civ. 19, 23). VAL. MAX. 1, 1, 1 praedictiones. NEP. Them. 2, 7 consilium (VAL. MAX. 1, 8, 10). AVG. civ. 19, 23 p. 397 divina Apollinis (*scil.* verba). PLAVT. Men. 871 edictum. VAL. MAX. 1, 8, 10 editum. VERG. Aen. 4, 378 iussa (7, 241). TER. Andr. 698 responsum (VERG. Aen. 6, 344 VITR. 9 praef. 13). APVL. met. 4, 32 sorte respondit. *singulariter*: STAT. Ach. 1, 552 verum penitus latet et sine Apolline Calchas. silv. 5, 3, 293 non sine Apolline Sylla. VERG. ecl. 3, 104 eris mihi magnus Apollo.

f *φορμίζων, Μουσαγέτης*: PLIN. nat. 34, 59 citharoedum (COMM. instr. 1, 11, 1). AVG. civ. 6, 7 citharista. VAL. FL. 5, 693 citharae pulsator. *cf.* PHAEDR. 3, 16, 12 PLIN. nat. 37, 5 STAT. Theb. 6, 356 *al.* HOR. ars 407 cantor. *cf.* PROP. 2, 1, 3 CALP. ecl. 6, 16. ARNOB. nat. 7, 22 musicus. *nota antitheton*: HIST. Apoll. 16 *Apollonius* accipiens lyram introivit triclinium. et ita fecit, ut discumbentes non Apollonium, sed Apollinem existimarent. *poetarum patronum laudant* OV. rem. 767 dux operis. *al.* HOR. PROP. CALP. ecl. VAL. FL. SIL. STAT. noster Apollo *quasi vatis ingenium*: OV. rem. 251 STAT. Theb. 3, 628. *cf.* PROP. 3, 2, 7 Baccho et Apolline dextro (OV. trist. 5, 3, 57 STAT. silv. 5, 1, 13). STAT. Theb. 8, 176 gratus. 3, 454 pronus. *contra*: MART. 2, 89, 3 carmina quod scribis Musis et Apolline nullo. *cf.* 10, 21, 3 *et* PROP. 4, 1, 73 aversus Apollo. 1, 8, 41 tardus. CALP. ecl. 4, 9 diversus.

2 *a locis ubi colitur*: **a** *latinis*: HOR. ep. 1, 3, 17 Palatinus (PROP. 4, 6, 11 PLIN. nat. 36, 25. 37, 11 SVET. Aug. 31. 52). PLIN. nat. 4, 92 Capitolinum. VERG. Aen. 11, 785 custos Soractis (*cf.* PLIN. nat. 7, 19). SVLPICIA 70 Romanus. LIV. 32, 1, 10 Veliterni. **b** *graecis*: *Ἄκτιος, Ἀκτιακός, Ἐπάκτιος*: VERG. Aen. 8, 704 Actius (*cf.* PROP. 4, 6, 67 SVET. Aug. 18). OV. met. 13, 715 Actiaco (SERV. Aen. 3, 274). MELA 1, 86 oraculum Apollinis . . . Branchidae. *Κλάριος*: MELA 1, 88 Clariique Apollinis fanum (PLIN. nat. 2, 232. 5, 116 TAC. ann. 2, 54. 12, 22 ARNOB. nat. 1, 26 MART. CAP. 6, 686). CORP. VIII 8351 secundum interpretationem oraculi Clari Apollinis (*idem*: VII 633 III 2880). FLOR. 1, 24 (2, 8), 3 Cumanus Apollo (CORP. X 3683 *Cumis*. AVG. civ. 3, 11 CAEL. Serv. Verg. Aen. 6, 9). *cf.* LIV. 43, 13, 4 STAT. silv. 4, 3, 115. *Κύνθιος*: PAVL. FEST. 52 Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus. *cf.* TIB. 3, 50 BVC. Eins. 1, 17. *Δήλιος*: CIC. Verr. 2, 47 nat. deor. 3, 88. HOR. carm. 3, 4, 64 Delius et Patareus Apollo. *ceterum* Delius *absolute inde a Vergilio*. Delius Apollo *redit apud* ARNOB. nat. 1, 26. MART. CAP. *passim*. MACR. sat. 1, 17, 32. *Δελφικός, Δέλφιος*: ENN. trag. 295 Apollo . . . Delphicus. *saepe inde a Cicerone*. *Διδυμεύς, Διδυμαῖος*: MELA 1, 86 oraculum Apollinis Didymei. PLIN. nat. 5, 112 Didymaei (6, 49 ARNOB. nat. 1, 26 MART. CAP. 6, 692 MACR. sat. 1, 17, 64). *Γρυνεύς, Γρύνειος*: VERG. Aen. 4, 345 Gryneus Apollo. *cf.* ecl. 6, 72 MART. 9, 42, 1. *Ὑπερβόρειος*: SERV. Verg. Aen. 3, 98 Apollini Hyperboreo (4, 146. 10, 179). *Λευκάτας*: PROP. 3, 11, 69 Leucadius. *cf.* STAT. Theb. 4, 808. *Λιβύστινος*: MACR. sat. 1, 17, 24 apud Pachynum Siciliae promuntorium Apollo Libystinus . . . celebratur. *Λύκειος, Λύκιος*: PAVL. FEST. 119 Lycii Apollinis oraculum (MACR. sat. 1, 17, 36). *cf.* VERG. Aen. 12, 516. *Μιλήσιος*: LACT. inst. 7, 13, 5 Apollinem Milesium (CASSIOD. hist. trip. 1, 8). *cf.* VITRVV. 7 praef. 16. *Πατα(ρ)εύς*: HOR. carm. 3, 4, 64 Delius et Patareus Apollo. *Πύθιος*: CORP. I 562 = III 7304 (*Delphis*) Apollinei Phutio. *cf.* GLOSS. Plac. V 37, 18 Putium Pythium, Apollinem. NAEV. ep. 33 Pythius Apollo. *passim inde a Cicerone*. CORP. III 1133. 1138. 2902. *cf.* VICTORIN. gramm. VI 215, 16. TAC. hist. 4, 83 Pythicum Apollinem (ATIL. gramm. VI 284, 9). NOT. Tir. 81, 83 Apollo Pisius. NOTIT. urb. reg. X Palatium. aedem . . . Apollinis Ramnusii. *Σμινθεύς, Σμίνθιος*: LACT. inst. 1, 7, 9 Apollinem Sminthium. SERV. Verg. Aen. 3, 108. *Τεμενίτης*: CIC. Verr. 5, 119 (*prope Syracusas*) signumque Apollinis qui Temenites vocatur (SVET. Tib. 74). *Θυμβραῖος*: FEST. 356 Thymbreum Apollinem Vergilius (georg. 4, 323, *cf.* Aen. 3, 85) a monte Thymbreo appellavit, qui est in agro Troiano. GLOSS. III 523, 10 Timbreus Apollo. *cf.* STAT. Theb. 3, 638. 4, 515 *al.*: Thymbraee *absolute* (SCHOL. Stat. Theb. 1, 699). HOMER. 472 *et* 830 Troianus Apollo *v.* Thymbraeus. *Ζερύνθιος*: LIV. 38, 41, 4 *Apollinem* Zerynthium . . . vocant incolae.

3 *ex statuis*: VITR. 10, 2, 13 colossici Apollinis (*cf.* PLIN. nat. 34, 39 *colossaeus*). PLIN. nat. 34, 79 diadematum (*Leocharis*). Apollo Philesius *cf. p. 246, 40.* SVET. Aug. 57 Apollinem Sandaliarium. PLIN. nat. 13, 53 Apollo Solianus Seleuciā advectus (36, 28). SVET. Aug. 70 Apollinem . . . Tortorem. PLIN. nat. 34, 43 Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti.

4 *epitheta varia romana*: Apollo Aperta *v. p. 244, 13.* Apollo Augustus *utpote Augusti patronus passim legitur in titulis*: CORP. VI 33. 35. 42 Apollini Augusto sacrum *similia*. V 741. 748 *al.* (*Aquileiae*) Apollini Beleno Aug(usto). IX 783. XI 1916 (*Perusiae*). VIII 858. XII. II. XIII 1726. 3073. 3074. III 11086 *al.* NOTIT. urb. XI Apollinem caelispicem. CORP. III 3631 (*Aquinci*) Apollini conservatori. INSCR. numm. Cohen V² p. 300, 16 sqq. Apolini conserva(tori). VERG. Aen. 8, 336 deus auctor Apollo. CORP. VI 23—31 deo Apollini. XII 2514 num(ini) Aug(usto) deo Apollini. XIII 433. 1728. 1730. 2497. 2898. 2920. VII 452. 632. 1061. III 990. 991 deo Apollini praestantissimo *al.* INSCR. Bull. della comm. 3, 86, 2 deo domno Apollini Ver⟨g⟩ulesi. CASSIOD. hist. 1, 8 Mileti Geminique Apollinis (*v. supra* Didymaei).

MACR. sat. 1, 17, 64 Romani solem sub nomine et specie Iani Didymaei Apollinis appellatione venerantur (1, 17, 42). HOST. 6 invictus Apollo arquitenens Latonius, *v. infra* Anicetus. CORP. X 6 in templo Apollinis Maioris. *cf. Italorum* Maggiore. *in monetis Commodi* Apoll. Monetae: Eckhel 7, 122. CORP. III 989 (*Daciae*) numini Apollini (XII 2514). VI 37 deo sancto Apollini pacifero. CALP. ecl. 7, 22 pastoralis Apollo (*cf.* VERG. georg. 3, 2). CORP. VIII 619 Apollini patrio Augusto. VI 38 Apollini praestanti (III 991 deo Apollini praestantissimo). III 7463 (*Moes. inf.*) ⟨deo pro⟩pitio Apol⟨l⟩ini sacr⟨um⟩. INSCR. numm. Cohen V² p. 301, 25 sqq. Apolini propug(natori). TRAG. incert. 190 sancte Apollo (118. TVRP. com. 113 sanctitudo Apollinis. VARRO ling. 7, 17 CIC. Tusc. 4, 73 div. 2, 115). CORP. VI 37 deo sancto Apollini. VI 40 Apollini sancto (VI 41. 45. XI 2925. 3285. 3287. II 4489. XIII 1729. 8659). GELL. 5, 12, 11 *Vediovem* Apollinem esse dixerunt. PLAVT. Bacch. 172 vicine Apollo: *ἀγυιεύς* (Merc. 676). *v. paullo post.*

5 *epitheta graeca*: *Ἀγυιεύς*: VARRO Porph. Hor. carm. 4, 6, 28 quod ex responso oraculi in viis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerint, Agyieum appellavere. HOR. levis Agyieu. *Ἀνίκητος*: CORP. VII 543 Soli Apollini Aniceto. *Κούριος*: PLIN. nat. 32, 17 in fonte Apollinis quem Curium appellant (Surium *a Σοῦρα prope Myra, illius fontis loco coni. Meineke ad Steph. Byz.*). *Δίκαιος*: PLIN. nat. 34, 59 Dicaeus appellatus est, quod cum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu eius celatum esset. *Φιλόγειος*: FVLG. myth. 1, 12 *Apollo* Filogeus grece terram amans dicitur, quod horae nonae proclivior vergens occasibus pronus incumbat. *Λατῷος*: HOST. 6 invictus Apollo arquitenens Latonius (*cf.* ARNOB. nat. 3, 21). HOR. carm. 1, 31, 18 Latoe, dones. *Πανιώνιος*: VITR. 4, 1, 5 Apollini Panionio. *Φιλήσιος*: PLIN. nat. 34, 75 Canachus *fecit ex aere* Apollinem nudum qui Philesius cognominatur (ARNOB. nat. 1, 26. *cf.* MACR. sat. 1, 17, 49). *Θυραῖος*: TERT. idol. 2, 15 Apollinem Thyraeum (MACR. sat. 1, 9, 6).

6 *epitheta barbara*: CORP. XIII 2600 (*saec. II*) deo Apollini Granno Amarcolitano. INSCR. Eph. epigr. 7, 1162 (*in Britannia*) Apollini Anextlomaro (CORP. XIII 3190): *non* Anextiomarus *cognomen fuisse docet* Anextlus *nomen Aquitanicum*: CORP. XIII 1165 (*saec. I*). XIII 1318 (*in Aquitania*) num(inibus) Au⟨g.⟩ et genio Apol⟨l⟩inis Atepomari. V 732. 747. 8212 Apollini Beleno. V 741. 748. 749. 753 Apollini Beleno Aug(usto): *Aquileiae cultus*. INSCR. Orelli-Henzen 5880 (*Bourbonne-les-Bains*) deo Apollini Borvoni et Damoniae. INSCR. Bull. della comm. 3, 86, 1 (*a. 239*) Apollini Cicanos. CORP. XIII 939 (*Petrucorii*) deo Apolliní Cobledulitavo. INSCR. Rhen. 151 (*a. 223*) deo Apollini Dyspro (*sic*). CORP. VI 36 Apollini Granno et sanctae Sironae. VII 1082 Apollini Granno. *praecipue in Raetia*: III 5861. 5870. 5873 *al.* III 5874 (*in Norico*). III 10972 (*in Pannonia super.*). XIII 2600 *v. p. 246, 44.* INSCR. Rhen. 566. 1614. 1915. *ibid.* 463 Apollini Livici. CORP. VII 1345 Apollini Mapono (VII 218). INSCR. Rhen. 1915 Apollini Granno Mogouno. VARRO Men. 438 Pseudulus Apollo *sc.* Sarapis. CORP. XIII 1669 Apollini ⟨⟩ Sianno ⟨⟩. INSCR. Rhen. 1529 Apollini Toutiorigi. INSCR. Bull. della comm. 3, 86, 2 deo domno Apollini Ver⟨g⟩ulesi *fortasse a* Bergula *Thraciae oppido*. CORP. XII 2525 Apoll(ini) Virotuti.

B *adiectiva epithetorum vice posita*: VERG. Aen. 10, 873 altus. MART. CAP. 1, 12 auricomus. STAT. silv. 5, 3, 123 blandus. ACT. lud. saec. septim. (Corp. VI 32328) 3, 8 bone pulch⟨er⟩ (STAT. Theb. 10, 163 CORP. III 1133 *et* 1138). ENN. trag. 29 crinitus Apollo (VERG. Aen. 9, 635 CARM. epigr. 271, 2 CIC. ac. 2, 89). OV. am. 1, 15, 35 flavus. COMM. inst. 1, 11, 1 divinus (AVG. civ. 3, 17 ARNOB. nat. 6, 23, *cf.* LACT. inst. 1, 7, 1). CALP. ecl. 4, 87 facundo. VERG. ecl. 4, 57 formonsus (TIB. 2, 3, 11, *cf.* PRIAP. 39, 2). CIC. nat. deor. 1, 83. 3, 83 imberbis (TERT. nat. 1, 10). SCHOL. Stat. Theb. 1, 699 Apollinem . . . imberbem dixerant, quoniam ipse sol est. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. VERG. Aen. 9, 651 magnus (HOR. sat. 2, 5, 60. *cf.* VERG. ecl. 3, 104). VERG. Aen. 3, 119 pulcher (CALP. ecl. 4, 57. *v. supra* bonus). *cf.* SERV. *ad l.* apud Lucilium (15) Apollo pulcher dici non vult.

II *sidus*: VARRO rust. 2, 1, 7 *Apollo et Hercules* appellantur Gemini. PLIN. nat. 2, 39 proximum *Veneri* Mercurii sidus, a quibusdam appellatum Apollinis (APVL. mund. 2). *cf. Achill. in Arat. 17. Ps. Aristot. περὶ κόσμου p. 392, 27.*

III *translate pro templo*: VERG. Aen. 3, 275 formidatus nautis aperitur Apollo (*i. Apollinis Actiaci templum*). IVV. 1, 128 forum (*Augustum*) iurisque peritus Apollo (*templum Apollinis Palatini*). *comparanda*: ad Apollinis *scil.* aedem (CIC. ad Q. fr. 2, 3, 3 CAEC.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cic. epist. 8, 4, 4 Liv. 40, 51, 2) *et* in Apollinis *scil.* aede (Plin. nat. 35, 99). *et in his dictionibus et sim. ut* ad Isis *lingua vulgari posteriore aetate* aede aedem *non iam subintellectum esse docent loca infra adlata* Apolline Apollinis Apollonos.

IV *nomen graecum*: Corp. VI 12142 Apollo fecit filiae Felicitati. XV 5119 (*signac. vas. Arret.*) Apollo P. Corn(eli). XV 5333 Apolo Memmi. XV 6163 *ad titulum stilo scriptum adnotat Dressel: 'duae priores litterae videntur esse initiales incohati nominis* Aplo (*i.* Apolo, Apollo), *nisi est* Ap() Ap(o)lo(ni)'. *alterum probo.* Inscr. christ. Rossi I 1013 (*a. 527*) Apollo v. d. *cogn. vir.* Corp. VI 24617 C. Pomponius Apollo. V 6785 (*Eporediae*) C. Vergilius Apollo. *Iudaeus Alexandrinus* Vvlg. act. 18, 24. 19, 1 I Cor. 1, 12. 3, 4. 3, 6 *al.* Tit. 3, 13. V 2840 (*Patavii*) (triere) Apol(linis).

V *loca ab Apolline nuncupata*: Frontin. aq. 1, 4 Apollinis fons. Mirabilia 25 ubi est S. Saba fuit area Apollinis et Splenis (Spenis?). Plin. nat. 6, 102 *prope Coptum* Hydreuma Apollinis. Corp. III 6627 (*in Aegypto*) 2, 11 Apollonos Hydreuma. Tab. Peut. 9, 4 Apollonos (Itin. Anton. 173, 1. Ravenn. p. 59, 10 Appollonos). Liv. 30, 24, 8 (*in Africa, Sardiniam versus*) Apollinis promunturium (Mela 1, 34 Plin. nat. 5, 24 Mart. Cap. 6, 669 Itin. Anton. 515, 1). Plin. nat. 5, 20 promunturium Apollinis *prope Caesaream.* 6, 189 oppidum ... Apollinis (*Aethiopiae*). **Apolline** *abl.* (*prope Syracusas*) Itin. Anton. 96. (*cf.* Apollinem Libystinum *apud* Macr. 1, 17, 24). Gvido 497, 8 Apollinis. **Apollinis,** *Ἀπόλλωνος πόλις Aegypti super.* Plin. nat. 5, 60. *quasi nomin.* Not. dign. or. 31, 34 Apollo superior. Itin. Anton. 160, 3 Apollonos superioris. **Apollonos,** *Ἀπόλλωνος, v.* Apollinis *et* Hydreuma Apollinis. Itin. Anton. 158, 1 (*Aegypti*) Apollonos minoris. 165, 5 (*Aegypti*) Vico Apollonos. 163, 3 Contra Apollonos. *nota*: Ephem. epigr. 7, 458 *in papyro Aegyptiaca anni p. Chr. 156*: *cohors* hibernatur Contrapollonospoli maiore Thebaidis. **Apollonihieratae,** *Ἀπόλλωνος ἱεροῦ, Lydiae oppidi, incolae*: Plin. nat. 5, 111. **Apollonopolitēs,** *Aegyptiae nomus cuius caput* Apollinis: Plin. nat. 5, 49 Apollonopoliten (apolopoliten *codd.*). **Apollonopolius,** -ī, *nom. vir.* Corp. X 3635 (*Miseni*) Taesis Aegyptia nomu Coptitupolis Apollonopolii f(ilia). **Apollonis,** -idis, *Ἀπολλωνίς, opp. Lyciae inter Sardes et Pergamum*: Cic. Flacc. 80 Apollonide. *idem oppidum dicitur* Corp. X 1624 (*a. p. Chr. 30 Puteolis*) **Apollonidea. Apollonidēnsis,** *illius oppidi incola*: Cic. ad Q. fr. 1, 2, 10. 11 Att. 5, 13, 2 Flacc. 79 Tac. ann. 2, 47. Plin. nat. 5, 126 Apollonidienses. **Apollonia,** -ae, *Ἀπολλωνία, variorum oppidorum* (*Illyriae, Thraciae, Macedoniae, Mysiae, Phrygiae, Palaestinae, al.*) *nomen*: Cic. Caes. Liv. Sen. Mela Plin. Svet. Tab. Peut. *semper* Appollonia. 10, 1 Appolloniade. Ravenn. *et* Itin. Anton. *cum* Apollonia *tum* Appollonia. *cogn. mul. v. infra.* **Apolloniatēs,** -is *vel* -ae, *Apolloniae incola*: Cic. nat. deor. 1, 29 Diogenes Apolloniates (Sen. nat. 2, 20, 1. 4, 2, 28). Caes. civ. 3, 12, 2 Apolloniatibus. 3, 13, 5 *et* 3, 25, 4 Apolloniatium (Liv. 24, 40, 10. 26, 25, 2). Plin. nat. 3, 106 Apolloniatum. Apolloniatae, -ārum. Cic. Liv. Plin. nat. 2, 237 Apolloniatis suis. Liv. 26, 25, 2 Apolloniatas. *adi.* Liv. 42, 36, 8 in agro Apolloniati. *adi.* **Apolloniaticus,** -a, -um *ab* Apollonia *derivatum*: Plin. nat. 35, 178 Apolloniaticum bitumen. *adi.* **Apolloniēnsis,** -e. Cic. Verr. 4, 103 civitatem. 5, 15 Aristodamo. 5, 86 navis. *substantive*: Oros. hist. 3, 13, 5 Apollonienses. *eademne vox latet* Not. Tir. 81, 84 Apollonensis, *an est* Apollinensis? **Apollonitae,** -ārum. Sol. 19, 1 insula Apollonitarum octoginta milibus passuum abest a Bosphoro Thracio. **Apollonium,** -ī, *Aegypti inferioris oppidum*: Ravenn. p. 130, 10. Cod. Iust. 3, 12, 1 *subscr.* Apollonio superioris.

VI *nomina propria et adiectiva derivata ab* Apollo: **A** *graeca*: **Apollonius,** -ī, *Ἀπολλώνιος* **1** *nom. graec. vulgare apud* Cic. Vitr. Cels. Sen. Plin. *in titulis. nom. servi, cogn. liberti* Cic. *et passim in inscriptionibus, in primis Romae, in Latio, in Samnio, rarissimum in Gallia Lugudunensi inde ab ultima rei publicae aetate et Augusti, ex. gr.*: Corp. V 4087. I 723. VI 10395 (*a. u. c. 753*). 9900. **2** *nom. gent. satis rarum*: Corp. VI 1058 (*a. 210*) 1, 61 Q. Apollonius Felix. 65 C. Apolloniu(s) Archelaus. 68 P. Apollon(ius) Hilumenus (1058, 4, 31. 57. *ibid. cogn.* 2, 101). VIII 3037 (*in Lambaesi*) Q. Apolonio Demetriano. V 971 T. Apolonius C. ⟨f.⟩. *nota prosodiam*: Ven. Fort. carm. 6, 8, 6 quam sit Apollŏnius (Corp. IV 2462 *Ἀπολόνιος*). Apolonius: *in titulis romanis ut videtur nusquam; occurrit praecipue in instrumentis*: Corp. XV 1321. 4991 *signaculum vasis Arretini, ter.* V 971. 7884. IX 6079, 5. X 8056, 38. VIII 3037. 10479, 7. XII 5683, 31. 5686, 62. II 4970, 36. Appollonius: Liv. 42, 6, 6 *ex Antiochi legatis.* Corp. VI 200 (*a. 70*) 4, 45. XI 3543 a (*Centum Cellis*). Apolloni(u)s: Corp. VI 12145. 9948 Apolonis, *ibid.* topiaris. III 7437 = 6150 (*Moes. inf. a. 227*) fil(ius) Apolonis. Corp. VI 21772 C. Maecnas Apolnius. Apullonius: Corp. VI 14496 C. Cassius Q. l. Apullonius. II 3492 C. Ofeli C. l. Apuloni salve. III 4357 (*Pannoniae infer.*) Apulonius. **Apollonia,** -ae, *Ἀπολλωνία, nom. mul. graec. et cogn., haud ita crebrum.* Corp. VI 4867 (*e columbario Marcellae*) Maeclonia Apollonia. 25731 Aelia Apollonia. 24940 Apollonia soror. *al.* V 3548. 3648. X 249. XI 178. III 319. 1213. VIII 4428. Inscr. christ. Rossi I 1145 (*a. 394*) Apolonie. *nota*: Carm. epigr. 1523 Apŏllōnia quae vocitabar. **Apolloniānus,** -ī *cogn. vir.* (*lib.*). Corp. VI 8920 T. Fl. Aug. lib. Eutychus Apollonianus. III 2526 (*Salonis*) C. Servilio Apolloniano. p. 1992 = IX 2995 (*in diplomate*). **Apolloniacī,** -ōrum *haeretici.* Ambrosiast. I Cor. prol. Pauliani et Petriani et Apolloniaci dici volebant, non christiani. **Apollonidēs,** -ae *vel* -is *et* Apollonidas *et* Apollonida, -ae, *Ἀπολλωνίδης* (-ας), *nom. graec. vulgo. cogn. vir.* (*lib.*). *nomin.*: Apollonides: Liv. 24, 28, 1 Plin. nat. 7, 17. 37, 8. Corp. VI 763 (*a. u. c. 747*) Q. Coelius Q. l. Apollonides (5749). 17351 M. Eunius Apollonides (20760. X 3149 *Puteolis*). Apollonida: Corp. VI 1057 (*a. 210*) 4, 103 C. Iulius Apollonida (24369). XI 3044 M. Avillius M. l. Apollonida. III 6243 (*in ansa amphorae*) Apolonida. Apollonidas: Corp. VI 1058 (*a. 210*) 7, 43 ?⟩Iulius Apollonidas. *gen.*: Apollonidis: Corp. XII 3800 (*Nemausi*). Apollonidae: Corp. VI 9774. *dat.*: Apollonidi: Cvrt. 4, 5, 15 (Frontin. strat. 3, 3, 5). *acc.*: Apollonidem: Cvrt. 4, 5, 16. Apollonidam: Corp. VI 20370/1. *abl.*: Cvrt. 4, 5, 18 Apollonide. *efficitur apud scriptores tertiae declinationis formas omnino praevalere, in titulis primae.*

B *latina*: **Apollināris 1** *adi.*: Apollinares ludos ... in laudem Apollinis (Pavl. Fest. 23) *memorant* Varro ling. 6, 19: Cic. Liv. Val. Max. 6, 2, 89 Plin. nat. Tert. bapt. 5. Chronogr. a. 354 p. 146, 28 circensibus Apollinaribus. *alias* ludi Apollinis. *absolute*: Tert. spect. 6 Megalenses et Apollinares *scil. ludi* (11). Hor. carm. 4, 2, 9 laurea ... Apollinari. Liv. 10, 8, 2 Apollinaris sacri. Gloss. III 239, 41 *τὰ Ἀπολλινάρια* Apollinaria. III 171, 52 Apollonoria Apollonaria. Arnob. 4, 15 aiunt ... theologi esse quadrigas Apollinarium numinum. **2** *substantive: sodalis collegii Apollinarii (v. i.), sacerdotum Apollinis*: Corp. IX 814—817 (*Luceriae*). XI 845 *sqq.* (*Mutinae*). XI 1843 (*Arretii*) sevir ⟨A⟩pol(linaris) *cf.* 1844. Avson. 194, 12 ministros ... Apollinares. Apollinare, -is *n. locus Apollini sacer in pratis Flaminiis prope portam Carmentalem* Liv. 3, 63, 7. *ab hoc diversum*: Varro ling. 5, 52 Apollinar (*O. Mueller*, pilonaris *F*) cis aedem Salutis. *sed v. Hülsen, PW. I 2842.* **3** *nom. et cogn. vir. (lib.) passim in titulis, usitatissimum Romae inde a medio fere saeculo post Chr. primo*: Corp. V 5050 (*a. 46 p. Chr.*) 9 Pinarium Apollinarem. VI 12137 Apollinaris sibi et Quinctiliae Tyche. 975 (*a. 136*) 2, 58 C. Numisius C. l. Apolinaris. *ex scriptoribus* Mart. Plin. epist. Tac. Apollinaris Sidonius *auctor saec. V.* Apollinaris Laodicenus (*apud christianos*): Pavl. Nol. Avg. Leo M. legio XV Apollinaris *in titulis* Corp. V. XIV. III. *cogn. coloniae Iuliae Reiorum, unde* Plin. nat. 3, 36 Alebece Reiorum Apollinarium. *Galliae oppidum est* (Corp. III 7397 *in Thracia*). Corp. VI 1147 (*in tabula alimentaria Veleiae*) 5, 96 in ⟨Pla⟩centino pag(o) Apollinare. VIII 12341 (*in prov. procons.*) mu⟨nici⟩p⟨iu⟩m Sept(imium) Aurelium Severian⟨um Aug(ustum)⟩ Apoll(inare) *an* Apoll(inense)? *orthographica et metrica*: Apolinaris: Corp. XV 661 (*saec. I med.*). VI 975 (*a. 136*) 2, 58. XI 62 (*Ravennae*). III 7437 = 6150 (*a. 227*) 7291 (= 558) *Athenis al.* Apolenaris XI 294 (*Ravennae a. 549*); *idem* 295. 317 (*a. 574/75*). Apollonaris Not. Tir. 81, 80. Ven. Fort. vit. Mart. 4, 684 rursus Apollinăris. **4** Apollinaris *herba.* Plin. nat. 25, 35 Herculi eam quoque adscribunt quae Apollinaris ... apud Graecos vero hyoscyamos appellatur. 26, 140. 147. Ps. Apvl. herb. 23 Apollo hanc herbam fertur invenisse et Asclepio dedisse et Apollinaris nomen imposuisse. 5 hyoscyamon ... Latini insanam vocant, aliqui Apollinarem. Dioscor. cod. Vind. Neap. 146 *απολιναρις. medicorum in usu erat radix*: Scrib. Larg. 90 Apollinaris herbae radicis corticis p. X IIII. 93. 108. 121 Marc. med. 16, 1. 16, 7. *non addita* herba *voce* 36, 47. *alia herba*: Dioscor. cod. Vind. Constant. 36r, 2 *απολλιναρις μινος.* Ps. Apvl. herb. 74 strychnon hemeron ... Latini ... Apollinariam. *alia*: Ps. Dioscor. herb. fem. 15 mandragora femina plerique Apollinarem vel malum terre vocant. *doctrina de herbis paene inextricabilis in* Gloss. **Apollinārius,** -ī **1** *adi.*: Corp. X 3018 (*Viterbi*) C. Pomponius Zoticus collegio Apollinario d. d. *v. s.* Apollinares. **2** *nom. serv. graec.*: Corp. VIII 11985 Apollinarius et Glauce servi greci. *cogn.*: 3049 P. Aul. Apollinario (III 3253). *nota*: VIII 11132 (*christ.?*) *Ἀπυνναρίους vel Ἀπυλιναρίους. haereticus apud* Hier., *al.* Apollinaris. **Apollināria** *herba v.* Apollinaris. *cogn. mul.*: Corp. III 881 Fl(avia) Apollinaria. VI 18281 Fl(aviae) Apollina(riae). 18282 Flaviae Apollinari(ae). *cf. eiusdem tituli* facer(e). Inscr. christ. Rossi I 1340 ⟩filia eius Apollinaria⟨. *adi.*: **Apollināriānus,** -a, -um. Cod. Theod. 16, 5, 12 (*a. 383*) Apollinariana *secta. subst. Apollinaris haeretici sectator*: Cod. Theod. 16, 5, 13 (*a. 384*) Apollinariani (16, 5, 14 *a. 388.* Cod. Iust. 1, 5, 5 pr.). *subst.* **Apollināriста,** -ae, *Apollinaris sectator*: Isid. orig. 8, 5, 45 Apollinaristae ab Apollinare vocati. Gennad. Mass. vir. ill. 12 Avg. Leo M. *al.* Chron. Gall. I p. 648, 21 haeresis Apollinaristarum ab Apollinare coepta.

adi. **Apollinēsis,** -e. Inscr. Rhen. 1138 (*in Hassia, a. 220*) genio collegi iuentutis vici Apollinesis. Ephem. epigr. 3, 175 (*Britanniae*) ⟨A⟩pollines(es?) *idemne sunt atque* Apollinares? *v. s. praeterea cf.* Apollinaris *p. 248, 40. adi.* **Apollineus,** -a, um. Ov. trist. 3, 3, 10 arte *scil. vatis* (Ibis 264). Mart. Cap. 1, 25 axis *scil. solis.* Ov. met. 11, 155 cantūs. Ov. fast. 6, 91 lauro (Epic. Drusi 459). Avson. 385, 1 ludos. 367, 10 mentis Apollineae vis has movet undique Musas. Clavd. Pros. 3, 373 Apollinei nemoris (*i. laurei*). Stat. Theb. 6, 9 pharetrae. Achill. 2, 157 plectro (Opt. Porf. 22, 28 plectris). Lavs Pis. 167 testudine (Clavd. Eutrop. 2, 257). Stat. silv. 5, 1, 26 sacerdos (*Orpheus*). Ov. met. 11, 8 vatis (*Orphei*). *nota*: Mart. 7, 22, 1

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vatis Apollinei (*Lucani*). STAT. Theb. 4, 223 Amyclae. 7, 410 Cirrhae. AVSON. Mos. 214 Leucados. STAT. Theb. 3, 422 Therapnas. MART. 10, 12, 1 Vercellas. OV. met. 13, 631 urbem (*Delon*). *nota*: CARM. epigr. 1590 (*Mogontiaci*) ut primum adolevit pollens viribus, decora facie | Cupidinis os habitumque gerens, | nec metuam dicere: Apollineus. **Apolinius** *nom. vir. fortasse barbarum*: CORP. II 2859 Apolinius Turainus Aiponi. **Apollinia,** -ae *cogn. mul* : CORP. VIII 7211 (*Cirtae*) Arriae Apolliniae. **Apollinidēs,** -is. CORP. VI 29665 (*extat*) Zosime Apollinidi filio dulcissimo. **Apolinus** *nom. vir.*: INSCR. christ. Rossi I 185 (*a. 366*) depos(itus) Apolinus.

VII *composita graeca*: **Apollobechēs,** -is, *magus.* PLIN. nat. 30, 9 Democritus Apollobechen Coptiten ... inlustravit voluminibus. APVL. apol. 90 Apollobeches *nomin.* **Apellocratēs,** -is, *Ἀπολλοκράτης, nom. graec.*: NEP. Dion 5, 6. **Apollocratea,** -ae, *Ἀπολλοκράτεια, cogn. mul.*: CORP. VI 16353 (*extat*) Cornelia Apollocratea Anterotis liberta. **Apollodorus,** -ī, *Ἀπολλόδωρος, multi clari Graeci, ex quibus grammaticus Atheniensis rhetor Pergamenus al.* VARRO CIC. SEN. PLIN. nat. QVINT. *apud Italos nom. serv., cogn. liberti non ita crebrum, imprimis Romae inde a med. fere saec. I.* CORP. XIV 2611 (*Tusculi a. 42*) P. Peticius P. l. Apollodoru⟨s⟩. VI 12143 Apollodoro Sabina. 975 (*a. 136*) 3, 48 C. Cornelius C. l. Apollodorus. 3314 (*a. 198*) L. Apollon(ius) Apollodorus. *al.* IX 1192. III 7449, 21 (*a. 155*). *nota Dacicum*: CORP. III 1237 Apolodo⟨rus?⟩ *et Pompeianum* IV 2462 *Ἀπολώδωρος. adi.* **Apollodoreus,** -a, -um. SEN. contr. 2, 5, 13 Moschum Apollodoreum. *substantive*: *qui ab Apollodori partibus stat*: SEN. contr. 1, 2, 14 QVINT. inst. 2, 11, 2. 3, 1, 18. **Apollodotus,** -ī. CORP. XII 5686, 61 *Ἀπολλοδότου. nom. graec., cogn. lib.*: CORP. VI 4122 (*monument. Liviae*) Epaphroditi Eudemis Apollodoti. MART. 5, 21, 2 rhetor Apollodotus (Apollodorus *codd.*). CORP. VI 18956 L. Gellius L. l. Apollodotus. **Apollophanēs,** -is, *Ἀπολλοφάνης, nom. et cogn. graec.*: CELS. PLIN. SVET. TERT. *passim in titulis, neque tamen frequentatum*: CORP. VI 9835 C. Iulio Apollophani. 18407 T. Flavius Aug. lib. Apollophanes. XV 2389 (*in latere Tiburtino*) ⟨A⟩pollophan(is). V 611. X 6707. VIII 2819. III 409 (*Sardibus, a. 52/4*). *nota Dacicum*: III 7915 Proculus Apollofan⟨es⟩ Suri n(egotiator?). **Apollophania,** -ae, *Ἀπολλοφάνεια, nom. graec.* COD. Iust. 2, 4, 10 (*a. 244*) imp. Philippus A. Apollophaniae. **Apollothyma,** -ae, *nom. mul.*: CORP. VI 13355 Apollothymae fil(iae) dulcissimae.

VIII *varia*: **Apollonās,** -ae, *cogn. graec.*: CORP. V 2180 (*Altini; extat*) Pontia Apollona⟨e?⟩. **Apollus,** *nom. serv., cogn.*: CORP. VI 4483 a *et* b (*in monum. Marcellae*) Apollus Albiae Cullionis. 22429 L. Mescínius Apollus. TERT. bapt. 14. NOT. Tir. 65, 63 Apolliū *vel* Apollum. **Apolum** *Mediae oppidum* RAVENN. 74, 1. **Apollās,** *Ἀπολλᾶς, v.* Apellas, *periegeticus graecus*: QVINT. inst. 11, 2, 14. Apolla *cogn. vir.*: CORP. VI 12762 P. Attius Apolla. VIII 4580 (*in Numidia*) P. Papius L. fil. Pap. Apolla aedilis. **Apello,** -inis. PAVL. FEST. 22, 14 Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem. **Apellaeus,** -ī, *Ἀπελλαῖος.* GLOSS. V 167, 24 Apellaeus Macedonum lingua December mensis dicitur. *cf.* Apollo.

Apollyon, *Ἀπολλύων.* VVLG. apoc. 9, 11 regum Angelum abyssi ... graece ... Apollyon, latine ... Exterminans (COMM. apol. 811). PRISCILL. tract. 1 p. 18 Apolleon. *v.* Abaddon. *Diehl.*

(**apologātio**), -ōnis *f.*, *v. ἀπόλογος.* QVINT. inst. 5, 11, 20 *αἶνον* Graeci vocant et *αἰσωπείους*, ut dixi, *λόγους* et *λιβυκούς*, nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine apologationem.

apologeticus, -um, *ἀπολογητικός.* ISID. orig. 6, 8, 6 apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. in defensione enim aut negatione sola positum est et est nomen Graecum. GLOSS. apologeticum excusabilem, verum testimonium. LACT. inst. 5, 4, 3 Tertullianus eandem causam plene peroravit in eo libro cui Apologeticum nomen est. HIER. epist. 80, 2 in apologetico, quem Pamphilus pro liberis ipsius Origenis scripsit. 70, 4 principi apologeticum pro Christianis obtulit. 84, 11 ipsum nomen apologetici ostendit accusationem, non enim defenditur, nisi quod in crimine est. adv. Rufin. 3, 38 PROSP. chron. 682. HIER. epist. 70, 5 apologeticus eius (*Tertulliani*).

apologia, -ae *f.*, *ἀπολογία.* GLOSS. excusatio, defensio. NOT. Tir. 95, 62 apolloga. HIER. epist. c. Ioan. 1 apologiam scribere institui. 37. adv. Ruf. 2, 1 veniam ad apologiam eius. *cf.* epist. 82, 9 *ἀπολογία.*

apologismos, -ī *m.*, *ἀπολογισμός.* CHARIS. gramm. I 285, 7 per apologismon sive ultro dando, cum aliquid adversario nostro ultro damus quo uti eum scimus non posse, tamquam 'tutare amici causam, potis es, suscipe: obicitur crimen capitis, purga fortiter: in amici causa [potior] est immo certe potior est'.

apologo, -āre, *v. ἀπολογίζω.* SEN. epist. 47, 9 et ipse illum (*servum*) invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum (*cf.* SVIDAS *ἀπολογίζω ... οὐ προσδέχομαι*).

apologus, -ī *m.*, *ἀπόλογος. narratiunculae fictivae, et in universum et de fabulis, cf. Crusius, PW. II 167.*

RHET. Her. 1, 10 si defessi erint audiendo, ab aliqua re quae risum movere possit, ab apologo, fabula versimili, imitatione depravata ... novitate, historia, versu *exordiemur.* CIC inv. 1, 25 vel apologum vel fabulam vel aliquam contineat inrisionem. QVINT. inst. 6, 3, 44 in apologis et quibusdam interim etiam historiis exponendi gratia. SVET. gramm. 25 dicta praeclare per omnes figuras per casus et apologos aliter atque aliter exponere. GELL. 2, 29, 1 festivos delectabilesque apologos commentus. SCHOL. Hor. serm. 2, 5, 84 per hunc apologum ostendit. PLAVT. Stich. 538 prius quam abis, praesente ted huic apologum agere unum volo. 541 miror, quo evasurust apologus. 544 perge porro. praesens hic quidem est apologus. 570 graphicum mortalem Antiphonem, ut apologum fecit quam fabre. GELL. 2, 29 apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis. APVL. Socr. 108. FORTVN. rhet. 2, 23 apologos ut sunt Aesopi fabulae. IVL. VICT. rhet. 6, 3 ab apologo *similitudo ducitur*, id est fabula, cum inducuntur nota iam et vulgaria quaedam et probandae rei causa ad similitudinem conferuntur. MAR. VICT. rhet. p. 199, 39 fabulae sunt quas fere videmus extitisse ex Phaedris, Medeis, Clytaemestris aliisque similibus. apologi sunt ex rebus humilibus conpositae quaedam formae ac species ad vivendum, ut exstat illa de mure et leone. MART. CAP. 5, 558. AVSON. 405, 1 apologos Titiani et Nepotis chronica quasi alios apologos, nam et ipsa instar sunt fabularum. *Lehnert.*

Apolta *nom. vir. barbaricum.* CORP. II 5556 Taurocutius Apoltae f. *Otto.*

apolyterium ubi ponuntur res lavantium GLOSS. IV 207, 19 *et similia passim. v.* apodyterium. *Lehnert.*

apomeli, -itis *n.*, *ἀπόμελι.* PLIN. VAL. 5, 6 *dabis* micas panis cum apomelite et hydromelite. ORIBAS. syn. 6, 9 materia, quae sine calefactionem deducant et purgent, qualia sunt ... oximellis et apomellis. DIOSCOR. 5, 31. *V.*

Apōnius, -ia *v.* Appius *et infra l. 44.*

Aponus, -ī *fons Patavio vicinus et salubria eius balnea, hodie* Abano. *ἄπονος nominis originem esse putat* CASSIOD. var. 2, 39, 4 sine tormento cura, ... balnea contra diversos dolores corporis attributa. quae ideo Aponum Graeca lingua beneficialis nominavit antiquitas, ut causam tanti remedii aeger cognosceret, cum de tali nomine dubium nil haberet, *vix recte, fuerit nomen barbaricum.* o *semper corripitur.* LVCAN. 7, 193 Aponus terris ubi spumifer exit. SIL. 12, 218 atque Apono gaudens populus. MART. 6, 42, 4 nec fontes Aponi rudes puellis. AVSON. 298, 33 non Aponus potu ... purior. CLAVD. carm. min. 26, 90 Aponon (*accus.*); *carmen inscriptum est* Aponus. ENNOD. epist. 5, 8 fumifer hic patulis Aponus fluit undique venis. MAR. VICT. carm. 3, 736 calidis quas Āponus undis exalat. SVET. Tib. 14 in Aponi fontem. CASSIOD. var. 2, 29, 1 salutiferi Aponi. A(ponus) A(ugustus) *vel* a(quae) A(poni) *est in titulis* CORP. V 2783—2790. 8990. SCHOL. Veron. Verg. Aen. 1, 250 ⟨Apo⟩nus Apollo dictus ⟨fertur, quod⟩ dolores fuget. *adi.* Aponus: MART. 1, 61, 3 censetur Apona Livio suo tellus. *idem esse existimatur* Aponius *tituli* CORP. VIII 10615 Aponio Valerius Diocletianus, *sed potest esse* Apōnius *nomen cognatum cum* Appius. *Otto.*

apophasis, -is *f.*, *ἀπόφασις. acc.* apophasin IVL. VICT. rhet. p. 400, 31 AVG. rhet. p. 144, 2 ISID. orig. 2, 27, 3. AVG. rhet. p. 143, 28 cataphasin intentionem verbo factam possumus dicere ... apophasin nos abnuentiam criminis eius, quod accusator intenderit, veluti: 'non pulsavi, non occidi, non prodidi'. RHET. min. p. 585, 15 fasis est rei, ex qua quaestio nascitur: catafasis accusatio, apofasis defensio. IVL. VICT. rhet. 2 p. 375, 37 in superiore *controversia* ex cataphasi et apophasi tantum, id est ex intentione et depulsione *τὸ κρινόμενον* invenitur. FORTVN. rhet. 1, 2 p. 82, 5. ISID. orig. 2, 27, 3 ... quam interpretationem nos appellamus scilicet, quod res mente conceptas prolatis sermonibus interpretatur per cataphasin et apophasin, id est affirmationem et negationem. AVSON. *post* 362 *in P*: haec quidem Pythagorica est apophasis secundum tale quod subiectum est distichon. *de schemate rhetorico cf.* IVL. RVF. rhet. 8 p. 40, 19. *synonymum*: abnuentia. *opposita*: affirmatio, cataphasis. *Lehnert.*

Apophis, *Ἄπωφις, Aegyptius pastorum rex*: Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 80 Apofis. *Diehl.*

apophlegmatismus, -ī *m.*, *ἀποφλεγματισμός.* THEOD. PRISC. log. 45 apoflegmatismos quibus caput purgandum erit convenit adhibere. CASS. FEL. 49 p. 130 apoflegmatismum qui naribus infunditur ... per triduum naribus infundes et sanabis. THEOD. PRISC. eup. 17. 48 log. 53 CAEL. AVR. acut. 1, 15, 116. chron. 2, 4, 82 adhibent sternutamenta et apophlegmatismos. CASS. FEL. 71 p. 171. DIOSCOR. 2, 140 apofleumatismis utilis. 2, 145. 5, 6 apofleumatismu stomaci facit. *medici passim.*

apophlegmatizo, -āre, *ἀποφλεγματίζω.* THEOD. PRISC. log. 15 expedit ... apoflegmatizare ... ysopi ... decoctione. CASS. FEL. 1 p. 6 per nares apoflegmatizabis hoc modo. *passim.* ORIBAS. eup. 2, 1, 35 si apofleumatizentur. 2, 1 c. 5.

apophoreticum, -ī *n.* SYMM. epist. 9, 119 (109) non aspernabere ... diptychi et apophoretici oblationem.

apophoreta, -ae *f.* [*a voce graeca non tradita tractum esse videtur, nisi ex plurali* apophoreta, -orum *transformatum est. Th.*] ISID. orig. 20, 4, 12 *inter vasa escarum*: apophoreta a Graecis a ferendo poma vel aliud aliquid nominata: est enim plana. GLOSS. V 615, 1 apophoreta graece, latine scutella lata.

apophoretus, -a, -um, *ἀποφόρητος.* PETRON. 40 porcelli ex copto-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

placentis facti . . . apophoreti fuerunt. *subst.*: apophoreta, -ōrum PETRON. 60 dum haec (*coronas aureas cum alabastris*) apophoreta iubemur sumere. 56 apophoreta recitavit. SVET. Cal. 55 agitatori Eutycho comissatione quadam in apophoretis vicies sestertium contulit. Vesp. 19 dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta ita per Kal. Mart. feminis. LAMPR. Hel. 21, 7 eunuchos pro apophoretis dedit. ZENO p. 485, 13 Zachaeus . . . quadruplicata expungit (*i. distribuit*) apophoreta. SCHOL. Iuv. 6, 203. MART. 14 (*titulis libri*) apophoreta. *munera ab editoribus ludorum missa amicis post ludos confectos.* SYMM. epist. 2, 81. 5, 56 ad te diptychum candidati et apophoretum librarum argenti duarum . . . misimus adprobare cupientes, editioni te nostrae re non animo defuisse. AMBR. epist. 3, (55) 5 sicut qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt, ita nos ex convivio Bononiensi apophoreta gratiae et sanctitatis plena . . . reservare curavimus. AMBROSIAST. Rom. 1, 1 Eph. 3, 9. 3, 12 ut quasi dedicatio regni Christi hanc gratiam credentibus pro apophoretis largiretur. DID. apost. 75, 18. PAVL. NOL. epist. 5, 21 apophoreta voti spiritalis. AVG. epist. 150 velationis apophoretum.

apophysis, -is *f.*, *ἀπόφυσις*. VITR. 4, 7, 3 habent spirae earum (*columnarum*) plinthum ad circinum altam suae crassitudinis dimidia parte, torum insuper cum apop⟨h⟩ysi crassum quantum plinthus . . . capituli crassitudo dividatur in partes tres e quibus . . . detur tertia hypotrachelio cum apophysi. *synonymum*: apothesis VITR. 4, 1, 11.

apopiras. [*tractum a gr. ἀπὸ πείρας 'de experimento'. Th.*] PELAGON. 18 pulvis Pelagoni apopiras. 102. 138 aliud apopiras physicum. *passim.*

? **apopla** *vel* apoplea scriptura. GLOSS. IV 19, 30. V 440, 44.

apoplanesis, -is, *ἀποπλάνησις*. GLOSS. IV 19, 31 anticipatio. *cf.* IVL. RVF. rhet. 13 p. 42, 12.

apoplecticus, -a, -um, *ἀποπληκτικός*. FIRM. math. 3, 4, 24 sicut apoplectici interire consuerunt *morte repentina*. 3, 12, 13. SOR. gyn. 2, 4, 27 apoplecticae et ipsae maiorem pulsum habent. THEOD. PRISC. 24 apoplectici appellati sunt eo quod veluti ictu quodam repentino percutiantur, vel quod cum totius corporis frigidissimi desperatione et gravedine iaceant sine sensu. 25. 61 CAEL. AVR. acut. 2, 10, 75. 3, 5, 54 chron. 2, 5, 90.

apoplectus, -a, -um, *ἀπόπληκτος, toto corpore apoplexia ictus.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 123. 3, 5, 54 apoplecti . . . paralysin partium sustineant. chron. 5, 2, 42. *oppositum*: *παράπληκτος*.

apoplexia, -ae *f.*, *v. ἀπόπληξις*. *acc.* apoplexian OROS. hist. 7, 15, 3. CASS. FEL. 65 p. 158 apoplexia est dicta passio ab eo quod mortifero ictu corporis simul et animae concidant patientes. ISID. orig. 4, 6, 10 apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. dicta autem apoplexia quod ex letali percussu repentinus casus fiat. GLOSS. III 510, 27. 596, 6 subita gelatio sanguinis quae similis est paralysis in ictu corporis et animae. CELS. 3, 27, 1 resolutio nervorum frequens ubique morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. veteres auctores illud *ἀποπληξίαν*, hoc *παράλυσιν* nominaverunt; nunc utrumque *παράλυσιν* appellari video. OROS. hist. 7, 15, 3 PROSP. chron. 681. 1155 Valentinianus subita sanguinis eruptione quod graece apoplexia (apoplexis *al.*) vocatur, moritur. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 75 lethargia apoplexia. 3, 5, 53. 55. 60 si quisquam ex apoplexia liberatus aliquas corporis partes paralysi vitiaverit. CASSIOD. hist. 5, 50 IORD. Rom. 272. 309.

apoplexis, -is *f.*, *ἀπόπληξις*. apoplexin SCHOL. Iuv. 10, 13. TERT. anim. 53 rapida quaeque mors . . . ut apoplexis. ITALA cod. Monac. deut. 28, 28 percutiet te dominus apoplexi et caecitate (LXX *παραπληξίᾳ*, VVLG. amentia). CAPITOL. Aur. 14, 8 Ver. 9, 11 FIRM. math. 3, 6, 16. OROS. hist. 7, 32, 4 subita effusione sanguinis, quod graece apoplexis vocatur. HIER. chron. 2391 CASSIOD. chron. 838.

apopompaeus, -ī *m.*, *ἀποπομπαῖος*. GLOSS. V 520, 10. 561, 23 emissarius. ITALA lev. 16, 8 (*cf. Roensch, sem. Beiträge 1, 73*) sors una apopompaeo, id est transmissori.

apoproegmena, -orum *n. pl.*, *ἀποπροηγμένα*. CIC. fin. 3, 15 et tamen puto concedi nobis oportere, ut graeco verbo utamur, si quando minus occurret latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius quam proegmenis et apoproegmenis concedatur; quamquam haec quidem praeposita recte et reiecta dicere licebit.

apopsis, -is *f.*, *ἄποψις*. FRONTO p. 225, 11 N. in apopsi . . . iucundiores tibi esse videntur.

apor *v.* apud.

aporema, -atis *n.*, *ἀπόρημα*. BOET. top. Arist. p. 730 est aporema syllogismus dialecticus contradictionis.

aporia, -ae *f.*, *ἀπορία*. *acc.* aporian CHAR. gramm. I 287, 3. VVLG. Sir. 27, 5 aporia hominis in cogitatu illius. ITALA cod. Cantabr. lev. 26, 16. Luc. 21, 35 conflictatio gentium et aporia sonante mare et salo. cod. Boerner. II Cor. 4, 8 aporia constricti (*ἀπορούμενοι*, VVLG. aporiamur). ECCL. ISID. orig. II 21, 27 aporia, dubitatio simulantis nescire se quae scit aut quomodo dicatur. CHAR. gramm. I 287, 3 per aporian: 'luna, deum quae sola vides periuria vulgi, seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris'. *cf.* RVT. rhet. 2, 10 *ἀπορία*. hoc schema efficitur, cum quaerimus, quid aut quem ad modum pro rei dignitate dicamus, nec reperire nos ostendimus. IVL. RVF. rhet. p. 40, 32. GLOSS. IV 482, 42 vulnus plaga (planta *cod.*), ictus. *derivatum*: aporior.

aporior, -ātus sum, -ārī [*ab* aporia *Th.*] *angustiis premor, dubito, haereo.* GLOSS. aporiatus angustiatus. aporio LAVRENT. NOV. de poenit. p. 100. ITALA cod. Cantabr. Luc. 24, 4 dum aporiarentur de eo (VVLG. dum mente consternatae essent). II Cor. 4, 8. Hos. 13, 8 (Ambr. apol. Dav. 717) sicut ursus aporiatus (*ἀπορουμένη*, VVLG. quasi ursus raptis catulis). IREN. 1, 2, 3 aporiatam, id est confusam. 2, 4, 2. 2, 7, 1. 2, 7, 2 matrem plorantem et aporiatam in honorem pleromatis. VVLG. Sir. 18, 6 Ies. 59, 16. II Cor. 4, 8 aporiamur sed non destituimur. GAVDENT. praef. extr. MAX. TAVR. hom. 91 ita aporiaberis, ita conturbaberis. serm. 23 innumerabilium delictorum pondere premimur atque aporiamur. HIST. Apoll. 32 a: villicus aporiatus ibat. 34 a. LAVRENT. NOV. de poenit. p. 91 omnis . . . futurorum intentio aporiata torpescit. mul. Chan. p. 122. de paen. p. 100 quae montem tuum obumbrant et aspectum aporiant.

aporos *vel* **aporon**, *ἄπορος*. FORTVN. rhet. 1, 2 quae est aporos? cum iudex non invenit quam sententiam dicat. IVL. VICT. rhet. p. 375, 7 est aporon, in quo iudex ferendae sententiae rationem explicare non possit. RHET. min. p. 586, 23 asystatae fiunt modis quattuor . . . quarto ubi iudex non invenit viam ferendae sententiae et vocatur aporos. *cf.* AVG. rhet. p. 147, 9 SVLP. VICT. rhet. p. 315, 26.

aporria, -ae, *ἀπόρροια*. GLOSS. V 4, 19 aporria graecum nomen est. est autem affluxio vel derivatio vel faeces vel reliquiae ac sordes elementorum, quae in aere purgantur. unde gignuntur in terra diversa animalia, arbores, lapides et herbae. V 266, 57 defluens. IV 201, 27 manatio.

aportat *i.* asportat NOT. Tir. 7, 16.

aporyma, -atis *n.* EPIPHAN. metrol. 26 aporyma apud solos Thebanos mensuratur, quae est medietas sati. *Lehnert.*

Aposclēnus, -a *nom. christ. ab ἀποσκλῆναι.* CORP. VI †12171 Aposcleno Lucilliano coniugi . . . Iusta coniux et Istercorius filius. *Otto.*

aposcopeuon, -ontis *m.*, *ἀποσκοπεύων*. *Antiphili pictura* PLIN. nat. 35, 138 nobilissimo satyro cum pelle pantherina quem aposcopeuonta appellant.

aposia, -ae *f.*, *ἀποσία*. QVEROL. p. 59, 18 unam vero unciam aposiae, hoc est excoctionis, contemplationi concedimus.

aposiopesis, -is *f.*, *ἀποσιώπησις*. *acc.* aposiopesin QVINT. inst. 9, 3, 6. MAR. PLOT. gramm. VI 468, 12 aposiopesis est dictio cuius finis reticetur ut aut terreatur auditor aut ad desiderium intendatur auditus. ISID. orig. 2, 21, 35 aposiopesis est, cum id quod dicturi videbamur, silentio intercipimus. GLOSS. suspensa locutio. *cf.* AQVILA rhet. 5 RHET. min. p. 74, 30 QVINT. inst. 9, 3, 60 *et* 61. *synonyma*: reticentia, obticentia.

aposphragisma, -atis *n.*, *ἀποσφράγισμα*. PLIN. epist. 10, 74, 3 signata est anulo meo cuius est aposphragisma quadriga. NOVAT. tract. 4 (37, 17) omne signaculum quomodo aposphragisma anuli exprimitur in cera. NOT. Tir. 99, 58 apophragisma (*sic*).

aposplenos, -i [*vocabulum graecum, a Graecis non traditum Th.*] *rosmarini significatio* PS. APVL. herb. 79. *cf. ἀπὸ σπληνός*.

apostasia, -ae *f.*, *ἀποστασία*. *acc.* apostasian IREN. 1, 3, 3. IREN. 1, 3, 3 hanc . . . passionem . . . significari dicunt per apostasian Iudae. 2, 6, 2 salvabantur . . . ab apostasia universa. LVCIF. de reg. apost. 1 Athan. 1, 21. AMBROSIAST. Rom. 11, 11 'quomodo cecidit de caelo Lucifer' casum et apostasiam significans. I Cor. 7, 11. Col. 2, 12 participes apostasiae suae volens efficere homines. AMBROSIAST. I Cor. 7, 10. AVG. c. Iul. op. imp. 3, 57 apostasia primi hominis. epist. 194, 9, 42.

apostasin *sim. vulgariter pro* hypostasin *sim.*

apostata, -ae *m.*, *ἀποστάτης*. GLOSS. refuga, qui de bono redit ad malum. qui recedit de via iusta. idolorum cultor. transgressor a fide. TERT. pudic. 9 idololatrae et blasphemi et negatores et omne apostatarum genus. anim. 2 apostatarum spiritum. 11. 57 eundem spiritum et in pseudoprophetide et in apostata facile mentiri quod fecerat credi. adv. Val. 1 ex apostatis veritatis. CYPR. epist. 55, 7 maligni atque apostatae. 55, 12 de apostatarum fictis rumoribus. ITALA cod. Lugd. num. 14, 9 (VVLG. rebelles). AMBROSIAST. Rom. 11, 22. VVLG. Iob 34, 18 qui dicit regi apostata; qui vocat duces impios. AVG. civ. 5, 21 apostatae Iuliano (epist. 105, 2, 10). gen. ad litt. 24 apostatarum genus vel a Christo vel ab ecclesia. epist. 228, 6. gen. c. Manich. 2, 24, 37 sicut apostatae relinquerunt deum. COD. Theod. 16, 7, 7 pr. CASSIAN. Nest. 65, 4 minus *dolerem* veterem haereticum quam novum apostatam. 6, 10, 1. 6, 10, 6. IDAC. 89 effectus apostata de fide catholica. ALC. AVIT. epist. 4 apostatas, id est ab standi firmitate deciduos. PROSP. chron. 855 paenitentes apostatas. resp. ad excerpta Genuens. 1 *Adam* factus est servus apostatae *diaboli* dum liber vult esse iustitiae. *pro adi.* TERT. pudic. 8 Iudaei apostatae filii pronuntiantur. adv. Marc. 5, 8 angelos creatoris apostatas. LVCIF. de reg. apost. 6 sicut ille populum fuerit conatus Israel facere apostatam ex dei cultore. HIER. in Ephes. 6, 11 apostatam diabolum. vir. ill. 70. VVLG. prov. 6, 12 homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso. AVG. epist. 105, 2, 9 dicendes homini apostatae. CASSIAN. conl. 8, 20 de apostatis angelis.

apostatātio, -ōnis *f.* SALV. gub. 6, 31 in spectaculis apostatatio quaedam fidei est.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apostatātus, -ūs *m. ab* apostatare. GREG. M. in I reg. 5, 3, 20 apostatatus sui poena feriuntur.

apostaticus, -a, -um, *ἀποστατικός. qui apostatae est*: TERT. adv. Marc. 4, 5 censum (*i. originem*) facilius apostaticum quam apostolicum. PS. CYPR. pasch. 10 angelos (PROSP. promiss. et praedict. 1, 22, 1). LVCIF. de regibus apostaticis (*titulus*). PACIAN. epist. 2, 3 nomen. AVG. civ. 12, 2 angelis. bapt. 5, 15, 20 ruinam. SED. carm. pasch. 5, 375 plebis. LVCIF. de non conv. 2 cum apostaticis non potueramus convenire Christiani. *purulentus*: PELAGON. 397 potio ad apostaticos *equos*. *cf.* apostema.

apostato, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* apostata *Th.*] GLOSS. retro ire, praevaricare, retrorsum ire, alienare, a deo d⟨esc⟩iscere. ITALA (Ambr. epist. 32) *et* VVLG. Sir. 10, 14 initium superbiae hominis apostatare a deo (*ἀποστῆναι*). 19, 2 vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes. CYPR. epist. 57, 3 qui vel apostataverunt et ad saeculum ... reversi gentiliter vivunt vel ad haereticos transfugae facti. COMM. instr. 2, 9 qui apostataverunt deo (*titulus*). AMBROSIAST. Rom. 12, 16 I Cor. 7, 11. AVG. civ. 15, 23 de illis, qui primum apostatantes a deo cum zabulo suo principe ceciderunt. mus. 6, 16, 54. gen. ad litt. 8, 10, 23 si homo ab illo (*deo*) per superbiam non abscedat, hoc est enim apostatare a deo. in psalm. 147, 17 apostatavit Donatus. serm. 169, 18 deviat qui apostatat. AVELL. p. 456, 21 perversum apostatandi propositum. CANON. constit. p. 751 Migne: quanti non solum apostatarunt (*i. immolaverunt*).

apostatrīx, -īcis *f.* [*cf. c.* apostata *Th.*] VVLG. Ezech. 2, 3 mitto te ad gentes apostatrices quae recesserant a me. *cf.* HIER. *ad locum.*

apostema, -atis *n.*, *ἀπόστημα*. CELS. 2, 1 abscessus, quae *ἀποστήματα* Graeci vocant. PLIN. nat. 20, 16 suppurationibus quae Graeci vocant *ἀποστήματα*. CASS. FEL. 18 p. 25 collectiones Graeci apostemata vocant. GLOSS. III 597, 12 collectio vel vulneratio ex malis humoribus. apostema, -ae DIOSCOR. 1, 59 ISID. orig. 4, 7, 19. apostima MARC. med. 26, 112 PLIN. nat. 25, 165. 26, 145 apostemata et ulcera. 28, 212 panos et apostemata. 30, 38 omnia quae intumescant, et quae apostemata vocant. FIRM. math. 3, 2, 15 VEG. mul. 3, 55, 2 *et* 6. 3, 59, 2. 4, 8, 1 CHIRON 2, 98 AVG. in psalm. 66, 7 PS. AVG. serm. 105, 2 THEOD. PRISC. eup. 24. 25 log. 67 DIOSCOR. 1, 59 MARC. med. 7, 21 *passim.* CAEL. AVR. acut. 2, 14, 93 CASS. FEL. 21 p. 32 ORIBAS. syn. 1, 19. syn. 2 add. 845 quae in apostemate suppuserantur (*sic*) intestina. ISID. orig. 4, 7, 19. MARC. med. 26, 112 vulnera intrinsecus latentia et apostimas persanat.

apostematicus, -a, -um, *ἀποστηματικός*. DIOSCOR. 2, 118 *coloquintida* apostematicis prodest.

apostola, -ae. AVG. serm. 132, 1 quae post modum apostolorum apostola meruit nuncupari.

apostolātīcius NOT. Tir. 4, 85 b.

apostolāris, -e. PAVLVS I epist. 12 (Migne 89, 1161a) cura (*sc. papae*).

apostolātus, -ūs *m. ab* apostolus. GLOSS. *ἀποστολή*. **1** *de apostolis*: TERT. adv. Marc. 1, 20 Petrum ceterosque columnas apostolatus. FVLG. aet. mund. 173, 20 rapitur ad apostolatum ... Paulus. 175, 12 apostolatus officium. AMBR. Nabuth. 14, 62 AMBROSIAST. I Cor. 15, 8. HIER. epist. 125, 1 Iudas de apostolatus fastigio in perditionis tartarum labitur. VVLG. act. 1, 25. Rom. 1, 25 per quem (*Christum*) accepimus gratiam et apostolatum. I Cor. 9, 2 signaculum apostolatus mei vos estis in domino. II Cor. 12, 12 Gal. 2, 8. AVG. c. epist. fund. 5 quodsi forte in evangelio ... de Manichaei apostolatu invenire potueritis. c. Faust. 13, 4. 22, 65 apostolatus eius et martyrii corona. serm. 76, 3 Petrus ... apostolatus principatum tenens. MERCAT. Cyr. apol. p. 262 inquirentes apostolatus modum. CASSIAN. inst. 7, 14, 2 apostolatus gradum. **2** *de episcopatu*: SIRICIVS epist. 5 apostolatus et episcopatus. ATHANASIVS ad Felicem II vestro sancto suggerimus apostolatui, ut nostri sollicitudinem gerere dignemini. AVG. epist. 216, 6. AVELL. p. 84, 2 apostolatus tuus. 223, 14 apostolatus vester. 224, 22. 617, 6 *passim.* SIDON. epist. 6, 4, 1 eminenti apostolatui tuo (*Sidonii papae*). 6, 7, 1. 7, 4, 4 ALC. AVIT. epist. 12 p. 45, 27. 20 p. 53, 27 ENNOD. epist. 6, 17. 8, 32.

apostolicus, -a, -um, *ἀποστολικός*. **1** *ad apostolos pertinens*: TERT. orat. 15 apostolici praecepti auctoritate (AVG. civ. 14, 2). pudic. 12 instrumento. 17 aciem. iei. 10 horarum. anim. 53 sententia. scorp. 9 in hereditarios discipulos et apostolici seminis. adv. Marc. 4, 2 ex apostolicis Lucas et Marcus. HIL. trin. 1, 10 doctrinae evangelicae atque apostolicae. GAVDENT. praef. fidei. ANON. Migne 18, 81 d remedio. AMBR. Abrah. 2, 10, 72 exemplis. vid. 3, 19 salutaris imber apostolicus. HIER. in Philem. 7 hoc idioma apostolicum est. PRVD. Symm. 2, 670 sanguinem. ham. 522 oris. PAVL. NOL. 13, 30 sepulchris. 19, 345 corporibus. AVG. civ. 2, 19 per apostolicos actus et per epistulas. 13, 24 verbis. 20, 19 multas evangelicas apostolicasque sententias. serm. 126, 1 lectionibus. COD. Theod. 16, 1, 2. PROSP. contra collat. 21, 1 mucrone. 21, 2 gladio. SIDON. epist. 6, 12, 4 te quodam venatu apostolico feras Fotinianorum mentes spiritalium praedicationum cassibus implicare. SED. carm. pasch. 3, 170 aures. 5, 399 ulnis. ENNOD. epist. 9, 33 te ... diva lex apostolici uberis lacte nutrivit. FVLG. RVSP. ad mon. 3, 5 de legalibus et propheticis atque apostolicis dictis. BENED. reg. 2 formam. CORP. V 6724, 2 apostolicae numeratus in ordine turbae. AVG. civ. 21, 24 illud quoque apostolicum: ‘conclusit enim deus ...’. BENED. reg. 31. SIRICIVS epist. 1, 2, 3 ab apostolicae petrae soliditate. DAMAS. carm. 57, 4 sedis. AVG. in vit. Possid. 14 SIDON. epist. 6, 1, 3 *passim.* **2** *de apostolorum discipulis, de episcopis, papa*: TERT. pudic. 21 exhibe mihi..., apostolice, prophetica exempla. virg. vel. 2 ecclesias, quas et ipsi apostoli vel apostolici viri condiderunt. GAVDENT. 5 extr. a Christo apostolicis quibusque sacerdotibus. MAXIMVS ad Siricium (Migne 13, 591a) Maximus ... domino vere sancto, apostolico viro Siricio. AVELL. p. 223, 12 apostolico ... patri patrum Gelasio papae urbis Romae. 618, 4. 644, 5 apostolico domino. 124, 20 apostolici moderaminis sollicitudo. 128, 11 apostolicis manibus abscidi. 12, 13. PAVL. PETR. vita Mart. prol. 3. CASSIOD. var. 9, 15, 6 pontificis. 17, 2 papae. **3** *de secta*: ISID. orig. 8, 5, 19 apostolici ideo hoc sibi nomen praesumpserunt, quia nihil possidentes proprium nequaquam recipiunt eos, qui aliquid in hoc mundo utuntur. AVG. haer. 40. *adv.* **apostolicē.** AVELL. p. 591, 11 scribere apostolice dignemini. PROSP. resp. ad cap. Gall. praef. FVLG. RVSP. ad Thras. 1, 11 exemplum apostolice memoratum.

apostolus, -ī *m.*, *ἀπόστολος*. GLOSS. missus, visitator. ISID. orig. 7, 9, 1 apostoli missi interpretantur. HIER. in epist. Gall. 1, 1. MAX. TAVR. hom. 68. *in litteras romanicas transiit.* [*ital.* apostolo, *francog.* apôtre, *hisp.* apóstol. *M.-L.*] **1** *legatus*: VVLG. Ioan. 13, 16 non est servus maior domino suo, neque apostolus maior est eo, qui misit illum. Hebr. 3, 1 considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae Iesum. **2** *notione theologica*: AVELL. p. 31, 12 apostoli discipuli salvatoris. GAVDENT. 17 init. TERT. idol. 15 secundum apostoli praeceptum. scorp. 15 apostolorum litterae. orat. 9 edicta prophetarum, evangeliorum, apostolorum. pudic. 14 Paulum apostolum Christi. SILVIA 23, 9 per singulas ecclesias vel apostolos. VVLG. Matth. 10, 2. LVC. 6, 13 vocavit discipulos suos et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominavit. 11, 49 mittam ad illos prophetas et apostolos. act. 15, 4 suscepti sunt ab ecclesia et ab apostolis. I Tim. 2, 7 positus sum ego praedicator et apostolus. PRVD. perist. 2, 460 hic (*Romae*) iam regnant duo apostolorum principes. AVG. civ. 15, 20. 15, 23 multa sub nominibus et aliorum prophetarum et recentiora sub nominibus apostolorum ab haereticis proferuntur. ARATOR 2, 437 sed apostolus Adam | iam melior. 2, 745 quod apostolus ipse revelat. COD. Theod. 9, 17, 6 AVELL. p. 162, 15. TERT. bapt. 10 in actis apostolorum. HIER. epist. 130, 14 in actibus apostolorum. AVG. civ. 5, 18 AVELL. p. 188, 8. AVG. civ. 1, 1 martyrum loca et basilicae apostolorum. ALC. AVIT. epist. 29 p. 59, 24 sacris apostolorum liminibus. INSCR. christ. Rossi I 1004 Laurentius prepositus basilice b⟨ea⟩ti Pauli apostoli. AVG. c. Pelag. 3, 3, 4 sicut apostolus cum dicitur, si non exprimatur, quis apostolus, non intellegitur nisi Paulus, quia pluribus est epistulis notior et plus omnibus illis laboravit. *cf.* PAVL. FEST. 36 HIER. vir. ill. 101. *hinc de episcopis* ENNOD. carm. 1, 15, 12 adiectus *Ambrosius* hinc apostolis. **3** *apud ICtos*: COD. Theod. 16, 8, 14 superstitionis indignae est, ut archisynagogi sive presbyteri Iudaeorum vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a patriarcha certo tempore diriguntur.... *libelli*: PAVL. sent. 5, 34, 1 ab eo, a quo appellatum est ad eum qui de appellatione cogniturus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae vulgo apostoli appellantur; quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est. MARCIAN. dig. 49, 6, 1 MODESTIN. dig. 49, 14, 9. 50, 16, 106. *derivata*: apostolatus, apostolicus. *composita*: coapostolus, pseudapostolus.

apostropha, -ae *vel* **-ē,** -ēs *f.*, *ἀποστροφή*. apostrofa NOT. Tir. 48, 62a. GLOSS. IV 207, 21 conversio, quando ad aliam rem subito commutationem facit. MART. CAP. 5, 523 apostrophe est in aliquem districta conversio frequens apud Ciceronem (*cf.* QVINT. inst. 4, 1, 69) ac nobilis figura. hoc est cum in aliquem sic convertimus actionem, ut ex ea iudices doceamus. AQVILA rhet. 9. *de discrimine inter apostropham et metastasin cf.* IVL. RVF. rhet. 26. FORTVN. rhet. 2, 19 IVL. VICT. rhet. 15 SCHOL. Hor. carm. 4, 2, 26 Cic. Bob. Sest. p. 294 B. opportunissime haec apostrofe ad P. Sextii filium. AMBR. in psalm. 61, 24 haec enim etiam ad proditorem Iudam potest per apostrofen derivari. HIER. hom. Luc. 10. in Is. 9, 2 ad lucem ipsam ... fit apostropha. in Ierem. 13 epist. 106, 60 quando dicitur ‘domine’ et apostropha fit ad dominum. 65, 8 ENNOD. op. 2. *synonyma*: aversus a iudice sermo (QVINT. inst. 4, 2, 106. 9, 2, 38 *cf.* 4, 1, 63), oratio aversa (QVINT. inst. 4, 1, 67), aversio (AQVILA rhet. 9), conversio (IVL. RVF. rhet. p. 54, 20).

apostropho, -āre. GLOSS. apostrophat transitum facit. GRAMM. suppl. p. LXV apostrophat, qui de absente tamquam praesens sit loquitur.

apostrophos regressio GLOSS. IV 19, 34.

apostrophos *vel* **-us,** -ī *f.*, *ἀπόστροφος*. DIOM. gramm. I 435, 16 apostrophos circuli pars dextera sed ad summam litteram consonantem adposita cui vocalis subtracta est. et hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est ‘tanton’ me crimine dignum?’ PRISC. gramm. III 520, 11 DON. gramm. IV 372, 9. SERG. gramm. IV 482, 11 apostrophus *fit* ita ’. verum hoc interest inter diastolen et apostrophum, quod apostrophus ad caput litterae ponitur, diastole vero ad imam partem. MACR. gramm. V 614, 10 VICTORIN. gramm. VI 194, 5 ISID. orig. 1, 18, 8.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Apotactitae, -ārum *m. pl.* [*tractum esse videtur a voce graeca non tradita, derivata ab ἀπότακτος. Th.*] *secta.* COD. Theod. 16, 5, 11 (*a. 383*) Eunomiani, Arriani . . . Apotactitae . . . nullis circulis coeant. 16, 5, 7, 3 Apotactitas. COD. Iust. 1, 5, 5 pr.

apotamia, -ae *f.* [*vocabulum graecum non traditum, cf. c. ἀποταμιέυεσθαι. Th.*] CAEL. AVR. acut. 3, 21, 204 dehinc e cellario quod Graeci apotamiam vocant, colymbadas olivas fractas.

apotelesma, -atis *n.*, *ἀποτέλεσμα.* FIRM. math. 1, 3, 1 quia nobis fidem suam astrologia responsionum apotelesmatumque divinis ac manifestissimis auctoritatibus comprobavit. 8, 5, 17 *passim.* AVG. gen. ad litt. 2, 17, 35 de fatis autem quales libet eorum argutias et quasi de mathesi documentorum experimenta quae illi apotelesmata vocant. PROB. gramm. IV 195, 20. *graece scribitur* PAVL. dig. 50, 16, 5, 1.

apotelesmaticē, -ēs *f.*, *ἀποτελεσματική.* FVLG. myth. 3, 10 (p. 79, 1 H.) apotelesmatica. 3, 10 (p. 78, 4 H.) in musicis prima *ars est* musica, secunda apotelesmatice. Virg. cont. p. 83, 18 octava *ecloga Virgilius* apotelesmaticen musicorum et magicam designavit. 84, 16.

apotelesticē, -ēs *f.*, *v. ἀποτελεστικός.* SCHOL. Hor. carm. 3, 30 inscr. apotelestice (*sc. ode*) ad Melpomenem musam. *cf. Zarncke, diss. Argent. III 255.*

apotelestos, -a, -um, *ἀποτέλεστος.* IREN. 2, 28, 3 quoniam mundus hic factus est apotelestos a deo.

apothēca, -ae *f.*, *ἀποθήκη.* AVG. op. monach. 23, 27 apotheca vel horrea a Graeco, verbum ex verbo repositoria dici possunt; ISID. orig. 15, 5, 8 *addit* vel reconditoria. GLOSS. horreum, repositio. SERV. Verg. georg. 4, 22. adphotecis GREG. TVR. hist. Franc. 7, 37. *cf. Mau, PW. II 184.* [*ital.* bottega, *hisp.* bodega. *M.-L.*] CIC. Vat. 12 cum . . . omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere. VITR. 6, 5, 2 qui fructibus rusticis serviunt, in eorum vestibulis stabula tabernae, in aedibus cryptae horrea apothecae ceteraque quae ad fructus servandos magis quam ad elegantiae decorem possunt esse, ita sunt facienda. PLIN. epist. 2, 17, 13 lata. VLP. dig. 9, 3, 5, 3 horrearius aut conductor apothecae. SCAEV. dig. 40, 7, 40 apothecis exhaustis. VLP. dig. 33, 7, 12, 30 quasi apotheca librorum (*opp.* bibliotheca). TERT. adv. Marc. 4, 28 de gazis et apothecis deliciarum suarum. 4, 29 corvi non serunt . . . nec in apothecas condunt (*cf.* VVLG. Matth. 6, 26 neque congregant in horrea). FIRM. math. 3, 7, 13 ITALA (Lucif. Athan. 1, 8) deut. 28, 17 maledictae apothecae tuae (VVLG. horreum). SCHOL. Hor. serm. 2, 3, 146. AMBR. Abrah. 2, 9, 65 . . . ut maturos fructus in apothecis recondat. exam. 5, 10, 27 apothecas ostrearum. Nab. 7, 37. in psalm. 1, 28 . . . qui lucra cogitat, qui usuras computat, qui apothecas numerat. VVLG. I par. 27, 28 olei. Is. 39, 2 supellectilis. Ioel 1, 17 dissipatae sunt apothecae. III Esdr. 1, 54 regales. AVG. vit. erem. 66 ipse sit horreum tuum, ipse apotheca, ipse marsupium, ipse divitiae *Christus nonnae.* spec. 18. SIDON. epist. 2, 14, 2 apotheca dilectionis altissimae. carm. 22, 219. VARRO Men. 114 dolia atque apothecas tricliniaris. CIC. Phil. 2, 67 HOR. sat. 2, 5, 7. PHAEDR. 4, 5, 25 potrici plenam antiquis apothecam cadis *seponit.* PLIN. nat. 14, 56 *et* 93. VLP. dig. 47, 2, 21, 6. 19, 2, 11 qui vinum . . . in apothecam deposuisset. 30, 47, 1 vinum ex apotheca. AVG. conf. 9, 8, 17 dominae apothecarum et cellariorum. SALV. ecl. 4, 23 a te apothecae ebriosorum vino replentur. GREG. TVR. glor. mart. 50. CARM. epigr. 29, 11 merum profundite nigrum Falernum aut Setinum aut Caecubum vivo ac volenti de apothéca dominica. COLVM. 1, 6, 20 apothecae recte superponuntur his locis, unde plerumque fumus exoritur, quoniam vina celerius vetustescunt quae fumi quodam tenore praecoquem maturitatem trahunt. PLIN. nat. 23, 39 vinum fumo inveteratum insaluberrimum. mangones ita in apothecis excogitavere.

synonyma: cellarium, gaza, horreum, promptuarium, repositorium. *Lehnert.*

Apotheca, *ἀποθήκη, cogn. vir.* CORP. X 5190 = I 1184 (*aetatis fere Ciceronianae*) L. Laufeius L. f. Apotheca IIII *vir* iour(e) deic(undo). *Diehl.*

apothecārius, -ī *ab* apotheca. *ital.* bottegajo. COD. Iust. 12, 57 (58), 12, 13 apothecarios . . . ceterosque institores aliarum mercium. AVG. epist. 185, 4, 15 consumptorem apothecarium.

apotheco, -āre. [*ab* apotheca *Th.*] VEN. FORT. carm. 5, 6 praef. 2 ut . . . quod iste torcularet in fletu ille apothecaret in fructu.

apotheosis, -is *f.*, *ἀποθέωσις. acc. semper* apotheosin. SCHOL. Hor. carm. 1, 2, 41 per apotheosin id est per deificationem. TERT. apol. 34 maledictum est ante apotheosin deum Caesarem nuncupari. MART. CAP. 2, 206. MART. CAP. 2, 140 ac tunc matri Apotheosi, quae cum illa (*Athanasia*) forte convenerat, . . . auferens quandam . . . rotunditatem sumit. SEN. *titulus* divi Claudii explicit apotheosis Annei Senecae per saturam. PRVD. *titulus.*

apothermum APIC. 2, 53 apotermum sic facies.

apothesis, -is *f.*, *ἀπόθεσις. cf. Mau, PW. II 188.* VITR. 4, 1, 11 ad imum capitulum tantam habeat crassitudinem *columna,* quantam habet summa columna praeter apothesim et astragalum.

apotomē, -ēs *f.*, *ἀποτομή.* BOET. mus. 2, 30 reliqua igitur pars, quae maior est, apotome nuncupatur a Graecis, a nobis vero potest vocari decisio. *post*: quantum semitonium minus integro dimidio toni minus est, tantum apotome toni integrum superat dimidium. 3, 15 semitonium maius quod apotomen dici supra retulimus. 3, 16 *passim.*

apoxyomenos, -ī *m., v. ἀποξύω. de Lysippi statua* PLIN. nat. 34, 62.

apozema *vel* **apozima** (apozyma), -atis *n.*, *ἀπόζεμα.* GLOSS. III 597, 4 aqua cum surculis vel radicibus cocta. [*ital.* bózzima, *hisp.* pócima. *M.-L.*] PLIN. VAL. 5, 7 apozima magis quam zima bibant. 5, 7 calidum. 5, 24 quod fit de apii radice. ORIBAS. syn. 1, 19. 2 p. 841 *passim.* THEOD. PRISC. log. 61 aplozomon (aplocomon, apozimon, apozina *codd.*) ex salibus oleo et aneto et aqua. *cf.* apochyma.

appagineculī, -ōrum *m.* [*cf. esse videtur c.* pangere, appingere, compago. *Th.*] VITR. 7, 5, 3 pro columnis statuuntur calami, pro fastigiis appagineculi striati cum crispis foliis et volutis, item candelabra aedicularum sustinentia figuras. *Lehnert.*

appalpo, -āre. CASSIAN. conl. 7, 23, 3 ut necesse sit eos etiam remissioribus monitis adpalpari. *V.*

apparābilis, -e *adi.* PRISCILL. tract. 11 p. 104, 21 et iussio tua in apparabilium (apparibilium *coni. Schepss*) facta natura est.

apparāmentum, -ī *n.* CORP. XII 1567 (*taurobolium faciunt homines tres a. 245*) trib(us) taur(is) . . . cum suis hostís et apparam(entis) omnib(us). *cf. Aust, PW. II 191.*

apparātio, -ōnis *f.* GLOSS. *ἑτοιμασία, παρασκευή. in codicibus legitur hic illic* apparitio. **1** *proprie*: CIC. off. 2, 56 multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum. VITR. 1 pr. 2 Gn. Cornelio ad apparationem ballistarum et scorpionum reliquorumque tormentorum refectionem fui. 2, 8, 20 de parietibus et apparatione (-itione *GH*) generatim materiae eorum . . . exposui. 2, 10, 3. 5, 9, 8 de lignatione . . . difficilis et molesta est apparatio. 6, 2, 5 prôportionis ad decorem apparatio. 7, 5, 8. ALF. dig. 24, 2, 28 commodare *argentum* ad ludos et ad ceteras apparationes. SCHOL. Iuv. 3, 249. **2** *translate*: RHET. Her. 1, 8, 12 alterum genus est narrationis, quod intercurrit nonnumquam aut fidei aut criminationis aut transitionis aut alicuius apparationis causa. 2, 4, 7 ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur esse. CIC. inv. 1, 25 propterea quod ex his suspicio quaedam apparationis atque artificiosae diligentiae nascitur.

apparātor, -ōris *m., sacrorum minister. v. Aust, PW. II 191.* CORP. XIV 53 apparator m(atris) d(eum) m(agnae). XIII 1754 (*a. 197*) tibicine Fl(avio) Restituto, apparatóre Vireio Hermetione. XII 405 matris deum magnae Ideae Palatinae eiusq(ue) m. religionis adparator (adparnor *vel* -anor *apogr.*) Navius Ianuarius. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 67 hic est Albucius qui et avarus et elegans conviviorum apparator. SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 47 non satis est idoneus apparator conviviorum qui novit quae sunt optimae placentae. *cum* apparitore *videtur confundi*: SYMM. epist. 2, 44 ut noveris apparatori iustam subesse causam.

apparātōrium *cf.* apparitorium. GLOSS. adiutorium, ubi res quaecumque parentur (*vel* apparantur). CORP. IX 1618, 8 (*Traiani aet.*) porticum cum apparatorio et compitum. III 1096 cryptam cum porticibus et apparitorio et exedra . . . fec(erunt). 3960 porticus et ap⟨p⟩aritorium ex voto fec(it). 4792 porti⟨cum cum⟩ apparat⟨orio⟩. *saepius in titulis. cf. Mau, PW. II 191.*

apparātrīx, -īcis *f.* HIER. epist. 18, 14 aliquas apparatrices in caelestibus virtutes.

apparātūra, -ae *f.* GLOSS. IV 562, 59 regali luxu: regali apparatura.

apparātus, -ūs *m.* GLOSS. *παρασκευή, ἑτοιμασία. dat.* apparatu AMM. 19, 1, 6. 24, 4, 17, -tui IVST. 7, 3, 3 DICT. 1, 18 *al. invenitur inde a Ciceronis aetate, pluraliter inde ab* CAES. *et* LIV.

I ***actus apparandi, praeparatio:*** CIC. top. 52 ante rem enim quaeruntur, quae talia sunt: apparatus conloquia locus. nat. deor. 1, 20 requiro ministros, machinas, omnem totius operis dissignationem atque apparatum. rep. 2, 27 sacrorum autem ipsorum diligentiam difficilem, apparatum perfacilem esse voluit. Phil. 5, 30 belli apparatus refrigescent. Att. 5, 20, 5. 6, 9, 2 nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi (7, 1, 9). epist. 10, 10, 1 quam gratus esset conatus et apparatus tuus (LIV. 10, 38, 2. 35, 46, 2). CAES. Gall. 2, 15, 1 ubi tantos suos labores et apparatus male cecidisse viderunt. LIV. 4, 13, 4 id unum dignum tanto apparatu consiliorum (22, 16, 7). 7, 14, 10 instructo vani terroris apparatu (7, 17, 5 *cf.* 24, 12, 1). 7, 25, 10. 9, 14, 2 cum omne tempus in apparatu pugnae consumpsisset. 34, 8, 8 nobis autem in apparatu ipso ac tantum incohantibus res annus circumagitur. 25, 11, 5 impeditaque alia opere iam coepto, alia apparatu operis morabantur. 27, 31, 1 occupato rege apparatu ludorum. 35, 42, 1 intentis in apparatum novi belli Romanis (36, 3, 2. 37, 36, 7). 36, 43, 8. 37, 11, 5 cum diem . . . apparatu absumpsisset. 38, 19, 6 minima apparatus missilium telorum cura fuit. 42, 27, 1 belli apparatum non differendum censuerunt. 42, 52, 7. VITR. 5, 9, 8 in conclusionibus . . . reliqui omnes faciliores sunt apparatus quam lignorum. 7 pr. 16 prudentesque cogitationum apparatus. SEN. contr. 9, 2 (25), 7 hic ultimus apparatus cenae fuit. VELL. 2, 12, 3 tertius *Mari consulatus* in apparatu belli consumptus. 2, 76, 3 adventus . . . in Italiam Antonii apparatusque (*trad.* praep-) contra eum Caesaris habuit belli metum. 2, 83, 1. VAL. MAX. 1, 6 ext. 2 quo genere monstri tanti apparatus significatus est eventus. 2, 10, 2 in his repellendis et animo et apparatu occupatus. 9, 12 ext. 1 tamquam magno apparatu aut exquisita molitione opus est. SEN. dial. 10, 1, 1 ut . . . ceteros in ipso vitae apparatu vita destituat. 12, 15, 4 epist. 14, 6 CVRT. 3, 7, 13.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 2, 12. 8, 6, 11 in permutandis stationum vicibus ceteroque apparatu exequendae rei. PLIN. nat. 14, 120 et de apparatu vini dixisse conveniat. 21, 12 in apparatu belli Actiaci. 25, 56. PS. QVINT. decl. 9, 20 itineris apparatum. FRONTIN. strat. 2, 4, 6 qui apparatus tantum terroris intulit. SVET. Nero 46 lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt. FLOR. 1, 3, 6. GELL. 17, 15, 2 tanta cura tantoque apparatu sui vir ingenio praestanti ad refellenda... aggressus. APVL. met. 5, 21 praecipiti festinatione nefarii sceleris instruit apparatum. TERT. spect. 4 commemorabimus ... apparatus, quibus superstitionibus instruantur *ludi*. PANEG. 9, 12 bellorum ... discursum apparatumque describit. VIR. ill. 68, 3. SYMM. epist. 2, 81 (80), 1 qui apparatui eius (*i. ludo*) plura et praeclara tribuisti (4, 12, 1). AMM. 16, 5, 9 quae in apparatu vel in ipsis egerit congressibus proeliorum. 24, 4, 17 apparatu operum et studio proeliandi intentos. OROS. hist. 2, 8, 13 in ipso apparatu concidit. ENNOD. op. 3 p. 369, 15 illa quae itineris eius fuit semper praevia et in apparatu diligens praecessit fama.

II ***res parata, instrumentum, armatura*:** CIC. Phil. 7, 27 te ... moneo ... hunc tantum tuum apparatum tamque praeclarum ne ad nihilum recidere patiare. Att. 7, 20, 1 cognoscendi nostri apparatus. 10, 16, 4. epist. 12, 6, 2 fac animum tantum habeas tantumque apparatum quanto opus est. Att. 10, 8, 4 navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit (LIV. 24, 34, 8 adversus hunc navalem apparatum Archimedes ... tormenta in muris disposuit. 27, 22, 8. 42, 45, 5). CAES. Gall. 2, 2, 1 tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus tantaque multitudo tormentorum. 3, 41, 3 quod omnem commeatum totiusque belli apparatum eo contulisset. 3, 44, 1 omnem apparatum belli, tela arma tormenta (LIV. 6, 32, 11 nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad moenia adgredienda. 10, 38, 13 nec gloria belli nec apparatu linteatae legioni dispar. 26, 42, 3 urbem ... omni bellico apparatu plenam. 26, 43, 6. 26, 47, 5. 29, 22, 3. 35, 43, 3 ducentae onerariae cum omnis generis commeatu bellicoque alio apparatu sequebantur. 35, 48, 7 pecuniam ... alios belli apparatus. 42, 12, 8. 42, 47, 1 apparatibus belli ... instructum. SEN. dial. 5, 21, 3 benef. 6, 31, 8 FLOR. 1, 40, 18. SOL. 52, 8 rex peditum sexaginta milia in apparatu {procinctu PLIN. 6, 66} belli habet. IVST. 2, 3, 13 DICT. 2, 6 AMM. 20, 8, 1 OROS. 2, 5, 4. IORD. Rom. 227 magnum apparatum belli contra populum R. commovit). BELL. Alex. 3, 1 urbs fertilissima et copiosissima omnium rerum apparatus suggerebat. NEP. Eum. 5, 7 apparatum et munitiones Antigoni ... incendit. LIV. 5, 5, 6 quid turres, quid vineas testudinesque et alium oppugnandarum urbium apparatum loquar? (6, 9, 2 magno apparatu, tormentis machinisque. 23, 16, 11 apparatum omnem expugnandae urbis in primam aciem adferre. 23, 36, 7. 24, 33, 9. 24, 34, 13. 27, 15, 5. 31, 23, 7. 31, 45, 4. 36, 22, 9. 38, 20, 2 instructusque missilium apparatu. 38, 28, 10. 43, 18, 5. AMM. 19, 1, 6 eruendae urbis apparatu nisibus magnis instabat. 19, 7, 2. 24, 4, 13). LIV. 9, 7, 7 dimissus ... auxiliorum apparatus. 9, 29, 4. 9, 44, 9 castra ... omni apparatu rerum utilium instruxit. 10, 38, 8 apparatus sacri (10, 41, 3. 25, 1, 10 disicere apparatus sacrorum. TAC. hist. 3, 56 ann. 2, 69. SVET. Aug. 96 rei divinae. Nero 12 DICT. 3, 2. 5, 7). 10, 39, 11. 22, 14, 13 impeditam *classem* suomet ipsam instrumento atque adparatu. 25, 8, 9 erat venandi studio insignis, canesque et alius apparatus sequebatur (PETRON. 40). 25, 14, 11 omnique plaustrorum et iumentorum apparatu capta. 28, 29, 11 simul omnis apparatus supplici expromebatur. 36, 17, 14. 42, 52, 11 *arma habere* Macedonas prompta ex regio apparatu (42, 53, 4 PLIN. nat. 34, 41). SEN. contr 2, 5, 4 explicantur (-atur *exc.*) crudelitatis adversus infelicem feminam adparatus et illa instrumenta virorum ... proponuntur. VELL. 2, 56, 2 Gallici *triumphi* apparatus ex citro. 2, 114, 2 apparatus cibi. VAL. MAX. 2, 4, 2. 5, 2, 10 exequiarum. PHAEDR. 5, 5, 14. SEN. dial. 2, 5, 5 adversus adparatus terribilium rectos oculos tenet. 5, 3, 6. clem. 1, 8, 2 obsidet te *fortuna* et ... magno adparatu sequitur. epist. 110, 14. CVRT. 3, 11, 20 ingens auri argentique pondus, non belli, sed luxuriae apparatum. PETRON. 60 rati ... sacrum esse fericulum tam religioso apparatu perfusum. PLIN. nat. 13, 3 castris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium unguentorum. 22, 99 argenteo apparatu (33, 53). QVINT. decl. 305 p. 196 flagella et ignes et omnis tyrannicae crudelitatis apparatus. 322 p. 266. SVET. Iul. 10. 37 triumphum egit ... diverso quemque apparatu et instrumento. Cal. 26. VLP. dig. 7, 1, 13, 6 si ... magnum apparatum sint desideratura opificum forte vel legulorum. 7, 1, 15, 5 etsi scaenicae vestis usus fructus legetur vel aulaei vel alterius apparatus, alibi quam in scaena non utetur. 14, 4, 5, 13. PAVL. sent. 3, 6, 62 instrumento medici legato collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum itemque ferramenta legato cedunt. APVL. met. 9, 1 nec pauca rerum adparatus cibarii, mensas etiam impetu meo collido atque disturbo. ITIN. Alex. 51 iam composito apparatu (*i. classi*). 5. CAPITOL. Opil. 8, 1 contra Parthos profectus est magno apparatu. AMM. 17, 1, 12 tormentis muralibus et apparatu valido conmuniri. 31, 15, 10. VVLG. (*in solis Maccabaeorum libris*) I Macc. 9, 35 *et* 52. 15, 32 et vidit ... apparatum copiosum (*παράστασιν ἱκανήν*). II Macc. 10, 18. 12, 21 praemisit ... reliquum apparatum (*τὴν ἄλλην ἀποσκευήν*). 15, 21. SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 conponitur castus (-is *var.*) reginae manibus apparatus. MACR. sat. 1, 12, 28 nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. COD. Theod. 9, 6, 2 cum omni

scripturarum et meditati criminis apparatu. OROS. hist. 2, 18, 1 apparatibus magnis ... utrimque certatum. CASSIAN. conl. 19, 14, 6 quomodo ingentem certaminis adparatum exigua hostis umbra conterruit? SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 13 genialis apparatus. IORD. Get. 18, 101 apparatu disposito Philippopolim ire festinans. 19, 105 dum multitudo apparatus adcresceret. GREG. TVR. hist. Franc. 4, 11 clerici cum magno apparatu Arvernum properarent. CASSIOD. var. 10, 28, 3 quibus commissum est exercere singulos apparatus. 12, 25, 4 facile privatus necessaria reperit, cum se publicus apparatus expleverit (*scil. frumento*).

III ***sumptus, magnificentia*:** VARRO Men. 335 absolutum est *convivium*, si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. CIC. Verr. 5, 65 *candelabrum* ea magnitudine, ut intellegi posset non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornatum esse factum. Rab. Post. 6 quamquam ad sumptum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium suppeditata pecunia a Postumo est. Sest. 77. Phil. 2, 101 quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? Vatin. 31. off. 1, 25 delectant etiam magnifici apparatus vitaeque cultus cum elegantia et copia. rep. 6, 10 apparatu regio accepti (NEP. Paus. 3, 2 LIV. 37, 7, 15. VAL. MAX. 4, 3, 14 totum regiarum opum apparatum. SEN. epist. 110, 12 IVST. 9, 6, 2 HIER. epist. 54, 13). CIC. frg. F 5, 17 *villam* omni apparatu venustatis ornatam. Tusc. 5, 62. 5, 91 iis apposuit tantum, quod satis esset, sine apparatu (SEN. dial. 2, 15, 5 domus haec sapientis ... sine cultu, sine strepitu, sine adparatu. epist. 80, 3. TAC. Germ. 23 sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. TERT. bapt. 2). CIC. Tusc. 5, 9 maxumo ludorum apparatu (off. 2, 55 ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt. Att. 15, 2, 3 ludorumque eius apparatus et Matius ac Postumus mihi procuratores non placent. 15, 12, 1. LIV. 27, 6, 19. 31, 49, 4 ludi ... magno apparatu facti. 31, 50, 2. 32, 7, 14. 40, 45, 6. 45, 32, 8. frg. 65 AMM. 14, 5, 1). CIC. orat. 83 si⟨c⟩ ut in epularum apparatu ⟨a⟩ magnificentia recedens non se parcum ... videri volet (LIV. 33, 48, 6. SEN. contr. 9, 2 (25), 6 convivii. VAL. MAX. 4, 3, 5. 4, 8 ext. 2. PLIN. epist. 3, 12, 4 cenae. FLOR. 1, 47, 12 APVL. mund. 35 HIER. epist. 125, 16). CIC. epist. 7, 1, 2 apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem apparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. 9, 19, 1. HOR. carm. 1, 38, 1 Persicos odi, puer, apparatus. LIV. 1, 9, 7 quantoque apparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant *spectaculum*. 2, 7, 4 funus quanto potuit apparatu fecit (CVRT. 3, 12, 14. 8, 2, 40 omni apparatu atque honore. SOL. 52, 19). 9, 17, 16 oneratum *Dareum* fortunae apparatibus suae. 24, 5, 5. 28, 21, 10 huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia provinciali et castrensi apparatu. VELL. 2, 33, 4 profusae huius in aedificiis convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor. VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 quos ... modico apparatu et admodum parvulis copiis excepit. PHAEDR. 4, 25, 21 magno adparatu laeta resonabat domus. SEN. Ag. 254. dial. 7, 25, 2. 9, 1, 8. 9, 9, 5 paretur ... librorum quantum satis sit, nihil in apparatum. 11, 5, 1 ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset. 11, 10, 6. 11, 12, 2 cum omnem apparatum castrensis disciplina removeat. epist. 15, 11. 18, 1. 87, 9. 114, 25. CVRT. 3, 12, 12 non incolumes modo, sed etiam apparatu pristinae fortunae reginas fore. 6, 6, 14 grave spoliis apparatuque luxuriae agmen. 8, 13, 20 omnem apparatum regiae magnificentiae. PETRON. 21 reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. PLIN. nat. 9, 119 lautitiam eius omnem apparatumque obtrectans. 33, 141 quot mensarum postea apparatu victa *Carthago*! 36, 44. 36, 116 funebri patris munere cum opibus apparatuque non posset superare Scaurum. TAC. Germ. 14 epulae et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt. SVET. Claud. 17 triumphavitque maximo apparatu. Vit. 10 inter profusissimos obsoniorum apparatus. Dom. 4. APVL. met. 4, 13 quis tantus ingenii ... qui singulas species apparatus multiiugi verbis idoneis posset explicare? 10, 13 post opiparas cenas earumque splendidissimos apparatus. 10, 20 TERT. idol. 18. nat. 1, 10 quanta a maioribus mutaveritis, cultu habitu apparatu ipsoque victu. SOL. 22, 10 fontes ... opiparo exculti apparatu ad usus mortalium. 53, 22 ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum. IVST. 11, 10, 1 opes Darei divitiarumque apparatum contemplatus. CAPITOL. Ver. 10, 9 habuit inter alium luxuriae apparatum calicem crystallinum. AMM. 18, 2, 17 apparatum ambitiosi procinctus. SIDON. epist. 7, 17, 2. CASSIOD. var. 6, 10, 3 quos etsi facultas in tanti honoris apparatu desereret. CORP. V 810, 6. *de orationis ornatu*: CIC. de orat. 1, 229 dixit ... causam ... Q. Mucius, more suo: nullo apparatu, pure et dilucide. 2, 333 haec in senatu minore apparatu agenda sunt. 2, 355 omnem descriptum verborum apparatum. 3, 92. 3, 124 facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. Brut. 263. TAC. dial. 32 *eloquentia* circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore. FRONTO p. 176, 22 N. luculentissimum verborum apparatu, maxima frequentia sententiarum.

synonyma: *ad I*: conatus, molitio. *ad II*: munitio, tormenta, machina, instrumentum. *ad III*: ornatus, cultus, sumptus. *Klotz.*

appārentia, -ae *f. praesentia, ἐπιφάνεια*: TERT. adv. Marc. 1, 19 ab apparentia Christi usque ad audaciam Marcionis. PRISCILL. tract. 1 p. 31, 7. AMBROSIAST. Eph. 4, 8 apparentia ... sua *salvator* ... lacessit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

desiderantes liberari. I Cor. 15, 7 multifaria. I Tim. 1, 12 maiestatis suae (*Christi*). II Thess. prol. antichristi. PRISCILL. tract. 8 p. 89, 1 apparentiae malum occasionem praestat inimico (*cf.* VVLG. Rom. 7, 8. 11). AVG. ad fratr. erem. 35 quid ... inter vos regnat? avaritia, mendacium, clamor, apparentia. *corporis forma*: FIRM. math. 5, 8 homines erunt satis pulchri ac venusti, bene compositi, bonae apparentiae.

appāreo, -uī, -ēre *v.* pareo. GLOSS. *φαίνομαι.* apparet: *φαίνεται.* apparent: videntur. apparuit: *ἀνεφάνη, ἀνέφηνεν, ὤφθη.* II 20, 4 *ἀνέφηνεν ἥλιος ὑπὸ γνόφον* (*υποφνοφον cod.*). apparentia: *ἐπιφαινόμενα.* IV 19, 18 apparuit: paruit, oboedivit. DIFFER. Suet. p. 287 Reiff. paret imperio, apparet videntibus. SERV. Verg. Aen. 1, 118 parere ... est oboedire ... apparere autem videri ... licet *hanc observationem* auctores metri causa plerumque corrumpant. *inde a Plauto usitatum, frequens usus cum negatione. apud poetas argenteae aetatis et postea in oratione soluta non raro* pareo *pro* appareo *ponitur.*

PRISC. gramm. II 421, 5 deficit futuro (*sc. in modo infinito*) ... apparere, apparuisse. *forma inscriptionibus usitata* appareo, *in codicibus solet scribi* appareo, *rarius legitur* adpareo. NOT. Tir. 36, 18 apparet. 36, 19 adparet. AGROEC. gramm. VII 115, 21 apparet qui videtur, adparet qui obsequitur, non regulae ratione, sed discernendi intellectus gratia (ALBIN. gramm. VII 296, 11). [*ital.* apparere, *francog.* apparoir. *M.-L.*]

I *ἀναφαίνεσθαι, ἐπιφαίνεσθαι, ὁρᾶσθαι:*

A ***proprie***: *structurae*: *de loco*: ad, apud, circa, in (*vel abl.*), inter, intra, per, sub, super, supra, trans; alibi, extrinsecus *et* forinsecus (Eccl.), ibi, illic, infra, intra, intus, nusquam, ubique, uspiam. ab, de, ex; eminus, inde, procul, sicunde, unde, undecumque, undique. ad (*pro* usque ad). *cum dat., cf.* ad, *in sermone eccl.* coram, ante conspectum, in conspectu, obviam, in occursum, *sim. cum dat. de membris, v. p. 260, 74. quomodo*: *cum abl.*, in, per. ad *et* in *cum acc. fin.* (Eccl.). *coniungitur cum adverbiis*: crebrius, extemplo, frequenter (-issime), inproviso, leviter, magis, maxime, melius, nimis, propere, pure, raro (-issime), repente, subito, *sim.*; visibiliter (et tractabiliter) Eccl.

1 ***conspici***: **a** *detegi, nudari, erumpere, in conspectu esse* (*opponuntur latentia, tecta, obruta, inclusa*): PLAVT. Men. 1014 face ut oculi locus in capite appareat. CELS. 2, 8 album oculorum. 5, 28, 3 nervi. 5, 28, 13 si ulcus divisum est, multo plus intus corrupti ... apparet. *ibid.* viridis intus caro (VVLG. levit. 13, 10 caro viva). 5, 28, 15 infra quasi exulcerata caro. 5, 8, 12 musculi. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 142 intestinorum verticula. LEX Sal. 17, 3 cerebrum. CATO agr. 162, 2 sale insuper obrue, ne caro appareat. LVCR. 1, 876 omnibus omnis res ... inmixtas rebus latitare, sed illud apparere unum, cuius sint plurima mixta ... primaque in fronte locata. CIC. fin. 5, 46 corporis vitium, *cf. supra* occultare (QVINT. inst. 12, 8, 10 vitia, *opp.* quae latent. LACT. ir. 10, 27 membra. AVG. civ. 22, 24 forma). Tusc. 5, 66 apparebat epigramma (SILVIA 16, 6 quo adsubito fodientibus illis adparuit lapis. VVLG. Luc. 11, 44 monumenta. AVG. civ. 15, 9 *in sepulchris* per vetustatem *nudatis* ossa mortuorum). VARRO rust. 1, 7, 10 in quo relicta pertica non appareret propter herbam. *cf.* PLIN. nat. 17, 32 in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. HOR. sat. 1, 2, 100 quae (*circumdata palla etc*) invideant pure adparere tibi rem. VITR. 2, 9, 16 turris intacta. CELS. 7, 5, 2 ubi apparuit mucro *carne diducta. ibid.* spicula (*cf.* QVINT. inst. 9, 2, 75 *telum occultum*, quod non apparet). PLIN. nat. 28, 118 quae intus sint. STAT. Theb. 7, 717 excussis apparuit infula cristis. IAV. dig. 18, 1, 77 lapidicinae ... quae apparent et caedantur. TERT. nat. 2, 3 nullo extrinsecus apparente motatore (VVLG. *l. 64*). anim. 18. VVLG. III reg. 6, 18 lapis ... in pariete. MART. CAP. 8, 818. SEN. clem. 1, 25, 5 sub uno aliquo tecto flamma adparuit (VAL. FL. 2, 135 maiorque apparuit ignis). PETRON. 67 infra ... tunica (HIER. epist. 117, 7 *dissuta tunica* aliquid intus). APVL. apol. 63 in capite crispatus capillus sub imo pillei umbraculo. VVLG. III reg. 7, 31 *os luteris* forinsecus. CIC. div. 1, 58 cum tu ... delapsus in flumen nusquam apparuisses. 2, 140 equus ... rursus apparuit. VERG. Aen. 1, 118 rari nantes in gurgite vasto. *cf.* SEN. epist. 35, 4 animum natare, aliubi atque aliubi apparere. PLIN. nat. 4, 66 *Delos* repente apparuerit enata. VAL. FL. 4, 412 apparent sparsaeque faces *verberaque Tisiphones.* VVLG. gen. 1, 9 arida. 8, 5 cacumina montium. *eminere*: PLIN. epist. 6, 31, 17 eminet iam et apparet saxeum dorsum. CIC. Caec. 76 nisi cruor appareat, vim non esse factam (CELS. 6, 7, 4 cruor ... ex ulceribus). LAVREA 1, 5 (frg. poet. p. 316) hoc (*loco*) etiam apparent lymphae non ante repertae (LABEO dig. 8, 5, 21 aqua nondum. VITR. 8, 1, 7 aquae apparentes. SEN. nat. 3, 11, 3. SILVIA 19, 12 humor ibi. VVLG. num. 21, 16 ex eo loco ... puteus. psalm. 17, 16 fontes. *cf.* HIER. epist. 129, 2 fluvius gloriosus, *in imag.*). CELS. 2, 6 inter has (*palpebras*) ex albo oculorum aliquid. SCRIB. LARG. 188 sudor ... maxime circa oculos. *de eis quae gignuntur, oriuntur*: VARRO rust. 1, 48, 2 *spicae* primitus cum oriuntur neque plane apparent, sub qua latent herba. OV. met. 3, 107 primaque de sulcis acies apparuit hastae. PLIN. nat. 9, 66 totiens fetura. 19, 95 viola. 19, 149 asparagus. 25, 19 nec omnino occultato eo (*dracunculo herba*) apparet serpens. VVLG. cant. 2, 12 flores ... in terra nostra (OROS. hist. 2, 2, 5 germen). AVG. civ. 22, 14 quod nondum est, immo quod latet (*sc. in semine*), sed accessu temporis erit vel potius apparebit. 21, 4 discedens ignis, qui latebat. *cf.* 18, 5.

b *oriri, effici, exsistere; cerni, exstare*: *de speculis*: LVCR. 4, 155 *qualibet re* contra speculum *posita* apparet imago (SEN. nat. 1, 12, 1 imagines ... in liquido). 4, 98 speculis in aqua splendoreque in omni quaecumque apparent nobis simulacra. SEN. nat. 1, 4, 1 quod adparet ... quod ostendit (-ere *codd.*). 1, 5, 2 in quo (*arcu*) neque figura solis neque color ... adparet. 1, 5, 5. *cf. de simulacris*: HOR. epist. 2, 1, 250 nec magis expressi voltus per aenea signa quam per vatis opus mores animique virorum clarorum adparent. VAL. FL. 5, 440 apparent trepidi per Phasidis ostia Colchi. PLIN. epist. 3, 6, 2 ossa, musculi ... ut spirantis. MART. CAP. 8, 811 *in libro* cursus ... siderei ... praenotati ex metallis. *in corpore*: OV. met. 12, 444 apparet adhuc vetus inde cicatrix (PLIN. nat. 30, 109. VVLG. levit. 13, 19 in loco ulceris cicatrix. AVG. civ. 22, 19 ibi). SEN. contr. 9, 4, 5 etiamnunc ... in facie tua vulnera (SEN. epist. 94, 41 in ipso tumore nullum vulnus). CELS. 4, 7 rubor *et* tumor (QVINT. inst. 5, 10, 46 livores et tumores. ORIBAS. syn. 1, 3 robor). 6, 18, 5 carbunculus ... ibi natus, ut primum apparet. 7, 30, 1 pus (5, 26, 20 *pus* in magnis ulceribus sanescentibus). SEN. epist. 11, 3 *rubor magis* in iuvenibus (*cf. ibid.* adfunditur). COLVM. 7, 3, 2 melius unitas coloris. SCRIB. LARG. 204 terere aceto ..., donec viridis color appareat. PLIN. nat. 10, 107 nigrido in rostro. 25, 152 necatorum maculae in corporibus. VVLG. levit. 13, 38 in cute ... candor. *cum negat.*: SCRIB. LARG. 249 quoad curetur et non appareat *impetigo. de naturae phaenomenis*: LVCR. 6, 449 apparet crebrius idem (*prester*) prospectu maris in magno caeloque patenti. SEN. nat. 2, 55, 4 splendor intra ipsam aquam. 6, 6, 4 incrementum aquarum ... in lateribus *navium* maxime. VVLG. exod. 9, 24 grando. II reg. 22, 16 effusiones maris (*ὤφθησαν*). *de variis rebus*: LIV. 44, 11, 5 nusquam cumuli. PAVL. FEST. 87 in flore eius luctus litterae (COLVM. 6, 5, 4 PLIN. nat. 26, 62). SEN. dial. 3, 1, 6 ut non appareat in illo (*animali*), simul ira invasit, novae feritatis accessio.

c *adesse, exstare, inveniri, inesse*: PLAVT. Amph. 793 nisi apparet *patera.* 794 haec quidem apparet. Men. 239 acum invenisses, si appareret, iam diu. Poen. 844 ad postremum nihil. Trin. 414 non tibi illud (*sc. argentum*) apparere, si sumas, potest. Truc. 155 illis perit quidquid datur, neque ipsis apparet quicquam. 571 des quantumvis, nusquam apparet, neque datori neque acceptrici. 888 hau multum. PHAEDR. app. 15, 12 *armillam* non apparere. CALP. ecl. 3, 4 iuvenca. POMP. dig. 13, 6, 13 res (*cf. infra* repertam). VARRO Men. 537 suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere (*cf.* 110 extat; *proverb.*). rust. 2, 4, 18 huius suis ... vestigia. CIC. nat. deor. 3, 11 apud Regillum tamquam vestigium ungulae. PROP. 2, 29, 35 non ulla toro vestigia presso. OV. fast. 3, 650 signa notaeque pedum (Plin. nat. 9, 98 tritum iter). OBSEQ. 27 nullum flammae ... vestigium. LIVI perioch. 37 pecuniae. CELS. 7, 15 aquae. SCRIB. LARG. 122 testularum. SEN. epist. 108, 23 in qua (*culcita*) vestigium (*sc. corporis*) apparere non possit. PLIN. nat. 2, 206 quarum (*urbium*) in alto vestigia apparent (COMM. apol. 918 ut neque vestigium eius appareat ultra. SILVIA 12, 6 de ceteris ... civitatibus nihil aliud). 6, 205 aedificiorum. 11, 275 tumoris. SIL. 17, 599 pugnae. FRONTIN. strat. 3, 15, 5 frumenti. HIER. epist. 64, 13 nulla acus vestigia forinsecus. CIC. off. 3, 54 in omnibus cubiculis apparent serpentes. nat. deor. 1, 103 *bestiae quaedam* in ardentibus fornacibus saepe volitantes. VARRO rust. 3, 4, 2 ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. VERG. georg. 3, 352 neque ullae aut herbae campo apparent aut arbore frondes (PLIN. nat. 12, 56 terebinthos in Carmania. SOL. 21, 4). FEST. 113 quae volucris raro et non fere praeterquam vere apparet. 182 *Oreades* in montibus frequenter. COLVM. 9, 14, 8 tineae si apparuerint. PLIN. nat. ind. 33, 16 quando primum argentum apparuerit in harena. 9, 8 rotae. 11, 94 *cicada avenaria* simul cum frumentis arescentibus. 11, 207 *lien* in testudine. 11, 257 *drepanis* rarissime. 13, 102 noviciae (*citri*). 32, 153 glaucum aestate numquam apparere. SOL. 11, 20. 19, 19 tragelaphi ... non alibi quam circa Phasidem. 52, 55 *adamas* in venis. QVINT. inst. 11, 3, 143 hoc amictus genus in statuis. OV. her. 10, 25 apparent frutices in vertice rari. VITR. 8, 3, 17 ossa iacentia. SEN. Phaedr. 660 in ore Graio Scythicus apparet rigor. PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 muliebria *ornamenta.* sent. 4, 7, 6 si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione (COD. Iust. 6, 46, 6, 2 si et ipsa appareat, vel si non existat *res*). VVLG. exod. 13, 7 apud te aliquid fermentatum. deut. 16, 4 fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus. 23, 14. Aug. civ. 11, 34 *firmamentum* illic. 16, 8 *in hermaphroditis* uterque sexus. SIDON. epist. 4, 20, 3 in actione thalamorum non ... minor Martis pompa quam Veneris. *de membris, cum dat.*: LVCIL. 481 magna ossa lacertique apparent homini. *cf. p. 265, 22 et 55. de hominibus*: CAT. 64, 168 nec quisquam apparet vacua mortalis in alga. SEN. contr. 10, 4, 5 si illis temporibus iste carnifex apparuisset. VLP. dig. 13, 5, 11 etiamsi nullus apparet, qui interim debeat. AMM. 16, 10, 19 fortissimi viri soboles. 26, 7, 9 species exercitus. 31, 9, 4 ⟨ut⟩ ne nuntius quidem cladis post appareret. VVLG. gen. 38, 27 gemini in utero. *cum negatione ἀφανίζεσθαι* (*cf.* compareo): PLAVT. Persa 73 ne isti faxim nusquam appareant. TER. Eun. 660 ille autem bonus vir nusquam apparet. PAVL. FEST. 106 *Aeneas* cum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset. PLIN. epist. 6, 25, 4 non ipse, non quisquam ex servis eius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apparuit. ITALA Turic. Sangerm. IV Esdr. 11, 45 non apparens appareas (VVLG. non appareas). 11, 16. ITALA Sangall. Luc. 24, 31 non apparens factus est (ἄφαντος ἐγένετο. VVLG. evanuit). SOL. 1, 20 *Romulus* apud Caprae paludem nonis Quintilibus apparere desiit (*cf.* 2, 15 parere. LAMPR. Comm. 2, 2 quo *die* in terris Romulus non apparuit). GRAN. LIC. *v. p. 262, 20.* ARNOB. nat. 7, 46 *Aesculapius serpens* nusquam continuo apparuit. LACT. inst. 3, 18, 5 repente. VVLG. gen. 5, 24. AVG. civ. 18, 18 nusquam subito conparuerunt et postea nullo loco apparuerunt. *al.* *translate*: CIC. nat. deor. 1, 37 ut deus ille ... nusquam prorsus appareat. *cf. etiam* nusquam apparere *p. 259, 64. 260, 37. 264, 3 et 8 al.* *cf. C. F. W. Müller, Plautin. Prosodie p. 514 adn. et (Neue) Jahrb. Phil. 123 (1881) 808. Rönsch, Itala p. 349. van der Vliet, Mnemos. N. S. 22 (1894) 277 sqq.*

d *cerni, videri, videri posse (cum negatione de rebus invisibilibus)*: LVCR. 6, 466 *ut nubila* queant apparere. CIC. Mil. 84 *ea vis* non apparet nec cernitur. Cato 80 animus *non* apparet. Brut. 82 *orationes Ser. Galbae ita* exaruerunt, vix iam ut appareant. nat. deor. 1, 83 *in Volcano* leviter apparet claudicatio. VARRO ling. 6, 9 tum anima, quae flatur, omnium apparet. VERG. Aen. 12, 941 infelix umero cum apparuit alto balteus. OV. met. 2, 734 chlamydem ... collocat, ut limbus totumque appareat aurum. VITR. 1, 4, 10 non habent apparentem splenem. SEN. contr. 7, 5, 13 vix apparentem cicatricem (*cf. I A 1 b*). CELS. 6, 7, 7 aurem ... considerare oportet: apparebit ... crusta. SEN. dial. 3, 1, 7 alii adfectus adparent, hic eminet. 12, 5, 5 dolor. nat. 3, 28, 5 quicquid (*maris*). epist. 114, 3 in ipso incessu ... mollitiam. 104, 12 in aliis rapina facilius apparet, hic latet, quia non ex aperto fit. SVET. Isid. nat. 38 (p. 234 Reiff.). FLOR. 1, 11, 8 ut hodie requiratur nec facile appareat materia ... triumphorum. TERT. anim. 32 ex apparentibus et manifestis substantiis. VLP. dig. 28, 4, 1, 5 *in codicillis aliquid* delevit ita ut appareat. 18, 6, 21 quodvis etiam minutissimum. *cui, unde*: VARRO rust. 1, 40, 1 illud quod (*semen*) apparet ad agricolas (*cf. ibid.* quod latet ... quod apertum). LIV. 28, 5, 16 loca ... unde editi ignes apparerent (44, 9, 2 ignes ad Elpeum ex regis castris apparebant. VVLG. II Macc. 12, 9 Ierosolymis). SEN. nat. 1, 5, 11 *color nubis* non undique. *ibid.* adparere accedentibus desinit. PLIN. nat. 35, 97 ad manum intuenti demum. MART. 3, 24, 9 ingens iratis apparuit hirnea sacris. VLP. dig. 21, 1, 14, 10 *morbus* omnibus. AMM. 31, 14, 7 non eminus. *nimis, minus*: OV. rem. 516 quae nimis apparent retia. SEN. epist. 111, 3 quorum (*montium*) proceritas minus apparet longe intuentibus. *cum negatione*: OV. met. 4, 391 tympana ... non apparentia. SEN. nat. 6, 8, 2 damna. PLIN. nat. 35, 150 *color* non apparet in velis. TERT. nat. 2, 4 motus ullus aut cursus *dei*. VVLG. Hebr. 11, 1 non apparentium rerum (*cf.* 11, 3 ex invisibilibus).

2 ***in conspectum prodire, venire,*** *comparere, se ostendere*: **a** *de hominibus*: NAEV. com. 87 etiamne (-se *cod.*) audent mecum una apparere? SEN. apoc. 15 apparuit subito C. Caesar (STAT. Theb. 11, 326 ingens mater). SVET. Aug. 10 post biduum. IVLIAN. dig. 9, 4, 39, 3 post iudicium acceptum cum domino servus. PAVL. dig. 19, 2, 56 diu non apparentibus ... conductoribus. TERT. nat. 1, 1 gestiunt latere, devitant apparere. 2, 12 ⟨ex inopi⟩nato. AMM. 28, 4, 9 subito ignotam *meretricem*. VVLG. gen. 24, 15 apparuit Rebecca veniens cum hydria (iud. 19, 16 homo senex, revertens de agro. I reg. 9, 14 Samuel egrediens obviam eis. II reg. 18, 26 *al.*). II reg. 13, 36 filii regis (ἰδοὺ ... ἦλθον). 18, 31 Chusi. Aug. civ. 17, 20 sponsus. 18, 19 habitu pauperis apparendo. *cf.* MART. CAP. 8, 810 Vranien ... apparuisse rati. *ubi, unde*: PLAVT. Capt. 457 ego apparebo domi (Poen. 618 atque eadem (*sc. opera*) mulieres iam ab re divina credo apparebunt domi). CIC. Sull. 5 in his (*subselliis*). frg. F 2, 2 unde ... appares, ... ab Alcibiade? CAEL. Cic. epist. 8, 9, 1 qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versatus sit (LIV. 26, 12, 9 in foro ... aut publico loco. 34, 5, 7. SEN. epist. 114, 6 qui ⟨in⟩ tribunali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit). PS. SEN. mon. 82 ubique. VAL. FL. 7, 606 in summa Lapithes apparuit Ossa. FLOR. 2, 5, 7 subito tanta vis hominum undique. APVL. met. 9, 30 diem ferme circa mediam repente intra pistrinum mulier ... apparuit. *in scaena*: CARM. epigr. 55, 11 et graeca in scaena prima populo apparui. *alicui et sim.*: VAL. FL. 8, 127 sociis ... per longas apparuit aureus umbras *Iason*. VVLG. exod. 10, 28 quocumque die apparueris mihi (psalm. 62, 3 *et passim*). HIER. epist. 107, 13 vacua apparere coram domini. VVLG. exod. 23, 15 in conspectu meo. I reg. 1, 22 ante conspectum domini. II reg. 16, 1 apparuit Siba ... in occursum eius. *cf.* iud. 14, 5 catulus leonis ... et occurrit ei. *in re militari (etiam de navibus etc.)*: *absolute*: GALBA Cic. epist. 10, 30, 2 cum equites Antonii apparuissent. CIC. Att. 16, 2, 4 *piratae* apparere dicuntur. VERG. Aen. 10, 578 adversaque ingens apparuit hasta. BELL. Afr. 3, 1 Cn. Piso cum Mauris circiter tribus milibus. NEP. Hann. 12, 4 armati. VERG. Aen. 2, 422. 12, 576 scalae inproviso subitusque apparuit ignis. LIV. 2, 50, 5 rara hostium apparebant arma. 10, 35, 11 maiorem multitudinem hostium. 21, 25, 11 hostis. PLIN. nat. 9, 31 propere (properare *codd.*) ... acies. AMM. 14, 11, 19 repente. 24, 7, 8 adminicula. 25, 1, 11. LIV. 27, 27, 4 non ante apparuere. 42, 58, 3 prioribus ... diebus numquam ante horam quartam hostis apparuerat. *indicato loco*: CIC. Flacc. 29 si qua uspiam navicula praedonum apparuisset. VERG. Aen. 11, 605 adversi campo. LIV. 24, 1, 6 in collibus (36, 23, 10 in muris. 41, 22, 5 in media repente Graecia. 44, 13, 6 in superioribus locis repente. QVINT. decl. 272 p. 116, 22 subito in visceribus ipsius urbis. AMM. 15, 5, 24 in suspectis finibus). 35, 28, 3 eo loco. 44, 5, 12 usquam. TAC. ann. 3, 45 duodecimum apud lapidem Sacrovir copiaeque patentibus locis apparuere. LIV. 10, 41, 6 arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant. 33, 1, 4 rara arma paucique milites circa eos apparebant. 37, 27, 4 quindecim ferme eis naves circa Myonnesum. 36, 18, 8 ni M. Porcius ab iugo Callidromo ... super imminentem castris collem apparuisset (FRONTIN. strat. 2, 4, 4). *cum dat.*: LIV. 2, 11, 9 hique primi apparuere hosti. 21, 32, 8. 38, 2, 6 euntibus extemplo (*cf.* SEN. epist. 77, 1 subito nobis ... naves). 38, 18, 5. 41, 12, 9 VVLG. I reg. 14, 8 *et* 11 *al.* *cum* ab: LIV. 5, 48, 6 auxilium ab dictatore. 22, 24, 12 ab tergo ... Hannibal (34, 14, 2 FRONTIN. strat. 2, 4, 4). 26, 39, 17 repente ... a puppe triremis. *v. etiam l. 8.* SVET. Cal. 51 sicunde. *cum* ex: LIV. 10, 41, 5 ex transverso pulvis. CVRT. 4, 16, 21 repente ex adverso apparuit agmen equitum.

b *de prodigiis, somniis, dis*: CIC. div. 2, 65 *anguis* Sullae apparuit immolanti (LIV. 41, 21, 13 anguem in oppido. GRAN. LIC. p. 20, 18 angues subito ... nec usquam derepente apparuerunt. *cf. p. 261, 6.* VIR. ill. serpens in lecto). OBSEQ. 10 vulturius non apparuit. 13 lupi in colle Quirinali meridie. 54 prodigia urbi. 56 Mithridati. PLIN. nat. 10, 36 *avis* carbonem ferens. FRONTIN. strat. 1, 12, 4 equorum pectora subito prodigio. PLIN. epist. 7, 27, 5 idolon. SVET. Iul. 32 repente. AMM. 27, 3, 1 nova portenti species per annonariam apparuit Tusciam. HIER. epist. 120, 11 ei vir Macedo. VVLG. gen. 15, 17 clibanus fumans. AVG. civ. 3, 11 prodigium ... in eodem ... figmento (21, 6 prodigium ... hominibus). 18, 9 illic repente olivae arbor. 18, 18. *al.* VERG. georg. 1, 484 extis fibrae apparere minaces (*cf.* LVCAN. 1, 626 nefas). LIV. 1, 55, 5 caput humanum ... aperientibus fundamenta. 27, 26, 14 exta nimis laeta (OBSEQ. 69 duplicia). AVG. civ. 2, 24 corona aurea *in iecore*. *de dis et daemonibus*: VERG. Aen. 2, 622 apparent dirae facies inimicaque Troiae numina magna deum (*cf.* FEST. 182). 8, 557 maior Martis (*belli*) iam apparet imago. HOR. carm. saec. 59 beata ... Copia. OV. met. 14, 767 talisque apparuit illi *Vertumnus*. SIL. 12, 705 veroque apparuit ore *Iuno*. VIR. ill. 16, 3 duo iuvenes inter eos. AVG. civ. 3, 15 *Romulum* sibi. 18, 8 *Minerva* ad lacum *Tritonida*. *in sermone ecclesiastico*: *absolute*: COMM. apol. 832 qui (*Nero*) cum apparuerit. VVLG. I Petr. 5, 4 princeps pastorum (φανερωθέντος). I Ioan. 2, 28. AVG. civ. 10, 32 visiones angelicae. 13, 22 angeli ... visibiliter et tractabiliter. 16, 32 dominus apparuit, hoc est videri se fecit. *al.* *indicato loco*: COMM. apol. 119 sunt quibus in ignem apparuit voce locutus. *cf.* 122 facit se videri. AMBR. Abrah. 1, 2, 5 quo loci (-o *var. l.*) ... illi dominus. HIER. epist. 121, 11 signum filii hominis in caelo. VVLG. exod. 16, 10 ecce gloria domini ... in nube. num. 14, 10 super tectum (20, 6 super eos). II Macc. 11, 8 Ierosolymis. AVG. civ. 16, 29 deus apparuit Abrahae ad quercum Mambre in tribus viris. 16, 32 in monte. VVLG. II Macc. 10, 29 adversariis de caelo viri. *cum dat.*: AMBR. ev. Luc. 1, 24 bene apparuisse *angelus* dicitur ei, quia eum repente conspexit, hoc enim specialiter aut de angelis aut de deo scriptura tenere consuevit, ut quod non potest praevideri, apparere dicatur. HIER. epist. 98, 7 anima *Christi* inferis. 120, 7 *Christus* discipulis. VVLG. II par. 7, 12 ei dominus nocte. AVG. civ. 2, 25 daemones ... inter se pugnantes hominibus. 10, 13 visibiliter patribus. 16, 16 deus gloriae ... Abrahae. 16, 29 mortalibus aspectibus. *et passim, cf. supra.* *dicitur quomodo*: VVLG. III reg. 3, 5 dominus Salomoni per somnium nocte. Matth. 1, 20 in somnis. VVLG. Hebr. 9, 26 per hostiam suam (AVG. civ. 10, 15 certis indiciis per subiectam creatori creaturam. 16, 29. *cf.* PLAC. med. 7, 1 per phantasmata). AVG. civ. 15, 23 hominibus angelos in talibus corporibus. 20, 24 *Christus* manifestus veniet et non silebit, id est, in voce iudicis evidens apparebit. 21, 6 (*de daemonibus*) fallacibus amicitiis apparendo. 22, 15 in ea (*mensura*) discipulis. *cf. l. 54.* *cur*: VVLG. I Ioan. 3, 8 in hoc apparuit filius dei, ut. Hebr. 9, 26 ad destitutionem peccati.

c *de avibus*: VERG. georg. 1, 404 apparet liquido sublimis in aere Nisus. PLIN. nat. 10, 25 si quando una apparuere *coccyx et accipiter*. 18, 292 avem parram oriente sirio ipso die non apparere.

d *de sideribus et caeli aerisque phaenomenis*: VARRO Plin. nat. 18, 349 si ante quartam non apparuerit *luna*. CIC. div. 1, 130 stella. HOR. epod. 10, 9 nec sidus atra nocte amicum adpareat. OBSEQ. 43 luna interdiu. 51 fax in caelo. 68 sidus ludis Veneris (PLIN. nat. 2, 93). MANIL. 1, 231 his modo, post illis apparet Delia terris. VITR. 9, 1, 7 Veneris stella ... post occasum eius (*solis*) apparens in caelo. PAVL. FEST. 64 *cyparissae* noctu apparere solent (SEN. nat. 1, 1, 2 *capra* lunari magnitudine. 1, 1, 13 in magna tempestate ... quasi stellae). SEN. nat. 1, 3, 6 pro singulis ... una facies. 5, 8, 2 antequam adpareat *sol*. 7, 7, 1 cometes sine vento ... quietissimo aere (7, 9, 1 diutius. *cf.* 7, 21, 3 per longum tempus. 7, 11, 3 quo *tempore* adparent *cometae*. *ibid.* post longum tempus. 7, 17, 2 sub Nerone Caesare. 7, 21, 1 circa septemtrionem frequentissime. SVET. Vesp. 23 stella crinita in caelo. AMM. 25, 10, 3). 7, 12, 1 *stellas mobiles* eodem tempore. 7, 13, 3 praeter consuetudinem. 7, 20, 3 in aere. COLVM. 11, 2, 24 VI Nonas Martii Vindemiator (11, 2, 36 nono cal. Maias prima nocte

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Fidicula. 11,2,40 Vergiliae totae. 11,2,65 matutino tempore). MELA 3,61 *in Indiae* parte neuter septentrio. PLIN. nat. 2,99 lunae trinae. 2,178 solstitio vesperi paulisper (*ibid.* cernitur). 2,184 quindecim tantum noctibus ibi ... septentrio (6,69 semel anno. 6,98 ab eo primum). 10,21 omni tempore. 18,219 quo die incipiunt apparere vel desinunt oriente sole aut occidente (*cf.* 18,323. 353). 18,237 in Attica. VAL. FL. 5,227 magnoque aries apparuit astro. HYG. astr. p. 107 quae videntur et quae non apparent. VVLG. Matth. 2,7. act. 27,20 per plures dies. MART. CAP. 8,838 MARC. COM. p. 62,19. 22. 74,3. 80,36. 94,36 solis defectus. TIB. 3,7,65 quis numquam candente dies apparuit ortu (CVRT. 7,11,21 liquidior lux ... caelo. VVLG. Iob 24,17 subita ... aurora). OBSEQ. 52 *ex caeli* hiatu vertices flammarum apparuerunt. SEN. nat. 1,6,1 undecumque adparuit *arcus* (1,8,5 circulos. 1,11,1 virgarum genus. PLIN. nat. 2,98 circa solem arcus. 2,153. AMM. 20,11,29 tunc iridis formam rebus apparere humanis. VVLG. gen. 9,14 arcus meus in nubibus). 1,15,2 *fulgura* quaedam in nubibus adparent, quaedam supra nubes (2,57,4 non adparent tantum, sed decidunt. 2,58,1 subitum. VVLG. Bar. 6,60). PLIN. epist. 6,16,4 ei (*matri*) apparere nubem. *in imagine*: HIER. epist. 78,3 inter errorum tenebras ... scientiae Christi lumen. *lucere, videri*: CIC. nat. deor. 2,68 *sol* cum est exortus, obscuratis omnibus (*sideribus*) solus apparet. OV. frg. Phaen. 1 apparet sub opaca septima (*Pleias*) nube. fast. 4,718 pars prior apparet, posteriora latent (SEN. nat. 1,1,11 *stellae interdiu* non adparent ... latent). VITR. 9,1,11 nobis. SEN. nat. 2,26,8 etiam adparentibus stellis. 7,5,4 non adparuisse sparsum ignem. 7,7,1 cometes uno loco (*ibid.* visuntur). 7,9,1 diutius. 7,18,1 numquam ... stella per stellam. 7,23,3 *fax, fulmen* in fuga est nec apparet, nisi dum cadit. PLIN. nat. 2,180 simul omnia ... cunctis. APVL. mund. 1 supra caput alter (*polus*) ... ex parte boreae, *alter humo* tegitur. SCHOL. Germ. Strozz. p. 183,7 Phaenon, id est apparens igneus.

e ***de locis***: VERG. ecl. 9,59 sepulchrum incipit apparere Bianoris. LIV. 40,32,2 iam ardentia hostium castra apparebant. MANIL. 1,302 non apparentem ... orbem. SEN. Herc. f. 782 post haec avari Ditis apparet domus. dial. 5,20,3 inops etiam animalium solitudo. PLIN. nat. 6,185 silvarum ... aliquid. SIL. 15,175 collis. STAT. Theb. 10,372 campi. HIER. epist. 46,12. *indicato loco*: VERG. Aen. 3,530 portusque patescit iam propior, templumque apparet in arce Minervae. 3,270 iam medio ... fluctu ... Zacynthos. 3,701 Camerina procul campique Geloi (VAL. MAX. 2,4,5 haud procul fumum. *cf.* HIER. epist. 133,7 vapor paululum apparens. SIL. 12,148). LIV. 22,24,6 propior inde ei atque ipsis imminens Romanorum castris tumulus apparuit. VAL. FL. 4,177 litore in extremo spelunca. SIL. 4,462 repente ... campo limes .... SILVIA 1,1 trans vallem ... mons. *cum dat.*: SILVIA 16,4 nobis mons. *in imagine*: HIER. epist. 78,7 nobis interdum mare. *navem solventibus*: VERG. Aen. 3,193 nec iam amplius ullae apparent terrae. SEN. Ag. 459 atra fumus apparet nota. *aperiri cf. I A 1 a*: LVCR. 3,18 apparet divum numen sedesque quietae (*cf.* CIC. nat. deor. 2,59). 3,25 nusquam ... Acherusia templa. VERG. Aen. 2,483 apparet domus intus et atria longa patescunt. 2,484 penetralia. 8,241 Caci detecta apparuit ingens regia. *in imagine*: VITR. 3 praef. 1 oportuisse hominum pectora fenestrata et aperta esse ... explicata et apparentia. 3 praef. 3 ea non sunt inlustria neque apparentia in aspectu. QVINT. inst. 8,3,68.

appetibilis, -e *adi. ab* appeto. APVL. Plat. 2, 12 sollicitudinem et laborem, si naturabiles essent et ab ipsa virtute descenderent ... adpetibiles ducebat esse (*opp.* malas intestabilesque). ITALA Ambr. exam. 5, 21, 70 *operatio apis* adpetibilis ... est omnibus et clara (ποθεινὴ ... καὶ ἐπίδοξος). CHALC. comm. 286 species (τὸ εἶδος) divina res ... et adpetibilis. 287. HIER. epist. 123, 2 quam (*viduam*) et nobilitas et forma ... faciunt cunctis adpetibilem. AVG. serm. 65, 5 iacet cadaver paulo ante appetibile, modo aspernabile. MACR. sat. 1, 1, 4 sermones ... adpetibiles venustate. SERV. auct. georg. 3, 175 vide ne 'vescas' (*sc.* frondes) appetibiles dixerit. CASSIOD. var. 12, 14, 5 *piscium generis* appetibilis grataque pinguedo. 1, 10, 2 ne cui sit appetibile aliquid de illa integritate subducere. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 24 *v. s. v.* apertibilis.

appetisso, -ere. [*cf. c.* appetere *et c.* petessere, petissere. *Th.*] ACC. trag. 160. 161 cur vetera tam ex alto (NON. 237 altum: vetus, anticum) adpetissis discidia, Agamemno?

appetītio, -ōnis *f. ab* appeto. *non legitur inter eos, quorum pleni indices praesto sunt, nisi apud* RHET. Her., CIC., SEN. epist. *de Ciceronis usu vocabuli cf. Bonhöffer, Epiktet u. die Stoa 1890 p. 243 sqq.*

I *cum genetivo*: **A** *actus appetendi*: CIC. div. 1, 46 ex triplici adpetitione solis (*praecedit*: cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum ... frustra adpetivisse manibus). **B** GLOSS. ὄρεξις. **1** ὄρεξις εὔλογος: rerum *communiter explet notionem*: CIC. fin. 4, 42. 4, 47 (*ibid.* quasi vero haec appetitio non ad summi boni adeptionem pertineret). *cf.* appetitus *p. 282, 83 sq.* CIC. fin. 4, 34 ex omnium earum (*sc.* rerum appetendarum) aut ex plurimarum et maximarum appetitione. 4, 78 rerum ad vivendum accommodatarum (*cf.* appetitus *p. 282, 69*). off. 1, 13 principatus (*cf. Bonhöffer p. 91 adn. 1*). PANEG. 4, 18 laudis (*cf. l. 61*). EMPOR. rhet. 572, 2 ad vitationem eius (*sc.* quod plurimum in praesenti deliberatione valeat) aut appetitionem. HIL. in psalm. 119, 17 pudicitiae. *definitur* fortitudo: RHET. Her. 3, 3 rerum magnarum adpetitio (*opp.* rerum humilium contemptio). SEN. epist. 85, 28 non est ... periculorum amor nec formidabilium adpetitio. amicitia: SEN. epist. 9, 17 solitudinis odium et adpetitio societatis. quaestio: CIC. ac. 2, 26 adpetitio cognitionis. philosophia: SEN. epist. 89, 5 adpetitio rectae rationis. **2** ὄρεξις ἄλογος, ἐπιθυμία: **a** *rerum*: α κατὰ ψυχήν: CIC. off. 3, 30 detractio atque appetitio alieni (*cf. l. 63*). TERT. ieiun. 3 carnalium adpetitionem et spiritalium recusationem. HIER. adv. Pelag. (Migne 23, 545) 2, 11 turpium rerum. epist. 79, 1 gloriae (*cf. l. 50*). *definitur* avaritia: RHET. Her. 4, 35 iniuriosa adpetitio alienorum (*cf. l. 59*). cupiditas vel libido: CIC. Tusc. 3, 24 inmoderata adpetitio opinati magni boni rationi non obtemperans (ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ). peccatum vel iniquitas: AVG. nat. boni (25, 872 Vind.) 34 non est appetitio naturarum malarum, sed desertio meliorum. β κατὰ σῶμα: CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33 ὄρεξις sive appetitio cibi. ORIBAS. syn. 5, 47. CAEL. AVR. acut. 2, 27, 144 potus. *definitur* cissa: SORAN. 1, 37 appetitio (epit. p. 132 desiderium) inconsueti cibi. **b** *hominum*: COD. Theod. 3, 16, 2 (*a. 421*) sui magis viri ... exsecratione quam alieni appetitione. *nota structuram verbalem*: LACT. inst. 3, 21, 11 unius feminae a multis maribus adpetitio.

II *absolute*: **1** ὁρμή *Stoicorum*: CIC. fin. 3, 23 appetitio animi, quae ὁρμὴ Graece vocatur. 4, 58 appetitionem animi moveri, cum aliquid ei secundum naturam esse videatur (*ibid.* quae ... secundum naturam sint, partim nihil habere in sese eius appetitionis, de qua saepe iam diximus). top. 62. 63. *v. etiam p. 281, 7.* CIC. fin. 3, 49 cognitiones comprensionesque rerum ... appetitionem movent. 4, 48 ab iis (*sc.* quae secundum naturam sunt) et appetitio et actio commovetur. ac. 2, 24 aliter adpetitio, eam enim volumus esse ὁρμήν, qua ad agendum impellimur et id adpetimus, quod est visum, moveri non potest. ac. 2, 30 adpetitio ab his (*sensibus*) pulsa. 2, 108. CIC. fin. 4, 25 **prima** appetitio (πρώτη ὁρμή) naturalis. *ibid.* primam ... *nos* ex natura hanc habere appetitionem. 4, 32 quaedam ap-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

petitio naturalis, ea quae secundum naturam sunt, appetens. 4, 39 naturalem ... appetitionem, quam vocant ὁρμήν, ...volunt esse earum rerum, quae secundum naturam sunt (*περὶ τὰ κατὰ φύσιν*). nat. deor. 3, 33 nullum ... animal, in quo non et appetitio sit et declinatio naturalis. *pluraliter*: Cic. nat. deor. 2, 58 adpetitiones, quas ὁρμὰς Graeci vocant. off. 2, 18 appetitiones ... oboedientes efficere rationi. Tusc. 4, 22 ut ... adpetitiones animi (*cf. p. 280, 73*) nec regi nec contineri queant. *ibid.* temperantia sedat adpetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant. fat. 9 nostrarum voluntatum atque adpetitionum. Gell. 14, 1, 23 hominum ... varias voluntates adpetitionesque et declinationes et fortuitos ... impetus. **2** ὄρεξις: Cic. Tusc. 4, 12 ad *bonum* adipiscendum impellit ipsa natura. id cum constanter prudenterque fit, eiusmodi adpetitionem Stoici *βούλησιν* appellant, nos appellamus voluntatem (*βούλησις εὔλογος ὄρεξις*). Tusc. 4, 34 iidem (*animorum motus*) inflammant adpetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus (*cf. p. 280, 63*), inpotentiam quandam animi. Sen. epist. 66, 24 quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus adpetitio (i. r. et inpetitio *p*). 124, 3 his (*sensibus*) ... tradidistis adpetitionis et fugae arbitrium. Empor. rhet. 574, 9 mortem ... ultimum malum et natura ⟨ab⟩ appetitione humanae mentis alienum. *apud christianos*, ἐπιθυμία: Arnob. nat. 5, 20 procaci adpetitione. Hil. in psalm. 2, 13. 120, 7. 140, 15 inhonesta. Avg. civ. 10, 3 ipse (*sc. deus*) omnis appetitionis est finis. Avell. p. 46, 11 non conventio aliquid, non appetitio, non fraus attemptet aliena. *pluraliter*: Arnob. nat. 2, 12 adpetitionum flammas. Hil. in psalm. 136, 2 adpetitionum et cupiditatum perturbatione. 136, 14. Avg. civ. 19, 13 requies appetitionum (*item* 19, 14 *bis*). 19, 14 animantia ... propter explendas indigentias appetitionum voluptatem sequuntur. *intellege cibi*: Gell. 16, 3, 2 quod, cum antehac semper edundi fuerit adpetens, nunc ... omnis eius adpetitio pristina elanguerit. Cael. Avr chron. 5, 11, 135 appetitio minima (nimia*?*) marcescit et eius acies temporis obtunditur dilatione.

nota (*i. q.* petitio*?*): Corp. VI 1749, 5 (*a. 421*) ddd. nnn. ... Petronio Maximo v. c. praef. urb. adpetitione senatus amplissimi populiq. Romani statuam ... constitui iusserunt. *ubi* ad petitione(m) *Henzen.*

iuncturae verbales: appetitionem: Cic. fin. 4, 48 commovere. fin. 3, 49. 4, 58 ac. 2, 24 movere. ac. 2, 30 appetitio ab his (*visis*) pulsa. appetitiones: Cic. Tusc. 4, 22 regere ... continere. *ibid.* sedat temperantia. appetitio: *vide l. 30. 31.*

synonyma: *ad I et II*: (appetitus), cupiditas, libido. *ad I*: (studium), amor, desiderium. *ad II*: voluntas, impetus. *oppositа*: *ad I*: Rhet. Her. contemptio. Avg. desertio. Cod. Theod. exsecratio. Sen. odium. Tert. recusatio. Empor. vitatio. *ad II*: Cic. nat. deor. 3, 33 Gell. declinatio. Sen. fuga.

appetītīvus, -a, -um *adi. ab* appeto. Ps. Avg. spir. et anim. 20 (Migne 40, 794) vis *animae naturalis* dividitur ... in appetitivam, retentivam, expulsivam et distributivam. appetitiva quae sunt necessaria corpori appetit.

appetītor, -ōris *m. ab* appeto. **1** *qui aliquid habere cupit*: *addito genetivo*: Pavl. Fest. 90 fiscellus casei mollis appetitor. Itala cod. Monac. Demidov. Fuld. (Vvlg.) I Petr. 4, 15 alienorum (ἀλλοτριοεπίσκοπος). Itala Cypr. orat. 9 masculorum (Vvlg. m. concubitores; ἀρσενοκοῖται) *cf.* Greg. Tvr. Franc. 1, 25 virorum. Iren. 2, 7, 1 vanae ... gloriae (Hier. epist. 108, 3 *opp.* contemptor. Amm. 25, 4, 18 laudum intemperans. Avg. civ. 7, 4 *init.* nobilitatis et claritudinis. Ps. Ambr. serm. 55, 2 virtutum palmam, raro appetitore pretiosam. Max. Tavr. serm. 88). (Novat.) tract. 10 (110, 13) avaritiae. *ibid.* saecularium administrationum. *ibid.* vitiorum. Arnob. nat. 4, 14 incestorum. Lampr. Alex. 40, 10 boni linteaminis. Amm. 31, 14, 5 opum (Cassian. conl. 12, 4, 3 pecuniarum avidissimus. Rvric. epist. 2, 6 p. 380, 22 lucri, *opp.* contemptor). Hier. vir. ill. 76 voluntariae paupertatis. in Is. 13, 20—22 (p. 175 Vall.) deserti. Avg. civ. 3, 30 (p. 143 D.) regni. 4, 20 (p. 169) multitudinis deorum. 7, 4 p. 279 in cultu deorum omnis dedecoris. Cassian. conl. 1, 2, 1 uniuscuiusque artis industrius. Nest. 1, 1, 1 *Hercules Hydrae capitum* desectionis. Max. Tavr. app. serm. 8 futurorum. *nota*: Cod. Theod. 9, 38, 6 (*a. 381*) sacri oris imitator et divinorum vultuum appetitor. *cum gen. gerund.*: Amm. 29, 2, 2 adpetitoribus inminuendae maiestatis. *absolute*: Rvric. epist. 1, 3 p. 356, 15 obductum terra fluenti alveum nisi diligentius eruderaverit appetitoris (*intellege* aquae) industria.
2 *qui aliquid aggreditur*: Gloss. IV 303, 9 accusator (-tur *cod.*) appetitor delator. Heges. 4, 7 lin. 41 *Web.* bonus ... iudex circumscriptum se esse mendaciis dolet et eo est fallenti infestior quam adpetitor (-tus *Web.*). Heges. 2, 9, 1 lin. 38 *Web.* hostis ... etiam iustus semper ... appetitor salutis.

appetītōrius, -a, -um *adi. ab* appetitor. Dion. Exig. transl. Greg. Nyss. de creat. hom. 31 (Migne 67, 403^{d}) nostra natura ... cibis et potibus indigentiam suam supplere contendit, appetitoriam quandam vim eius rei quae deest et expulsoriam eius quae superfluit corporibus inserens.

appetītus, -ūs *m. ab* appeto. Gloss. gitsung (*anglos. i. appetitus*). *non legitur inter eos, quorum pleni indices praesto sunt, nisi apud* Cic. *et* Apvl. Plat. *de Ciceronis usu vocabuli cf. Bonhöffer, Epiktet u. die Stoa 1890 p. 243 sqq. dat. sing.* Sidon. *l. 50. dat. plur.* Sidon. *l. 46.*

I *absolute*: **1** ὁρμή *Stoicorum*: **a** *in hominibus*: Cic. fin. 2, 32 haec (*voluptas*) movere potest appetitum animi. 5, 17 appetitum animi, quem ὁρμὴν Graeci vocant. 5, 24. 5, 28. 5, 30. *v. etiam l. 23.* appetitus ratio *partes animi*: Cic. div. 1, 70 animi eam partem, quae ... appetitum habeat. off. 1, 101 una pars *animi* in appetitu posita est, quae est ὁρμὴ Graece ... altera in ratione. *ibid.* ratio praesit, adpetitus obtemperet. 1, 132 motus ... animorum ... alteri cogitationis, alteri appetitus. *ibid.* cogitatio in vero exquirendo ... versatur, appetitus impellit ad agendum. *ibid.* appetitum rationi oboedientem. 1, 141 (*bis*). fat. 40 adpetitu efficiuntur ... adsensiones *et* actiones. 41. Avg. civ. 5, 11 deus ... animae inrationali (*opp.* rationali) dedit ... adpetitum. 19, 4 inpetus ... vel adpetitus actionis, si hoc modo recte Latine appellatur ea quam Graeci vocant ὁρμήν. Cic. Tusc. 4, 11 perturbationem (*πάθος*) esse adpetitum vehementiorem (*ὁρμὴν πλεονάζουσαν*), sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia. 4, 47. 4, 59. Cic. fin. 5, 17 voluptatis alii primum appetitum (*πρώτην ὁρμήν*) putant et primam depulsionem doloris. 5, 24 primus ... appetitus ..., se ut conservet *animal*. 5, 41. 5, 44 is animi appetitus a principio fuit, ut .... *pluraliter*: Cic. nat. deor. 2, 34 qua (*ratione*) regerentur animi adpetitus (*cf. l. 4 sq.*). off. 1, 102 (*bis*). 1, 103. **b** *in beluis*: Cic. fin. 5, 42 suo quaeque *bestia* appetitu movetur. nat. deor. 2, 34 bestiis *natura* dedit ... cum quodam adpetitu accessum ad res salutares, a pestiferis recessum. 2, 122 dedit ... natura beluis et sensum et appetitum (*αἴσθησιν καὶ ὁρμήν*). **c** *fingitur inesse viti*: Cic. fin. 5, 40 si ad vitem sensus accesserit, ut appetitum quendam habeat et per se ipsa moveatur. *ibid.* ut *vitis* sensus ... suos eorumque omnem appetitum ... tueatur. **2** ἐπιθυμία *Platonica*: Apvl. Plat. 1, 17 primam *animae* rationabilem ... partem, aliam excandescentiam ..., tertiam adpetitus; eandem cupiditatem possumus nuncupare. 2, 2. 2, 13 qui vulgo amor dicitur, est adpetitus ardens. 2, 22. *pluraliter*: Apvl. Plat. 1, 13 cupidinem atque adpetitus. 2, 5 adpetitus e[s]t iracundias. **3** ἐπιθυμία *christianorum*: Hil. in psalm. 68, 9 ex adpetitu voluntatis oblectationeque vitiorum peccati usus adripitur. Hier. epist. 130, 11 fracto corporis appetitu. Vvlg. gen. 4, 7 sub te erit appetitus eius (*peccati*). Avg. civ. 14, 15 voluptatem ... praecedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames et sitis et ... libido. 14, 16 carnis. 14, 26 *tit.* erubescendus. 14, 26 libidinis. Leo M. serm. 50, 2 carnalis. 60, 4 illicitus. de humil. 9 eum ... qui ... suam mensuram concupiscat excedere. 16 concupiscentiae. Ennod. op. 3 (p. 338, 5 Vind.) corporeus. *pluraliter*: Hier. epist. 100, 16 impetus eius (*animi*) et varios appetitus. Leo M. epist. 114, 2. 162, 1 improbos appetitus mortiferae cupiditatis. lib. sacr. 27, 10 illicitos. Sidon. epist. 7, 14, 6 appetitibus inlecebrosis. Cassiod. var. 6, 8, 3 improbos. **4** *studium*, ὄρεξις, ἔφεσις: Vvlg. Ezech. 21, 16 vade ... quocumque faciei tuae est appetitus (*οὗ ἂν τὸ πρόσωπόν σου ἐξεγείρηται*). Sidon. epist. 3, 14, 2. 4, 22, 4 humilitas appetitui (*sc. est*). *pluraliter*: Amm. 27, 6, 8 mores eius et adpetitus. Avg. civ. 12, 1 angelorum bonorum et malorum inter se contrarios adpetitus ... voluntatibus et cupiditatibus extitisse.
5 *intellege cibi*, ὄρεξις: Cael. Avr. chron. 4, 3, 32 invitantes appetitum sive suscitantes, quem Graeci ὄρεξιν vocant. 4, 7, 96. 3, 3, 46 obtunditur. 2, 14, 198 cibi fastidium et maior appetitus sitis. Alc. Avit. epist. 86 p. 95, 25 serm. 7 p. 113, 30. Oros. hist. 7, 8, 7 incredibili voracitatis appetitu. *nota sermoni* Paneg., Amm., *ut videtur, peculiaria*: Paneg. 10, 10 aeger ... ad honestatem recursus his qui iam gradum ex nequitia protulerunt. vocas ad societatem: appetitum tuum refugit aversatur horrescit. *impetus*: Amm. 24, 4, 10 (*de urbe oppugnanda*:) ut erat necessarius adpetitus, ita effectu res difficillima. 30, 1, 16 hebetatae primo adpetitu venenatae serpentes. *pluraliter*: 30, 5, 2 reprimebat barbaricos adpetitus. *molitio*, ἐπιχείρησις: Amm. 26, 5, 9 super adpetitu ... Procopi, antequam adulesceret, reprimendo. *pluraliter*: Amm. 15, 5, 26 ut adpetitus opportunitati obtemperarent. 26, 10, 4 urbem ... inpedituram eius adpetitus.

II *cum genetivo*: ἔφεσις, ὄρεξις, ἐπιθυμία: **1** κατὰ ψυχήν: **a** *cum genet. subst.*: Cic. fin. 5, 33 earum rerum, quae ... conducant. *ibid.* rerum ad naturam accommodatarum (*cf.* appetitio *p. 280, 48*). off. 1, 11 coniunctionis. 1, 105 voluptatis. Tusc. 4, 62 virtutis ipsius vehementior adpetitus *tollendus*. Paneg. 12, 12 alienae rei. Amm. 20, 4, 16 rerum novarum. Hier. reg. Pachom. 159 gloriae. Pavl. Nol. epist. 34, 8 *med.* possessionis ... adpetitum et studium. 38, 6 *med.* aeternorum bonorum (*opp.* contemptus temporalium). Avg. civ. 11, 28 si essemus lapides aut fluctus ... non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis adpetitus. 19, 12 *tit.* pacis. 22, 22 ut *daemones* sensus *hominum* appetitu qualitercumque persuadendae falsitatis inludant. epist. 126, 7 pecuniae. Macr. somn. 2, 12, 2 spontaneae mortis (*item* Mart. Cap. 6, 656). Oros. hist. 4, 13, 17 laudis. Leo M. serm. 37, 3 laudis et gloriae. 76, 7 turpitudinis. epist. 135, 3 inconcessi iuris. Favst. Rei. grat. 1, 12 p. 41, 15 mali. 2, 11 p. 89, 11 boni malive (2, 8 p. 75, 22). *definitur* superbia: Avg. civ. 14, 3 perversae celsitudinis appetitus. *pluraliter*: rerum *communiter explet notionem*: Cic. nat. deor. 2, 29. off. 2, 11 impetus (ὁρμάς) et re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum appetitus. *cf.* appetitio *p. 280, 44*. APVL. Plat. 2, 4 cupiditatibus luxuriam, id est adpetitus adplicat voluptatum (*FL*, -tem *cett.*) et desideriorum ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles. FAVST. REI. grat. 1, 7 p. 23, 14 bonarum rerum. **b** *cum genet. gerund.*: AMM. 29, 1, 34 regni occupandi. OROS. hist. 4, 12, 12 respirandi. **2** *κατὰ σῶμα*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 63 cibi (*opp.* fastidium, *item* 3, 2, 15. 4, 3, 20). 1, 4, 113. 4, 3, 42. **III** *cum adiectivo vice genetivi subst. fungente*: MART. CAP. 1, 94 mortales, quos ... ingenium in appetitum caelitem propositumque sidereae cupiditatis extulerit.

iuncturae verbales: appetitum: LEO M. epist. 135, 3 abicere. APVL. Plat. 2, 22 abigere. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 96 evertere. 4, 3, 42 *et* 5, 10, 112 extinguere. HIER. epist. 130, 11 frangere. APVL. Plat. 2, 2 incitare. CIC. fin. 5, 17 invitare, allicere. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 32 invitare, suscitare. CIC. fin. 2, 32 movere. CAEL. AVR. chron. 3, 3, 46 obtundere. SIDON. epist. 1, 4, 3 reicere. CIC. fin. 5, 30 tollere. appetitūs: HIER. epist. 100, 16 habenis componere. CIC. off. 1, 103 contrahere, sedare. nat. deor. 2, 34 remittere, continere. AMM. 30, 5, 2 reprimere. ab appetitu mortis excludere: MACR. somn. 2, 12, 2. in appetitum caelitum efferre: MART. CAP. 1, 94.

synonyma: *ad I et II*: (appetitio). *ad I*: impetus, cupiditas. *ad II*: studium. *opposita*: *ad I 1*: CIC. fin. 5, 17 depulsio. *ad I 5*: CAEL. AVR. fastidium. *ad II*: PAVL. NOL. contemptus.

appeto (adpeto), -īvī (*vel* -iī), -ītum, -ere. *ab* ad *et* peto. *cf. c. volsc.* arpatitu '*adpetito*'? GLOSS. *ἐπιζητῶ ἐπὶ τοῦ ὀρέγομαι, ὀρέγομαι, ἐφίεμαι, μεταδιώκω, προσλαμβάνω*: appeto. appeto (-tit, -tunt): *ὀρέγεται, ἐφίεται, ἐπιτηδεύει, μετῆλθον, ἀντεποιήθησαν*, desiderat, temptat, adprehendit, sectantur. DIOM. gramm. I 424, 12 appete (*non* adpete). atp- *scribitur* CAT. 2, 3 VERG. Aen. 11, 277 *P* CORP. VIII 16749. *formae perfecti* (*Neue III*^{3} *p. 432 sqq.*): *traduntur* -ivi, -ivit, -ivimus, -iverunt, -ivisse; -iī (VERG. Aen. 11, 277 adpetii et *in initio hexam.*; -i M^1R, -ii M^2P, *testatur* GRAMM. ult. syll. IV 238), -iīt (STAT. Theb. 1, 235 *et* CLAVD. rapt. Pros. 3, 188 *in initio hexam.; Neuii locis addas* CIC. Q. Rosc. 23, *ubi* -it *cod. Monac.*, CVRT. 4, 6, 16 FRONTIN. strat. 2, 5, 30), -isti, -istis (C. GRACCH. Gell. 11, 13, 3 APVL. met. 4, 8), -isse (C. GRACCH. *l. c.*, SEN. epist. 94, 66), -issem (APVL. apol. 73), -isset, -issent; -ierit, -ierint, -ierunt (SVLP. SEV. chron. 1, 2, 7). *vocabulum frequentius posuerunt* CIC. (*fere centiens*), LIV. CVRT. SEN. PLIN. *raro poetae*: *quater* PLAVT., *ter* CAT. SIL., *bis* AFRAN. OV. ars 568 epist. 19, 227, *semel* PACVV. 38 TVRPIL. 159 PVBLIL. C 21 LVCR. 5, 1279 VERG. 11, 277 (*item semel* CVLEX 139) TIB. 1, 6, 70 HOMER. 303 STAT. Theb. 1, 235 MART. 9, 26, 6. *non legitur apud* VARR. TER. HOR. PROP. MANIL. GERM. VITR. CELS. SCRIBON. LVCAN. PERS. IVV. VAL. FL.

I ***intransitive de tempore*:** GLOSS. adpetebant: adpropinquabant (*sic non legitur apud* CIC., *saepe* appropinquo). PLAVT. Most. 651 iam adpetit meridie. CATO agr. 84 cum ver adpetet. LIV. 22, 1, 1. 36, 45, 8 hiems. 37, 32, 14 TAC. Agr. 10. CAES. Gall. 6, 35, 1 dies adpetebat septimus. LIV. 35, 8, 1 PLIN. epist. 5, 1, 7. CAES. Gall. 7, 82, 2 cum lux adpeteret. LIV. 10, 20, 9 CVRT. 7, 8, 3. 8, 6, 16. 9, 4, 24 TAC. ann. 4, 51 AMM. 20, 7, 6. LIV. 5, 44, 6 nox. 8, 38, 3. 10, 42, 1. 38, 40, 15 SEN. epist. 122, 2 CVRT. 3, 12, 1. 5, 12, 6. 9, 9, 23 TAC. hist. 2, 19 AMM. 14, 2, 2. LIV. 25, 2, 3 comitiorum ... tempus; *saepius, v. Fügner, lex. Liv.* QVINT. inst. 2, 10, 1 SYMM. epist. 9, 112 (102), 1. LIV. 41, 28, 3 comitia. SEN. dial. 6, 23, 5 finis. CVRT. 10, 1, 30 fatum (*cf. p. 284, 66*). GELL. 2, 29, 4 messis. *accedit dativus*: PLAVT. Aul. 75 propinqua partitudo cui appetit.

II ***transitive. A de motu*** (*primitus, ut videtur, bestiarum*): *cum studio, impetu accedere, petere.* **1** *cum obiecto*: **a** *homines, bestias*: *α sensu hostili, feriendi laedendi causa, aggredi*: PLAVT. Cist. 216 me Amor ... fugat, agit, appetit, raptat, retinet. PACVV. trag. 38 canis ... non tam illum adpetit, qui sese icit, ... lapidem petit. CIC. frg. A 3, 1 M. cum Cottam appetisset ... telum e manibus ereptum est. SEN. clem. 1, 25, 3 quod late furere coepit et omnes adpetit (*opp.* levis et privata pernicies). CVRT. 8, 14, 40 belua ... spoliantes coepit adpetere. PLIN. nat. 8, 47 hominem ab his (*leonibus*) adpeti. 8, 51 *leo* percussorem adpetit. 9, 45 silurus ... omne animal. 10, 9 aquila ... aquaticas aves. 11, 58 pars *apium* ... non adpetit *custodem*. 28, 93 aliquid e corio eius (*hyaenae*) habentem non adpeti. PAVL. dig. 29, 5, 6, 3 si appetitus sit nec occisus dominus. SPART. Sev. 15, 4 ut nonnullos ... ex amicis ... appeteret. LAMPR. Hel. 14, 1 OPTATVS p. 13, 17. AMBR. Ios. 1, 3 ut laesus parceret, appetitus ignosceret. HYG. astr. 2, 7 p. 43 duos dracones ... alium alium appetentes, ut qui dimicare inter se viderentur. CLAVD. rapt. Pros. 3, 188 penates | adpetiit centum Briareia turba lacertis. *accusare*: FIRM. math. 3, 11, 7 *bis*. AMM. 22, 9, 12 a curialibus ... adpetitus. CANON. interp. Migne 56, 833 episcopus appetitus vel accusatus. *accedunt adverbia*: HOMER. 303 desuper appetit hostem. CVRT. 6, 1, 15 procul missilibus adpetebatur. CLAVD. carm. min. 9, 45 procul appetit hostem. APVL. met. 3, 26 *asinus* feminam ... mordicus adpetens. *accusare*: COD. Iust. 1, 29, 2 *apparitores* sive civiliter sive criminaliter appetentur. *accedunt ablativi*: CIC. dom. 13 lapidibus. VERG. Aen. 11, 277 ferro caelestia corpora PHAEDR. 4, 8, 1 mordaciorem ... inprobo dente. CVRT. 6, 1, 15 (*v. l. 79*). TAC. hist. 3, 84 infesto ictu. APVL. met. 9, 34 morsu. SOL. 27, 41 dente letali. LACT. inst. 5, 9, 3 ferro et igni. IVST. 37, 2, 5 veneno. SPART. Sev. 13, 9. CAPITOL. Gord. 33, 4 gladio. EVTR. 7, 18 stercore. AMM. 14, 7, 13 telo vel saxo. 15, 3, 3 honorum vertices ferinis morsibus. 22, 11, 3 vipereis morsibus. 29, 3, 3 adsultu (*canis*) et morsu. CLAVD. rapt. Pros. 2 pr. 38 Stymphalidas arcu (*vix huc pertinet* 3, 188 *supra p. 283, 74*). OROS. hist. 6, 3, 4 gentem bello. GREG. TVR. Franc. 4, 44 gladiis. CIC. Quinct. 98 ignominiis. CVRT. 7, 2, 14 scelere. FRONTIN. strat. 2, 5, 30 insidiis (IVST. 7, 5, 4. 39, 2, 7 TREB. Gall. 14, 5 AMM. 21, 16, 10). SOL. 1, 113 odiorum simultatibus. ARNOB. nat. 1, 40 crudelitate. PAVL. dig. 38, 2, 47, 1 maleficiis. VLP. 38, 2, 14, 3 iudicio. CAPITOL. Pert. 9, 10 calumniis (AMM. 17, 9, 7). 10, 7 falsis testimoniis (AMBR. Ios. 3, 18). AMM. 20, 8, 21 criminibus (AMBR. Ios. 5, 26 falsis. SVLP. SEV. chron. 2, 35, 5 fictis). 26, 3, 2 *et* 28, 1, 50 artibus nefariis. VVLG. num. 5, 14 falsa suspicione. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 171 indigna accusatione. *β gratos sibi conciliandi causa* (*notione sensim ad B declinante*): CIC. Pis. 68 non fastidivit eius amicitiam, cum esset praesertim appetitus. epist. 15, 14, 6 tu puer me adpetisti. frg. E 2, 2 M. qui habet, ultro appetitur, qui est pauper, aspernatur. fin. 5, 67 cura quaedam quasi foras spectans aliosque appetens atque complectens. Cato 63 haec ... ipsa sunt honorabilia ... salutari, adpeti, decedi, adsurgi. Lael. 81 ut *bestiae* requirant atque adpetant, ad quas se adplicent eiusdem generis animantis. Phil. 2, 33 qui locus ... tam inhumanus, qui illos ... non adfari atque appetere videatur. Q. CIC. pet. 29 *homines* adpetito. 31. 33. LIV. 7, 30, 5 velle eum vobis amicum esse, qui vos appeteret. 30, 14, 5 propter quas (*virtutes*) tibi adpetendus visus sim (TERT. anim. 33 *animae* honorandae et diligendae et curandae et appetendae; *opp.* foedandae *sim.*). 39, 9, 6 ultro ... amatus adpetitusque. SEN. contr. 2, 1, 14 me meus pater diligit, alienus adpetit. INSCR. Ephem. VIII (*ad* CORP. X) 404 Hilarioni Pammuso, quem di appetiverunt. SVET. Tib. 70 grammaticos, quod genus hominum praecipue ... appetebat. TERT. anim. 19 *infans* neminem appetens nisi ex usu. HIER. epist. 108, 15 non appetebat potentes. *in matrimonium*: OV. epist. 19, 227 appeteres talem vel non iurata maritum. SVET. Galba 3 nobilitatis causa appetitus ultro. APVL. apol. 73 feminam. 92. *in venerem*: APVL. met. 7, 21 homines amator talis (*sc. asinus*) appetit. 9, 28 mulieres. LACT. 6, 23, 2 ut se invicem adpeterent (*sc. duo sexus*). SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 35 permolere: violare, polluere, adfectare, adpetere. 1, 2, 47 libertinas. 1, 2, 64 matronas. HYG. astr. 2, 7 p. 44 ut Orphea ... *mulieres* sibi quaeque appeterent. AMBR. Ios. 6, 31 temptatus non decidit, adpetitus non adpetivit. SVLP. SEV. chron. 1, 11, 4. HIER. epist. 75, 3 feminas. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 5. 2, 13, 8. *accedit ablativus*: HIER. epist. 72, 5 in amore, quo nos appetere coepisti. **b** *salutem hominum* (*sensu hostili*): CIC. S. Rosc. 30 filii vita ... ferro atque insidiis appetita. Planc. 71 vitam ... inimicorum molestia ... appetitam (*opp.* fidelitate amicorum conservata). AMM. 15, 5, 11 per quam (*fallaciam*) ... salus eorum adpetebatur. COD. Theod. 9, 6, 2 (*a. 376*) appetitae maiestatis crimen.

c *membra hominum, bestiarum*: *α sensu hostili*: TIB. 1, 6, 70 oculos appetat illa meos (AMM. 18, 7, 5 *leonum* oculos *culices*). SEN. Herc. O. 1753 voltum minax ... ignis. PLIN. nat. 9, 152 *caniculae marinae* inguina et calces omnemque candorem corporis *urinantium* adpetunt. *cum* in *c. acc.*: SOL. 13, 2 testiculi *fibri* adpetuntur in usum medellarum. *accedunt ablativi*: CAES. civ. 2, 35, 2 umerum ... gladio. OV. ars 3, 568 ungue genas. LIV. 7, 26, 5 oculos ... rostro et unguibus. CVRT. 4, 6, 15 gladio ... cervicem. 8, 14, 29 *gladiis* beluarum manus. TAC. hist. 4, 42 morsu ... caput. SCHOL. Germ. Bas. p. 101, 7 caudam ... Anguis ... rostro. *β grata assequendi causa*: CAT. 2, 3 *passeri* primum digitum dare atpetenti. CIC. div. 2, 85 *ex.* mammam adpetens. nat. deor. 2, 128. *accedit ablativus*: PLIN. nat. 11, 250 dextera osculis aversa adpetitur. *γ sensu neutro* (*membrum nimirum ipsius appetentis*): QVINT. inst. 11, 3, 124 summis digitis pectus. **d** *loca* (*primitus, ut videtur, personata*): *α sensu hostili*: CIC. ad Brut. 1, 2 (9, 8), 1 adeone copiis abundat, ut — is qui ex Asia fugere dicebatur — Europam appetere conetur? LIV. 5, 19, 1 Veiosque Fata adpetebant (*cf.* CVRT. 10, 1, 30 *p. 283, 55*; Veiis *Gronov*). *audacissime* FLOR. epit. 2, 6, 8 cum ... a Corfinio Roma appeteretur. APVL. met. 4, 8 Boeotias urbes. IVST. 11, 5, 6 totiens a Persis appetitae Graeciae ultor. AMM. 20, 7, 9 moenium ... membra. 22, 8, 18 propinqua. *accedit ablativus*: SIL. 9, 383 ruens ... arva hostilia morsu appetit 5, 526 appetit ore cruento tellurem. *β grata assequendi causa*: CIC. nat. deor. 2, 100 mare sic terram appetens litoribus alludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur. SEN. Phoen. 63 in plana tendis? ... praerupta appetis? SVET. Iul. 42 quo libentius et ipsi (*liberalium artium doctores*) urbem incolerent et ceteri adpeterent. AMM. 31, 7, 10 barbari ... tumulosos locos adpetere temptaverunt. MART. CAP. 1, 14 amnis, quem praeter ceteros Fortunarum ... populus appetebat. *accedit ablativus*: LIV. 1, 8, 4 urbs (*Roma*) munitionibus alia atque alia adpetendo loca. **e** *res gratas, in loco remoto potissimum positas tangendi potiundi causa* (*notione ad B declinante*): MELA 2, 126 qui (*serpentes*) ... solent obvios adpetere adspectum eius pulveris. PLIN. nat. 32, 12 muraenam maculas *retis* appetere ipsas, *unde* evadat. *ibid.* polypum hamos (*esca instructos*) adpetere bracchiisque complecti. *nota*: POMP. dig.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 2, 2, 42 eorum scripta non talia extant, ut ea omnes (homines *al.*) appetant. *cibos*: PHAEDR. 4, 3, 2 vulpes ... uvam adpetebat summis saliens viribus: ... tangere non potuit. PLIN. nat. 8, 100 *panther tam avida excrementorum hominis*, ut ... in aliquo vase suspensa altius quam ut queat saltu attingere, iaculando se appetendoque deficiat. 7, 183 *mortuus* Manlius Torquatus, cum in cena placentam adpeteret. 32, 50 iecur ranae abici formicis oportere: eam partem, quam adpetant ... esse pro antidoto. APVL. met. 3, 27 quantum extensis prioribus pedibus adniti poteram, insurgo ... et ... cervice prolixa nimiumque porrectis labiis quanto maxime nisu poteram, corollas adpetebam. *accedit ablativus*: CIC. div. 1, 46 ter eum (*solem*) frustra adpetivisse manibus.

2 *absolute*: PLAVT. Mil. 762 procellunt se et procumbunt dimidiati, dum appetunt, *intellege cibum apportatum. incertum an huc referendum* AFRAN. com. 77 cur nimium (*adv.* CHAR.) adpetimus? *i. q. impetum facere*: PLIN. nat. 8, 41 leones ... *falculas* nisi in adpetendo non protendere. 10, 9 aquila ... cum adpetat (*praecedit* aves ... adpetit). AVELL. p. 46, 7 nullis appetentum insidiis pulsari. *accedit ablativus, sim.*: SVET. Tib. 44 *pueruli inter eius femina ludentes* lingua morsuque sensim adpetentes. VLP. dig. 48, 5, 28 (27), 5 eum qui per calumniam appetit.

B ***de cupiditate: expetere, intendere.*** **1** *κατὰ σῶμα*: **a** *cibum, potionem (primitus, ut videtur, de bestiis)*: *α cum obiecto (saepe de motu cogites)*: *appetunt bestiae*: CATO agr. 103 boves ... qui fastidient cibum, uti magis cupide adpetant. PHAEDR. 5, 4, 5 (*loquitur asinus*:) libenter prorsus adpeterem cibum. COLVM. 6, 3, 8 quantum appetit bos, tantum praebendum. 6, 8, 2 si *bos* cibos non appetet (*syn.* fastidium est). 8, 4, 1 furfures (*appetuntur ab avibus, item* 8, 10, 5 bacae. 8, 14, 2 holus). 8, 10, 1 aquam et cibos *appetunt turdi*. 9, 1, 8 *ex.* eicercula ... ab lepusculis. arb. 16, 2 caprae ... frondem. PLIN. nat. 32, 60 cibos ostreae. PETRON. 3 escam *pisciculi* (PLIN. nat. 9, 181. 10, 194). PLIN. nat. 9, 44 clupea venam quandam *thynni* mira cupidine adpetens. 9, 132 *conchas* purpurae (*cf. ibid.* aviditate). 10, 198 serpentes vinum. 11, 148 *volucres* e manibus (*i. cadaveribus*) hominum oculos potissimum. 14, 99 *ex.* fastidium gignit *gallinis* uvas adpetendi. 15, 8 bacas ... avis. 24, 25 sucus *a muscis*. APVL. met. 10, 16 escas *asinus* (*ibid.* poculum mulsi). SOL. 26, 7 *ursi* favos (PLIN. nat. 8, 129 expetunt). PLIN. nat. 10, 196 *animalia* sapores. 11, 279 vultures unguenti ... odorem. *appetunt homines*: CAT. 44, 9 sumptuosas ... cenas. VAL. MAX. 6, 3, 9 femina vini usum immoderate appetit. 8, 7 ext. 5 potiones. SEN. epist. 94, 22 aegri ... ne avide cibos appetant (APVL. Plat. 1, 15 adpetendi cibi necessitas. VOP. Tac. 11, 3). MART. 9, 26, 6 appetitur posito vilis oliva lupo. SVET. Iul. 53 oleum. Aug. 76 ficos. *accedit ablativus*: SEN. Ag. 20 aquas ... ore ... appetit *Tantalus*. *dativus (abl.?)*: OBSEQ. 29 quos (*pisces*) Liparenses avidius epulis appetentes. *β absolute*: *de bestiis*: PALLAD. 1, 30, 4. 3, 10, 5. *de hominibus*: PLIN. nat. 12, 29 in appetendi (-da *codd.*) aviditate. 22, 113 (*utroque loco dubium, sed cf.* fastidium appetendi *l. 35*). **b** *venerem*: *de bestiis*: COLVM. 6, 24, 2 venerem. PLIN. nat. 10, 181 initum matutinum. *de homine*: SVET. Nero 28 matris concubitum.

2 *κατὰ ψυχήν*: **a** *cum obiecto*: *α cum accusativo nominis*: *bona, commoda*: RHET. Her. 2, 3 num quod commodum maleficio appetierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem. CIC. leg. agr. 1, 25. RHET. Her. 3, 40 quod tantopere utile sit, quanto labore sit adpetendum. CIC. fin. 3, 16 salutaria. Tusc. 4, 13 bona. APVL. Plat. 2, 2 (*ubi syn.* expeto). CIC. fin. 4, 32 ea quae secundum naturam sunt. 4, 48. 5, 24 ac. 2, 38 nat. deor. 1, 104. 3, 33. SEN. benef. 5, 9, 1 profutura. CIC. fin. 1, 30 voluptatem. 2, 31. SEN. dial. 6, 23, 3 epist. 59, 14. CIC. fin. 4, 18 convictum hominis ac societatem. Lael. 46 amicitias. CAES. Gall. 1, 40, 2. 1, 43, 7. 1, 44, 5 SEN. epist. 9, 12 FRONTO p. 173, 21 N. SALL. Cat. 14, 5 adulescentium familiaritates. Iug. 14, 5 societatem. COLVM. 6, 37, 9 consuetudinem (*aliter* FRONTIN. strat. 4, 7, 34). CIC. fin. 4, 27 conservationem sui. 4, 36 vacuitatem doloris. Cato 72 vitae reliquum. SEN. epist. 92, 20 vitam. benef. 4, 13, 1 securitatem. SVET. frg. 71 p. 89 Reiff. gratiam. CARM. epigr. 111, 119 hominum ... votis adpetita gaudia. CIC. Tusc. 2, 14 quis ... non modo recusandus, sed non ultro adpetendus, subeundus, excipiendus dolor? SEN. dial. 8, 7, 3. PVBLIL. C 21 mortem. SEN. epist. 24, 23 SVET. Nero 2 (*cf.* SEN. epist. 70, 12 ferrum ... laqueum ... potionem venas occupantem). SEN. epist. 5, 4 contra naturam est ... odisse munditias et squalorem adpetere. epist. 5, 4 paupertatem. 17, 3. HIER. epist. 130, 4 ieiuniorum laborem, asperitatem vestium, victus continentiam. *nota*: CIC. fin. 3, 17 quae res primae appetuntur. 5, 23 quod ipsum per se (5, 37 HIER. epist. 48, 8 AVG. civ. 5, 20) primum appetatur. res appetendae, appetenda (*opp.* fugienda, vitanda): CIC. fin. 4, 32. 34. 42. 5, 40 SEN. epist. 82, 6 QVINT. inst. 3, 6, 57. 7, 4, 2 AVG. civ. 6, 9. ITIN. Alex. 30 omnibus adpetendis corruptis aut amandatis. *gloriam, honorem, munus, sim.*: RHET. Her. 2, 3 (*v. l. 54*). CAES. civ. 1, 32, 2 VELL. 2, 33, 3 VAL. MAX. 8, 15 pr. SEN. dial. 6, 23, 3 PLIN. epist. 7, 26, 2 PAVL. dig. 50, 1, 21, 5. CIC. Verr. 5, 80 laudem *cf.* 6, 5. HIER. epist. 22, 27. CIC. leg. agr. 1, 25 provinciam, honorem, ornamentum. 2, 93 consulum nomen. rep. 1, 27 imperia, consulatus. SALL. Iug. 63, 6 consulatum. CIC. epist. 15, 4, 13 sacerdotium (CORP. VI 1736, 14 ut nunc a conpetitoribus adpetatur, quod antea formidini fuerit). LIV. 4, 34, 7 victoriae vanum titulum. 22, 39, 9 gloriam. PLIN. epist. 1, 8, 14. TAC. Agr. 4 pulchritudinem ac speciem magnae gloriae. VAL. MAX. 1, 8, 2 clariorem sedem. SEN. Oed. 835 nobilius aliquid genere regali. PLIN. nat. 33, 32 *ex.* insigne anulorum. SVET. Vesp. 2 latum clavum. 12 nihil ornamentorum. VLP. vat. 188 tutelam vel curam. MEN. dig. 49, 16, 4, 10 munus militiae. AMM. 16, 6, 1 locum principalem. *regnum*: AFRAN. com. 335 dominatum. RHET. Her. 2, 3 (*v. p. 285, 54*). CIC. rep. 2, 48. dom. 101 regnum. Mil. 72 Cato 56 Lael. 36 Phil. 2, 114. Att. 8, 11, 2 genus Sullani regni. CAES. Gall. 7, 4, 1 SEN. Phoen. 620 QVINT. inst. 5, 11, 12 RVT. rhet. 1, 6. CIC. epist. 11, 6, 3 principatum. SEN. Thy. 472 imperium. *opes, lucrum*: RHET. Her. 2, 3 (*v. p. 285, 54*). CIC. Q. Rosc. 24 HS IↃↃↃ. S. Rosc. 50 agros alienos. 93 alienum. off. 3, 23 Tusc. 3, 36 LIV. 30, 30, 8 PHAEDR. 1, 4, 1. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 divitias. SEN. dial. 6, 23, 3. ANTONIN. Paul. dig. 47, 9, 4, 1 praedam. SEN. exc. contr. 5, 1 quaestus. 10, 1 (SEN. sequor). GAI. dig. 29, 2, 57, 1 hereditatem. SVET. Aug. 66. VLP. dig. 37, 6, 1 pr. bona paterna. APVL. Plat. 2, 25 opes. IVST. 2, 2, 7 aurum et argentum. *pericula*: CIC. Cael. 47 inimicitias. har. resp. 7 non solum suscepit ... verum etiam appetivit. Mil. 100. SEN. suas. 6, 24 simultates. SEN. dial. 5, 2, 6 *et* epist. 94, 66 pericula. LIV. 4, 45, 8 bellum. DARES 38. *studia, officia*: CIC. leg. 2, 52 quod ad ius pontificium civile appetatis. SEN. epist. 66, 23 opera virtutis. PETRON. 46 Latinas (*sc. litteras*) coepit non male appetere. SVET. gramm. 25 rhetoricam. Cal. 11 scaenicas artes. PLIN. paneg. 79 officium. *virtutes*: CIC. fin. 4, 4 virtutes. APVL. Plat. 2, 11. CIC. Lael. 32 probitatem. HIER. epist. 48, 8 virginitatem. 130, 12. *alta, sublimia*: RHET. Her. 3, 5 fortitudinis retinendae causa ... res magnas et celsas sequi et appeti oportere. CIC. Tusc. 1, 40 natura superiora adpetente. SEN. dial. 2, 3, 3 qui magnitudinem multum ultra se positam non tacturi adpetant. QVINT. inst. 10, 2, 9 summa. LACT. inst. 5, 9, 17 caelum ... ipsum veneficiis. AMM. 16, 10, 15 giganteos contextus. *ornamenta orationis*: GELL. 10, 26, 9 translationes. TER. MAVR. 296 verba ... non appetita nec remota plurimis. IVL. VICT. rhet. 424, 4 locos communes, egressus. FORTVN. rhet. 122, 21 splendida, antiqua, propria, translata. *alia*: CIC. Mur. 6 gravitatis severitatisque personam (PANEG. 2, 4 militares habitus ... agricolae appetiverunt). SEN. Phaedr. 205 insolita. 916 habitus horrens, prisca et antiqua appetens. 180 animus ... sana consilia appetens. Phoen. 331 meorum facinorum exempla appetunt *filii*, me nunc secuntur. SIL. 16, 402 laevos nunc appetit ille conatus (*i. ad sinistrum flectit currum*). SEN. dial. 9, 2, 11 ulcera quaedam nocituras manus adpetunt. *nota*: TAC. Agr. 5 nihil adpetere in iactationem. *β cum infinitivo*: TVRPIL. com. 159 oculi ex longa intercapedine adpetunt cupide intui. CIC. Pis. 57 aut non appetentem aut etiam recusantem bellum suscipere. fin. 5, 55 ut appetat animus agere semper aliquid. CVLEX 139 appetit aeriis contingere mo[n]tibus astra. STAT. Theb. 1, 234 gremium incestare parentis | appetiit. AVG. civ. 1 pr. p. 4 D. *terrena civitas* dominari adpetit. 1, 9 p. 14 *ex.* quas (*res*) adipisci ... adpetit nostra cupiditas. 2, 10 p. 64 *ex.* diis ... consimilari adpetentes. 14, 18 p. 41 recte facta in luce se conlocari volunt, id est appetunt sciri. c. Faust. 22, 78 (Vind. 25, 678, 23) non adpetit rebus uti (678, 20 adpetit res). LACT. carm. phoen. 166 appetit ... mori. CASSIAN. Nest. 4, 13, 3 separare corpus suum a filio dei appetis (*ibid.* dividere deum conaris). LEO M. de humil. 8 omnibus appetunt anteferri. serm. 26, 3 delectari. 95, 2 mundi opibus augeri. PS. PROSP. de vocat. gent. 2, 21 sect. 1 si ... credamus nec adpetamus habere cognitum. chron. 1335 Aetii gloriam superare appetit. ALC. AVIT. c. Arr. 19 (p. 8, 24 P.) deos nominare gentilitas appetit. CYPR. vita Caes. Arelat. (mon. Germ. Merov. III) 1, 2 vivendo sequi appetat, quod legendo scire festinat. BAVDON. vita Radeg. (mon. Germ. Merov. II) prol.: per se aliquid dicere appetunt. *cum gerund.*: AMM. 21, 5, 12 cum milites eum adpeterent trucidandum. 31, 16, 6 cum agendum adpeterent aliquid. **b** *absolute*: CIC. fin. 1, 42 appetendi (*opp.* refugiendi) ... initia proficiscuntur ... a voluptate. 4, 41 primos ... coeptus appetendi. 4, 43 aliquod genus appetendi. 5, 18 natura moveatur vel ad appetendum vel ad repellendum. ac. 2, 25 moveri animus ad adpetendum potest. Tusc. 1, 56 si nihil haberet animus hominis, nisi ut appeteret aut fugeret. 4, 66 cupiditas ... in appetendo. nat. deor. 2, 81 moveri ... sentire ... appetere. APVL. apol. 20 appetendi egestate. AVG. civ. 13, 3 sensu adpetendi atque vitandi.

C *peto, repeto, arcesso*: CIC. har. resp. 24 uni ludi (*Megalenses*) ne verbo quidem appellantur latino, ut vocabulo ipso ... appetita religio externa ... declaretur (*ibid.* religio ... ex ultimis terris arcessita). INST. Iust. praef. 3 prima legum cunabula ... ab imperiali splendore appetere. *pendet enuntiatum relativum*: CASSIOD. gramm. VII 145, 21 hic autem, in libro scilicet orthographiae, liberius et generaliter appetatur, quem ad modum ... lectio decora nimis et correcta reddatur.

accedunt adverbia: ardentius: *v. p. 287, 2.* avide: CATO agr. 72 TVRPIL. com. 159 SEN. epist. 94, 22. avidius: OBSEQ. 29. cupide: CATO agr. 103 C. GRACCH. Gell. 11, 13, 2 CIC. S. Rosc. 50 SVET. Vesp. 12 APVL. apol. 102 AVG. civ. 1, 8 p. 13 D. cupidissime: CAES. Gall. 1, 40, 2. carnaliter: AVG. civ. 14, 5. esurienter: APVL. met. 10, 16. immoderate: VAL. MAX. 6, 3, 9. indecenter: AVG. civ. 19, 19. industrie: VAL. MAX.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 15 pr. libenter: PHAEDR. 5, 4, 5 SVET. Iul. 42 APVL. met. 10, 16. magnificentius, ardentius: CIC. fin. 4, 4. modestius: CVRT. 10, 6, 18. nimis: VAL. MAX. 7, 1, 2. rabide cum inexplebili cupiditate: CIC. Tusc. 5, 16. studiosissime: SVET. Cal. 11. ultra: VAL. MAX. 4, 1, 10. ultro: CIC. Tusc. 2, 14 frg. E 2, 2 M. LIV. 39, 9, 6 SVET. Galba 3 APVL. apol. 73 HIER. epist. 76, 1. 77, 1. 127, 2. vehementius quam caute: TAC. Agr. 4. extrinsecus: SVET. Vesp. 12. *accedit dativus*: mihi: CIC. Verr. 5, 80 Sull. 84. sibi: CIC. Vat. 36 Sest. 56 leg. agr. 2, 61 de orat. 3, 128 off. 1, 21 HYG. astr. 2, 7 p. 44. populo Romano: CIC. Verr. 5, 121.

synonyma: adfecto: SEN. dial. 5, 34, 3. amplector: CIC. fin. 5, 67. concupisco: PLIN. epist. 3, 2, 6. cupio: LIV. 4, 45, 8. deposco: CIC. Phil. 3, 33. expeto: APVL. Plat. 2, 10. *cf. p. 285, 38.* intendo: AVG. civ. 15, 17. opto: AVG. civ. 19, 4. opto, quaero: CIC. parad. 42. sequor: RHET. Her. 3, 5. *cf. p. 286, 16.* volo: AVG. civ. 19, 4. *cf.* AVG. civ. 7, 7 *ex.* finem quem qui aliquid incipit maxime adpetit, intendit, expectat, exoptat. serm. 150, 4 vitam beatam appetere ... velle ... concupiscere, desiderare, sectari.

opposita: abicio: APVL. apol. 22. abnuo: SEN. Thy. 472. amitto: PHAEDR. 1, 4, 1. aspernor: CIC. fin. 1, 31. 2, 31. 2, 33. 3, 16 frg. E 2, 2 M. SVET. Iul. 53 IVST. 2, 2, 7. contemno: LIV. 22, 39, 9. declino: CIC. Tusc. 4, 13 nat. deor. 3, 33 APVL. Plat. 2, 10. evito: SEN. nat. 7, 16, 1 AVG. civ. 5, 9. exhorreo: AVG. civ. 21, 6. fastidio: CATO agr. 103. formido: SEN. epist. 94, 73 *cf. p. 286, 1.* fugio: CIC. fin. 5, 28 Tusc. 1, 56 epist. 6, 19, 2 SEN. epist. 82, 6. 92, 20 QVINT. inst. 3, 6, 56 TERT. anim. 19 AVG. civ. 9, 4. fugito: APVL. Plat. 2, 10. mitto: SEN. epist. 95, 57. odi: SEN. epist. 5, 4. propulso: CIC. fin. 5, 24. recuso: CIC. Pis. 57 Phil. 3, 33 Tusc. 2, 14 CAES. Gall. 1, 44, 5 COLVM. 6, 24, 2 TAC. Agr. 5 TERT. anim. 19. reformido: SEN. dial. 1, 5, 1. refugio: CIC. fin. 1, 42. reicio: BELL. Alex. 39, 1. repello: CIC. fin. 5, 18 APVL. apol. 102. repudio: C. GRACCH. Gell. 11, 13, 3 CIC. de orat. 3, 128. respuo: AVG. civ. 6, 9. timeo: SEN. epist. 17, 3. vito: SEN. benef. 5, 9, 1 epist. 117, 21 QVINT. inst. 5, 10, 17. 7, 4, 2 TERT. anim. 10 HIER. epist. 22, 27.

dare appetenti *sim.*: CAT. 2, 3 (*p. 284, 58*). CORP. VIII 16749 diis ... templum ... d. d. capit(e) viso ipsis atpetentibus. *cf.* CAT. 44, 9 mihi meus venter *tussim*, dum sumptuosas appeto, dedit, cenas. AMM. 26, 2, 6 nec speranti nec adpetenti moderamina orbis Romani mihi ... vestras detulisse virtutes. HIER. epist. 77, 1 mihi ... volenti et ultro appetenti debitum munus imponis.

part. adi. **appetēns,** -tis. GLOSS. appetentes *ἐπιθυμοῦντες, ὀρεγόμενοι. compar.*: CIC. Lael. 50 PLIN. nat. 12, 73 TAC. hist. 4, 3 SYMM. epist. 4, 8, 2. *superl.*: CIC. Tusc. 2, 58 PLIN. epist. 7, 31, 7 SVET. Dom. 14 Claud. 33 EVTR. 10, 7 OROS. hist. 7, 42, 16. **I** *absolute*: CIC. agr. 2, 20 homo non cupidus neque appetens. de orat. 2, 182 animi non appetentis, non avidi. Tusc. 3, 17 *frugalitatis* proprium, motus animi adpetentis regere et sedare ... adversantem libidini.

II *cum genetivo*: **A** *substantivi*: **1** *rerum*: *recti*: RHET. Her. 3, 7 *laude* duplicatur recti (-te *ΠP*[1]) adpetenti voluntas. PANEG. 10, 15 vetustas ... recti appetens. *gloriae, honoris, sim.*: CIC. Manil. 7 *Romani* appetentes gloriae ... atque avidi laudis. SALL. Iug. 7, 1 EVTR. 10, 7. CIC. Tusc. 2, 58 studiosissimi adpetentissimique honestatis. TAC. hist. 4, 83 nullius repentini honoris, adeo principatus non appetens. 4, 3 adpetentior famae. SVET. Dom. 14 omnium talium (*sc. honorum*) appetentissimus. PHYSIOGN. 15 laudis. *alieni*: CIC. de orat. 2, 135 alieni. SALL. Cat. 5, 4 alieni adpetens, sui profusus. TAC. hist. 1, 49 pecuniae alienae non adpetens, suae parcus, publicae avarus. SIDON. epist. 3, 5, 2 alieni non appetens, sui parcus. CIC. agr. 2, 42 p. R. omnium regnorum appetentem. PHYSIOGN. 22 lucrorum vehementer cupidum appetentemque. *voluptatis*: SEN. dial. 2, 12, 1 voluptatium. TAC. hist. 4, 83 voluptatum quam religionum adpetens. SYMM. epist. 4, 8, 2. PHYSIOGN. 82 libidinis. *studiorum, negotiorum, sim.*: SEN. dial. 1, 2, 2 laboris adpetens iusti. 3, 6, 4 natura hominis *non* poenae adpetens; ... ira ... poenae adpetens. epist. 9, 17 amicitiarum. TAC. ann. 14, 57 negotiorum. OROS. hist. 7, 42, 16 bonorum studiorum. *cibi, potionis*: PLIN. nat. 31, 69 adpetentibus vini (SPART. Car. 9, 3 CAPITOL. Alb. 13, 1). SVET. Claud. 33 cibi vinique. GALLICAN. Avid. Cass. 3, 4 cibi. AMBR. ap. Bedam gramm. VII 262, 27. PLIN. nat. 8, 75 mantichoran ... humani corporis vel praecipue adpetentem. 12, 73 animal odoratorum ... fruticum adpetentius. *similiter de abstractis*: CIC. Lael. 50 nihil est ... appetentius similium sui nec rapacius quam natura. MACR. sat. 7, 6, 2 vinum ... capax vel etiam appetens ... caloris. **2** *hominum*: CIC. fin. 2, 45 ratio fecit hominem hominum appetentem. PLIN. epist. 7, 31, 7 hominem adpetentissimum tui. NON. 21 virosae mulieres dicuntur virorum appetentes. 28 mulierosi ... mulierum adpetentes. SVET. Tib. 7 *Iuliam* sui ... appetentem. **B** *gerundii*: GELL. 16, 3, 2 edundi. *nota accusativum*: MACR. somn. 1, 5, 3 neque enim corpus proprie plenum dixeris, quod cum sui sit impatiens effluendo, aliena est appetens hauriendo.

adv. **appetenter.** CIC. off. 1, 33 ne cupide quid agerent, ne adpetenter. APVL. met. 7, 11 illa sumebat adpetenter (*sc. escam et potionem*). AMM. 29, 1, 16 adpetenter (*V*, -itus *G*) insidiantibus multis. ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 16, 9 intromittendae cuiuscumque novitatis studio adpetenter ardescens.

synonyma adiectivi: cupidus, avidus, studiosus, rapax. *adverbii*: cupide. *oppositum adiectivi*: SALL. Cat. 5, 4 profusus.

appeto, -ōnis *m.* NON. 74 appetones (ap- *al.*) ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine (com. 96): alienum (*acc.? gen. plur.?*) a⟨p⟩petonibus viae expeditae (perditae *codd.*) deverticula s⟨unt⟩. GLOSS. V 638, 12 adpetones adpetentes (-antes *cod.*).

adpetulantia procacitate GLOSS. IV 404, 36. V 590, 69. *Dittmann.*

Apphaīm, אַפַּיִם, *Ἀπφαίν. nom. vir. hebr. filius Nadad, pater Iesi* VVLG. I par. 2, 30. 31. *V.*

Apphia, Aphia, Affia *nom. servarum graecum, Ἀππία, Ἀπφία, Ἀφφία, cf. ἀπφῦς.* CORP. V 5380 (*Comi*) d. m. Q. Spuri Sentiani Sentia Apphia mater. *absurde* HIER. epist. Philem. 25 interpretatur autem secundum Iudaeos ... Apphia continens aut libertas (2 *Ἀπφίᾳ τῇ ἀδελφῇ*. VVLG. Appiae. HIER. nom. hebr. p. 80 Appia: continens sive continentia vel libera). CORP. VI 6267 Aphia máter Aucti l. dispensatoris. 15798 Clodia Q. l. Aphia. 18958 Q. Gellius Crestus Gelliae Aphiae l. suae. 22354 A. Memmius Gaa, Memmia Aphia. XIV 1320 (*Ostiae*) Marciae Affiae. *vide ne cum his numerandae* Appiae *servae sive libertae sint, quas posui p. 290, 21 sqq.* **Apphias, Apfias, Affias,** -adis *cogn. mul., Ἀππιάς, Ἀπφιάς, Αφφιάς.* CORP. IX 290 (*Barii*) d. m. Apphiadis ... M. Appale(nus) Phoebus fil. matri (*ex altero exemplo traditur* ...⟩ades). VI 12232 L. Apronius Felix et Claudia Apfias. VI 19836 Gellius Primus, Maria Affias. XIV 903 (*Ostiae*) Aurelia Afias *Decimi Maronis uxor.* **Appis, Apphis, Aphis, Affis,** -idis *cogn. mul.* CORP. IX 5648 (*Treiae*) Tit. Laticio Zenoni ... Claudia Appis. VI 12180 Apphis Leonidu. XIV 1458 (*Ostiae*) Britidiae Apphi coiugi. XII 3779 (*Nemausi*) d. m. Oppiae Aphidis Opiola M. filia Trophime matri. IX 4834 (*Fori Novi*) Sergiae Affi M. Sergius Alexus fecit coniugi. **Apphin, Aphin** *nom. servarum, Ἄπφιν, Ἄφφιν.* CORP. VI 18285 Flavia Apphin fec. T. Flavio Aug. l. Doryphoro pat. suo. 24738 Pontia Aphin Pontio Terponti domino suo. *iam in fine adiungere his cogor ea quae in capite posuissem, si per litterarum ordinem liceret.* **Appās, Appa** *nom. servorum graecum, Ἄππᾶς (cf. Kretschmer, Einleit. in d. Gesch. d. griech. Spr. 346).* CORP. X 5480 (*Aquini*) Inventae ... et Leoni ... Vitellius Appas filis. VI 13406 C. Aurunceius C. l. Appa pistor. 23997 L. Petronius Appa. 26243 C. Septimius Appa, Octavia (mulieris) l. Apollonia. XII 5686, 455 (*in vasculis*) T. Iul. Apa. VI 7793 C. Iulí Caesaris l. Appaes. 14999 Ti. Cl. Appae Diadumeni. XII 262 (*Fori Iuli*) C. Iulio Apolloni f. Apae missicio. VIII 20145 (*Cuicul*) C. Iulius Saturninus ... curantibus Iulia Getula uxore et Iuliis Getuleis Apa et Saturnino iuniore filiis eius. **Appa, Appē** *nom. mul. graecum, Ἄππη, Ἄπφη, Ἄφφη.* CORP. VI 20376 Iulia C. l. Appe. 28750 Veturia Appe. II 2950 (*in Hisp. Tarrac.*) Ambata Appae f. (*an barbaricum?*). **Appario** *nom. servae, Ἀπφάριον.* CORP. VI 12270 Aquillia L. l. Appario, L. Aquillius (mulieris) l. Faustus. **Appadion** *nom. vir., cf. Αππάδιος (Kretschmer l. c.).* CORP. VI 19845 C. Iulius Appadion et Iulius Aristodemus.

Apphus *cognominatus est Ionathas, Mathathiae filius, Iudae Machabaei frater* VVLG. I Macc. 2, 5 (*Ἀπφοῦς*).

appia *v.* applare.

Appiadae, Appias, Appietās *v. sub* Appius.

Appiānī, -ōrum, *incolae Appiae, oppidi Phrygiae, cf. Hirschfeld, PW. II 214. Ἀππιανῶν* Head, hist. num. 159. CIC. epist. 3, 7, 2 legati Appiani. 3 de Appianis. 3, 9, 1 de Appianorum (Appiorum *codd.*) aedificatione. PLIN. nat. 5, 105 alter conventus a Synnade accepit nomen; conveniunt Lycaones, Appiani. *Otto.*

? **appiciscor,** -ī *v.* paciscor. FRONTO p. 167, 17 N. vitae meae parte adpicisci (*sic cod.*, depicisci *Bücheler*) cupio ut te complecterer felicissimo ... die.

appingo, -ere. *ab* ad *et* pingo. *pingendo addere*: VARRO Men. 534 *περιέχοντα* mihi facies maeandrata ... atque etiam adpinges (adeo inges *codd.*) orbem terrae. HOR. ars 30 delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum. FIRM. math. 4, 14, 20 qui gemmis ex vario pigmentorum genere aliam speciem coloris adpingant. *translate*: FRONTO p. 151, 8 N. *de oratione*: prisco verbo adornares, colorem vetusculum adpingeres. 152, 14 colorem sincerum vetustatis appingere. 215, 19 de Favorini nostri pigmentis fuci quisnam appingere ⟨...⟩. *simpliciter de scribendo*: CIC. Att. 2, 8, 2 epistulam superiorem restitue nobis et adpinge aliquid novi. *i. q. adcenseo, adnumero*: TERT. anim. 40 ut cui nec bona documenta propria subscribas, ei crimina adpingas.

? **appingo,** -ere. *ab* ad *et* pango. *adfigere*: *?* TER. Phorm. 438 si tu illam attigeris ..., dicam tibi adpingam (*sic Bemb.*, inp. *vulgo*) grandem. PAVL. FEST. 8 antipagmenta valvarum ornamenta, quae antis adpinguntur id est adfiguntur. *verbum igitur vix fuit in usu*; FESTO *propter originationem obvenit.* *V.*

Appīnius, Appiōnius *v. sub* Appius.

Appius, -a *nobilissimum eius stirpis nomen quae generavit nomina consimilia Asianis Ἀππᾶς Ἄππη Ἀππία Ἄπαλος al. (cf. Kretschmer Einleit. in d. Gesch. d. griech. Spr. p. 346) et principali significatione proxime accedentia eis quae sunt* Papius, Accius, Attius, Tatius *al.*, *cf. ἄππα, ἀπφῦς.* **Appaeus,** -a *nom. gent., cf. etrusc.* Apa. *similiter formata* Accaeus, Annaeus. CORP. VI 1057, 5, 48 (*a. 205*) C. Appaeu(s) Verin(us) *vigil.* 12176 Q. Appaeo Eutropo Appaea Pannycis coniugi. 12177 M. Appaeo Maximo. IX 4525 (*in agro Amiternino*) P. Appaeus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iungere: GLOSS. προσάπτω. *de rebus*: *absolute*: LIV. 21, 28, 8 ubi *elephanti* in minorem ratem adplicatam transgressi sunt. COLVM. 1, 5, 9 adversus ea, quae mox, si forte villam prolatare libuerit, ab superiore parte applicabuntur. *c. dat.*: LIV. 24, 34, 6 iunctae aliae binae quinqueremes ..., ut latus lateri adplicaretur. COLVM. 1, 6, 24 huic (*areae*) ... nubilarium applicari debet. 8, 3, 2 *parieti* focus. 8, 11, 3 *agri* tribus lateribus porticus. PLIN. nat. 5, 68 Herodotus Casio monti *Sirbonem lacum* adplicuit. PLIN. epist. 2, 17, 23 adplicitum est cubiculo hypocaustum. FRONTIN. aq. 36 huic (*calici*) fistulae adplicantur (POMP. dig. 8, 2, 18). strat. 1, 1, 7 ad adplicitas hosti valles. grom. 55, 10 ex his locis solent privati aliquid hortis suis adplicare (SCAEV. dig. 32, 41, 2). CARM. epigr. 201 huic monumento ustrinum aplicari non licet. *c. praepos.*: VITR. 4, 8, 6 adplicantes *parietes* ad intercolumnia. *de hominibus*: CVRT. 4, 12, 11 adplicuerat his Phrygas et Cataonas. 4, 13, 26. *imponere, apponere*: *c. dat.*: LIV. 33, 17, 7 Leucas ... colli adplicata. PLIN. nat. 4, 11 colli ... Corinthus. 11, 75 nidos ... adplicatos lapidi. 34, 101 tenuissima parte materiae et camaris lateribusque fornacium ... adplicata. SIL. 15, 410 applicito saxosis aggere silvis. QVINT. inst. 9, 4, 27 sicut in structura saxorum ... enormitas invenit, cui adplicari possit (SVLP. SEV. chron. 2, 33, 7 (*absolute*) si quidem quaecunque applicabantur *marmora* ... terra respuerat). FRONTIN. aq. 17 montium lateribus specus. 121. PLIN. nat. 30, 64 si catuli ... adplicentur ... stomacho. 33, 84 aurum ... infantibus. APVL. met. 2, 30 ceram ... ei. HIER. epist. 52, 5 vestes ori. MACR. sat. 3, 13, 4 togam corpori. SORAN. 2, 10 (41) spongias ... partibus. DIOSCOR. 2, 127 naribus *semine ocimi*. 1, 17. 2, 119 (*odori*). 140. 148. 5, 140. THEOD. PRISC. eup. 44 visceribus cucurbitas. ORIBAS. syn. 8, 2 odorem naribus. *c. praepos.*: SVET. Nero 25 sudarium ad os. *absolute*: PLIN. nat. 30, 43 *Melitaei* stomachi dolorem sedant adplicati saepius. SOL. 1, 56 *bitumen* adplicita tabe *profluviorum mulierum* diducitur. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 218 pannos applicant calidos. *affligere*: VERG. Aen. 12, 303 terrae applicat ipsum (ARVS. MESS. gramm. VII 453) PRVD. psych. 31 ora ... solo adplicat. *infigere, impingere*: VERG. Aen. 10, 535 reflexa cervice ... capulo tenus adplicat ensem. *absolute*: COLVM. 4, 24, 18 vehementius applicata falce ... applicito ferro. 4, 25, 2 putator applicat ferrum. TERT. scorp. 1 *scorpii* caudam ... applicant. PLIN. nat. 11, 2 ubi gustatum applicant. *c. dat.*: VAL. MAX. 5, 1, 3 applicatum cervicibus tuis mucronem. PANEG. 10, 24 *clavae* capitibus applicatae. COLVM. 5, 6, 14 ne plaga corpori matris applicetur. *adiungere, coniungere*: *c. dat.*: CVRT. 5, 5, 15 quas (*coniuges*) captis fors et necessitas unicum solacium adplicuit. 6, 5, 7 quo (*Dareo*) victo *legati Lacedaemoniorum* adplicuerant se Graecis. QVINT. inst. 4, 1, 30 personis adplicantur non pignora modo *in causis* ... sed propinquitates amicitiae. decl. 365 p. 398 partem intelligimus eidem numero adplicatam. MODESTIN. dig. 48. 3, 14, 2 applicito ei alio milite. PAVL. 46, 3, 98, 2 IVLIAN. 40, 7, 13, 1, CASSIOD. var. 8, 19, 2 qui vestris coetibus applicetur. COD. Iust. 1, 51, 8 cancellarios ... iudicibus applicari iubemus. APVL. Plat. 2, 26 ut ... sedato homini incitatior mulier adplicetur. LACT. inst. 6, 23, 8 mares maribus adplicuit (admiscuit *var. lect.*). LEX Visig. Recc. 9, 1, 9 servum ... nec vendere ... nec servitio suo adplicare praesumat. *c. praepos.*: QVINT. inst. 5, 11, 44 extra petita, nisi ad aliquam praesentis disceptationis utilitatem ingenio adplicantur, nihil per se valent. ITALA cod. Monac. lev. 20, 2 proselitis, qui adpliciti sunt in filis Israel. *addere*: VOLVS. MAEC. metr. 43 centesima quae commodi aut usurarum nomine ad sortem adplicaretur. 10 si semissi adplices unciam. 11. PAVL. dig. 2, 14, 9, 2. 2, 19, 2, 54. 22, 1, 17, 7. CASSIOD. var. 6, 8, 6 *pecuniae* nostris applicantur aerariis. COD. Iust. 3, 1, 13, 8 trium librarum auri multa ... nostro aerario applicanda. 9, 13, 11 INST. 2, 9, 1. IOH. BICL. chron. min. II 219, 8 cuius tomi ordinem decrevit ... synodus canonicis applicare monimentis. *advertere*: HYG. grom. limit. 199, 4 ex uno latere perticae applicato. CAEL. AVR. chron. 5, 7, 83 visa mentis avertere atque aliorsum applicare.

II ***translate*: *adiungere, adnectere*** (*v. I initio*) **A** *aliquem alicui*: *de hominibus*: *c. praepos.*: TER. Andr. 924 ille ... adplicat ... ad Chrysidis patrem se. Haut. 393 cuius mos maximest consimilis vestrum, hi se⟨se⟩ ad vos adplicant. VARRO Prisc. gramm. II 469, 9 deinde ad Siculos se adplicavit. CIC. Brut. 316 *Rhodi* me ... ad eundem ... Molonem adplicavi. de orat. 1, 177 se ad aliquem quasi patronum (*t. t.*). fat. 39 ad eos philosophos, qui. fin. 4, 34 omne animal applicatum esse ad se diligendum. RVT. LVP. rhet. 2, 6 existimate ... rem publicam ... parentes vestros ... ad se applicare. *c. dat.*: LIV. 34, 49, 10 externo potius se adplicet quam civi cedat (EXVP. 6 multitudo ... se Lepidi partibus applicarat. 7). SEN. epist. 105, 5 quibus adplicari expediet, non inplicari. ITALA cod. Lugd. deut. 4, 4 qui appliciti estis domino deo vestro (προσκείμενοι, adhaeretis *Vulg.*). SEN. dial. 6, 25, 2 ille nepotem suum ... adplicat sibi. epist. 21, 4 nisi ⟨sibi⟩ Cicero illum adplicuisset. 95, 55. COMM. instr. 1, 19, 6 omnes adplicuit sibi similis. SEN. dial. 9, 14, 2 *animus* se sibi adplicet. *absolute*: CIC. inv. 2, 43 quod in itinere se tam familiariter adplicaverit. *de bestiis*: CIC. Lael. 21, 88 ut *bestiae* requirant atque adpetant, ad quas se adplicent. **B** *aliquem alicui rei*: *de hominibus*: *c. praepos.*: CATO Gellius 11, 2, 5 si quis sese ad convivia adplicabat. TER. Haut. 23 repente ad studium hunc se adplicasse musicum. ACC. trag. 412 prima ex immani victum ad mansuetum applicans (*supple* se). CIC. de orat. 2, 55 ad historiam scribendam se ... applicaverunt. Verr. 3, 2 Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit. Flacc. 82 usque ad coronam. Cluent. 46 ad eorum se familiaritatem. 66. ac. 2, 65 ad hanc potissimum philosophiam me. epist. 3, 11, 4 se ad Pompei ductum. NEP. Arist. 2, 3 ad Atheniensium societatem se. SEN. dial. 6, 3 ad hoc maximae feminae te exemplum. ARNOB. nat. 2, 14 si ad eius (*Christi*) se misericordias (seminas *cod.*) atque indulgentias adplicarint. *c. dat.*: SEN. benef. 6, 24, 1 iuventam frugalitati, pudori, moribus bonis adplicant. epist. 2, 2 nullius se ingenio. FVLG. RVSP. fid. cath. 2 fidei ... catholicae. **C** *alicui aliquid*: SEN. epist. 115, 1 ut illa quae senseris magis adplices tibi. benef. 1, 11, 4 cetera, quae ... animus sibi adplicuit. VAL. MAX. 4, 3, 1 Celtiberorum animos Romanis adplicando. **D** *aliquid alicui rei*: *de hominibus*: *c. praepos.*: PLAVT. Trin. 271 certumst ad frugem adplicare animum. TER. Andr. 193 animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque adplicat. alt. exit. 16 animum ... quoadcumque. FORTVN. rhet. 2, 21 ut illud, quod convenit, ad utilitatem nostram adplicemus. *c. dat.*: PETRON. 5 mentem ... magnis. TER. MAVR. 1579 animum ... metris. CIC. inv. 1, 36 animi assidua et vehementer ad rem adplicata ... occupatio (2, 31). Lael. 48 significatio virtutis, ad quam se similis animus adplicet et adiungat. VITR. 5, 8, 1 in quo (*loco*) leniter adplicet se vox. SEN. dial. 12, 2, 6 quorum se ingeniis ... adplicuit *lingua*. *intransitive*: DIOM. gramm. I 464, 31 huic (*compositioni sermonis*) ... applicare ... non absurdum putavi. *uti ad aliquid*: *c. praepos.*: COLVM. 3, 10, 6 infirmissimus et inutilissimus quisque ... huic officio applicatus. FRONTIN. strat. 1, 5, 9 acie ... ad opus adplicata. AMM. 28, 4, 33 *homines* applicatos ad plodendum. SIDON. epist. 3, 3, 4 cum *acies* applicata esset occupationi. *c. dat.*: POMP. dig. 10, 2, 45, 1 quod idoneum servum rei communi applicuerit. VLP. dig. 50, 6, 2. CASSIOD. var. 5, 39, 8 functionibus publicis applicentur *monetarii*. COD. Iust. 10, 52 (51), 6 praef. obeundis ... muneribus applicetur. *absolute*: CAPITOL. Maxim. 29, 4 in rebus bellicis, si adplicetur, fortem futurum.

coniungere, addere, adiungere sim.: CIC. fin. 2, 37 ut voluptas ad honestatem applicetur. APVL. Plat. 2, 4 cupiditatibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luxuriam ... adplicat. PANEG. 10, 10 prudentiae pietas. MART. 6, 28, 8 bis senis ... messibus peractis vix unum puer applicabat annum (CARM. epigr. 1231). CASSIOD. chron. min. II 71 cuius (*Numitoris*) tempora isti sunt adplicita. IORD. Get. 4, 26 Vandalos subiugantes suis aplicavere victoriis. QVINT. inst. 5, 7, 27 priora sequentibus adplicando. 7, 10, 7 verba verbis. CENS. frg. 9, 2 commata versibus (SIDON. epist. 2, 8, 2). RHET. min. 74, 23 cum res complures divisas cum interrogatione exquirentes singulis, quae conveniunt, adplicamus. MART. CAP. 9, 980 tetrasemos disemis insequentibus. QVINT. decl. 349 p. 373 ad hoc ... aliquid etiam proprie adplicabimus. 320 p. 257 quodcumque damni genus est, cui non applicari reprehensio possit. PLIN. epist. 10, 58, 4 quamvis eidem talia crimina adplicarentur. NON. 39 vitium dare, hoc est unicuique rei culpam applicare. LVCIF. Athan. 2, 7 cui non adplicitum fuerit crimen. FAVST. REI. grat. 1, 1 mortem ... conditori. *accommodare*: LIV. 32, 21, 34 ut fortunae adplicaremus nostra consilia. QVINT. inst. 8, 3, 76 falsis utuntur nec illa iis, quibus similia videri volunt, adplicant. decl. 350 p. 379 ream legi suae. TERT. virg. vel. 11 virgo ... legi. AVG. civ. 19, 12 molem *cadaveris* ... terreno. AVELL. p. 47, 10 ut praesens via spatiis futuri operis applicetur. ARNOB. nat. 7, 21 quid adplicitum Iuppiter ad tauri habeat sanguinem. FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 15 catholicam vocem ad Pelagii sensum. grat. 2, 6 scripturas sanctas ad intellectum suum. IVL. RVF. rhet. 18 applicatur (*i. affinis est*) huic figurae etiam *χρεία*. *nota*: QVINT. inst. 7, 3, 19 fere labor maior est, ut finitionem confirmes, quam ut in rem finitionem adplices. *adnectere*: TERT. apol. 12 bestias quas Libero applicatis. LVCIF. de non parc. 31 iuxta facta vestra vobis ... nomina adplicata. *tribuere*: ENNOD. opusc. 1 nunquam applicas laboribus tuis quod eventus ... obtulerit. CASSIOD. var. 1, 4, 1 nostris ... laudibus applicatur. 1, 30, 5 crimini applicandum est. *passim*. EVGIPP. Sev. 14, 3 nolite quicquam horum meis operibus applicare. BENED. reg. 4 bonum aliquid in se cum viderit, deo applicet. *adsignare*: AVG. civ. 18, 8 poetis et fabulis, non historiae rebusque gestis est adplicandum. MACR. somn. 1, 3, 1 prius quot somniandi modos observatio deprehenderit ... edisseramus, ut cui ... generi ... adplicandum sit, innotescat. ALC. AVIT. Eut. 2 p. 24, 19 ut istud ... velut errore gentili constitutis velit fatalibus adplicare. *technice in medicina*: TIB. 4, 4, 4 formosae medicas applicuisse manus. SIL. 6, 96 sopor sua munera ... applicat. PLIN. med. praef. singulis membris sua remedia applicabimus. *praebere*: CAEL. AVR. acut. 1, 16, 160 non potest corpus ... suis partibus applicare nutrimenta. GLOSS. adplicitum *προσκριθέν*, adplicite *τιμωρηθέντας* (*?*).

intrans.: GREG. M. epist. II p. 161, 9 ad salubre consilium valeant applicare.

part. pro adi. **applicātus**, -a, -um. VARRO rust. 2, 7, 5 *equus* naribus non angustis auribus adplicatis, iuba crebra. **applicitus**, -a, -um. QVINT. inst. 4, 2, 117 in parvis ... sit ille pressus et velut adplicitus rei cultus. *Bannier.*

(**applicus** *an* **applex**) *ab* applicare *retro formatum*. APVL. met. 10, 22 spinam prehendens meam adpliciore nexu inhaerebat *mulier cum asino coiens*.

applōro, -āre. *ab* ad *et* plorare. *plorare apud alium*: HOR. epod. 11, 12 querebar adplorans tibi. SEN. nat. 4, 2, 6 magnoque spectantium metu in caput missi *audaces in Nilo nautae*, cum iam adploraveris mersosque ... credideris, longe ... navigant; *ubi* deploraveris *Madvigius, at videtur subaudiendum* spectantibus.

? **apploto**, -āre. ITALA cod. Cant. Marc. 9, 18 qui ubicumque eum apprehenderit applontat (*ῥήσσει*, VVLG. allidit). *confert cum* plauta, *umbr.* preplohotatu 'proculcato' *Bücheler, Umbrica p. 102, at cum* n *sit in codice, ego sequor Ottonem, qui* applantat *coniecit, et confero* supplanto.

applumbo, -ātum, -āre. *ab* ad *et* plumbum. *plumbo claudere*: SCRIB. LARG. 271 vase stagneo ... diligenter operto et adplumbato. MARC. med. 35, 9. *plumbo iungere*: PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 *opponitur* statuae ... ferruminatione iunctum bracchium *ei* quod adplumbatum sit, *reddita causa*, quia ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura non idem efficit. VLP. dig. 19, 1, 17, 8 epitonia fistulis adplumbata. VLP. ex Celso dig. 47, 12, 2 *Celsus* quaerit, si neque adplumbata fuit neque adfixa *statua*, an pars monumenti effecta sit. *v. Leonhard, PW. I 401 s. v.* adplumbatio.

? **apnium.** DIOSC. cod. Neap. 31 *ἀπνιουμ βαλλωτὴ ἢ μέλαν πράσιον. idem esse quod* apium *coniecit Wellmann.* *V.*

Appo (*?*) *cogn. vir.* CORP. III 8314 (*in Dalmatia, periit*) Aur. Appo (*trad. etiam* Apio *et* Apro). *Otto.*

[**appodix**] *v.* appendix.

ap⟨p⟩olītus limatus GLOSS. Mai VI 508. *V.*

Appollo *sim. vide sub* Apollo.

Appōnius *v. sub* Appius.

appōno, -posuī, -positum, -nere. *ab* ad *et* ponere. GLOSS. *παραλίθημι*. adposivi (-sui *codd.*): PLAVT. mil. 905. adposiverunt (-ere *cod. Bamb.*): APVL. Prisc. gramm. II 528, 25. apposisse (-uisse *codd.*): TER. Andr. 729. adposisti (*sic Ritschl*, -uisti *codd.*): TER. Andr. 742 *et* 763. appossuit (*cod. Neap.*): CHAR. gramm. I 63, 25. adpostam *latet fortasse in corruptela codicum* adnostam PLAVT. Mil. 1336 *forma contracta licet alibi non legatur cf. Leo ad l. et Hermes 18 (1884) 580. vide et quae nos sub* abpono *dedimus.* *saepe confunditur in codd. cum* oppono. [*val.* apune, *prov.* apondre, *hisp.* aponer. *M.-L.*]

I ***iuxta pono, admoveo, adiungo*: A** *de rebus*: **1** *in universum*: **a** *absolute*: PLAVT. Poen. 857 at onus urget. :: at tu appone et respice ad me. TER. Andr. 729. 742. Haut. 89 istos rastros interea tamen adpone, ne labora. LVCIL. 263 pistrinum adpositum. CIC. Verr. 2, 145 machina apposita. div. 1, 79 noctu lumine apposito. TIB. 2, 2, 64 hinc pensa colusque fusus et apposito pollice versat opus. PROP. 2, 15, 3 quam multa adposita narramus verba lucerna (OV. ars 3, 93). OV. am. 3, 1, 58 illa rumpit et adposita barbara mersit aqua *elegiam missam*. epist. 5, 47 non sic adpositis vincitur vitibus ulmus, ut tua sunt collo brachia nexa meo. EPICED. Drusi 97 non animam apposito fugientem accepit hiatu. LIV. 37, 5, 1 scalis appositis (TAC. hist. 4, 23). MANIL. 3, 110 appositis cum mundus consonat astris. 3, 568. 5, 348 COLVM. 8, 8, 4. 8, 10, 5. PLIN. nat. 15, 81 frequenti via adposita. 17, 117 adpositis fictilibus vasis modicus umor per cinerem destillat. 21, 98. TAC. ann. 2, 6 adpositis utrimque gubernaculis. SVET. gramm. 9 appositis duobus scriniis. VLP. dig. 43, 24, 11, 2 si quae sepulchri ornandi causa adposita sunt, sepulchri esse videri. GELL. 2, 2, 5 allata sella ... atque apposita est. APVL. apol. 16 cur cava specula si exadversum soli retineantur, appositum fomitem accendant. SPART. Ael. 3, 10 cursoribus suis exemplo Cupidinum alas frequenter adposuit. VVLG. III reg. 7, 36 sculpsit Cherubim et leones ... ut non caelata sed apposita per circuitum viderentur. LAMPR. Alex. 36, 2 fumo (foco *Kellerbauer*) adposito. VOP. Aur. 50, 4 biberet infundibulo adposito plus orca. SVLP. SEV. chron. 2, 33. AVG. civ. 1, 31 subsellia. SIDON. carm. 5, 77 apposito ... igni. PLAVT. Cas. 363 adpone hic sitellam. Most. 308 hic mensulam. Truc. 477. TER. Andr. 763 cuium puerum hic adposuisti? **b** *addito, quo*: *cum abl. et* in: PLAVT. Rud. 471 adponam urnam ... hanc in media via. CALP. PISO 56 eam (sellam) in limine apposuit. PROP. 2, 9, 12 dominum lavit maerens captiva cruentum, appositum (propositum *codd.*) flavis in Simoenta vadis. PLIN. nat. 37, 166. TAC. ann. 2, 31 adpositum in (*om. codd.*) mensa lumen. AMM. 23, 4, 2. VVLG. gen. 24, 33 appositus est in conspectu eius panis. *cum* ad: PLAVT. Men. 330 ego haec appono ad Volcani violentiam. CAELIVS Cic. epist. 8, 1, 4 manus ad os apposuit (PETRON. 64). PLIN. nat. 8, 103. HYG. mun. castr. 11 auguratorium parte dextra praetorii ad viam principalem apponimus. BOET. herm. sec. 5, 12 p. 391, 10. *cum aliis praep.*: TER. Andr. 725 accipe a me hunc (*puerum*) ocius atque ante nostram ianuam appone. CATO agr. 42 adponito in eum locum, unde .... SOL. 5, 23 nec ignis apponitur in hanc congeriem. CATO agr. 46 signum apud taleam adponito. VARRO ling. 9, 94 nisi *magnetae* minutum extrinsecus prope apposueris ferrum. rust. 3, 16, 28 *et* 31 *et* 36. CIC. inv. 2, 14 gladium propter adpositum e vagina eduxit. CIC. Arat. 19 Andromedae laevo ex umero, si quaerere perges, adpositum poteris supra cognoscere piscem. *cum dat.*: LVCR. 6, 1036 aer omnibus est rebus circumdatus adpositusque (SEN. nat. 2, 6, 1). 3, 373. OV. am. 1, 5, 2 adposui medio membra levanda toro. fast. 3, 770 hanc frondem (*hederam*) cunis apposuisse ferunt. 6, 192. LIV. 34, 15, 7 statio, quae portae adposita erat. SEN. nat. 3, 15, 7 inania adposita plenis. epist. 71, 4. 87, 27 lucrum istud non est adpositum sceleri, sed inmixtum. COLVM. 9, 8, 9 apposito foramini pollice. 9, 13, 6. PETRON. 135 cucumam ingentem foco apposuit. PLIN. nat. 37, 110 nec ut adnata petris, sed ut adposita *callaina gemma*. IVV. 7, 192 adpositam nigrae lunam subtexit alutae. 9, 98 candelam adponere valvis ITALA cod. Lugd. num. 16, 39 adpositae sunt *arulae* circumdationi arae (LXX *προσέθηκεν*, VVLG. affigens). HIER. epist. 46, 8 sanctam favillam oculis adponentes. SCHOL. Germ. Basil. p. 71, 4 eis adpositum est praesepium. AVG. in psalm. 98, 2. ENNOD. carm. 2, 17, 3 venator portis adponit missile ferrum. ACTA Tarachi Probi 9 apponite ignem ventri eius. CORIPP. Ioh. 4, 403 apponunt sensus auresque loquelis. SVET. Nero 45 statuae eius (*Neronis*) a vertice cirrus appositus est. GALLICAN. Avid. Cass. 4, 3 ab imo focum adponeret. MART. CAP. 1, 7 omnes inlecebras circa sensus cunctos apposuit Aphrodite. 1, 7 prurituī subscalpentem circa ima corporis apposuerat voluptatem. NOVAT. tract. 6 non faciem suam ad videndum apposuerunt, sed avertentes faciem. *nota*: GREG. M. epist. I p. 68, 30 omnes res suas ... vel venundavit vel apposuit (*ibid.* p. 68, 33 apposita absolve) *i. q. pignerare, ut videtur.*

2 *de cibis, sim.*: PLAVT. Men. 212. Merc. 779 agite apponite obsonium istuc ante pedes illi seni. Mil. 753 quando accubuere, ubi cena adpositast (Amph. 804 Trin. 470. TER. Phorm. 342 cena dubia adponitur. PLIN. nat. 9, 120. SVET. Galba 12 adposita lautiore cena). Mil. 758 adpositumst ampliter. Pers. 106. 354 mensa inanis nunc si apponatur mihi. CATO agr. 80 id (*encytum*) cum melle aut cum mulso adponito. VARRO ling. 5, 127 rust. 32, 3. 33, 9 si e tuo flumine lupum piscem formosum adposuisset (COLVM. 8, 16, 3). 3, 7, 3. CIC. Tusc. 5, 91 iis (*legatis*) apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. 4, 77 eorum (*natorum*) viscera apponit. Att. 6, 1, 13 quid te in vasis fictilibus appositurum putem? 14, 6, 2 apposita secunda mensa. epist. 9, 16, 8. HOR. sat. 2, 8, 69 ne male conditum ius adponatur. 2, 8, 17 Albanum, Maecenas, sive Falernum te magis adpositis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*vinis*) delectat, habemus utrumque (Ov. am. 2, 5, 14 adposito ... mero. 2, 11, 49. 2, 12, 20. Carm. epigr. 33 ubi perna cocta est, si convivae apponitur. Plin. nat. 14, 97). Ov. am. 3, 1, 58. epist. 16, 75 adposita mensa. met. 8, 571. 8, 831 Liv. 1, 7, 13 Sen. dial. 5, 15, 1 Plin. nat. 8, 210. 22, 88 estur et soncos, ut quem Theseo apud Callimachum adponat Hecale (26, 82). 36, 4 in cenis glires et alia dictu minora adponi. Tac. ann. 4, 54 poma. Plin. paneg. 49 Svet. Iul. 43 Vit. 13. Fronto p. 18, 27 N. pulpamentum ... vasis aureis adpositum. p. 156, 11 prandium. p. 219, 15. Apvl. met. 7, 11 adponit scitule. 10, 16 inlibata fercula iussit adponi (Lampr. Hel. 17, 4). flor. p. 22 Oud. edulia. Tert. bapt. 20 temptationes ... plenitudini et immoderantiae ventris appositas. Amm. 16, 5, 1 ambitiosam mensam fortuna, parcam virtus adponit. Hyg. astr. 2, 4 *Arcada* concisum pro epulis apposuisse. 2, 34. fab. 176 in epulo (45. 206. 238). 258 epulando. Vvlg. Luc. 10, 8 manducate, quae apponuntur vobis. IV reg. 4, 43 quantum est hoc, ut apponam centum viris? 6, 23 prov. 23, 1. Marc. 8, 6 fregit *panem* et dabat discipulis suis, ut apponerent, et apposuerunt turbae. act. 16, 34 cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam et laetatus est cum omni domo sua. Apic. 2, 41 piper aspargis et appones. 2, 59.

de bestiarum cibis: Varro rust. 3, 10, 6 pullis *anserum* primum biduo polenta aut hordeum adponitur. Verg. georg. 4, 280 pabulaque in foribus plenis adpone canistris. Colvm. 8, 14, 10. 11, 2, 83 glans paleis immiscenda est atque ita bubus apponenda. Apvl. met. 7, 14 faenum ... camelo Bactrinae sufficiens apponi. 7, 16. Hyg. fab. 31 cetum, cui Hesione fuit apposita. Schol. Arat. p. 214 filiam suam ad cetum dicitur adposuisse. *de vasis*: Cic. Verr. 5, 49 argentum ille purum apposuerat. 5, 48. Ov. fast. 6, 779 tum licet adposita veluti cratere camella lac niveum potes. Sen. epist. 95, 72 ante ipsius Iovis cellam adposita conviviis vasa fictilia. Svet. Claud. 32. *de deorum cultu*: Apvl. flor. p. 3 Oud. *in loco sancto* votum postulare, pomum adponere, paulisper adsidere. Vvlg. Bar. 6, 26. 6, 29 mulieres apponunt diis argenteis et aureis et ligneis. III Esdr. 2, 7 cumque aliis quae secundum vota apponuntur in aedem domini. Svlp. Sev. chron. 2, 8, 7 idolo.

3 *de ornamentis*: Ov. am. 1, 2, 40 laeta triumphanti de summo mater Olympo plaudet et adpositas sparget in ora rosas. Vop. Aur. 7, 7 torquem brachialem, anulum. Mart. Cap. 1, 7 Iupiter ... diadema ... capiti eius apposuit. 1, 66. 2, 114 vertici diadema.

4 *de medicamentis*: Cato agr. 102 ad ipsum morsum stercus suillum adponito. Cels. 4, 25 alumen lana circumdatum et ita adpositum. 4, 27 Scrib. Larg. 53. Plin. nat. 22, 91 quae (*mastiche*) adposita feminarum menses trahere dicitur. 22, 147. 23, 24. 23, 67 eadem ex aqua in linteolo adposita vulvas purgat. 28, 246 fel taurinum cum opio adpositum. 30, 61 anate adposita ventri. *passim*. Svet. Nero 49 paenula ad vulnus adposita. Ser. Samm. 417. 439. 731 *passim*. Ps. Avg. serm. 22, 6 utiliter ... malagma calidis adhuc vulneribus apponitur. 76, 6 caelestibus medicamentis appositis curae non desinunt. Theod. Prisc. eup. 41. 89 gyn. 31 Cael. Avr. acut. 2, 6, 29. 2, 37, 197. 3, 4, 41. Prosp. expos. psalm. 146, 3 quae (*remedia*) summus medicus misericorditer et scienter apponit.

5 *translate*: *de anima*: Vvlg. prov. 22, 17 appone cor ad doctrinam meam. eccles. 8, 16 apposui cor meum, ut scirem sapientiam. Iob 7, 17 quid apponis erga eum cor tuum? psalm. 61, 11 divitiae si affluant, nolite cor apponere. exod. 7, 23.

B *de personis vel personatis*: Acc. trag. 386 custodem adsiduum Ioni adposuit virgini (Cic. div. Caec. 51 Nep. Dio 4, 5 Germ. 319 Tac. ann. 4, 60 Svet. Tib. 22 Fronto p. 228, 26 N. Vlp. dig. 25, 4, 1 ut uxori custodem apponat. Hyg. astr. 2, 6). Cic. Phil. 2, 25 iam vereor ... ne praevaricatorem mihi apposuisse videar. Hor. carm. 1, 16, 16 fertur Prometheus addere principi limo coactus particulam undique decretam et insani leonis vim stomacho adposuisse nostro. Ciris 532 miserae (*Scyllae*) ... infesti apposuit ... odium crudele parentis. Liv. 2, 18, 6 M. Valerium ... moderatorem et magistrum consulibus appositum. 23, 16, 14 alia turba custodiae impedimentorum adposita (Tac. ann. 1, 6. 2, 68 Remmius evocatus priori custodiae regis adpositus). 23, 29, 4 equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus apponit (opponit *Puteaneus*). Svet. Aug. 48 rectorem solitus apponere aetate parvis aut mente lapsis. 91 Tonantem pro ianitore ei (*Iovi Capitolino*) appositum. Claud. 35. Hyg. fab. 19 *Iuppiter Phineo* apposuit Harpyias. 55 serpens ei (*Tityo*) appositus est, qui iecur eius exesset. Mart. Cap. 9, 968. Herm. past. vulg. sim. 8, 9, 4 *qui* permanent in voluptatibus suis, mors eis prope adposita est. Avell. p. 162, 13 immortali spiritui mortem adponere (ἐπιθεῖναι). *cf.* Cels. dig. 50, 17, 23 pupillus nec velle nec nolle in ea aetate nisi adposita tutoris auctoritate creditur. Cens. 3, 3 duplicem nobis genium ... adpositum. *nota*: Apvl. mund. 27 quibus propter ignaviam adpositum est pluribus indigere. Cic. Verr. 4, 99 appositus erat Venuleius quidam qui emeret. 2, 27. 3, 26. 2, 141 si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset. 2, 74 accusator autem apponitur civis Romanus de creditoribus Lampsacenorum. 6, 108. off. 3, 61 non inlicitatorem venditor, non, qui contra se liceatur, emptor apponet. Svlp. Sev. chron. 2, 51, 2. Amm. 29, 1, 2 hoc observare principis iussu adpositi. Apvl. met. 11, 19 deae ministeriis ... adpositus. Itala cod. Lugd. num. 18, 2 fratres tuos, ... adsume eos ad te et adponentur tibi et deserviant tibi (Vvlg. praesto sint). Itala (Lucif. de non

parc. 2) deut. 13, 4 vocem eius audietis et illi adponemini (Vvlg. adhaerebitis). Ambr. Is. 4, 13 adpositas sacro ministerio potestates. Amm. 21, 14, 2 putabatur genius esse quidam tutelae salutis adpositus. 21, 16, 9 spectatores adponebat his litibus truces. Avg. civ. 6, 3 istorum exordio unum singularem *deum* ... apposuit. Amm. 21, 8, 1 alios plures militibus regendis adposuit. 22, 7, 7. 25, 1, 8 ductore eorum aliae turmae adposito. 29, 5, 35 gentibus ... adposuit fidei conpertae praefectos. Itala cod. Lugd. exod. 1, 10 adponentur et hi ad adversarios (Vvlg. addatur). num. 15, 16 prosylito qui adpositus est in vobis (LXX τῷ προσκειμένῳ ἐν ὑμῖν). 3, 5. Itala (Lucif. de reg. apost. 2) I reg. 15, 6 noli adponere te cum illo (LXX μὴ προσθῶ σε μετ' αὐτοῦ. Vvlg. ne forte involvam te cum eo). Vvlg. act. 18, 10 nemo apponetur tibi, ut noceat te. Avg. loc. hept. 5, 36 'non trades puerum domino suo, qui appositus est tibi a domino suo' (deut. 23, 15. Vvlg. qui ad te confugerit. LXX ὃς προστέθεταί σοι). ... appositum dixit a domino suo, id est huic adiunctum, cum ab illo abscessisset. Avg. loc. hept. 1, 128 'appositus enim erat filiae Iacob' (gen. 34, 19) id est amabat eam (ἐνέκειτο, Vvlg. amabat puellam valde).

de sepultura: Avg. quaest. hept. 1, 168 scripturae, quod assidue dicunt de mortuis: 'et appositus est ad patres suos' vel 'appositus est ad populum suum'. ... de Iacob dicitur iam quidem mortuo, sed nondum sepulto. Itala cod. Lugd. gen. 49, 29 ego adponor (LXX προστίθεμαι, Vvlg. congregor) ad plebem meam. Itala (Lucif. Athan. 1, 15) I reg. 26, 10. Vvlg. gen. 25, 17 appositus est *Ismael* ad populum suum. 35, 29 appositus est *Isaac* populo suo senex. 49, 32 appositus est *Iacob* ad populum suum. Dan. 13, 65 I Macc. 2, 69 *passim*. Svlp. Sev. chron. 1, 7, 7 Ambr. Iac. 2, 11, 51.

II ***addo***: *de rebus*: Plavt. Mil. 905 ad tua praecepta de meo nihil his novom adposivi. Cic. inv. 2, 117 si quid ad id appositum sit, quod nos interpretemur. Hor. sat. 1, 2, 107 cantat et apponit: 'meus est amor huic similis'. Ov. trist. 3, 12, 25 hoc quoque nescio quid nostris appone libellis. Pont. 1, 10, 9 quod mare quod tellus, appone, quod educat aer. Sen. contr. 1, 7, 13 habet quod adponat. Tac. ann. 3, 38 Tert. idol. 15 Sidon. epist. 2, 10, 1. Qvint. inst. 11, 2, 28 aliquas adponere notas. Vvlg. apoc. 22, 18 si quis apposuerit ad haec, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Capitol. Aur. 11, 1. Vop. Aur. 6, 2 huic (*Aureliano*) signum exercitus adposuerat 'manu ad ferrum'. Plavt. Pseud. 815 indunt coriandrum, feniculum, alium, atrum holus, apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. Trin. 1025. 1066 partem alteram tibi promitto; illam alteram apud me, quod bonist, apponito. Rhet. Her. 4, 38 ad festivitatem disiunctio est adposita. 4, 60 Cic. inv. 2, 112. Tusc. 4, 42 qui vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. ad Brut. 2, 7, 4 nec signum tuum in epistola, nec diem adpositum. Hor. carm. 2, 5, 15 illi, quos tibi dempserit, adponet annos (Pers. 2, 2 diem ... qui tibi labentis apponet candidus annos. Vvlg. prov. 3, 2 annos vitae et pacem apponent tibi. 10, 27). Ov. Pont. 3, 5, 30 apposui senis te duce quinque pedes. Manil. 3, 260. 3, 577. 5, 149 appositis caput emutare capillis. Sen. nat. 6, 26, 2 *Nilus* id (*caenum*) subinde adponens prioribus terris. Plin. nat. 31, 33 adposito grandinum argumento. 32, 19 adposito exemplo. Plin. epist. 9, 28, 5 mitte adpositis usuris.

Tryph. dig. 1, 5, 15 haec condicio libertati adposita. Papir. dig. 50, 13, 1 condiciones donationibus adpositas (Iav. dig. 35, 1, 56 Marcian. dig. 44, 7, 31). Iav. dig. 35, 1, 54 legata, quibus dies adposita non esset (Pavl. dig. 36, 2, 21). Scaev. dig. 40, 7, 40, 8 heredibus quattuor menses appositi sint. Vlp. dig. 28, 5, 12 si cui pars adposita non est *hereditatis*. Leo M. epist. 91 congregandae synodo tam angustum tempus appositum *esse*. Min. Fel. 8, 2 Diagoras Melius, cui atheon cognomen adposuit antiquitas. Spart. Sev. 10, 3 Bassianum adposito Aurelii Antonini nomine Caesarem appellavit. 10, 4 Geta 1, 1 Treb. Claud. 5, 5 (*cf.* Capitol. Opil. 10, 6 Antoninorum nomini est velut nothus adpositus). Tert. apol. 39 modicam unusquisque stipem apponit. Tert. orat. 16 eo apponitur et inreverentiae crimen. Cens. 16, 4. 20, 9 dies extremis partibus mensium adposuit. Non. 54 Cato id vocabulum indubitanter adposuit. Vir. ill. 21. Vvlg. II par. 10, 11 pater meus imposuit vobis grave iugum, et ego maius pondus apponam. Vvlg. act. 2, 41 appositae sunt in die illa animae circiter tria milia. 11, 24. Avg. quaest. hept. 2, 78 dotem. Sidon. epist. 4, 6, 3 huiusmodi consilio album calculum ... apponam. Vict. Vit. 2, 12 crimine adposito. 2, 52 calumniis adpositis. Cod. Iust. 11, 58, 3 eum censuum modum, quem ... peraequator apposuerit. Ennod. op. 4 p. 391, 15 fortiori consilio manus apposuit. Alc. Avit. hom. 29 p. 150, 20 *Petrus* accepit claves, adponat hic potestatem ligandi. Vvlg. act. 12, 3 apposuit, ut apprehenderit et Petrum. Cic. Piso 73 qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare. epist. 13, 6, 2 relicuis epistulis ... notam apponam. Svet. Claud. 16. Qvint. inst. 1, 7, 2 syllabis ... adponere apicem. Gell. 10, 25, 3 versum Naevi apposui. Capitol. Pert. 15, 8 epistula, quae vitae illius a Mario Maximo apposita est. Vop. Aur. 14, 1 quae (*verba*) propria et ipsa adponenda decrevi. Sor. gyn. 11 volui ... in singulis partibus eius (*matricis inpictae*) singulas litteras adponere. ... Mart. Cap. 3, 273 accentus ... fastigia vocamus, quod litterarum capitibus apponantur. Qvint. inst. 8, 6, 29 epitheton quod detracto eo,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cui adponitur, valet pro nomine 'Tydides, Pelides'. 8, 6, 40. 8, 6, 42 non singula modo, sed etiam plura verba adponi solent ut 'coniugio Anchisa Veneris dignate superbo'. *i. q. adnumero*: TER. Andr. 331 cum is nil mereat, postulare id gratiae adponi sibi. HOR. carm. 1, 9, 15 quem fors dierum cumque dabit, lucro adpone. FRONTO p. 61, 12 N. si ... infirmior littera istic erit, id tempori adponas. IREN. 1, 19, 1 ... in Bythi ignorantia apponunt. MART. CAP. 8, 815 neque enim vel axem polosque ... ego robori mundanae rationis apponam.

III *de actione iterata* (προστίθημι) *apud* ECCL., *cf. Rönsch, Itala u. Vulgata p. 454.* *c. inf. vel* ut: ITALA (Aug. loc. hept. 1, 12 *qui addidit*: locutio est frequens in scripturis 'apposuit dicere') gen. 4, 2 apposuit parere fratrem eius Abel (VVLG. rursumque peperit). cod. Weing. Ion. 2, 5 apponam, ut respiciam in templum (VVLG. rursus videto). AVG. loc. hept. 2 ad exod. 10, 28 Pharao ad Moysen: 'attende tibi ultra apponere videre faciem meam' pro eo quod est: 'attende tibi, ne ultra videas faciem meam'. ITALA (Aug. quaest. hept. 2, 51) exod. 14, 13 non apponetis amplius videre eos in aeternum tempus. cod. Lugd. gen. 30, 24 apponat mihi deus filium alterum. num. 11, 25 profetarunt in castris et iam non adposuerunt. ITALA (Lucif. de reg. apost. 8) IV reg. 21, 8 et non adponam pedem in Israel movere a terra. VVLG. I reg. 7, 13 humiliati sunt Philiistim nec apposuerunt ultra, ut venirent in terminos Israel. IV Esdr. 10, 19 apposui adhuc loqui ad eam et dixi. II reg. 20, 10. psalm. 10, 18 non apponat ultra magnificare se homo super terram. 77, 47. *aliter*: MART. CAP. 7, 763 apponamus *antecedente* ponamus *est i. q. iterum ponamus*. DID. apost. 51, 3 calcare atrium meum non adponitis adhuc.

synonyma: adfero (GELL. 2, 2, 5), adnascor (PLIN. nat. 37, 110), circumdo (LVCR. 6, 1036). averto (NOVAT. tract. 6), indo (PLAVT. Pseud. 815). *contrarium*: inmisceo (SEN. epist. 87, 27).

part. adi. **appositus**, -a, -um. *comp.* CIC. Verr. 5, 126. *superl.* VARRO rust. 2, 10, 4. 3, 8. 3, 9, 10 CIC. inv. 1, 19.

I *vicinus*: **1** *proprie*: CIC. Arat. 19 Andromedae laevo ex umero, si quaerere perges, adpositum poteris supra cognoscere piscem (GERM. 378 per appositi ... lumina signi. HYG. astr. 1, 6 p. 25, 10 sol). OV. am. 3, 6, 7 apposito de monte. met. 4, 601 nemoris. SEN. Tro. 221 apposita celso parva Lyrnesos iugo. CVRT. 4, 1, 26 regionem urbi adpositam. 5, 1, 28 crepidinis. 7, 11, 29. 10, 10, 4 Thraciam adpositasque Thraciae Ponticas gentes. MELA 1, 34 quod (*Hippo Diarrytus*) litore eius adpositum est. 1, 109. 2, 1 sinistro latere innavigantium adposita *Europa*. 3, 87 quae passim adposita sunt. *passim*. PLIN. nat. 3, 111 Ancona adposita promunturio Cunero. 4, 48 Cissam flumini Aegos adpositam. 4, 80 ab eo (*Histro*) in plenum omnes Scytharum sunt gentes, variae tamen litori adposita tenuere, alias Getae ... alias Sarmatae .... 6, 33 Asiae magna portio, adposita septentrioni. 6, 85 portum contra meridiem adpositum oppido. 10, 121 sutrinam. 12, 9 *platanus* itineri adposita. 36, 76 vico. 37, 101 quidam vigor adposita tinguens. *passim*. VAL. FL. 5, 557 adposita fluvius defenditur urbe. FRONT. aq. 10 aedicula fonti adposita. strat. 3, 10, 8. TAC. ann. 2, 7 castellum Lupiae flumini adpositum. 12, 57 convivium effluvio lacus adpositum. hist. 3, 71 in porticus adpositas aedibus. AMM. 14, 2, 9 adposita quaeque vastare. 15, 8, 7 malo ultra adposita iam proserpenti. 17, 7, 2 amendato solis splendore nec contigua vel adposita cernebantur. 20, 3, 5 proxima et adposita. 31, 3, 8.
2 *translate*: CIC. inv. 2, 165 audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum et tamen vitium est. SEN. epist. 4, 10 parabile est quod natura desiderat et adpositum. 71, 4 plerumque finem summi boni ignoramus adpositum. QVINT. inst. 4, 3, 11 iudicis quoque noscenda natura est iuri magis an aequo sit adpositus. AMM. 28, 1, 38 implacabilitate ultra adposita iam pergent. SYMM. rel. 34, 6 ipsum Basilium haberet adpositum. *technice*: QVINT. inst. 5, 10, 86 adposita vel comparativa dicuntur, quae minora ex maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus probant. ... 'si quis sacrilegium facit, faciet et furtum?

II *aptus, idoneus*: VARRO rust. 1, 7, 5. 1, 23, 1 alia loca adposita sunt ad faenum, alia ad frumentum, alia.... 2 praef. 5. 2, 7, 5. 2, 10, 4 non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Bastulus neque Turdulus idonei, Galli adpositissimi, maxime ad iumenta. 3, 8 ad saginandum adpositissimum tempus circiter messem. 3, 9. CIC. inv. 1, 19 firmissima argumentatio defensoris et appositissima ad iudicationem (QVINT. inst. 3, 11, 9). Verr. 2, 30 menses tris ad agendum maxime appositos. 5, 126 multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa. 6, 108 homo bene appositus ad istius audaciam. Att. 3, 14 ab ipso loco minime apposito ad tolerandam ... calamitatem. 8, 7, 3 cetera apposita (*var. lect.* apposite) tibi mandabo. ad Q. fr. 2, 2, 1. AETNA 388 adpositum ... igni genus utile terrae. PERS. 5, 38 tunc fallere sollers adposita intortos extendit regula mores. MIN. FEL. 2, 3 blanda et adposita curatio. 9, 4 occultis ac nocturnis sacris adposita suspicio. RVT. rhet. 1, 18.

subst. **appositum**, *adiectivum, epitheton, ἐπίθετον*: QVINT. inst. 2, 14, 3 uno modo fit adpositum ars rhetorica, ut navis piratica, altero nomen rei, qualis est philosophia, amicitia. 9, 4, 24 ut vocabula verbis, verba rursus adverbiis, nomina adpositis et pronominibus essent priora. 8, 6, 40 ornat *ἐπίθετον*, quod recte dicimus adpo-

situm, a nonnullis sequens dicitur. 8, 6, 41 ut sine adpositis nuda sit et velut incompta oratio. 8, 2, 10. 8, 6, 43.

synonyma: contiguus (AMM. 17, 7, 2), proximus (AMM. 20, 3, 5). aptus (VARRO rust. 2, 10, 4), comparativus (QVINT. inst. 5, 10, 86), idoneus (VARRO rust. 2, 10, 4), parabilis (SEN. epist. 4, 10). sequens (QVINT. inst. 2, 14, 3). *contrarium*: contrarius (CIC. inv. 2, 16, 5).

adv. **appositē**, *i. q. apte*: CIC. inv. 1, 6 dicere apposite ad persuasionem (QVINT. inst. 2, 15, 5 MART. CAP. 5, 439). 1, 6 curare ad sanandum apposite. GELL. 2, 23, 11 quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit. *Lehnert.*

apporrēctus *ab* ad *et* porrigo, *porrectus apud*. OV. met. 2, 561 *Cecropides in cista Ericthonium* infantemque vident adporrectumque draconem.

apportātio, -ōnis *f. ab* apporto. VITR. 2, 9, 16 cuius materiei si esset facultas adportationibus ad urbem, maximae haberentur in aedificiis utilitates.

apporto, -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* porto. [*ital.* apportare, *francog.* apporter, *hisp.* aportar. *M.-L.*] GLOSS. IV 8, 16 adicit vel adfert. IV 304, 55 adportatum: adlatum, devectum. *cum ceteris verbi* portare *compositis comparat* BEDA gramm. VII 264, 23 ALBIN. *ibid.* 296, 17.

I ***proprie***: *res*: PLAVT. Epid. 36 alia *arma* apportabunt ei (*Stratippocli quasi Achilli*) Nerei filiae. Stich. 412 magnasque adportavisse divitias domum. *corrupte* C. GRACCHVS orat. apud Fest. 201. VARRO rust. 1, 16, 1 neque fructus nostros exportare expediat neque inde (*ex regione infesta*) quae opus sunt adportare. 2, 4, 10 e Gallia adportantur Romam pernae. 3, 14, 4 minutae albulae, quae adferuntur e Reatino, et maximae, quae de Illyrico adportantur. CIC. Verr. 5, 121 Romam quae apportata sunt *ornamenta*. 2, 57 signa atque ornamenta ... populo Romano. Scaur. 45 clitellis eas (*columnas*) apportavi. Verr. 4, 172 ex Sicilia ... frumentum. 2, 147 lapis aliquis caedendus et apportandus. off. 1, 151 *mercatura* multa undique apportans. CAES. Gall. 5, 1, 4 quae sunt usui ad armandas naves, ex Hispania adportari iubet. NEP. Alc. 9, 2 quae (*i. pecuniam*) apportarat, abstulerunt. LIV. 29, 11, 8 deam adportari. 35, 51, 9 machinas tormentaque adportari (comp. *pars codd.*). 36, 4, 5 dimidium eius (*hordei*) Romam. 45, 42, 6 pecuniam ad redimendum filium. VITR. 2, 10, 2 (*syn.* advehere). 7, 9, 6. 8, 2, 5 venti ... adportant imbres. 10, 2, 13 *basim*. FEST. 177 signa (*syn.* advehere). COLVM. 1, 3, 3. CORP. X 4842, 26 quaeque ... opus erunt, quo proxume poterit, advehere adferre adportare (VENVL. dig. 43, 19, 4 *ter*. VLP. dig. 43, 19, 5 impensam. 43, 21, 1, 6 advehere adportareque). PLIN. nat. 7, 197 plumbum ex Cassiteride insula primus adportavit Midacritus. 9, 11 ossa *beluae* Romae apportata ex oppido Iudaeae Iope ostendit ... M. Scaurus. 33, 162. 35, 43. STAT. Theb. 8, 739 caput o mihi si quis apportet ... tuum. 7, 397 apportat matribus agnas *pastor*. Ach. 1, 170 catulos. 1, 725 tubam. SVET. Cal. 22 simulacra. Dom. 6 caput *Antoni*. FRONTO p. 68, 15 N. de Apollonis bibliotheca has mihi orationes adporta. APVL. met. 9, 33 sacculo et utribus ... adportatis. VEG. mil. 4, 7 pabula. 4, 16 adportatis lapidibus, lignis ac terra. VVLG. II Esdra 13, 12 decimam frumenti. AVG. civ. 8, 18 hinc petita qui allegent, inde concessa qui apportent. MART. CAP. 2, 213 rosas et ... inlecebras. 6, 724 libros. CANON. interpr. vet. (Migne 56, 832) ab eius populo litteras adportando.
saepe de verbis, nuntiis, sim.: PLAVT. Epid. 21 voluptabilem mihi nuntium tuo adventu adportas (adtulisti *P*), Thesprio. Most. 466 quam subito rem mihi adportas novam? Poen. 640 si quid boni adportatis habeo gratiam. Stich. 295 tantum a portu adporto bonum. 338 ecquid adportas boni? TER. Andr. 73 ei vereor ne quid Andria adportet mali. 858 quidnam adportas? (*cf.* GLOSS. V 530, 32 atportat atnuntiat). Haut. 427 nuntium. PACVV. trag. 318 nihilne a Troia adportat fando? POMPON. com. 135 adportas nuntium nobis disparem, divisum: huic seni senium et metum. LVCR. 5, 100 ubi insolitam rem adportes auribus ante. SIL. 11, 80 mandata superbo ore apportabat. HIER. epist. 46, 12 nuntium. VVLG II reg. 18, 31 bonum apporto nuntium. MART. CAP. 1, 2 edoce quid adportes. 7, 729. CANON. interpr. vet. (Migne 56, 834) preces. PLAVT. Men. 3 apporto vobis Plautum, lingua non manu. TER. Phorm. 24 adporto novam ... comoediam. PLAVT. Merc. 161 tibi ... a portu adporto hoc :: quid fers? dic mihi. :: vim metum, cruciatum curam, iurgiumque atque inopiam. 269 simia illa atque haedus mihi malum adportant. TER. Haut. 747.
homines: PLAVT. Merc. arg. 1, 2 emit atque adportat ... mulierem. CIC. Pis. frg. 14 M. tua illa nescio quibus a terris apportata mater. STAT. Theb. 5, 133 deus hos deus ultor in iras adportat. CLAVD. 26, 456 speculamur ..., socios adportet an hostes ille globus. *reflexive*: ACC. trag. 554 (*ex Varrone et Festo*) quis tu es mortalis, qui in deserta et tesqua te adportas (appones *Varro*) loca? *nota*: PLAVT. Amph. 865 huc ... adventum adporto *i. advenio*. **II** ***translate***: CAECIL. com. 173 senectus, si nil quicquam aliud viti adportes tecum. TER. Ad. 856 quin res aetas usus semper aliquid adportet novi. LVCR. 5, 220 cur anni tempora morbos adportant? CLAVD. 15, 262 quamvis ... proditor apportet ... salutem. MART. CAP. 2, 114 quantum usus eius telluris apportat. CANON. interpr. vet. (Migne 56, 834) haec molestia nobis reprehensionem adportat. SOLIN. 32, 14 cum exiguitas *Nili* minimum adportet fecunditatis. VEG. mil. 3, 8 ne locus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...adportet incommodum. Ps. Ascon. Verr. 2,1 p.174 B. non video quid apportet hic sensus. Ennod. opusc. 3 (p. 366, 21 Vind.) segetum ferax spinas atque iniussa plantaria campus adportat (aportat *Trecensis unus, puto* abortat, *cum sequatur* mater Liguria).

synonyma: adferre, ferre, advehere, (importare), (comportare). nuntiare. *opposita*: (asportare), auferre, exportare.

adpōsco, -ere, *posco praeter aliud*: Ter. Haut. 835 minas ... iam decem habet a me filia ... porro haec talenta dotis adposcunt duo. Hor. epist. 2,2,100 *poeta aequatur Callimacho*; si plus adposcere visus, fit Mimnermus. *V.*

appositio, -ōnis *f.* Gloss. II 394,42 *παράθεσις*. **I** *actus iuxta ponendi*: **1** *in universum* (*v. sub* appono *I A 1 p. 300*): Mart. Cap. 6, 693 aliarum gentium homines aspernantur et appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum. 8,847 multiplici clepsydrarum adpositione. **2** *de cibis* (*v. sub* appono *I A 2 p. 300*): Vvlg. Sirach 30,18 bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositae sepulcro. Cassian. Nest. 6,1,1 *quomodo* panum numerus ... ad divisionem ipsam appositionemque suffecerit. *de sacrificiis* (*v. sub* appono *p. 301, 30*): Avg. quaest. hept. 2,133 adpositionem incensi, quam cotidie iusserat fieri. **3** *de medicamentis* (*v. sub* appono *I A 4 p. 301*): Sor. gyn. 2,4. Cael. Avr. acut. 1,11,77 cucurbitae. chron. 3,2,25 hirudinum. 2,7,102 spongiorum. acut. 2,37,216 nutribilium cataplasmatum atque inductionum. 2,29,149 lanarum. *passim*. Oribas. syn. 1,22. **II** *actus addendi* (*v. sub* appono *II p. 302*): Gell. 7,1,4 quid item fortitudo intellegi posset, nisi ex ignaviae adpositione. Lampr. Comm. 5,14 ficti criminis adpositio. Ascon. Scaur. p. 23 B. cum adiecerit illam appositionem, ut non (nomen *codd.*) intulerit postea alterum. Qvint. inst. 5,11,1 *παράδειγμα*, quo nomine et generaliter usi sunt in omni similium adpositione. Prisc. gramm. III 180,10. Boet. top. Arist. 2,4 amplius *contingit argumentari* aut ex appositione, si alterum ad alterum appositum faciat bonum vel album. **III** *praedicatio* (*v. sub* appono *III p. 303*:) Boet. herm. pr. 2,12 p. 174,25 adpositiones id est praedicationes (*προσθέσεις*). *ibid.* p. 175,28. herm. sec. 5,12 p. 405,19.

appositīcius, -a, -um. Gloss. III 102,9 appositicium *ἐντεθειμένον*. Frg. Dosith. 2 p. 151,22 Krüger: iuris civilis, ut quid appositicium appellatur, ex pluribus partibus constat.

appositīvus, -a, -um. Prisc. gramm. III 179,25 'ipse' additivum vel appositivum *pronomen* dicitur, quod Apollonius *ἐπιταγματικόν* nominat, non quod solum hoc pronomen aliis pronominibus vel etiam nominibus apponitur, sed quod frequentius quam alia ...., inveniuntur enim et alia pronomina appositiva.

(**appositus**), -ū *m. ab* appono. *ablativus tantum legitur*. Arnob. nat. 2,67 sacras facitis mensas salinorum adpositu et simulacris deorum. Plin. nat. 23,164 *myrtidanum* vulvae prodest adpositu. 24,30. 23,117 *fici sucus* ... ad cienda menstrua adpositu cum luteo ovi. 24,22. 24,24 *styrax* ciet menses potu adposituque. 24,62. Ser. Samm. 134. 409.

appostōrium, -ī *n. ab* appono, appostum. Itala cod. Monac. exod. 38,30 *fecerunt* ansolas et uncinos et adpostorium altaris et omnia vasa eius (*παράθεμα*. Vvlg. altare aeneum cum craticula sua). *Lehnert.*

appōstulo, -āre. *ab* ad *et* postulare. Tert. monog. 10 pro anima eius orat et refrigerium interim atpostulat ei.

appōtus, -a, -um (*cf.* adbibo), *ab* ad *et* potare. Plavt. Curc. 354 postquam cenati atque appoti, talos poscit sibi in manum. Rud. 566 vel ego amare utramvis possum, si probe adpotus siem. Amph. 282 dormire Solem, atque adpotum probe. *cf.* Gell. 6,7,7 'adpotus' cum dicimus, ... intentio ... demonstratur. *cf. Kaibel, com. gr. frg. I p. 62, 16.*

adpraesēns, -tis *adi. i. q.* praesens *vel* (adsens). Greg. Tvr. glor. conf. 94 si eo momento adpraesens fueris. *aliter ibidem* 5 ad praesens.

apprecor, -ātus sum, -ārī. *ab* ad *et* precari, *cf.* adoro. Hor. carm. 4,15,28 rite deos prius adprecati ... duces ... canemus. Apvl. met. 4, 29 *Psychen* per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur. 6, 3 aram ... amplexa ... sic adprecatur. 11, 1 deam ... lacrimoso vultu sic adprecabar. 11, 20 deae venerabilem conspectum adprecamur. *V.*

apprehendentia, -ae *f.* Avg. fratr. erem. 42 vel meritum vitae vel apprehendentiam meritorum vitae *petere debes*.

apprehendo *vel* **apprēndo**, -dī, -sum, -dere. *ab* ad *et* prehendere. Gloss. *δράσσομαι, ἐπιλαμβάνομαι, καταλαμβάνω* (*vel -ομαι*), adpetit, desiderat vel accusat. *vox ut videtur non est stili elati; rarissime legitur apud poetas* (Plavt. *semel*, Caecil. *item*, Ter. Andr. 353 *in recensione Calliopii, ubi* prĕhendit *A*; [Phorm. 863 reprehendit *A*]. Sil. *quater*, Stat. *quinquies, e recentioribus hic ille*), *familiaris est solis* Val. Max., Cels., Plin. nat., Qvint., Ictis, Hier. *ceteri ferme scriptores* comprehendo *vel simplex verbum malunt, cf. p. 307, 13. poetae metro cogente forma contracta* apprendo *utuntur, quae hic illic etiam in scriptorum libris legitur*. adpraehendo *legitur nonnumquam apud recentiores*. adpraehendiderit Itala cod. Taurin. Marc. 19,18. adprehinsus *v. p. 306, 72.* [*val.* aprinde 'incendere', *ital.* apprendere, *francog.* apprendre, *hisp.* aprender 'discere'. *M.-L.*]

I ***de loco*: a** *appropinquant homines* (*bestiae*): *absolute*: Trag. inc. 165 pater adpropinquat (*sc. Aeetes Medeae vestigia premens*). Cic. Mil. 48 Milonem appropinquare. Pomp. Cic. Att. 8, 12^{b}, 1 quanto . . . magis appropinquare adversarius (*i. Caesar cum exercitu*) coepit. Caes. civ. 3, 13, 2. Gall. 7, 88, 3 cohortes . . . adpropinquant. civ. 3, 93, 1. Hirt. Gall. 8, 17, 3 *Caesar* cum legionibus quam potest maxime adpropinquat. Nep. Eum. 9, 1. Liv. 6, 22, 9 adpropinquare Romanos senserunt *hostes*. 10, 14, 19. 10, 35, 12. 22, 19, 11 Romanus . . . appropinquabat (*sc. classe*) *cf.* Ambr. Dav. 4, 9, 34. Sen. dial. 10, 9, 5 *iter facientes* pervenisse ⟨se⟩ ante sentiunt quam adpropinquasse. Cvrt. 4, 15, 5. Colvm. 7, 12, 7 *canes* advenientem . . . conterrent nec patiuntur propius accedere vel constantius appropinquantem . . . invadunt. Mela 3, 43 *eques fugiens* rabiem adpropinquantium *tigrium* astu frustraturus. Svet. Claud. 12 Ner. 49. Fronto p. 12, 22 N. *adversarius* si nondum venit, at saltem adpropinquat. Apvl. met. 11, 12. Vvlg. gen. 18, 23 *Abraham* appropinquans ait (*sc. domino*). 33, 3 *al. translate*: Is. 29, 13 appropinquat populus iste ore suo, et labiis . . . glorificat me, cor autem eius longe est a me. ***cum dativo*: *hominum, sim.*** (*cf. p. 315, 34*): Caes. civ. 3, 69, 1 equitatus . . . nostris equitibus adpropinquabat. Gall. 4, 25, 2 *milites* hostibus *cf.* 2, 19, 2. civ. 3, 26, 2 *Coponius* cum iam nostris remissiore vento adpropinquasset (*sc. navibus*). Itala (Tert. ieiun. 10) Dan. 9, 21 vir . . . velociter volans appropinquavit mihi (Vvlg. tetigit me). Vvlg. Luc. 15, 1 erant . . . appropinquantes ei (*Iesu*) publicani. *translate*: Vvlg. lev. 10, 3 qui appropinquant mihi (*deo*). deut. 33, 3 pedibus eius (*dei*). 4, 7 deos appropinquantes sibi (*sequitur* adest). Iac. 4, 8 appropinquate deo et appropinquabit vobis (*i. iuvabit vos*) *cf.* Evgipp. Sev. 43, 4. Ambr. Dav. 3, 11, 29 adpropinquent tibi et non se segregent. deus enim adpropians, non repulsor adpropinquantium est. Hier. in Is. 55, 6. 7 (p. 649 Vall.) *deus sum* appropinquans eis, qui mihi appropinquant fide, et longe recedens ab his, qui a me procul infidelitate discedunt. *de hostili, ut videtur, accessu*: Vvlg. psalm. 54, 19 redimet . . . animam meam ab his, qui appropinquant mihi *cf.* 22. *de concubitu*: Vvlg. exod. 19, 15 ne appropinquetis uxoribus vestris. *locorum*: Cic. fin. 5, 64 regem . . . moenibus iam appropinquantem (Iord. Rom. 132). Caes. Gall. 2, 10, 5 Divitiacum atque Haeduos finibus Bellovacorum adpropinquare (Liv. 31, 5, 6). Gall. 6, 37, 2 equites . . . castris (civ. 3, 65, 1 Svet. Galb. 10). civ. 3, 80, 4 Pompeius . . . Thessaliae. 2, 38, 1 *Saburra* Uticae. Liv. 3, 8, 8 hostes . . . urbi. 6, 24, 2 vallo. 24, 7, 4 ianuae (Val. Max. 2, 10, 2 Vvlg. iud. 9, 52). 25, 9, 13 Philumenus portulae parte alia. 28, 34, 12 Oceano (44, 5, 12). 21, 54, 8 aurae fluminis. 30, 25, 11 terrae (37, 24, 9). Plin. nat. 10, 65 *coturnices* terris (*ibid.* velis saepe incidunt). 10, 66. 11, 94. Tac. Agr. 37 *hostes* silvis. hist. 1, 39 foro. Vvlg. Dan. 6, 20 lacui. Luc. 15, 25 domui. act. 9, 3 Damasco. *passive impersonaliter*: Caes. civ. 1, 79, 4 cum eiusmodi locis esset adpropinquatum. Sidon. epist. 1, 5, 2. *aliarum rerum* (*translate*): Sen. epist. 30, 13 *agitatores* septimo spatio (*abl.*) palmae adpropinquant. 71, 28 *sapiens* perfecto bono. Vvlg. Iob 33, 22 corruptioni anima. *cum* **ad**: Cic. fin. 4, 64 si plures ex alto emergere velint, propius fore eos . . . ad respirandum, qui ad summam aquam iam appropinquent. Bell. Afr. 23, 2 *Pompeium* usque eo . . . propius accedere, donec ad ipsas portas . . . adpropinquaret. Hisp. 3, 8. 9, 3. Nep. Timoth. 3, 3 *imperatores* ad insulam. Liv. 40, 58, 3 Bastarnas . . . ad iuga montium adpropinquantes (40, 22, 4 iugis). Vitr. 10, 16, 7 helepolis accedens antequam adpropinquaret ad murum. 1, 5, 2. Dictys 2, 14. Ambr. off. 3, 19, 113. Vvlg. exod. 28, 43 *sacerdotes* ad altare. Ios. 3, 4 *al.* psalm. 106, 18 usque ad portas. Luc. 19, 29 ad Bethphage. Bell. Hisp. 2, 3 ad quos (*legatos suos*) celerius . . . adpropinquavit *Caesar*. Hist. Apoll. 13 p. 25, 10 R. Apollonius . . . constanter . . . ad regem. Vvlg. Ezech. 42, 13 sacerdotes . . . ad dominum. 44, 13. psalm. 90, 7. *translate*: Ambr. Isaac 3, 6 perfecta anima . . . malignum refugit . . . nec adpropinquat ad illius terrenae labis corruptionem *cf. l. 68.* Heges. 1, 1, 5 ad quam (*rei summam*) Simon . . . appropinquavit. *cum aliis praepositionibus vel nudo accusativo*: Bell. Hisp. 30, 2 cum in . . .

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

planitie iniquum in locum nostri adpropinquassent. 5, 2 fluminis ripas adpropinquantes ... praecipitabantur (*cf. Landgraf, Archiv 10, 1898, 396 et l. 73*). 29, 8 nostri ... propius rivum cum adpropinquassent. Hyg. fab. 16 p. 51 prope litus. Vvlg. Dan. 8, 7 prope arietem. I reg. 17, 41 ibat ... Philistaeus incedens et appropinquans adversum David (psalm. 37, 12). 48 contra David. Vvlg. II reg. 20, 16 appropinqua huc. **b** *appropinquant res* (*cf. l. 36. 37*): *absolute*: Caes. civ. 1, 51, 5 signa legionum adpropinquare coeperunt (Liv. 30, 11, 11). Sall. Iug. 53, 1 *pulveris vim magnam* magis magisque adpropinquare vident. Liv. 36, 43, 9 appropinquare iam Romanam classem (37, 27, 6. 8 *cf.* 44, 28, 10. Frontin. strat. 2, 7, 14). 44, 6, 6 si dux intrepidus ... primam speciem adpropinquantis terroris (*i. exercitus Romani*) sustinuisset. Plin. epist. 6, 16, 12 nondum periculo adpropinquante (*sc. a Vesuvio*), conspicuo tamen et, cum cresceret, proximo. Sen. nat. 7, 12, 1 cum stella stellam adtigit ..., cum appropinquavit. Plin. nat. 2, 59 *stellas errantes* ab alio latere adpropinquantes (*sc. soli*). 2, 79. 8, 66 adpropinquante fremitu *tigrium cf. p. 314, 33*. 18, 355 adpropinquante ... sole discutientur *nubes*. 24, 167 aeschynomenen, quoniam adpropinquante manu folia contraheret. Frontin. strat. 2, 3, 17 adpropinquantibus quadrigis. Vvlg. Amos 9, 10 non appropinquabit et non veniet super nos malum. *cum dativo*: Caes. Gall. 2, 31, 1 moveri *turrim* et adpropinquare moenibus. 7, 22, 5 cuniculos. 4, 28, 2 *naves* Britanniae. civ. 2, 7, 3. Gall. 4, 10, 4 Rhenus ... Oceano. Sen. nat. 7, 22, 2 cometes ... solo *cf.* Plin. nat. 2, 100. 11, 180. Vvlg. psalm. 90, 10 flagellum non appropinquabit tabernaculo. Is. 54, 14 *pavor* tibi. Avg. civ. 21, 4 p. 495 ut ei (*magneti*) appropinquaverit *adamas*. *nota*: Sidon. epist. 4, 20, 2 vestis ... vix appropinquans poplitibus. Vvlg. III reg. 8, 59 sint sermones mei ... appropinquantes domino deo nostro die ac nocte. Mart. Cap. 8, 873 *solem* ad terrae confinia appropinquare. Vvlg. psalm. 118, 169 appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo. *nota*: *appropinquare i. q. propinquum, vicinum esse*: Novell. Theod. 24, 1, 1 (Cod. Iust. 1, 46, 4 pr.) duces limitum ... quibus gentes, quae maxime cavendae sunt, appropinquant. Novat. Cypr. epist. 30, 8 cum quibusdam episcopis vicinis nobis et appropinquantibus. *translate*: Possid. vit. Aug. 4 quia et locus (*i. dignitas*) presbyteri appropinquaret ... episcopatui. *i. q. augeri*: Vvlg. Sirach 24, 43 fluvius meus appropinquavit ad mare (*ἐγένετο εἰς θ.*). 37, 33 aviditas ... usque ad choleram (*ἐγγιεῖ ἕως χολέρας*).

II *de tempore*: **a** *appropinquant tempora vel quae tempore fiunt*: *absolute*: Cic. Sulla 54 quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Pis. 54. Colvm. 11, 3, 11 sationis ... tempus. Svet. Domit. 14 suspecti periculi. Vvlg. Matth. 21, 34 fructuum. act. 7, 17 Luc. 21, 8. Sidon. epist. 7, 16, 2 aestatis. *nota*: Vvlg. IV Esdr. 14, 10 saeculum perdidit iuventutem, et tempora appropinquant senescere. Cic. Tull. 21 cum lux appropinquaret (Liv. 5, 39, 8. 45, 6, 6 Mela 1, 94 Hier. epist. 120, 4). Caes. Gall. 7, 83, 8 meridies (ad meridiem *β*). Ivst. 31, 2, 3 vesper. Liv. 10, 42, 4 nox (44, 43, 2 Qvint. inst. 8, 6, 22). Liv. 3, 34, 7 dies comitiorum. Val. Max. 4, 7 ext. 1 finita dies. Vvlg. III reg. 2, 1 appropinquaverunt ... dies David, ut moreretur (I Macc. 2, 49). Ezech. 22, 4 appropinquare fecisti dies tuos et adduxisti tempus annorum tuorum. 30, 3 iuxta est dies et appropinquat dies domini. Rom. 13, 12. Matth. 26, 45 hora. deut. 15, 9 annus. Itala (Aug. civ. 18, 32) Abac. 3, 2 dum appropinquant anni, nosceris (Vvlg. in medio annorum; *ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη*). Caes. civ. 3, 9, 8 hiems *cf.* Nep. Eum. 5, 7 Cels. 2, 8 p. 51 Colvm. 6, 27, 8. Cic. epist. 6, 21, 1 adpropinquare exitus huius ... belli. Vvlg. I Petr. 4, 7 omnium finis. Cic. ad Q. fr. 3, 8, 1 eius rei maturitas nequedum venit et tamen iam adpropinquat Cic. Verr. 5, 141 meus adventus (epist. 2, 6, 1 *al.* Caes. Gall. 7, 77, 11 Nep. Iph. 2, 5 Vvlg. Iac. 5, 8). Catil. 3, 19 haruspices ... caedem atque incendia ... et bellum civile ... et totum urbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt (Avg. civ. 15, 23 p. 109 excidium). Cluent. 31 partus (Colvm. 8, 11, 8 *al.*). 192 iudicium (Fronto p. 40, 15 N. cognitio). Tusc. 4, 19 malum (35). fin. 5, 31 mors (div. 1, 63. 64 Svet. Cal. 57 *cf.* Vvlg. gen. 47, 29 Sirach 11, 20). epist. 12, 10, 2 conatus audiuntur ..., gesta res exspectatur, quam quidem aut iam esse aliquam aut adpropinquare confido. Sen. epist. 26, 4 velut adpropinquet experimentum et ille laturus sententiam ... dies venerit. Cvrt. 3, 6, 15 victoriae adpropinquantis admonere (Apvl. met. 3, 12 convivii). Vvlg. deut. 20, 2 appropinquante ... iam proelio. Ezech. 9, 1 appropinquaverunt visitationes urbis. Luc. 21, 28 redemptio vestra. Matth. 3, 2 *al.* appropinquavit ... regnum caelorum *quod localiter quoque accipi potest, cf.* Luc. 10, 9 appropinquavit in vos regnum dei (*ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς*). *cum dativo*: Cic. Catil. 2, 11 quibus ego confido impendere fatum aliquod et poenam ... aut instare iam plane aut certe appropinquare. Phil. 4, 10 illi poena..., nobis libertas appropinquet. Fronto p. 12, 2 N. appropinquans et imminens tibi somnus. **b** *appropinquant homines al. temporibus vel cum tempore futuris*: Caes. Gall. 5, 44, 1 centuriones, qui iam primis ordinibus adpropinquarent. Val. Max. 9, 13 ext. 4 *filia* adultae aetati. Sidon. epist. 7, 2, 6 nubilibus annis. Tac. ann. 6, 50 *Tiberius* supremis (*i. morti*) *cf.* Vvlg. psalm. 87, 4 vita mea inferno. Sirach 51, 9 vita mea appropinquans erat in inferno (*ἤγγισεν ἕως θ.*). Chalc. transl. 21 *grandis natu* ad nonagesimum annum. Vvlg. Is. 26, 17 *mulier* ad partum. Novell. Valent. 2, 2, 2 *causidicis* ad agendum viginti annos, non ut appropinquare vicesimum, sed ut explere fas sit, ... decernimus. Cic. fin. 3, 48 catulus ..., qui iam appropinquat, ut videat (*opp.* qui modo est natus). *deponens?* Greg. Tvr. conf. 60 vox ... dicens: 'adpropinquare feretro et ... recipies visum' (appropinqua *al.*).

structurae (*v. s.*): *nota*: appropinquans sum (*v. p. 314, 43. 315, 83*). *adverbia*: iam, nondum *passim*. celerius, constanter (-ius), quam maxime, plane (Frontin. strat. 2, 7, 14), temere (Liv. 44, 10, 6).

synonyma: *ad I*: accedo, (adeo), adpropio, adsum, (propinquo), venio. vicinus sum. *ad II*: iuxta sum, immineo, impendeo, insto, venio. *opposita*: *ad I*: adtingo, pervenio. discedo, recedo, longe sum. obvius sum. *ad II*: sum, (adsum).

adpropio, -āvī, -ātum, -āre. [*derivatum ab* ad *et* prope, propius. *Th.*] *adpropinquo, adpropero*. Gloss. proximat. [*val.* apropia, *francog.* approcher *M.-L.*] *in* Itala *saepe, ubi* Vvlg. appropinquo; *v. infra et Rönsch, It. u. Vulg. p. 181*. Itala cod. Lugd. gen. 37, 18 providerunt ... eum de longe, priusquam adpropiaret illis (*ἐγγίσαι*, Vvlg. accederet). codd. Veron. Corbei. *al.* Luc. 22, 47 *Iudas* adpropiavit Iesu (Vvlg. appropinquavit). Ambr. Ios. 3, 11. Itala (Aug. locut. 5, 6) deut. 4, 6 gens ... cui est ei deus adpropians illis. Itala (Hil. in psalm. 54, 15) psalm. 54, 19. Itala cod. Harlei. Iac. 4, 8 appropiate deo et appropiabit vobis *v. p. 314, 46*. Itala (Lucif. Athan. 1, 42) Is. 58, 2. Vvlg. Sirach 12, 13 quis miserebitur incantatori a serpente percusso et omnibus qui appropiant bestiis? I Macc. 11, 4 *Ptolemaeus* appropiavit Azoto (II 11, 5). psalm. 26, 2 dum appropiant super me nocentes. Sirach 51, 31 appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum. IV Esdr. 5, 19. exod. 3, 5 ne appropies ... huc. Luc. 12, 33 thensaurum, quo fur non appropiat. Vvlg. Luc. 10, 34 (Itala *nonnulli codd.*) *Samaritanus* appropians alligavit vulnera. act. 23, 15. Ambr. Dav. 3, 11, 29 deus ... adpropians, non repulsor adpropinquantium est. Svlp. Sev. dial. 3, 6, 2 adpropiante Martino (Ven. Fort. vit. Mart. 4, 163). Coripp. Ioh. 6, 370 miles ... appropians. 7, 300. Itala (Hil. in psalm. 54, 17) psalm. 54, 22 appropiavit cor eius. Itala (Lucif. non parc. 35) II Macc. 6, 4 scortantibus ... et in sanctis tectis mulieribus (*dat.*) se adpropiantibus (Vvlg. mulieres se ultro ingerebant). *i. q. propinquum esse*: Itala (Aug. quaest. hept. 5, 46) deut. 25, 6 non erit uxor defuncti ... non adpropianti (*ἀνδρὶ μὴ ἐγγίζοντι*. Vvlg. non nubet alteri). Itala (Aug. quaest. hept. 5, 21) deut. 15, 9 adpropiat annus septimus (Vvlg. appropinquat). Luc. 22, 1 (*codd. plerique*) dies ... azymorum (Vvlg. appropinquabat). Rom. 13, 12. I Macc. 2, 49 (Lucif. non parc. 15). Avg. serm. 210, 2. Vvlg. I Macc 9, 10 appropiavit tempus nostrum. Clem. ad Cor. 25 finis mortis eius (*phoenicis*). Ps. Cypr. abus. 2 vitae defectus. Itala (*multi codices*) Matth. 12, 28 adpropiavit in vos regnum dei (*ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς*; Vvlg. pervenit). Itala (Lucif. Athan. 2, 82) Is. 56, 1 appropiavit salutare meum advenire (Vvlg. iuxta est salus mea, ut veniat). Vvlg. Is. 5, 19 appropiet et veniat consilium sancti Israel. *cf.* propio.

appropriātio, -ōnis *f. ab* appropriare. *actus appropriandi*. Cael. Avr. chron. 2, 13, 151 omnis ... ciborum appropriatio motu quodam necessario perficitur (perspicitur *cod.*).

approprio, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* proprius. *proprium facere*. Beda gramm. VII 263, 26 appropriat (appropiat *al.*) per p (*non per* d) scribendum. Cael. Avr. chron. 4, 3, 22 ad perferendum atque corpori adpropriandum cibum sumptum. 70 ne venter ... laboret ... appropriando (*abl.*) corpori quae sumpserit.

adproximātio, -ōnis *f. concubitus*. Did. apost. 56, 26 custodiunt ... seminis sui cursus et adproximationes mulierum. *idem* 60, 1.

adproximo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* proximare. *appropinquare*. [*francog. vet.* aproismier. *M.-L.*] adproximata tortellum pueris Gloss. ap. Mai. VI 504 *truncata, ut videtur*. *Wölfflin, Archiv 2 (1885) 357—8*. Itala (fragm. Ambros. *ed. Ceriani Monum. sacra et prof. I 1*) Luc. 19, 41 cum approximarent, videns civitatem *Iesus*. Itala (Cypr. orat. 2 *al.*) Ier. 23, 23 deus adproximans et non deus de longinquo (*ἐγγίζων*. Vvlg. deus e vicino). Lex Visig. Recc. 6, 1, 1 si dominus vel quibus commissa res est, difficulter adproximent (*sc. servo?*). Ps. Fvlg. Migne 65, 933 C approximat *salvator*, qui longe non erat, venit ad portam. Vvlg. psalm. 31, 9 qui (*equus et mulus*) non approximant ad te. Did. apost. 60, 4 cursum seminis quis passus et adproximans mulieri. Ambr. laps. virg. 3, 9 quae sanctarum tibi approximare non horreat? hymn. 32, 14 (Migne 17, 1190) iussis tuis obtemperet, nullis malis approximet. Avg. symb. 16 redeamus ad patrem et approximemus deo. Cassian. conl. 8, 18, 2 ne adproximare quidem ... daemones eidem (*Antonio*) ... auderent. *reflexive*: Hist. Apoll. 13 approximavit se Apollonius in regis turba (*i. turbam*; miscuit se ... regi: *altera recensio*). Itala (Tert. Iud. 11) Ezech. 9, 1 adproximavit vindicta civitatis. Vvlg. psalm. 31, 6 ad eum (*sanctum*) non approximabunt *aquae in diluvio*. Serm. antiq. (Migne 13, 637 C) 12 pars aliqua malitiae etiamsi approximavit eis in aliquo, *v. Hauler, Archiv 10 (1898) 440*. *cf.* proximo, adpropinquo. *Hey.*

appūgno, -āre. *ab* ad *et* pugnare. Tac. ann. 2, 81 classem ... adpugnare frustra temptavit. 4, 48 castra. 15, 13 castellum. Veg. mil. 2, 25 ad ⟨ad⟩pugnandum ... vallum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Appulēius *v. sub* Appius.

appulo, -ere. *v.* appuli. GLOSS. II 422, 41 *προσπελάζω* applico appello accedo adverto appulo. 33 *προσορμῶ εἰς λιμένα* applico appulo.

appulsus, -ūs *m. ab* appellere. *vi intransitiva*: CIC. nat. deor. 1, 24 pars earum *regionum* adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu. 2, 141 omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire. div. 1, 64 tribus modis censet *Posidonius* deorum adpulsu homines somniare. MART. CAP. 1, 67 peplum ... caligosum, quod ... si adpulsu cuiusque luminis tangeretur..., praeniteret. 1, 11 nemora...canora modulatio melico quodam crepitabat appulsu. *de navibus*: LIV. 27, 30, 7 portibus et litorum adpulsu arceret. VAL. MAX. 8, 15, 10 M. Catonis ex Cypro ... revertentis adpulsus ad ripam urbis. PLIN. nat. 2, 118 hospitali ... litorum omnium adpulsu. TAC. Germ. 44 utrimque prora paratam semper adpulsui frontem agit. hist. 2, 59 in adpulsu litoris trucidatus. ann. 2, 6 insula ob faciles adpulsus ... opportuna. HEGES. 3, 26, 3 tardior *ratium*. IVST. 28, 5, 1 primus illis appulsus terrae Cyprus...fuit. *vi transitiva*: APVL. met. 6, 8 *savium* blandientis adpulsu linguae longe mellitum. 5, 20 novaculam praeacutam adpulsu etiam palmulae lenientis exasperatam. MART. CAP. 3, 261 'd' appulsu linguae circa superiores dentes innascitur. *ibid.* 'q' appulsu palati ore restricto. *ibid.* 't' appulsu linguae dentibusque inpulsis ext⟨r⟩uditur. *de pecore*: VLP. dig. 8, 3, 1, 1 pecoris ad aquam adpulsus *i. ius appellendi. ibid.* (*ex Neratio*) 5, 1 nec haustum nec appulsum (*πάροδον*) pecoris. 43, 20, 1, 18.

Appulus *v.* Apulus.

appungo, -unctus, -ere. *ab* ad *et* pungere. VEL. LONG. gramm. VII 61, 14 pungit appungit. *proprie*: SORAN. 76 *infans recens natus* vocem solidam ... emittat, maxime cum adpunctus fuerit. *in arte critica*: SERV. auct. Verg. Aen. 1, 21 *duo versus* in Probi adpuncti sunt et adnotatum: hi duo si eximantur, nihil minus sensus integer erit. ANECD. Paris. de notis (Suet. Reiff. p. 138) obelus appunctus (*et paulo post* obelus cum puncto; ISID. orig. 1, 21, 4 obelus superne appunctus) ad ea (ponitur in iis *Isidor.*), de quibus dubitatur, tolli debeant necne. HIER. quaest. hebr. gen. 19, 33 Hebraei quod sequitur ... appungunt desuper *de vocalium hebraico more pingendorum*. *V.*

? **Appus** *cogn. vir. barbaricum*. CORP. III 6347 = 8314 (*in Dalmatia, videtur periisse*) Aur. Appo. *traditur* Appo, Apio, Apro. *Otto.*

adputat NOT. Tir. 24, 28 *iuxta* putat, amputat, conputat, disputat.

apra *v. sub* aper *p. 207, 82*. *V.*

Apragopolis. SVET. Aug. 98 vicinam Capreis insulam Apragopolim appellabat, a desidia secedentium illuc e comitatu suo. *Diehl.*

aprārius, -a, -um. *ab* aper. PAVL. dig. 33, 7, 22 (*cf.* sent. 3, 6, 45) retia apraria et cetera venationis instrumenta.

Aprārius *v. sub* Aper.

aprepēs, *ἀπρεπής. stasis asystata* FORTVN. rhet. p. 84, 4.

aprepia *f.*, *ἀπρέπεια*. SACERD. gramm. VI 454, 29 de aprepia. aprepia est absurda et indecens verborum structura ut: o Tite tute Tati tibi tanta.

Apraeemius, -ī *nom. vir.* NOV. Iust. 11, 1 Attilanis temporibus Apraeemius (*sic codd., variant edd.*) praefectus praetorio ... in Thessalonicam profugus venerat. *confert Bücheler* Ephraim, *Ἐφραίμιος*. *V.*

Aprī *v.* Apros.

aprīcātio, -ōnis *f. ab* apricari. CIC. Cato 57 ubi ... potest illa aetas ... calescere vel apricatione (*cf.* NON. 482 apricatio pro apricitas) melius vel igni? Att. 7, 11, 1 unam ... apricationem (appli- *M*[1]) in illo lucrativo tuo sole malim quam omnia istius modi regna. COLVM. 8, 8, 4 egredientes ad apricationem columbas.

aprīcitās, -ātis *f. ab* apricus. GLOSS. tepor, calor. COLVM. 7, 4, 5 si diei permittit apricitas. 8, 15, 4 apricitate diei. PLIN. nat. 6, 46 sequitur regio Margiane, apricitatis inclusae. SOL. 61, 1 colles, qui salubri apricitate ... prohibent auras pestilentes. IVST. 36, 3, 5 non minor loci eius apricitatis quam ubertatis admiratio est. SALV. eccl. 4, 35 te illorum apricitas delectabit. RVRIC. epist. 1, 17 ut contracti frigore ... apricitatem ignis plurimi diebus cynocaumatis quaereremus.

Apricius *v. sub* Aper.

aprīco *ab* apricus. *tepefacio, tego*: PALLAD. 1, 38, 2 paries resistat qui locum possit defensis sedibus apricare. NEPOTIAN. 2, 1 apposuit (*Iovi pallium*) laneum dicens hoc potius convenire, quod hieme apricaret neque gravaret aestate. PAVL. NOL. carm. 24, 312 Martinianum ... fraternitas tectoque apricat et cibo. *tepeo*: AMM. 23, 2, 6 iam apricante caelo. *deponens*: **aprīcor**. GLOSS. *ἡλιάζω* (*fort. hoc spectat ad* aprico), *ἡλιάζομαι*, in aprico esse (*idem* NON. 76). VARRO Men. 328 licet videre multos cotidie hieme in sole apricari. CIC. Tusc. 5, 92 offecerat videlicet (*Alexander Diogeni*) apricanti. COLVM. 8, 4, 6 habeat...*gallina* oportet amplum vestibulum quo prodeat et ubi apricetur. PLIN. nat. 36, 184 apricantur aliae (*columbae*). *Klotz.*

apriculus, -ī *m.* [*ab* aper. *Th.*] *piscis*. ENN. heduph. 1, 5 apriculum piscem scito primum esse Tarenti (*an versus recte stet dubitatur*). APVL. apol. 34 venandis apris piscem apriculum *quaeri ridiculum est*. *V.*

Apriculus, Apriclus, Apriclius *v. sub* Aper.

aprīcus, -a, -um. [*inc. orig. Th.*] [*val.* aprig. *sard.* abrigu. *M.-L.*] PAVL. FEST. 2 apricum locum a sole apertum a Graeco vocabulo *φρίκη* (fricis *codd.*) appellatum (-tur *codd.*) quasi *ἀφρικής* id est sine horrore, videlicet frigoris, unde etiam putatur et Africa appellari. ISID. orig. 14, 8, 34 aprica loca, quae sole gaudent, quasi *ἄνευ φρίκης* (*cf.* SERV. Aen. 5, 128. 6, 312) ... sive quod sint aperto caelo. GLOSS. *τόπος εὐήλιος, ἡλιαζόμενος*, locus a sole calidus, temperatus sine vento, ubi ventus non est, ⟨sed⟩ sol. aestiva, calens. IV 19, 5. 480, 13 apricis mansuetis (*an haec falsa interpretatio est* VERG. Aen. 5, 128 *v. l. 47*). *comp.* COLVM., IVL. VAL., ALEX. ad Arist. *superl.* COLVM.

I *soli expositus*: **1** *de locis*: VARRO rust. 1, 23, 5. 1, 54, 1 quae pars vineae magis aprica. 3, 14, 2 locus is melior quem non coquit sol et tangit ros. qui si naturalis non est, ut fere non sunt in aprico loco, neque habeas in opaco ubi facias .... CIC. part. 36 in locis autem et illa naturalia *spectanda sunt*, salubres an pestilentes, opaci an aprici. rep. 1, 18 in aprico ... pratuli loco. epist. 16, 18, 2 aprico horto. VERG. georg. 2, 522 mitis in apricis coquitur vindemia saxis (PLIN. nat. 27, 60). ecl. 9, 44 apricis in collibus. Aen. 6, 312 *frigidus annus aves* terris inmittit apricis. HOR. sat. 1, 8, 15 aggere in aprico spatiari. carm. 1, 8, 3 cur apricum oderit campum, patiens pulveris atque solis (ars 162). 3, 18, 2 rura. epist. 1, 14, 30 prato. TIB. 1, 4, 19 annus in apricis maturat collibus uvas. OV. am. 3, 5, 3 colle sub aprico. LIV. 21, 37, 5 GRATT. 36. VITR. 2, 10, 1 citerior eius (*Appenini*) curvatura ... apricis est potestatibus. 2, 10, 2 regionibus. VAL. MAX. 9, 12 ext. 2. SEN. dial. 1, 4, 16 valle. 7, 22, 3. COLVM. 2, 9, 3 *campo* ad solem prono et aprico. 2, 11, 2. 4, 10, 3. 5, 5, 14 locis ... siccis calidisque et apricis. 5, 6, 20. 5, 10, 9. 6, 22, 2 eiusmodi armentum maritima et aprica hiberna desiderat. 7, 5, 2. 7, 9, 2. 8, 10, 2. 8, 11, 7. 11, 2, 7 apricis ... et macris aut aridis locis (PLIN. nat. 21, 27). 11, 3, 15 agrum. 11, 3, 17. 11, 3, 24 locis apricioribus. 11, 3, 26. 11, 3, 39 locum neque pinguem neque stercoratum, sed apricum. 11, 3, 43. 11, 3, 53 aprico et stercoroso loco. MELA 3, 37 terra angusta aprica per se fertilis. CALP. ecl. 5, 8. PLIN. nat. 3, 41 colles. 4, 89 regio. 6, 55 apricis ab omni noxio adflatu seclusa (*gens*) collibus. 9, 16 litora. 9, 149. 10, 70 montium recessus. 15, 61. 16, 116. 17, 159 solum. 19, 68. VAL. FL. 3, 361 aprici statio silet annua Nili. MART. 1, 49, 21 aprica... Tarraconis littora. PS. QVINT. decl. 13, 3 est positus (*hortus*) ad ortus solis hiberni, apricus, omnibus ventis medius. IVL. VAL. 3, 10 id genus aedium ad flagrantiam solis aestivi apricius habebatur. ALEX. ad Arist. p. 208, 2 in apriciori valle. c. Dind. p. 173, 20 cubicula. SYMM. epist. 1, 58 ager noster ... hieme apricus. CLAVD. 20, 269 planities. AVG. c. Acad. 3, 18, 41 Epicureorum greges in animis deliciosorum populorum aprica stabula posuerunt. SIDON. carm. 5, 525 aprica ... sub pelle iacet (*hoc loco fort. notio 'tegens tepefaciens' subest, de qua cf. Geyer, Archiv 2, 1885, 265*). *nota*: CVLEX 98 baculo dum nixus apricas pastor agit curas. **2** *de animantibus, floribus, sim.*: VERG. Aen. 5, 128 apricis statio gratissima mergis (*cf.* GLOSS. IV 430, 7). OV. met. 4, 331 hic color aprica pendentibus arbore pomis. SER. SAMM. 383 ius perdicis apricae. HOR. carm. 1, 26, 7 apricos necte flores (*vix recte Kiessling de floribus se aperientibus interpretatur*). PERS. 5, 178 nostra ut Floralia possint aprici meminisse senes (ad solem sedere consuetos SCHOL.). *cf.* AVSON. 334, 393 seniique aprica foventem. COLVM. 9, 7, 5 ut apricum habeant apes matutinum egressum.

II *a sole tepidus*: VARRO rust. 3, 16, 12 neque aestate fervido neque hieme non aprico. 3, 6, 5 quo exeant (*pavones*) diebus apricis. COLVM. 1, 5, 8 pestilens habetur quod est remotum ac sinistrum soli et apricis flatibus. 9, 14, 13 apricissimo die purgatis domiciliis. 11, 3, 27 aprico caeli statu. CALP. ecl. 2, 78 cum primum tempus apricum surget et a tepidis fiet tonsura kalendis. VAL. FL. 1, 844 ubi sol totumque per annum durat aprica dies. APVL. met. 11, 7 pruinam pridianam dies apricus ac placidus repente fuerat insecutus. apol. 24 ventus clemens et sol apricus. CARM. epigr. 280, 2. VARRO rust. 3, 9, 15 cum tempestas sit mollis atque apricum. *de vento*: COLVM. 9, 4, 1 aprico et minime procelloso caeli flatu. 10, 77 candidus aprica Zephyrus ... aura. AVSON. 332, 8 apricas ventorum animas. AMM. 22, 16, 14 aprico spiritu inmurmurantes ... ventos. *nota*: ARATOR ep. ad Parth. 71 pascua laeta videns et aprica volumina Christi.

neutr. subst. **aprīcum**. HOR. epist. 1, 6, 24 quicquid sub terra est, in apricum proferet aetas. COLVM. 11, 3, 38 rutam...differre oportet in apricum. PLIN. nat. 16, 59 pix optima ubique ex apricis aquilonis situ, ex opacis horridior. 16, 71 *buxus* amat frigida, aprica. 16, 114. 196. 18, 123 pisum in apricis seri debet. 19, 156 ruta ... odit hiemem et umorem ac fimum, apricis gaudet et siccis. 21, 43 Norici Alpiumque aprica. 175. 23, 17. 26, 46. SOL. 2, 2 aprica collium, opaca nemorum. AVSON. 334, 155 aprica iugi. *de notione* torridus, aridus *cf. P. Geyer, Archiv 2 (1885) 265*. *Klotz.*

Aprīcus *v. p. 320, 61*. **Apridius** *v. sub* Aper.

aprīlis, -is *m.* [*orig. inc. Th.*] *mensis*. VARRO ling. 6, 33 *mensis dictus* secundus, ut Fulvius scribit et Iunius, a Venere, quod ea si⟨t⟩ *Ἀφροδίτη*, ... magis puto dictum, quod ver omnia aperit, aprilem (CENS. 23, 11). FASTI Praen. p. 235 ⟨Aprilis a⟩ Venere, quod ea cum ⟨Marte iuncta est materque Aene⟩ae regis ⟨Latinor⟩um, a quo p(o-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pulus) R(omanus) ortus e⟨st ... ho⟩c mense, quia fruges flores animaliaque ac maria et terrae aperiuntur. *plura de Cingii Varronis Verrii sententiis congesta habes apud* MACR. sat. 12, 3, 8 *sqq.* HOR. carm. 4, 11, 15 mensem Veneris marinae ... Aprilem (*cf.* PORPH.). OV. fast. 4, 89 Aprilem memorant ab aperto tempore dictum: quem Venus iniecta vindicat alma manu (*cf.* 4, 20). CARM. de mens. (poet. min. I 12) 2, 13 Venerem veneratur Aprilis. AVG. c. Faust. (Vind. 25, 6) 18, 6; *alia sub voce* aperilis *dedimus. similia in* GLOSS. I *geminatur apud* PLVTARCHVM *et* LYDVM. CORP. X 4828 (*a. 551*) sub id(ibus) Aprillium (*cf. l. 30*). CORP. VI 1670 (*a. 205*) *καλ(ανδῶν) Ἀπριλ(ίων)*. EXC. Barb. chron. min. Frickii p. 344, 6 Aprelis. *abl. in* i *testatur* PRISC. gramm. II 338, 17, *qui metro fulcitur* OV. fast. 5, 185; Aprile *traditur* COLVM. 2, 4, 9. [*it.* aprile, *francog.* avril, *hisp.* abril. *M.-L.*]

in dierum indicationibus variae usui sunt notae: semel CORP. I 724 a. d. VII k. A., *saepius* Ap. *ut* 1359[b] a. d. II ⟨k.⟩ Ap. 729 a. d. IX k. Ap. (721. 890), SVET. Tib. 73, *saepissime* Apr. *velut* CORP. I 727. 742. 744. 746. ACTA lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 37 *et passim in lapidibus, nec rarius in codd. velut* CIC. ad Q. fr. 2, 5, 1 Brut. 2, 4, 1 epist. 10, 6, 3, *plerumque in epistularum subscriptionibus: semel* (CORP. I 843) *vidi* Apri., *saepe* April. *ut* CORP. I 987 eidu April. LEX Ant. Term. (Corp. I 204) 1, 4 ante k. April. III p. 853, 14, *saepissime plenae leguntur formae adiectivi more nominibus dierum adaptatae; ex. gr.* CORP. I 950 eidus Apriles. 961 a. d. V k. Aprilis. X 7852 (*a. 69 p. Chr.*) XV k. Apriles. 21 intra k. Apriles primas. VARRO rust. 1 p. 4, 16 VIII kal. Apriles. CIC. Att. 10, 2, 1 nonis Aprilibus. 15, 15, 4 post kalend. Aprilis. ad Q. fr. 2, 5, 1 a. d. VIII idus Apriles. epist. 3, 11, 1 dies ... nonarum Aprilium. OV. fast. 4, 621 Aprilis idus. COLVM. 5, 10, 15 usque in kal. Aprilis. 11, 2, 31 VIII kalendarum Aprilium. *aevo sequiore peccatur ut* CORP. XI 3807 (*a. p. Chr. 256*) dedicata kalendis Apriles *et cf. l. 9. nec non in usu liberiore saepe additur vel praecedit subst.* mensis: CIC. epist. 7, 18, 3 eram ... afuturus mense Aprili. 10, 33, 3. COLVM. 2, 4, 3 post idus mensis Aprilis. 2, 10, 27 mense ultimo Aprili. 6, 3, 6 ab idibus ... mensis Aprilis usque in idus Iunias. MART. 7, 95, 18 in mensem rogo differas Aprilem. PLIN. epist. 1, 13, 1 toto mense Aprili. SVET. Nero 55 mensem ... Aprilem Neroneum appellavit. AMM. 23, 5, 1 principio mensis Aprilis *et passim. deest* mensis: OV. fast. 4, 901. COLVM. 2, 4, 9 ab Aprile medio. 11, 2, 100 PLIN. nat. 19, 83. *nota*: PROP. 4, 5, 35 ingerat Apriles Iole *sc. dies.* MART. 9, 52, 2 natales ... tuas Apriles. *a mense sumptum est nomen humanum* (*cf. quae sub* Ianuarius *dicenda erunt*):

Aprīlis *nom. vir. et fem. servorum et humilium.* CORP. II 3254 Aprilis M. Fulvi Flacci s(ervus). 4970, 37 (*in vase*) Ap(rilis) m(anu) *et* o(fficina) Ap(rilis) *cf.* VII 912[b]. 1336, 76. 77. XII 5686, 64. III 2889. 4536. 4729. 8117 (*p. Chr. 270*). IV 917[a]. 2346. V 5972 *passim.* XII 935 Apriles. CORP. III 2124 C. Iulius April(is) mesor. XI 1884. III 4882. VI 21417 L. Valerius Aprilis. IX 6078, 129. XI 6700, 87—89. XII 3954 M. Domitius Aprílis. CORP. XI 4797 M. Pompusidius Aprilis. 6712, 312 (*in signaculo*) M'. Pacci Aprilis. 391 (*item*) L. Satri Aprilis. CORP. VI 19304 P. Herennius Apprilis P. Herennio Apprili filio. CORP. VI 13840 L. Caecilio Aprilini (*sic dat.*) vernae *Caeciliae.* *cogn. fem.*: CORP. V 3802 Valeriai C. f. Aprili. VI 10243 (*a. 110*), 9 Lollia Aprilis. XIV 3808 Sentiae Aprili. **Aprīlius,** -a *gent.* CORP. III 728 Aprili(u)s Spectatus m(iles) ... fratri Aprilio ⟨E⟩le⟨u⟩tero (*?*). IV 2342 (*non sat certa*). V 5972 Aprilii mariti mei libertis. CORP. V 2894 Aprilia Priscilla. VIII †5262. 6724. 7349. XI 5184 Aprilia L. f. INSCR. christ. Rossi II 6, 7 Aprilia Vrsula coniunx ... et Aprilia Paterna filia. *cogn.*: CORP. II 2743 Lic. Aprilia. **Aprīliānus** *m.* CORP. III 2207 Aur. Aprilianus. **Aprīlīna** *f.* CORP. VI 3573 Liciniae Apriline. *cf. tamen* Aprilla *sub* Aper.

Aprilla *v. sub* Aper.

Apringius *nom. vir.* AVG. epist. 134 *data est* domino insigni .... Apringio *proconsuli, ut videtur.* *Ἀπρίγιος Libanio audit.*

aprīnus, -a, -um. *ab* aper. *cf.* aprunus. VARRO ling. 5, 97 Sabini dicunt aprinum (-o *Flor.*) porcum (-o *Flor.*) por (*indene* GLOSS. II 567, 14 aprunus: aper *?*). AVG. civ. 6, 7 p. 260 Adon aprino dente extinctus. MART. CAP. 2, 197 cristae cum aprinis dentibus. PLIN. nat. 28, 222 pulmo. 234 fimum. *cf. sub* aprugnus. PS. PLIN. med. 2, 22 quae serpunt curantur felle aprino (*sic passim codd. optimi, semel tantum* aprunus). PLACIT. 5, 2 aprinum (*sic cod. Casinens.*, apri *vulgo*) cerebrum. 5, 6 fel. 5, 7 axungia. 5, 9 lotium. GLOSS. II 439, 37 *σνάγριον* aprinum. III 88, 32 siagrion aprina (364, 8. 398, 10) *scil. caro.* ANTH. 199, 87 aprinam. ISID. orig. 19, 22, 16 *inter vestes* aprina (caprina *vulgo*). aprineus: HYG. fab. 69 p. 77 (*bis*) aprinea pelle opertus. *V.*

Aprīnus *v. sub* Aper.

Aprissus *nom. vir. celticae fortasse originis, cf.* Toutissicnos, Magissius, Ioincissius *al.* INSCR. Rhen. 1711 Docci Aprissus et Accep⟨t⟩us IIIIIviri A⟨u⟩gustal. *ex eodem genere esse potest* **Aprissius.** VARRO ling. 6, 68 Aprissius ait ... *sequitur versus comicus* (*cf. Ribbeck com.*[3] *p. 332, qui coniecit ipse* Aprodisius *vel* Aquisius, *addidit, quod proposuit Bücheler*, Apussius). *Otto.*

Aprio, Apro *v. sub* Aper.

aprocopus, *ἀπρόκοπος Manethoni.* FIRM. math. 3, 12, 13 Mercurius et Venus ... inefficaces aprocopos (-es *codd.*) reddunt et qui nihil agere possint.

aprōnia, -ae *f. herba.* PLIN. nat. 23, 27 *vitis* nigra, quam proprie bryoniam vocant, ... alii gynaecanthen aut aproniam. 1 ind. 23, 17. *cf. sub* aprugnus *l. 51.* *V.*

Aprōnius *v. sub* Aper *et sub* Aprusidius.

Apros, -ī. *al.* Apri, Apris (*abl.*). *Ἄπρος, Ἄπροι. Thraciae oppidum*: PLIN. nat. 4, 47 Apros colonia. 4, 48 a colonia Apro. CORP. VI 32624 c 11 M. Aur. M. f. Vlp. Theon Apris. RAVENN. p. 182, 14. p. 372, 14 Apri. AMM. 27, 4, 12 urbibus ... duabus, Apris et Perintho. ITIN. Burdig. p. 26, 10 civitas Apris (ITIN. Anton. 175. 332. 333). *adi.* **Aprēnsis,** -e. CORP. III 386 (*in Asia*) flamini divi Aug(usti) col(oniae) Cl(audiae) Aprensis. *v. Hirschfeld, PW. II 272. Diehl.*

aproxis *f. herba.* PLIN. nat. 24, 158 ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cuius radix e longinquo concipiat ignes, ut naptha. 1 ind. 24, 101 *de* aproxi.

? **apruco** *herba.* PS. APVL. herb. 97 *sub* saxifraga (aproco *V*).

Aprucius *v. sub* Aper.

Aprufclanos, Aprufinius *v. sub* Aper.

aprūgnus, aprūnus, aprūgineus, -a, -um. [*ab* aper. *Th.*] *cf. et.* aprinus. CHAR. gramm. I 83, 13 caprina et apruna cur dissimiliter derivetur, quaeri solet. quibus respondebimus, utrumque per i proferri debere, sed in alio usum u litteram celebrasse, quamvis LVCILIVS (frg. 1126) 'viscus (discus *cod. Neap.*) aprugnum' dixerit. *cf. Becker, Philol. 8 (1853) 548 sqq. traditur* aprugnus PLAVT. Poen. 579 (*at* aprunum NON. 258). Pers. 305 (aprunum NON. 258 CHAR. 72). SOL. 52, 35 SYMM. epist. 5, 68, 1 MACR. sat. 3, 13, 12 MARC. med. 34, 88 GLOSS. VI 508. *at forma* aprugineus SOL. 32, 30 NOT. Tir. 108, 28 (aprogoneo APIC. 7, 267), *quae vereor ne antiquariis debeatur.* PLAVT. Pers. 305 magis calleo quam aprugnum callum callet. Poen. 579 callum aprugnum callere aeque non sinam. PLIN. nat. 8, 210 iam CATONIS censoris orationes (frg. inc. 3) aprunum exprobrant callum. SOL. 32, 30 hippopotamus ... aprugineis (aprinis *codd. dett.*) dentibus. SYMM. epist. 5, 68, 1 aprugnos (aprinos *codd. recc.*) dentes liminibus adfigere. SOL. 52, 35 eale ... maxillis aprugnis (aprinis *codd. recc.*). *in medicina usui sunt variae partes*: PLIN. nat. 28, 167 adipe apruno (-i- *codd. recc. ut fere semper in locis Plinianis*). 28, 190 fel (28, 221. 241. 261 MARC. med. 34, 13). 28, 198 cinerem apruni aut suilli fimi (28, 204. 235. 237. 249 MARC. med. 25, 41. 34, 13). PS. PLIN. med. 3, 30 p. 103, 4. MARC. med. 23, 67 stercus (29, 31. 34, 95 *ter* aprunum, *at* 34, 88 aprugnum). PLIN. nat. 28, 215 vesica. 28, 224 urina. 28, 202 iocur (28, 230). 28, 224 testes. MARC. med. 26, 85 ungularum ... cinis. 26, 126 ungues. *pro cuppediis habentur*: PLIN. nat. 8, 210 lumbus (MACR. sat. 3, 13, 12). LAMPR. Heliog. 21, 3 sumina. MACR. sat. 3, 13, 12 sinciput. RVRIC. epist. 2, 43 tergus. APIC. 8, 339 perna. *cf.* 7, 267 ofellas aprogoneo more. 8, 330 condimentum aprunum. *inde* apruna *scil. caro pro subst.*, GLOSS. *σναγρεία, σνάγρειον*: SPART. Geta 5, 8 anser, apruna, anas. CAPITOL. Maximini 28, 2 ut non nisi aprunam ederet. EDICT. Diocl. 4, 43 aprunae. ANTHIM. 8 aprunae ... quanto recentiores fuerint, leviores sunt. *cf. sub* aprinus *p. 319, 71. fortasse etiam genus artocreatis*: SCHOL. Iuv. 5, 115 altilis: pasta vel apruna. GLOSS. Mai VI 508 aprugnos altilia ex farina involuta. *herba*: DIOSC. 1, 124 de melimela id est ... apruna. apruma (*sic*) ... ventrem solvet (*cf.* apronia *?*).

Aprulla, Aprunculus *v. sub* Aper *et infra l. 66.*

Aprusa, -ae *m. amnis.* PLIN. nat. 3, 115 *Galliae cisalpinae* in ora fluvius Crustumium ... cum amnibus Arimino et Aprusa. *V.*

Aprusidius *nom. gent. cognatum cum* Apronius, Aprucius, *quae vidisti sub* Aper *p. 210.* CORP. XI 6402 (*Pisauri*) Aprusidia Aprulla. *iam, quia occasio est, cetera, quae cum nomine* Aper *coniungenda fuerunt, adiciam*: **Aprus** *nom. vir.* (*cf. p. 207, 83*). INSCR. Bull. inst. corrisp. arch. 1883 p. 237 (*in vase Norvegiae*) Libertinus et Aprus. **Apricus** *cogn.* (*barbaricum?*) CORP. XIII 2570 (*in Ambarris*) Talussio Aprico Donnius Sextilius patri. Lecíriae Sextiliae Donnius Sextilius matri. **Aprōnius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 4670 (*Tuder*) Apronia S. f. Galla. 5081 (*Mevaniae*) Apronia C. f. **Aprōniānus** *cogn.* L. Venuleius Montanus Apronianus frater Arvalis, *cos. suff. a. 91.* CORP. XI 6119 (*Fori Sempronii*) C. Attius Apronianus mil. coh. XI. **Aprulla** *cogn.* CORP. XI 6402 (*Pisauri*) Aprusidia Aprulla. *Otto.*

Aprustānī *m. nom. gentis.* PLIN. nat. 3, 98 mediterranei Bruttiorum Aprustani tantum.

Aprutium, *Picenorum oppidum, sedes episcopi.* GREG. M. epist. 12, 4 (*anni 601*) Aprutium (Aprudentium *et* Abrutium *pars codd.*). 12, 5 tit.: Oportuno de Aprutio (Abrucio *et* Abrutio *pars codd.*). 9, 71 Anio comes castri Aprutiensis, *cf. Hartmann ad l. vide sub* Abrutium. *cf.* Abrius *et* Aper.

aps *et composita nec non ab* aps- *quae incipiunt hic omissa vide sub* abs-.

Apsalma *cogn. vir. liberti.* CORP. XIV 985 P. Fabius Apsalma, *sequitur* P. Fabius Salama. *V.*

Apsander, *Ἄψανδρος, archon Atheniensis.* HIER. chron. a Abrah. 1313. *Diehl.*

Apsenna *nom. gent.* CORP. VI 5691 D. Apsenna D. l. Onesimus. *fem.* Apsennia: CORP. X 5203 (*Casini*) N. Savonio N. f. pr(aetori *?*) Apsennia Q. f. Paulla uxsor posuit. VIII 11832 (*Mactari*) Apsennia M. f. Secunda. **Apstidius** *nom. gent.* CORP. X 5753 (*So-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rae) M. Tadio L. f. Rom. . . . arbitratu M. Apstidi M. f. Rom.

Apscillānus, -a *nom. gent.* CORP. IX 2373 (*Allifis*) C. Apscillani C. l. Eronis, . . . C. Apscillani C. l. Rufionis, C. Apscillani C. l. Suavis, Apscillana (*sic*) C. l. Secundae. *possunt haec cognata esse cum* Appius, Appusius, *cf.* Lappius, Lapponius, Lapscidius *al.* *Otto.*

Apseudēs, *Ἀψευδής. Nereis, Nerei et Doridis filia*: HYG. fab. p. 10, 18. *cf. Homer. Il. 18, 46.* *cogn. vir.*: CORP. VI 20511 Iulius Apseudes et Iulia Helene. *Diehl.*

apsidātus, -a, -um. *ab* apsis. CORP. III 7729 (= 968) L. Aeli(us) Hylas . . . sig(num) numinis cum absidata (*scil. porticu*) ex voto pos(uit). *cf.* CVRIOS. Vrbis reg. IV: continet porticum absidatum. CASSIOD. var. 4, 51, 4 caveas illis saxis pendentibus apsidatas (abs. *libri plerique*), ut cryptas magis excelsi montis crederes quam aliquid fabricatum esse iudicares. *V.* [*Diehl.*

Apsinēs, *Ἀψίνης, cogn. vir.* CORP. VI 19849 Ti. Iulius Apsines.

apsinthiātum *scil. vinum, apsinthio conditum.* LAMPR. Heliog. 21, 6 condito piscinas et solia temperavit et rosato atque absentato. PALLAD. 3, 32 conditum vel absinthiatum (absentium *vel* absintium *codd. antiqui*, -iatum *Aldina, non recte puto, v. sub* apsinthium *p. 322, 26*) vel rosatum vel violacium. AMBR. Tob. 14, 50 ad negotiatorem mittit, ut absentiati (absint. *vel* absinth. *codd. recc.*) cupellam sibi gratis deferat. MARC. med. 23, 79 potione absinthiati. 30, 55 confectio absinthiati. 30, 56 alia confectio absinthiati cathartici. THEOD. PRISC. log. 90 vinum absinthiatum (absentia *V*, absinthiacon *B*) . . . accipiant. PLIN. VAL. 5, 7 apozima calidum, quale est absentiatum et conditum. DIOSC. 3, 23 vinum absentiatum. THEOD. PRISC. log. 85 oleo absinthiato (-co *codd.*) calido fomentabo stomachicos.

apsinthitēs, -ae *m.*, *ἀψινθίτης*. PLIN. nat. 23, 52 quis satius censeat apsinthite vino utendum potius quam absinthio ipso? 20, 65. *de mixtura* COLVM. 12, 35, 1 *et* PLIN. nat. 14, 109. *vulgariter*: DIOSC. 5, 61 *et* 62 de bino ausentiten, *utrobique* auxentiten *P*.

apsinthium *vel* **absinthium,** -ī *n.*, *ἄψινθιον*. MAR. VICTOR. gramm. VI 21, 10 quae *ψ* sonant et non declinantur ut supra dicta, . . . per 'bs' scribite, ut abscedit . . . . absinthium gybsum, *ubi tamen veri simile est ipsa haec duo nomina post cetera verba interpolata esse.*

ps *traditur multo rarius quam* bs *atque his potissimum locis*: PLAVT. Trin. 935 (*B*) CATO rust. 159 PLIN. nat. 11, 193. 12, 31. 23, 52. 32, 100 DIOSC. Vind. 3, 26 *et* 23 EDICT. Diocl. 2, 7, 18. i *in* e *fracta legitur* PLAVT. Trin. 935 apsentium *B*, absentium *CD, deest A*. VARRO rust. 1, 57, 2 absenthium *an* apsenthium *habuerit archetypon dubitatur*. PALLAD. 1, 37, 5. 11, 14, 7 *et* 17 absenti *pars codd. antiqq.* MARC. med. absenthium *locis variis*, CAPITOL. Gord. 19, 1 absentium, SALV. gub. 5, 4 abstinentia *codd. e forma* absentia *natum videtur*, PELAGON. 249, 328 absentium, AMBR. hexam. 3, 15, 62 DIOSC. 2, 101. 3, 23 herb. fem. 38, GLOSS. *passim.* *forma vulgaris* ausentium *vel* auxentium DIOSC. 1, 7. 1, 14. 3, 23. 5, 61, *vide et* apsinthites. *scriptura falsa* absynthium *non fere locum habet nisi in* VVLG. NON. 190, 24 absintium generis est neutri: LVCR. lib. IIII (11). . . .; masculini: VARRO quinquatribus (Men. 440): quid medico mist opus? perpetuo absinthium uti bibam gravem et castoreum levemque robur. ORIBAS. syn. 4, 18 absentius. GLOSS. III 587, 24 absinthius. III 608, 19. 616, 36 absentius id est alosanos (*?*). III 577, 7 sandocus (*lege* santonicus) id est absentio agrestis. III 543, 18 *ἀψίνθιν* absentio. *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 513.*

herba: GLOSS. *ἀψινθιον*, uermodae (*anglos.*). PLIN. nat. 27, 45 absinthii genera plura sunt: Santonicum appellatur e Galliae civitate, Ponticum e Ponto, . . . neque aliud praestantius, multoque Italicum amarius, sed medulla Pontici dulcis. de usu eius convenit herbae facillimae atque inter paucas utilissimae, praeterea sacris populi Romani celebratae peculiariter, siquidem Latinarum feriis quadrigae certant in Capitolio victorque absinthium bibit, credo, sanitatem praemio dari honorifico arbitratis maioribus. stomachum corroborat et ab hoc sapor eius in vina transfertur (*secuntur plura de usu*). PS. APVL. herb. 100 absinthium omnibus cognitum, cuius probabilius genus est Ponticum, virtutis acerrimae, ferventis et redarguentis amarae (naturae *?*) . . . . nascitur et in Tauro monte et Cappadocia. DIOSC. 3, 61 de ausentio. ausentiu omnibus notus est. melior est ponticu et cappados. *de Pontico*: PLAVT. Trin. 934 an . . . Arabiast in Ponto? :: est, non illa ubi tus gignitur, sed ubi apsenthium fit. CATO agr. 159 apsinthi Pontici surculum (PLIN. nat. 26, 91 PS. APVL. herb. 100, 4). OV. trist. 5, 13, 21 cana prius gelido desint absinthia Ponto. Pont. 3, 1, 23 tristia per vacuos horrent absinthia campos. 3, 8, 15. PLIN. nat. 11, 193 *serpentes* apsinthio vescuntur in Ponto. 14, 109. MARC. med. 20, 99 ius absenthi Pontici. 21, 10. THEOD. PRISC. eup. 20. DIOSC. cod. Vind. Const. fol. 24^{r} Neap. fol. 9 *αψινθιονμ ποντικονμ* (*i. ἀβρότανον*). PELAGON. 26. *aliarum regionum*: PLIN. nat. 2, 232 lacus Sannaus in Asia circa nascente absinthio inficitur. MARC. med. 15, 86 absinthi Gallici scrip(ulas) VI. 28, 31 sicci Santonici combusti. 28, 2. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 124 absinthii Pontici decoctionem sive marini aut Santonici. PELAGON. 252 Afri viridis. 367 radicis absinthia Syriaci. ISID. orig. 20, 2, 36 *Sardum.* *genera varia*: PLIN. nat. 19, 186 amari. 27, 53 absinthium marinum, quod quidam seriphum vocant (1 ind. 27, 29. 32, 100 exilius terrestri. PS. APVL. herb. 100).

PS. APVL. herb. 20 *aristolochian vocant* Daci absinthium rusticum. 100 DIOSC. cod. Vind. Const. fol. 23^{r} Neap. fol. 8. GLOSS. III 577, 7 absentio agrestis.

usus: *adspargitur argillae*: VARRO rust. 1, 57, 2 PLIN. nat. 18, 305. *in medicina*: CELS. 2, 31 p. 72. 3, 21 p. 107. 3, 24 p. 115. 4, 7 p. 130. 4, 12 p. 136 potiones ex absinthio. 4, 15 p. 141 iris vel absinthium adicitur. *ibid.* absinthium contritum ex melle et pipere. SCRIB. LARG. 192 absinthio poto cum vino. 227 absinthii suci (MARC. med. 20, 31. 48. 83. 96 *passim*). PLIN. nat. 19, 179 absinthi sucus decocti. 21, 135. 22, 65. 23, 123. 23, 146 absinthi semine. MARC. med. 20, 41. PLIN. nat. 24, 133. 25, 145 cum melle tritum. 26, 124. 151. 27, 52 absinthii cinis. 28, 203. 29, 133. SER. SAMM. 310. 387 absinthi humor. AMM. 25, 8, 6. MARC. med. 8, 62 vetus. 17, 14 absinthi fasciculi. 18, 6 viridis contusi. 19, 61. 20, 42 absinthi viridis manipulum. 30, 56 herbae absinthi siliquam unam. THEOD. PRISC. eup. 21 absinthii herbae decoctionem. 29 pulvis (33). DIOSC. 1, 7 decoctum in aqua auxentium. *inde* absinthium *i. q. liquor absinthiatus*: CELS. 2, 24 p. 69. 4, 12 p. 136 utilis potio est absinthii. SER. SAMM. 903. CELS. 4, 16 p. 142 potui . . . dari . . . absinthium incoctum. 4, 18 p. 144 *passim.* 4, 24 p. 150 decoctum. PLIN. nat. 22, 146. 23, 52 quis satius censeat apsinthite vino utendum potius quam apsinthio ipso? CAEL. AVR. chron. 1, 6, 184 *et passim.* SALVIAN. gub. 5, 4 quid iuvant stomachum absentia (abstinentia *codd.*)? *eo conditur vinum*: CAPITOL. Gord. 19, 1 fuit vini cupidior . . . conditi nunc rosa, nunc mastice, nunc absentio PALLAD. 11, 14, 7 *et* 17. VEG. mul. 2, 28, 22 absinthium vel rosatum (*vide sub* apsinthiatus *p. 321, 20*). DIOSC. 1, 14. 5, 61 ausentii. APIC. 1, 3 absintium Romanum sic facies. EDICT. Diocl. 2, 7, 17 conditi. 18 apsinthi. 19 rhosati. *comparatur forma*: PLIN. nat. 25, 73 *artemisia* absinthii modo fruticosa.

excellit amaritudine: VARRO Men. 440 gravem. LVCR. 2, 400 taetra absinthi natura. 1, 936 absinthia taetra (4, 11. 4, 124). 1, 940 amarum absinthi laticem (4, 16). 4, 224 cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror (6, 934). *comparatur amaritudo*: PLIN. nat. 21, 160 amaritudo absinthii in utroque *genere habrotoni.* PALLAD. 1, 37, 5. *in comparatione vel proverbio pro* amaro (*opp.* mel): QVINT. inst. 3, 1, 5 veremur, ne parum hic liber mellis et absinthi multum habere videatur sitque salubrior studiis quam dulcior. HERM. past. vulg. mand. 5, 1, 5 quomodo si in vase mellis absinthium adicias. AVSON. 407, 2 absintium meum resipit et circumlita melle tuo pocula deprehendo. VVLG. prov. 5, 4 *labia meretricis* amara quasi absinthium (*opp.* favus. *πικρότερον χολῆς*). Ier. 9, 15 cibabo populum istum absinthio (*ἀνάγκας*) et potum dabo eis aquam fellis (23, 15). thren. 3, 15 replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio (*χολῆς*). 3, 19. Amos 5, 7 convertitis in absinthium iudicium (6, 13 *πικρίαν*). apoc. 8, 11 nomen stellae dicitur Absinthium (*ὁ ἄψινθος*) et facta est tertia pars aquarum in absinthium (*syn.* amarae factae sunt). PAVL. NOL. carm. 11, 7. VEN. FORT. Mart. 4, 546 qui melli absinthia miscet (1, 39).

apsis (absis), -īdis *postea* **absida,** -ae *f.*, *ἁψίς, -ῖδος*. *forma aspirata traditur* PLIN. epist. 2, 17, 8 *acc.* hapsida. *media saepius legitur in codd. quam tenuis.* *graece declinatur; acc.* absidem MART. CAP. *nom.* absida (abseda *semel* GLOSS. V 343, 36) *et casus ordinis primi non in usu sunt ante christianos* (*primum exemplum* ITALAE Wirc.), *qui tamen etiam tertii ordinis formas habent. cf.* PAVL. NOL. epist. 32, 17 'de hac absida' aut 'abside' num magis dicere debuerim, tu videris; ego nescire me fateor, quia hoc verbi genus nec legisse reminiscor (*inde* ISID. orig. 15, 8, 7). *nom. sing.* absides *apud* SCHOL. Germ. *l. 66 sq.* *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 514.*

I *stellarum circulus*: PLIN. nat. 2, 63 circulorum, quos Graeci *ἁψῖδας* in stellis vocant (etenim graecis utendum erit vocabulis). *ibid.* ab alio cuique (*stellae*) centro apsides suae exsurgunt, ideoque diversos habent orbes motusque dissimiles, quoniam interiores apsidas necesse est breviores esse. 2, 64 altissimae (2, 65. 70). *ibid.* summa (2, 70). 2, 72 conversas. *ibid.* curvatura apsidum. *ibid.* modum . . . apsidum. 2, 73 apsidas . . . moveri. 2, 79 commissurae apsidum. SCHOL. Germ. Strozz. p. 184, 7 *Mercurii* apsides ultima in Capricorno est. SCHOL. Germ. Sang. p. 227, 13 absides altissima (227, 15. 18. 228, 5). MART. CAP. 8, 884 Martium sidus . . . absidem suam . . . novit. *ibid.* absidem . . . habet . . . in Capricorni confinio. 8, 885. 886. FAV. EVL. somn. p. 5, 27 H. **II** *semicirculus*: PLIN. epist. 2, 17, 8 cubiculum in hapsida curvatum. VEG. mil. 4, 15 plutei dicuntur, qui ad similitudinem absidis contexuntur e vimine. ITALA Monac. exod. 37 (p. 23, *versus deest in* VVLG. *et* LXX) fecerunt sanctum sanctorum . . . cum rigore porticus mediae ab oriente in absida convexum. *inde ipsa templi pars in apsidem formata*: GLOSS. absida sacrarium. absidam graece sedem episcopalem. absidas aedificii latiores conculas. ante absida: ante sedem episcopi. *nugatur* ISID. orig. 15, 8, 7 absida . . . latine interpretatur lucida, eo quod lumine accepto per arcum resplendeat (*inde* GLOSS. abs[c]ida lucida). ITIN. Silv. 46, 5 retro in absida post altarium ponitur cathedra episcopo. ITIN. Hier. brev. p. 153, 5 magna ab occidente est absida. p. 153, 8. PAVL. NOL. epist. 32, 10 reliquiis apostolorum . . . intra absidem trichora (-am *?*) sub altaria sacratis. *ibid.* absidem (-am *cod. Mon.*) solo et parietibus marmoratam. 32, 13 absis sinuata. 32, 16 circa absidam *et saepius in eadem*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *cum* **ad**: 1 *de rebus*: a *cum accusativo rei*: α *secundum mensuram*: VARRO rust. 1, 13, 6 cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam. CIC. de orat. 1, 231 calceos Sicyonios ... quamvis essent habiles atque apti ad pedem. part. 21 anfractu ... ad spiritum vocis apto. AMM. 25, 10, 14 indumentum regium ad mensuram eius aptum. β *secundum utilitatem, naturam, venustatem, honestatem, voluntatem, al.*: *utilis, habilis, conveniens, decens, sim.*: VARRO rust. 1, 13, 4 alia ... ad usum aptiora fiunt. CIC. nat. deor. 2, 151. 1, 47 omnia ... non modo ad usum, verum etiam ad venustatem (*cf.* 3, 21 ad utilitates nostras). VITR. 2, 2, 2 AMM. 14, 8, 12. VARRO rust. 3, 16, 14 *cytisum* aptissimum ad sanitatem apium. CELS. 6, 6, 10 p. 231 ad cataplasmata aptissimum est lini semen (*cf.* 6, 6, 2 *in.* 5, 18, 1 p. 166). SCRIB. LARG. praef. p. 6 ad quae vitia compositiones exquisitae et aptae sint. ANTHIM. 9 *carnes* aptae ad digestionem. VARRO rust. 2 praef. 5 stercoratio ad fructus terrestres aptissima. CIC. Tusc. 1, 68 commutationes ... temporum ... ad maturitatem frugum. CIC. Mil. 69 ad tempus aptae simulationes. Brut. 13 nat. deor. 3, 83 epist. 6, 12, 5 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3. VLP. dig. 25, 1, 3 ad praesens ... apta erogatio. CIC. fin. 5, 39 illis (*rebus*) et apta quaedam ad naturam putare et aliena (5, 35. 5, 36 LIV. 44, 3, 7). leg. 3, 3 nihil tam aptum ad ius condicionemque naturae. off. 1, 126 ornatu ad actionem apto. de orat. 3, 225 ad auris nostras et actionis suavitatem quid est ... aptius? epist. 5, 12, 4 ad delectationem lectoris. opt. gen. 14 verbis ad nostram consuetudinem aptis. Att. 13, 19, 5 aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus. 9, 11ª, 1 ad eam rationem ... satis aptam esse et naturam et personam meam (VITR. 1, 7, 2. 4, 8, 7). Mur. 41 ad consulatum ... provincia. de orat. 2, 88 rebus aptis ad hoc munus. Cat. 3, 16 consilium ad facinus aptum. nat. deor. 2, 139 commissuras ... ad stabilitatem aptas et ad artus finiendos accommodatas. NEP. Dion 1, 2 ingenium ... aptum ad artes optimas. OV. fast. 4, 774 *lana* mollis et ad teneras quamlibet apta manus. LIV. 5, 21, 9 haec ad ostentationem scaenae ... aptiora quam ad fidem. VITR. 1, 3, 2 ad regiones ... apta et commoda distributio. PAVL. FEST. 144 scuta ... ad hoc ipsum apta. SEN. epist. 68, 14 aetatem aptiorem esse ad bonam mentem (COLVM. 8, 14, 10 VVLG. I par. 7, 40). nat. 2, 29 aptus est aer ad voces. PLIN. nat. 16, 225 abies ... valvarum paginis et ad quaecumque libeat intestina opera aptissima (VVLG. Ezech. 15, 5). 2, 6 ad motum ... talis *figura* aptissima est. 25, 121 foliis ... ad lucernarum lumina aptis. TAC. Germ. 6 apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum. HIER. epist. 128, 3 ad ministerium iste sexus est aptior. VVLG. sap. 4, 5 fructus ... ad nihilum apti. CIC. orat. 194 paean minime est aptus ad versum. IREN. 2, 5, 1 ad versus eos ... ea, quae paulo ante dicta sunt a nobis, apta sunt. BOET. herm. sec. 6, 13 p. 447 plura ... ad negationem nullo modo apta. CIC. Att. 13, 32, 2 *libri* apti essent ad id, quod cogito. de orat. 1, 4 recordatio ... ad id, quod requiris. Att. 13, 29, 2. *cum acc. gerund.*: VARRO rust. 1, 39, 1 natura ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum. 1, 27, 2 *glaebas* aptiores facere ad accipiendum imbrem. CIC. Phil. 13, 37 aptissimam ad bellum renovandum instruendumque provinciam. Brut. 131. 142 de orat. 2, 117. 3, 204 fin. 1, 52 off. 2, 23 nat. deor. 2, 54. 2, 150 leg. 2, 10 Att. 16, 2, 2 ad Q. fr. 1, 4, 4 epist. 4, 8, 2 (*et saepius*) CAES. civ. 2, 37, 5. 3, 1, 3 LIV. 3, 41, 8. 21, 28, 8. 26, 17, 8. 36, 23, 3. 37, 28, 9 PAVL. FEST. 12. 110 CELS. 5, 26, 24 *in.* 5, 20, 1 *in.* SEN. nat. 1, 1, 14. 1, 13, 1 COLVM. 8, 5, 4 QVINT. inst. 11, 3, 95 (*et saepius*) TAC. hist. 2, 14. 3, 41 EDICT. Vlp. dig. 25, 4, 10 AMM. 18, 2, 9. 20, 11, 18. 26, 2, 1. 28, 2, 5 (*et saepius*). AVG. civ. 22, 24 mobilitas *linguae* ... ad loquendum et scribendum apta atque conveniens. *al.* b *adnexo dativo personae* (*animalisve*): VARRO rust. 3, 10, 3 anseribus ⟨ad⟩ admittendum [iis] tempus est aptissimum a bruma. CIC. Mil. 53 locus ad insidias ... utri tandem fuerit aptior. nat. deor. 2, 160 *haec pecus* erat ad vescendum hominibus apta. epist. 3, 6, 1 ille adventus ... ad multas res mihi minus erat aptus. LVCR. 6, 773 magis esse aliis alias animantibus aptas res ad vitai rationem.

2 *de animantibus*: VARRO rust. 3, 9, 5 *gallinae* ad partiones sunt aptiores. 2, 1, 4 *oves* aptissimae ad vitam hominum. CIC. Tim. 43 quod (*animal*) esset ad cultum deorum aptissimum. VLP. dig. 7, 8, 12, 4 cetera, ad quae boves apti sunt. AMM. 29, 5, 15 equo apto ad ancipites casus. CIC. Verr. 2, 134 hunc ad ... libidines ... natum atque aptum fuisse. frg. A 3, 14 *B*. hominem ... corpore, animo, studio, consuetudine natum atque aptum ad tempora belli militaremque rationem (*cf. l. 61 et* VVLG. I reg. 14, 52 II par. 26, 3). Brut. 145 verbis erat ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus *Scaevola*. de orat. 1, 126 ad quam quemque artem putabat esse aptum. fin. 3, 63 natura sumus apti ad coetus, concilia, virtutes (*cf.* fin. 4, 4 Tusc. 4, 28 div. 2, 90 *saepius*). epist. 13, 16, 1 erat ... ad ... optima studia vehementer aptus. NEP. Alc. 1, 2 *Alcibiades* ad omnes res aptus. OV. ars 3, 529 de nobis quem quisque erit aptus ad usum. SEN. epist. 85, 38 ad utrosque casus aptus est *sapiens*. LAMPR. Hel. 23, 5 quo pulchrior fieret et magis ad feminarum vultum aptus. AMM. 27, 12, 6 aptus ad muliebria palpamenta *eunuchus* (19, 12, 6. 26, 1, 5). VARRO rust. 2, 10, 4 non omnis apta natio ad pecuariam. CAES. Gall. 5, 16, 1 nostros ... minus aptos esse ad huius generis hostem. BELL. Alex. 7, 3 aptissimum esse hoc genus ad proditionem. FRONTIN. strat. 2, 5, 31. VLP. dig. 21, 1, 37 mancipia ... ad ministeria aptiora et dociliora et ad omne ministerium habilia. AMM. 29, 6, 8. *cum gerund.*: CIC. de orat. 1, 99 te ... ad dicendum maxume natum aptumque. 2, 54 Tusc. 1, 5 nat. deor. 2, 46 Att. 8, 4, 2 epist. 3, 5, 1 LIV. 26, 5, 3. 26, 10, 6 AMM. 18, 3, 4. 27, 6, 3. 28, 1, 36. 30, 8, 5 HIER. epist. 100, 7. CAES. Gall. 7, 22, 1 genus ... ad omnia imitanda et efficienda ... aptissimum. LIV. 22, 18, 3 *Hispanorum cohors* adsuetior montibus et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior.

III *cum aliis praepositionibus*: 1 PLIN. nat. 21, 58 *conyza* femina ... contra bestiarum morsus aptior. APVL. Plat. 2, 8 disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta et conveniens cum secta eius, qui .... VITR. 7, 4, 4 uti et ex locis aptas et generum discriminibus non alienas habeant dignitates *politiones*. PLIN. nat. 16, 174 firmiores *salices* corbibus ..., candidiores ... maioribus vasis ... atque etiam supinarum in delicias cathedrarum aptissimae. QVINT. inst. 10, 3, 22 aptissima in hoc nemora silvasque. TERT. pudic. 20 politos et in compaginem aptos et firmos ... lapides. VVLG. deut. 20, 20 *ligna* in ceteros apta usus. AEGR. Perd. 168 *vena vel pulsus* in lentos motus aequaliter apta (acta *Baehrens*). HERM. vulg. vis. 3, 2, 8 qui (*lapides*) non erant apti in fabrica (*μὴ ἁρμόζοντες εἰς τὴν οἰκοδομήν*). 3, 7, 5 *lapides* non apti in turre (*εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου*). *saepius apud* HERM. ANTHIM. 44 trucanti illi ... pisciunculi ... apti sunt pro fastidio (*saepius*).
2 LIV. 25, 9, 1 quos (*milites*) in expeditionem (inpeditione *P*) velocitate corporum ac levitate armorum aptissimos esse. 38, 21, 8 in quod minime apti sunt *Galli*.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IV ***variae structurae***: *cum infinitivo*: Ov. fast. 2, 216 silva... montanas occulere apta feras. epist. 17, 23 Sen. Tro. 816 Stat. silv. 3, 4, 51 Ps. Apvl. herb. 32, 3. Paneg. Mess. 62 *Circe* apta vel herbis aptaque vel cantu veteres mutare figuras. Eleg. in Maec. 123 Ov. ars 3, 534 epist. 9, 116 Stat. Theb. 7, 110. 10, 250 Sedvl. carm. pasch. 2, 220. Ov. am. 1, 5, 20 forma papillarum quam fuit apta premi. fast. 2, 254 ars 1, 10. 1, 359 epist. 2, 112 Stat. Theb. 3, 306 Physiogn. 120. Ov. fast. 2, 200 dux fieri quilibet aptus erat. Vvlg. I Macc. 13, 40 si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nos. II Macc. 3, 37 quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti. *adiuncto enuntiato relativo*: Cic. Lael. 4 nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur. Ov. fast. 4, 819 apta dies legitur, qua moenia signet aratro. epist. 3, 70 est mihi, quae lanas molliat, apta manus. 15, 299 tempus, quo Cresia regna videret, aptius. Liv. 44, 13, 11 eam urbem aptissimam ratus, unde ... mitti commeatus possent. *sequente* ut: Vvlg. I Macc. 10, 19 aptus es, ut sis amicus noster. *cum adverbio* huc: Cels. 6, 6, 12 id quoque ... huc aptum est (5, 19, 21).

V ***absolute***: **1** *de rebus*: Varro rust. 1, 12, 1 quae posita est ad exortos aequinoctiales, aptissima *villa*. Cic. Att. 11, 5, 2 deversoria (*cf.* Vitr. 1, 2, 5). Cato 9 arma. fin. 3, 17 partes corporis. nat. 2, 150 manus (*cf.* Ov. epist. 17, 24 amor. 1, 6, 6). Cat. 28, 2 cohors inanis aptis sarcinulis et expeditis. Lvcr. 4, 668 ⟨ut⟩ quae corpora conveniebant nunc non conveniant, et cetera sint magis apta. Aetna 121 confluvia. Hor. carm. 1, 12, 43 lare. Ov. fast. 1, 697 ensis. met. 2, 498 saltus. Nvx 117 umbras. Manil. 5, 447 materies. Cels. 6, 6, 29 cibi (*cf.* 1, 3. 2, 28. 3, 20. 4, 3 Scrib. Larg. 68 Plin. nat. 26, 120 Fronto p. 99, 8 N. Ser. Samm. 178). Sen. epist. 113, 26 facies. Colvm. 4, 29, 15 ferramentum ... magis aptum. Pers. 1, 45 si forte quid aptius erit. Plin. nat. 16, 36 scandula e robore aptissima. 15, 22 e nucleis ... ignis aptissimus. 18, 94 solum. Qvint. inst. 5, 10, 123 quod sit aptum atque conveniens. Ivv. 10, 349 aptissima quaeque. Tert. anim. 43 somnum ... tam aptum, tam utilem, tam necessarium. Cic. rep. 2, 48 locus. 2, 65. off. 1, 142 aptis et accommodatis locis. Moret. 49 Ov. Ib. 212 Scrib. Larg. 206 Plin. nat. 24, 167 Amm. 17, 12, 4 Vvlg. I Macc. 4, 46 Avg. civ. 4, 23. Ov. fast. 5, 416 nox aptum tertia tempus erit. rem. 132 met. 9, 573 Liv. 1, 9, 6 (*saepius*) Vitr. 1 prooem. 1 Sen. contr. 2, 1, 27 Cvrt. 3, 7, 13 Scrib. Larg. praef. p. 3, 12 Amm. 17, 13, 1 Vvlg. Sir. 20, 6. Plin. nat. 17, 192 diebus. Vvlg. Dan. 13, 15. Cic. de orat. 3, 210 nunc quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione videamus. orat. 218 paeana. 203 numerus orationis. de orat. 3, 203 reditus ad rem aptus et concinnus (Qvint. inst. 9, 1, 28). 3, 53 in eo genere laudis, quod ego aptum et congruens nomino. fin. 4, 57 verbis ... quam maxime aptis, id est rem declarantibus. de orat. 3, 31 propriis aptisque verbis (top. 35 opt. gen. 7 Qvint. inst. 9, 4, 144 Fronto p. 161, 13 N. Vlp. reg. 24, 11 a). orat. 153 nomina (Ov. ars 1, 228 Avg. civ. 16, 17). ac. 1, 5 interrogatio. de orat. 3, 203 conclusio (Qvint. inst. 9, 2, 2). orat. 47 loci (*τόποι*. Tac. dial. 31). Cvrt. 6, 2, 20 oratione (Itin. Silv. 36, 3). Qvint. inst. 9, 3, 50 dissolutio. 6, 1, 2 sententiis et figuris. 9, 4, 27 rectus ordo et apta iunctura. Itin. Silv. 43, 9 lectiones. 25, 5 psalmi. Mart. Cap. 9, 935 conveniens aptaque responsio. *incorporea*: Varro rust. 1, 6, 5 cultura arborum. Cic. off. 1, 98 compositio membrorum. parad. 26 vita. Prop. 3, 22, 42 venturae coniugis aptus amor. Ov. fast. 2, 514 causa. 3, 396 omen. epist. 8, 66 rapina. Vitr. 1, 2, 2 rerum conlocatio. Val. Max. 8, 10 pr. pronuntiatione apta et conveniente motu corporis. Cels. 6, 7, 2 compositio. 4, 27 sanguinis detractio. 2, 12, 2 moderatio. Sen. epist. 102, 1 cogitatio. Cvrt. 6, 8, 4 occasionem. Scrib. Larg. 104 varietate ciborum. Plin. nat. 18, 298 lex. 22, 109 usus despumati *mellis* semper aptior (Frontin. aq. 92). Stat. silv. 1, 2, 50 colloquia. Qvint. inst. 1, 10, 26 corporis ... aptus et decens motus. 1, 10, 22 modus. Tac. hist. 1, 69 trepidatione. Fronto p. 159, 13 N. convenire et decere et aptum esse et congruere Graeci *ἡρμόσθαι* appellant. Apvl. apol. 9 coniecturam. 19 moderationem. Tert. spect. 1, 1 consilio. *infinitivus subiecti vice fungitur*: Cic. fin. 3, 57 quam ... appellant *εὐδοξίαν*, aptius est bonam famam ... appellare. 4, 2 Tib. 3, 10, 21 Ov. fast. 4, 789. ars 3, 761 aptius est deceatque magis potare puellas. am. 1, 7, 41 (*saepius*) Liv. 28, 43, 13 Val. Max. 7, 3 ext. 9 Cels. 3, 5 Cvrt. 5, 1, 2 Plin. nat. 17, 110 (*saepius*) Stat. Theb. 2, 150 Ach. 1, 780 Frontin. strat. 2, 6, 8. Plin. paneg. 1, 6 quo magis aptum piumque est te, Iuppiter, ... precari. Gaivs inst. 2, 172 unde melius et aptius est vulgari cretione uti. *indicatur ubi quid sit aptum*: Varro rust. 1, 13, 3 cohortes in fundo magno duae aptiores. Cic. orat. 218 dochmius ... quovis loco aptus est. *ibid.* quo loco mihi videtur aptior creticus. part. 41 descriptiones quoque sunt in hoc genere saepe aptae. nat. deor. 2, 37 quod ... undique aptum sit. Qvint. inst. 10, 1, 8 quod quoque loco sit aptissimum. 9, 4, 106 omnes hi, qui in breves excidunt, minus erunt stabiles nec alibi fere satis apti, quam ubi .... Qvint. inst. 8, 3, 18 quae humilia circa res magnas, apta circa minores videntur. *indicatur qua re aliquid aptum sit*: Qvint. inst. 12, 10, 60 medius hic modus ... egressionibus amoenus, compositione aptus, sententiis dulcis *erit*.

2 *de animantibus*: Cic. de orat. 2, 17 quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus (*cf. sqq.*). Prop. 4, 9, 50 manibus duris apta puella fui (*verba Herculis*). Ov. ars 1, 446 illa quidem fallax, sed tamen apta deast. 3, 470 ministra. rem. 94 qui non est hodie, cras minus aptus erit. Liv. 34, 60, 2 nemo aptior super tali re particeps esse sermonis poterat. Colvm. 1 praef. 16 ut apti veniamus ad ganeas. Val. Max. 5, 1 prooem. aptiores comites (*in imagine*). Comm. instr. 2, 28, 12 exhilaratur enim *ea plebs* ex anima regibus aptis. Dares 12 Hectorem ... animo magno in civibus clementem dignum amore aptum. Sidon. carm. 23, 210 puer aptior magistro. epist. 8, 11, 7 *poeta* subtilis, aptus, instructus. Carm. epigr. 1384 (*a. 562 prope Viennam*) vir fuet excellens argutissemus aptus. 1387 (*a. 573 Lugduni*) *Nicetius* vir bonus ... mansuetus patiens mitis venerabilis aptus. 772 (*Coloniae Agrippinae*) hic iacit Artemia dulcis aptissimus infans, et visu grata et verbis dulcissima cunctis. Corp. XIII 2480 (*apud Ambarros*) Dananta ... dulcissima apta. *ibid.* 2478 (*a. 632/33*) ver magnus ac mente benignus abstutus passiins dulcissemus aptus (*cf. ibid.* 2477). *indicatur res, qua sive in qua quis aptus sit*: Cic. de orat. 1, 132 neminem nec motu corporis nec ipso habitu atque forma aptiorem ... mihi videor audisse. 2, 56 Thucydides ... verbis est aptus et pressus. Brut. 224 verbis aptiorem. 303 compositione aptus *Hortensius*. Tac. hist. 2, 5 aptior sermone.

synonyma: *ad participium*: *A*: conexus, cohaerens, conligatus, iunctus, nexus, vinctus, revinctus. *ad B*: armatus, instructus, ornatus, paratus, praeditus. *ad adiectivum*: *A*: conexus, compositus, bene structus (Cic. orat. 232), numerosus, rotundus. *ad B*: *α*: habilis, adstrictus. *ad β*: accommodatus, adpositus, commodus; concinnus, congruens, consentaneus, conveniens, decens; utilis, proficiens, (opportunus), bonus, habilis, idoneus; *saepius coniungitur cum* natus. *opposita*: *ad adiectivum*: *A*: amputatus, diffluens, dissolutus, infractus, solutus; dissidere, dissentire *opp.* aptum esse. *ad B β*: ineptus; alienus, contrarius, inimicus. *derivata*: aptifico, aptitudo, ineptus, exaptus.

adv. **aptē**. *comparativus* aptius (magis apte: Colvm. 2, 8, 5), *superlativus* aptissime. Hor. carm. 3, 5, 37 *recte* inscius *codd. opt.*, aptius A^2; Plin. nat. 12, 16 *falso* artissime *codd. plerique*. Cael. Avr. acut. 1 praef. 16 *pro* aptissime *scribendum videtur* apertissime.

1 *arte, cohaerenter*: Gloss. V 5, 16 abtissime (aptissime *R*, abtissime *et* artissime *G*) commisit (quo non sit *R*): artissime colligavit. Cic. Tim. 15 *mundus* ita apte cohaeret, ut dissolvi nullo modo queat. frg. F 5, 95 quorum corpora viva cum mortuis adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur. Ov. am. 1, 4, 5 alterius ... sinus apte subiecta fovebis? Liv. 2, 31, 2 quam (*aciem*), dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum ordinibus [aciem] firmaverant. *cf. etiam l. 66*. Amm. 23, 4, 2 ei (*stilo quadrato*) cochleae duae ligneae coniunguntur aptissime. Avg. civ. 4, 32 hoc modo eos (*populos*) civili societati velut aptius (artius *A*) alligantes. *sic saepius de oratione bene structa*: *composite, numerose*: Cic. orat. 149 ut inter se quam aptissime cohaereant *verba* (Hor. ars 195 haereat). 236 composite et apte ... dicere (177 concluse apteque. 219 apte numeroseque *cf.* Qvint. inst. 1, 5, 1). 149 ut comprehensio numerose et apte cadat (223 Qvint. inst. 9, 4, 32 Gell. 11, 13, 5. 11, 13, 10 posita *verba*). Sen. epist. 115, 18 apte verba contexta. Tac. dial. 22 pauci sensus apte ... terminantur.

2 *convenienter*: *secundum mensuram*: Cic. fin. 3, 46 si cothurni laus illa esset, ad pedem apte convenire. Liv. 1, 34, 9 capiti apte reponit *pilleum*. Pavl. Fest. 20 artifices ... quod apte opera inter se artent. 38 concinnare est apte componere. Scrib. Larg. 46 spongeae particulam praesectam apte forfice ad amplitudinem et patorem narium figuratam. Plin. epist. 2, 1, 5 quae (*coxa*) parum apte collocata ... male coiit. *secundum utilitatem, commoditatem, venustatem, honestatem, dignitatem, rationem, sim.*: *utiliter, habiliter, commode, expedite, convenienter, recte*: Cic. Verr. 5, 54 illa ... ita scite in aureis poculis inligabat, ita apte in scaphiis aureis includebat. Moret. 70 summittere rivos. Ov. met. 9, 611 non adiit apte nec legit idonea ... tempora (*cf.* Sen. epist. 22, 6 apte ... tempestiveque). epist. 9, 32 nubere. Liv. 28, 17, 10 finibus ... regni *Syphacis* apte ad Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positis (*nisi mavis explicare* arte). 4, 37, 9 equite ... locato (*cf.* Frontin. strat. 2, 3, 21 Amm. 16, 12, 32). 22, 4, 3 tumulis ... tegentibus. 22, 28, 7 locum ... insidere. 36, 43, 10 ibi aptius expectatura hostem. Val. Max. 2, 7, 2 *castra* vallo ... cinxit. 8, 12, 1 negotium ... explicari. Cels. 3, 22 p. 111 aptissime Alexandriam ex Italia itur. Sen. nat. 1, 7, 3 fabricata *virgula vitrea* (*cf.* Frontin. aq. 106). Scrib. Larg. praef. p. 3, 30 cibo vinoque apte interdum dato (*cf.* Plin. nat. 22, 67. 25, 59. 35, 186 Mart. 13, 26 Ser. Samm. 91. 194. 242). Plin. nat. 20, 256 condimentis prope omnibus inseritur *hippomarathum*, oxyporis etiam aptissime. 28, 139. 28, 222 (22, 139). 31, 131. 19, 69 (19, 114. 12, 16). 11, 46 apte atque utiliter. Sil. 12, 520 coeptum. Amm. 24, 4, 15 compage scutorum ... operiebantur. Avg. civ. 20, 16 mundus in melius innovatus apte accommodetur hominibus. 19, 13 quae apte ac convenienter adiacent sensibus. *adnexa praepositione* ad: Cic. nat. deor. 2, 145 ore ... *gustatus* continetur et ad usum apte et ad incolumitatis custodiam. Att. 16, 5, 4 o dies ... lepide descriptos et apte ad consilium reditus nostri. Liv. 1, 10, 5 fabricato ad id apte ferculo. Vitr. 6, 7, 1 ad usum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et caeli regiones apte debeant spectare *genera aedificiorum*. APVL. Plat. 1, 14 ad ea quae sunt sensibilia apte conposita natura *sensuum*. CIC. nat. deor. 2, 142 palpebrae ... aptissime factae et ad claudendas pupulas ... et ad aperiendas. 1, 19 leg. 1, 62 LIV. 10, 2, 12. 25, 15, 10 SEN. nat. 2, 28, 1 QVINT. inst. 2, 15, 3 (*cf.* 2, 15, 5. CIC. inv. 1, 5 apposite. de orat. 1, 31 accommodate). TAC. dial. 30. OV. am. 3, 4, 12 obsequio vinces aptius illa (*vitia*). met. 14, 685 formas ... apte fingetur in omnes *Vertumnus*. medic. 81 ut ... apte ... lini per corpora possint *medicamina*. SEN. benef. 2, 32, 1 apte et expedite remisit *pilam* (epist. 121, 5. 121, 7). CVRT. 8, 13, 6 ut apte excuti possent *tela*. 8, 14, 19 longas et praegraves *sagittas* ... haud satis apte et commode inponunt. COLVM. 4, 17, 8 fossores ... liberius et aptius iactant bidentes. FRONTIN. strat. 1, 8, 12 quasi aptius locis montuosis ... pugnaturus. CIC. off. 1, 146 quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. OV. met. 2, 733 ut pendeat apte *chlamys*. am. 2, 17, 22 apte iungitur herous cum breviore modo. QVINT. inst. 11, 3, 139 togam rotundam ... et apte caesam. AVG. civ. 12, 4 universum, cui particulae ... satis apte decenterque conveniunt. MART. CAP. 9, 931 qui (*soni*) modulationem apte et cum ratione conponunt. *sic saepe de oratione*: πρεπόντως: CIC. fin. 4, 5 ipsa illa ... polite apteque dixerunt (QVINT. inst. 6, 5, 11. 11, 1, 1. 11, 1, 8 eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat inspexerit). or. 205 aptissime conlocentur *orationis* partes (QVINT. inst. 8 pr. 31 *et saepius*). de orat. 3, 222 tum intentione, tum remissione *oculorum* ... motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. SEN. contr. 7 praef. 6 apte et convenienter et decenter hoc genere *orationis* utebatur. PLIN. epist. 2, 3, 3 prohoemiatur. 5, 19, 3 pronuntiat. 6, 21, 6 fictis nominibus decenter, veris usus est apte. CIC. Tusc. 4, 38 quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat. de orat. 1, 144 loquamur ... ad rerum dignitatem apte et quasi decore. VARRO ling. 9, 55 nullius nostrum filium et filiam non apte discerni marem et feminam. CIC. Cael. 69 quadrare. PANEG. Mess. 82 belli tenet ... artes. OV. am. 1, 12, 23 aptius haec capiant vadimonia ... cerae (ars 3, 808). LIV. 35, 49, 8 hoc dici apte in copias regis ... posse (SEN. nat. 1, 2, 1 epist. 54, 1 PLIN. nat. 5, 144 AVG. civ. 9, 13 *al.*). VITR. 5, 12, 1 disponantur *necessaria* (AVG. civ. 15, 26). 9, 9, 15 quam aptissime potui perscripsi. VAL. MAX. 7, 4, 1 exprimi. PLIN. nat. 2, 153 referentur. 16, 98 ratio ... reddetur. FRONTIN. strat. 4 praef. discriptioni ... subici. FRONTO p. 222, 4 N. considerare. 73, 11 animo comprehendere. TERT. pudic. 8 Christianum maiori ... filio adaequassent. AVG. civ. 11, 33 nuncupari. 11, 34 ibi ... sedes est phlegmatis, secundum dei opus utique aptissime, secundum istorum autem coniecturam tam absurde, ut .... 22, 19 quod ait dominus ... de numero capillorum dictum multo aptius possit intellegi. CAEL. AVR. acut. 2, 131 quos phlebotomandos imperat aptissime. *per ellipsim*: LVCIL. 216 hoc tu apte (*scil. dixisti*). CIC. fin. 4, 7 ista ipsa ... a te quidem apte ac rotunde (*scil. dicta sunt*). *nota adnominationem*: SIDON. epist. 9, 9, 1 quibus (*litteris*) recensendis ... qui tunc Aptae (apte *codd.*) fuistis, aptissime defuistis. *adnexa praepositione* ad: CIC. part. 30 dicamus aliquid ad tempus apte. de orat. 3, 37 ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus. div. 2, 83 si ... verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis. LIV. 8, 6, 3 apte ad repraesentandam iram deum ficta *esse* possunt. VITR. 6, 1, 12 aedificiorum ... rationes ad nationum gentiumque proprietates apte distribuere.

synonyma: *ad 1*: (arte); (astricte), (cohaerenter). composite, concluse, numerose. *ad 2*: accommodate, apposite, commode, (concinne), congruenter, (consentanee), convenienter, decenter, expedite, (habiliter), polite, (recte), scite, tempestive, utiliter. *opposita*: *ad 2*: absurde, (inepte). *cf.* CIC. off. 1, 146. *compositum*: inepte. *Prinz.*

Aptus, -a *nom. servorum vel libertorum*. CORP. V 1082 Aptus Sex. Cossuti ann. XII. 8110, 45. VI 1886 Aptus lictor cur(ulis). XII 3329 (*Nemausi*) Tr(aex) Aptus nat(ione) Alexsandrinus. IX 1746 III (*Naronae*) L. Aquilius Aptus *sevir Aug.* 3184* T. Lucílius T. l. Aptus *et passim*. *nota*: CORP. III 6852 (*Antiochiae Pis.*) C. Caristanius Haptus. CORP. VI 11842 Apta delicium. 12239 Apptae (*sic*) vernae karissimae suae. V 2901 Caesoniae Aptae. 2916. VI 9943. 12480. 22119 Marcia L. l. Apta. VIII 18975. X 1001 Bucia Apta *at* 1002 (*periit*) Apta Buccia. *ingenua esse potest* CORP. XIV 299 Aquilliae L. f. Aptae patronae.

apua *v.* aphye.

Apuānī, -ōrum *m. gens Ligurum*. LIV. 39, 2, 5 translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum. 39, 20, 5. 39, 32, 2. 40, 1, 3. 40, 36, 7. 40, 37, 9. 40, 38, 3. 40, 41, 3. FAST. triumph. Cap. a. 599 Apu⟨aneis⟩. *V.*

apud *praepositio*. [*originis non satis certae, fortasse cf. c. gr.* ποτί, *med.* paiti '*ad, versus*'. *Th.*] GLOSS. παρά, πρός, iuxta, ad. II 21, 40 ape παρά. NON. 68 apud iuxta. PAVL. FEST. 26 apor apud. MAR. VICTOR. gramm. VI 9 nos nunc et adventum et apud per d potius quam per r scribamus, arventum et apur. *cf.* INSCR. Zvetajeff 43 (*Mars.*) apur finem. LVCIL. 1134 sic ⟨item⟩ 'apud se' longe ali[u]d est (esse *codd.*) neque idem (ea *codd.*) valet 'ad te' (se *codd.*). intro nos vocat ad sese, tenet int⟨us apud se⟩. PAVL. FEST. 12 'apud' mutuam loci et personae coniunctionem demonstrat, ut cum dicimus: ceno apud amicum. 22 'apud' et 'penes' in hoc differunt, quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem, quod trahitur a 'penitus'. VLP. dig. 50, 16, 63 'penes te' amplius est quam 'apud te'; nam apud te est, quod qualiterqualiter a te teneatur, penes te est, quod quodammodo possidetur. PRISC. gramm. III 40 'apud' unam habet significationem in loco, ut 'apud Numantiam', adiungitur tamen etiam personis, ut 'apud amicum, apud Athenienses' et significat παρά graecam, quando locum apud illos demonstrat. ea autem praepositio in compositione non invenitur. SCAVR. gramm. VII 30, 18 (*e Varrone*) 'ad' et 'apud' locum significant, ut 'accede ad me' 'qui domi nati sunt apud me', 'apud illum est'. SERV. Aen. 1, 24 'ad' et 'apud' accusativae sunt praepositiones, sed 'apud' semper in loco significat, 'ad' et in loco et ad locum. *de* apúd *cf. sub* ante *p. 128, 1. Zimmermann, Archiv 8 (1893), 132. Landgraf ad Cic. S. Rosc. 44. Greef, De praepositionum usu apud Tacitum I 1869. Bonnet, Latin de Grégoire de Tours p. 574. — Hand, Tursell. I p. 405—416. inde a lege Iulia municipali* (aput forum, aput exercitum) *in titulis veteribusque codicibus saepissime et ante consonantes et ante vocales scriptum est* aput. *cf.* VEL. gramm. VII 70, 6 non dubitatur vero quin 'apud' per d scribi ⟨debeat⟩ (BEDA gramm. VII 264, 35 ISID. orig. 1, 27, 3). VIRG. gramm. 7 'aput' autem per t semper scribi debet (*cf.* apud *nomen*). *de littera finali cf. Leo, Plaut. Forsch. p. 226 sq. et p. 337, 46. postpónitur*: LVCR. 6, 747 Cumas apud. TER. MAVR. 506 Graios apud. PORPH. Hor. sat. 2, 1, 49 quem apud. TAC. ann. 4, 5, 1 Misenum apud et Ravennam. 6, 31, 20 ripam apud Euphratis (*cf.* 4, 43, 16 montem apud Erycum). *Tacito potissimum familiaris collocatio haec* (ann. 15, 60) sexagesimum apud lapidem. *interponitur vox inter praepositionem et nomen*: QVINT. inst. 5, 14, 29 apud omnino inperitos. PLIN. epist. 2, 14, 7 apud non intellegentes. COMM. instr. 2, 36, 3 regentis imperium tenens apud, stulte, Cyclopas. *cf.* PLAVT. Epid. 191 apud nescio quam fidicinam. PLIN. epist. 1, 15, 3. PRISC. gramm. III 34 apud sine metris scribentes. *ablativus videtur sequi* CORP. VIII 5784 apud lare suo. ITALA cod. Cantabr. Matth. 19, 26 apud hominibus (παρὰ ἀνθρώποις: apud homines VVLG.). EVGIPP. Sev. capit. 27 victoria, quam apud Batavis de Alamannis sumpsere Romani. *voce saepe utuntur scaenici, raro posteriores poetae*: LVCIL. *ter*, CAT. *ter*, PVBLIL. *semel*, LVCR. *bis*, VERG. *septies*, HOR. *semel*, PROP. *semel*, OV. *decies*, PHAEDR. *semel*, LVCAN. *septies*, VAL. FL. *bis*, SIL. *quater*, STAT. Theb. *bis* (*ter in* silv. praef.), MART. *in hendecasyllabis bis, in dactylicis quater* (*semel in* praef.), IVV. *quinquies*, COMM. *ter*. [*francog. vet.* od, *prov.* ab, *cf. francog.* avec 'cum'. *M.-L.*]

I *coniungitur* ***cum loci notionibus*: 1** *i. q. iuxta, prope*: PLAVT. Rud. 532 qui apud carbones adsident. TVRP. com. 125 utinam nunc apud ignem aliquem magnum adsidam! SISENNA hist. 116 dum pristinum vinum apud (iuxta *explicat* NON.) ignem per sudorem corpore exhauserunt. CIC. rep. 3, 40 apud quem (*focum*) sedens. NAEV. com. 26 tibi servi multi apud mensam astant. ATTA tog. 10. PLAVT. Trin. 478 verecundari neminem apud mensam decet. Men. 89 apud mensam plenam homini rostrum deliges. PAPIN. dig. 14, 3, 19, 1 servum ... apud mensam pecuniis accipiendis habuit. PLAVT. Epid. 221 praestolabitur illum apud portam. PLAVT. Mil. 1152 res apud summum puteum geritur. CATO agr. 46, 2 signum ... aput taleam adponito. PLAVT. Men. 1053 apud hasce aedis. Most. 935 quid illisce homines quaerunt apud aedis meas? Trin. 867 Truc. 281 Amph. 350. Rud. 864 tibi me ... praesto fore apud Veneris fanum. Poen. 264. 339 apud aedem Veneris hodie est mercatus meretricius. 1132 Curc. 471. TER. Ad. 573 nostin porticum apud macellum ha[n]c deorsum? VARRO ling. 5, 50 Cespius mons sexticeps apud aedem Iunonis Lucinae. rust. 2, 11, 5. CAT. 63, 53 ut aput nivem et ferarum gelida stabula forem. LVCR. 6, 848 esse apud Hammonis fanum fons luce diurna frigidus ... fertur. IVV. 6, 488 aput Isiacae ... sacraria lenae. PAPIN. dig. 18, 1, 74 si claves apud horrea traditae sint. PLAVT. Epid. 14 apud portum te conspexi. Stich. 153 dies totos apud portum servos unus assidet. TER. Phorm. 198. PLAVT. Asin. 328 ubinam est erus? :: maior apud forumst, minor hic est intus (*cf. Abraham, stud. Plaut. p. 207*). Aul. 280 conduxit coquos tibicinasque has apud forum. Curc. 474 apud forum piscarium (*cf.* VARRO ling. 5, 146). Epid. 358 is apud forum manet me. 442 Most. 844 Pseud. 896 POMP. Atell. 169 TER. Andr. 254. 302. 745. Phorm. 859 (598 ad forum: apud forum *Abraham*). Ad. 154 si apud forumst. 404. 512 *cf.* PLAVT. Amph. 1012 apud emporium atque in macello, in palaestra atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras sum defessus quaeritando. VARRO Men. 336 eloquentia in foro et apud subsellia ... esse debet. PLAVT. Cist. 225 pater apud villam detinuit me hos dies sex ruri continuos. TER. Ad. 517 ... patrem hinc abisse rus? ... apud villamst. CIC. Verr. 5, 48 cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano. APVL. apol. 87. PLAVT. Poen. 265 turba est nunc apud aram. CORN. SEV. 4 stabat apud sacras antistita numinis aras. NEP. Hann. 2, 4 me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat. FASTI Amit. p. 244 supplicationes aput omnia pulvinaria (MON. Anc. 2, 19 TAC. ann. 14, 12). FEST. 322. VAL. MAX. 2, 4, 5. 8, 17, 7 dis immortalibus apud sacra mensae suae libaverit. TAC. ann. 1, 61 apud quas (*aras*) tribunos ... mactaverant. 11, 9 apud altaria deum pepigere. 12, 17 apud effigiem Caesaris procubuit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, 29 Svet. Aug. 35. Fronto p. 133, 7 N. apud omnis foculos, aras, lucos sacros, arbores sacratas ... sacrificavi. Tert. spect. 5 ieiun. 16 ⟨unus⟩ in publico ignis apud aras. Macr. sat. 3, 10, 4 *cf.* 3, 11, 7. Val. Max. 9, 2, 2 apud seditiosissimi ... hominis bustum. Flor. 3, 21, 26 aput Catuli sepulcrum. Apvl. met. 9, 31 rite completis apud tumulum sollemnibus. 8, 4 Tert. spect. 12 anim. 57. *locutiones militares*: C. Gracch. Gell. 15, 12, 2 in convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia. Vell. 2, 112, 5 apud signa quoque legionum trepidatum. Tac. hist. 3, 35 sua quemque apud signa componunt. 4, 35. 4, 77. Fronto p. 206, 18 N. *milites* apud signa infrequentes. Amm. 26, 1, 1. 27, 10, 10. Dict. 2, 35 ut apud arma essent. 2, 41. Macer dig. 48, 1, 2 si quis apud acta (ἐπὶ πράξεως Gloss.) appellaverit, satis erit, si dicat: appello. Cypr. epist. 77, 2. Acta S. Marc. 4 locutus es haec apud acta praesidis? 5. Cic. Flacc. 80 subsignari (*praedia*) apud aerarium aut apud censorem possint? Svet. Dom. 9 reos, qui ante quinquennium apud aerarium pependissent.

saepe de terrae regionibus, praesertim de pugnis (*sic* apud *cum loci notionibus coniungitur apud* Caes. *et plerumque apud* Cic.): Plavt. Bacch. 86 apud hunc fluvium aliquid perdundumst tibi. Acc. trag. 297 apud ... amnem et ... undas Inachi. Cic. Muren. 84 hostis est enim non apud Anienem, ... sed in urbe. Att. 16, 7, 5 erat ... cum navibus suis apud Haletem flumen. leg. 2, 56 C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla. fin. 2, 73. Tusc. 1, 94 apud Hypanim fluvium. nat. deor. 3, 11 de Locrorum apud Sagram proelio. Sall. ep. Pomp. 6 proelium apud flumen Turiam. Nep. Eum. 5, 1 haec dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud Nilum flumen interficitur. Verg. Aen. 5, 260. 12, 331 apud gelidi ... flumina ... Hebri (Sil. 17, 487). Fest. 285 Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt. Vell. 1, 11, 4. 2, 114, 4 Val. Max. 1, 8 ext. 19 Cvrt. 3, 1, 9 Lvcan. 8, 319 Plin. nat. 12, 42 Val. Fl. 6, 165. Sil. 1, 326 apud ripas ... binominis Istri (Tac. ann. 2, 83). Flor. 2, 6, 50. *cf.* Vitr. 8, 3, 21 apud eum fontem. Ter. Ad. 583 apud ipsum lacum est pistrilla. Cic. Att. 14, 12, 2 ut ne apud aquas quidem adquiescere liceret. Brut. 57 apud Trasumennum (nat. deor. 2, 8). nat. deor. 2, 6. 3, 11. Sall. Iug. 9, 8, 7 apud aquam. Vell. 1, 15, 4 apud aquas. Varro rust. 1, 7, 6 vitis apud mare Zmurnae. Tac. ann. 15, 44 propitiata Iuno primum in Capitolio, deinde apud proximum mare. 6, 14, 8 repertus apud fretum Siciliae. Ter. Andr. 222 navem is fregit apud Andrum insulam. Cic. Arch. 21 incredibilis apud Tenedum pugna. Nep. Them. 3, 4 apud Salamina classem suam constituerunt. 9, 3 proelio apud Salamina facto. Alc. 5, 4 praetorque fit apud Samum (*nisi hic mavis oppidum intellegere*). Cvrt. 4, 5, 19 quae apud Chium acta erant. apud *oppidum* (*praeter pugnas prope factas etiam ad oppugnationes spectat* apud): Plavt. Curc. 394 catapulta hoc ictum est mihi apud Sicyonem (*cf.* Pers. 21 plusculum annum fui praeferratus apud molas tribunus vapularis). Enn. hed. 1, 3 apud Ambraciai fines ... apud Cumas. Cic. Cluent. 21 captus apud Asculum. de orat. 2, 267 quod Scipio apud Numantiam ... dixisse dicitur. off. 3, 109 pugnatum apud Caudium. div. 1, 123 apud Delium. fin. 2, 97 cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam. agr. 1, 5 iubent venire ... agros in Hispania apud Karthaginem novam. Lvcr. 6, 747 is locus est Cumas aput. Vell. 2, 28, 1 duo Servilii apud Clusium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam. *sic passim cum oppidorum nominibus.* Cato orig. 83 Leonides ... simile apud Thermopylas fecit. Cic. Cato 32. fin. 1, 23 apud Veserim. Bell. Afr. 37, 5 quarum (*specularum*) apud ultimam praesidium et statio fuit Scipionis. Verg. Aen. 11, 288 quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae. Tac. ann. 6, 50 apud promunturium Miseni consedit. 16, 15 Ostorius ... apud finem Ligurum erat. Sidon. epist. 4, 17, 2 apud limitem Latina iura ceciderunt.

2 *i. q.* in *c. abl.* *cum oppidorum nominibus* (*apud posteriores scriptores locativus fere interiit*): Gramm. VII 31, 7 (*e Varrone*) item vitiose dicitur 'senatum habere apud aedem Apollinis', quod 'in aede' dici oportet. Plavt. Epid. 53 id adeo argentum ab danista apud Thebas sumpsit faenore. Tac. ann. 1, 5 spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem invenerit. 2, 54. 6, 20 apud Rhodum magistrum Thrasyllum habuit. Svet. Nero 22 civitates, apud quas musici agones edi solent. Tit. 5 in consecrando apud Memphim bove Apide. Flor. 3, 19, 8 apud Hennam obsessos. Fronto p. 126, 6 N. Apvl. met. 1, 24 condiscipulus apud Athenas Atticus meus. Sol. 7, 22 urbs ista (*Thebae*) numinibus apud se ortis gloriatur. 9, 20 (*Alexander*) apud Babylonem ... exemptus est. Capitol. Aur. 8, 11. Arnob. nat. 2, 71 quot ... apud Albam regnatum est annis? Lact. inst. 1, 21, 31 apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt. Schol. Iuv. 10, 75 Fest. brev. 7 Optatvs 1, 10. 2, 18. Lvcif. Athan. 1, 20 fidem apud Nicaeam damnate conscriptam. Amm. 23, 6, 2 Avg. civ. 22, 8 retr. 1, 16, 1. 2, 11 Svlp. Sev. chron. 2, 28, 4 Macr. sat. 5, 1, 20 Cassian. conl. 14, 4, 2. Oros. hist. 2, 2, 2. 4, 6, 24 cum apud Syracusas a Carthaginiensibus obsideretur. *cum terrarum nominibus*: Tac. ann. 1, 34 1, 47 validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam. 4, 5 ripam Danuvii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant, totidem apud Delmatiam collocatis. 6, 32 cunctis, quae apud orientem parabantur, L. Vitellium praefecit. 13, 8. 15, 12. Svet. Vesp. 5 apud Iudaeam Carmeli dei oraculum consulentem. Gell. 9, 4, 6 alios item esse homines apud eandem caeli plagam singulariae velocitatis. Tert. anim. 25 populi frequentiores apud orientalem et meridialem temperaturam. Itala (Tert. resurr. 48) II Cor. 1, 8 de pressura nostra apud Asiam (ἐν τῇ Ἀσίᾳ: in Asia Vvlg.). Evtr. 6, 23 apud Thessaliam in auxilio fuerat. Favstin. prec. (Migne 13) 29 Avson. 419, 83. Symm. epist. 8, 5 de meis apud Africam meritis. Oros. hist. 7, 43, 15 Cassian. Nest. 1, 4, 2. *cum insularum nominibus*: Plavt. Asin. 34 apud fustitudinas ferricrepinas insulas. Pavl. Fest. 58 fuit enim apud Rhodum insulam statua Solis. Tac. ann. 2, 59. 6, 10 *familiares* apud Capreas individui. 4, 14 apud cunctas Asiae insulas. Svet. Aug. 92 apud insulam Capreas veterrimae ilicis demissos ... ramos convaluisse. Apvl. Plat. 1, 1 qua (*die*) apud Delum Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. apol. 32. *varia*: S. C. de Bacch. (Corp. I 196 = X 104) cos. senatum consoluerunt n(onis) Octob(ribus) apud aedem Duelonai. Fest. 265 apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit. Plin. nat. 15, 36 pinea corona victores apud Isthmum coronantur. Tac. ann. 1, 64 Cheruscis sueta apud paludes proelia. 11, 19 natio ... Frisiorum consedit apud agros a Corbulone descriptos. 15, 31 *et* 72 Svet. Iul. 7. Aug. 43 rhinocerotem apud Saepta, tigrim in scaena, anguem ... pro comitio *monstravit*. Tert. adv. Marc. 1, 21 Cypr. epist. 67, 6. Pomp. gramm. V 187 apud antiquos libros invenimus plenas declinationes. Apvl. met. 7, 16 sic apud historiam de rege Thracio legeram. Tert. nat. 2, 12 exstat apud litteras vestras usquequaque Saturni census. adv. Marc. 5, 1 quem in albo apostolorum apud evangelium non deprehendo. Avg. civ. 14, 7 apud sacras litteras. Mart. Cap. 6, 707 apud illam (*arithmeticam*) dyas lineam facit. *cf. p. 341, 31 sqq.*

II *coniungitur cum personarum notionibus*:

A *i. q. iuxta, prope, ad*: **1** *universe*: Plavt. Bacch. 81 ubi ego tum accumbam? :: apud me, mi anime. Amph. 577 domi ego sum, inquam, ecquid audis? et apud te adsum Sosia idem (Poen. 279 Acc. trag. 277). Trin. 1066 partem tibi permitto, illam alteram apud (ad *P*) me quod bonist apponito. Epid. 191 illum audivi in amorem haerere apud nescio quam fidicinam (Ter. Eun. 1055). Ter. Eun. 534 apud nos hic mane. Haut. 181 huic filium scis esse? :: audivi esse: in Asia. :: non est, pater: apud nos est. Phorm. 37 iam pridem apud me relicuom pauxillulum nummorum (Ascon. Corn. p. 72 B). Ad. 872 illum amant, me fugitant ... illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum. Acc. trag. 342 apud ipsum adstas. Varro ling. 6, 43 ut vestimentum apud fullonem cum cogitur. Cic. Manil. 13 ut ei beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur (Caes. Gall. 3, 9, 5). Pis. 26 apud socrum tuam sedebas. de orat. 2, 12 in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet. off. 1, 126 quibuscum apud quosque vivamus. Caes. Gall. 1, 47, 6 apud se in castris. 1, 18, 6. 7, 57, 1 dum haec apud Caesarem geruntur (civ. 3, 112, 11 Liv. 29, 23, 1 *al.*). 4, 15, 5 civ. 1, 77, 2. 2, 19, 4 cohortes apud se retinuit (Liv. 34, 12, 7. 44, 46, 1). 3, 103, 5 quos ... apud Ptolomaeum ... reliquerat (Sen. contr. 7, 4, 2). Sall. Iug. 100, 2 Sulla cum equitatu apud dextumos, in sinistra parte A. Manlius. 100, 3 omnia providere, apud omnis adesse. 101, 6 Marius apud primos erat. Nep. Con. 2, 4 apud praefectos regis versabatur. Liv. 31, 33, 7 idem error apud consulem erat. 38, 11, 7 obses fuerat apud Romanos. 43, 19, 3 exulantem apud se (Val. Max. 3, 7 ext. 6). Sen. dial. 7, 25, 1 quae etiamsi apud me, extra me tamen sunt. Tac. hist. 2, 51 ut legatus apud Caecinam ac Valentem fungeretur. Tert. scorp. 3 aberat apud deum in monte Moyses. Clavdian. Mam. 1, 27 semper apud invicem eritis. Plavt. Pseud. 140 ut mavelis lupos apud ovis linquere.

apud inferos, superos, *sim.*: Plavt. Asin. 606 bene vale, apud Orcum te videbo. Merc. 602 ubi ego sum? hicine an apud mortuos? Varro ling. 7, 37 de fluminibus, apud inferos quae sint. Cic. Cluent. 171 Cat. 4, 8 inv. 1, 46 Tusc. 1, 37 nat. 3, 43. Tusc. 1, 10 biceps apud inferos Cerberus. 1, 11. 4, 35 nat. 2, 5 Sall. or. Cott. 3. Verg. Aen. 6, 568 quae quis apud superos ... distulit in seram commissa piacula mortem. Prop. 2, 28ᵇ, 49 sunt apud infernos tot milia formosarum. Ov. met. 1, 585 nescit, vitane fruatur an sit apud manes. Hyg. Gell. 10, 16, 9 nisi quis eum divinasse apud inferos putat. Pavl. Fest. 83 Fest. 359 Vell. 2, 48, 2. Val. Max. 2, 6, 10. 3, 2 ext. 3 tamquam apud inferos cenaturi. 9, 11 ext. 4 Sen. epist. 82, 16. Sil. 13, 605 apud superos. 13, 777 Tert. idol. 13 nat. 2, 8. depono apud aliquem *sim.*: Plavt. Bacch. 306 apud Theotimum aurum depos⟨i⟩vimus. Curc. 345. Capt. 193 quantillum argenti mi apud trapezitam siet. Trin. 794 apud portitorem eas (*litteras*) resignatas sibi inspectasque esse. Cic. Verr. 4, 165 cum posita esset pecunia apud eas societates. 5, 29 Att. 4, 15, 7 ad Q. fr. 2, 14, 4 epist. 5, 20, 9. Caes. Gall. 7, 63, 3 quos (*obsides*) Caesar apud eos deposuerat. civ. 3, 108, 4. Liv. 38, 19, 2 coniugibus ac liberis apud Tectosagos depositis. Phaedr. app. 18, 5 querela ... apud te deponitur. Sen. benef. 6, 5, 5. 7, 26, 4. epist. 68, 2 depone hoc apud te. 72, 1. 74, 18 Ascon. Mil. p. 47 B. Petron. 15 Plin. nat. pr. 9 Qvint. inst. 7, 2, 50 decl. 289 p. 157. Svet. Aug. 101 *cf.* Sen. contr. 1 p. 3 quaecumque apud illam (*memoriam*) aut puer aut iuvenis deposui. Qvint. inst. 9. 2, 63 deponere apud memoriam iudicis. *cf.* Pavl. Nol. epist. 13, 24 *nobis* sparsi seminis non apud dubiam terrae fidem, sed apud incommutabilem dei veritatem ratio mandata est. Plavt. Stich. 710 non mora erit apud me. Cist. 16 nec nisi disciplina apud te fuit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quicquam ibi quin mihi placeret. Mil. 1156 quod apud nos fallaciarum sex ⟨s⟩itumst certo scio. Cato Gell. 16, 1, 4 nequiter factum illud apud vos semper manebit. Trag. inc. 206 nihil horum simile (*esse*) apud Lacaenas virgines. Cic. Brut. 152 iuris civilis magnum usum et apud Scaevolam et apud multos fuisse, artem in hoc uno. Sall. Iug. 24, 10 Nep. Them. 6, 3. Verg. Aen. 5, 539 et bene apud memores veteris stat gloria facti. Sen. epist. 63, 3 Tac. ann. 1, 33. 5, 2. Cassiod. hist. 5, 34 quia dicitur innovatum ab aliquibus de dissimilitudine filii apud patrem (*si cum patre comparatur, iuxta p.*).

saepe apud *extat coniunctum cum pronominibus vel vocibus quales sunt* animus cor *sim., ubi et* in *et* cum *eius vices subire possunt.* Cic. epist. 2, 3, 1 testatum apud animum tuum relinquam. 4, 5, 5 apud animum propone. Sall. Iug. 110, 3 qua (*amicitia*) apud animum meum nihil carius habeo (est *V*). Liv. 6, 39, 11 ipsi primum apud animos statuerent quid vellent. 30, 28, 1 nec satis constare apud animos poterat. 34, 2, 4. 42, 50, 8. Val. Max. 6, 9, 6 si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit. 9, 8 ext. 1. Sen. epist. 23, 4 haec qui apud se versat. Qvint. decl. 279 p. 138 non satis constituere apud animum meum possum. 328 p. 291. 330 p. 299. Ps. Qvint. decl. 9, 11 nulla est apud animum meum memoria meritorum (Schol. Cic. Bob. p. 243 O.). Tac. ann. 3, 52 apud se pensitato. Fronto p. 148, 11 N. aput te ipse reputa. Gaivs dig. 17, 1, 2, 6 liberum est cuique apud se explorare. Vlp. dig. 37, 5, 5, 2 constituere ... apud se debet. Gell. 11, 3, 1. Apvl. met. 11, 20 apud cogitationes meas revolvebam. 2, 8. 4, 2 apud mea non usquequaque ferina praecordia arbitrabar. 4, 21. 11, 7 dum religiosum scrupulum ... apud meum sensum disputo. Arnob. nat. 7, 19 an ipse apud se credat sibique ipse persuadeat. 7, 30 apud vos ipsi ... scitis. Lvcif. Athan. 2, 21 quae est apud te et in te constituta misericordia? Ambr. inst. virg. 1, 1 et vere ita est apud mentem fidelem. Vvlg. sap. 2, 1 cogitantes apud se non recte. II Cor. 2, 1. Avg. civ. 8, 5 quod non videbant et apud se imaginabantur, quod foris non viderent. 22, 8 meque gaudente et apud me deo gratias agente. epist. 27, 1 me excruciat desiderium tui apud ipsam intus animam. Svlp. Sev. dial. 3, 4, 6 crede, quia non leviter apud me actum est. Oros. hist. 7, 41, 1 si non secundum omnes homines apud unius cuiusque mentem conscientia secreta loqueretur. Prosp. voc. omn. gent. 2, 25 causam ... dominus apud scientiam suam tenuit et intra secretum potentissimae voluntatis occuluit. Leo M. serm. 93, 1 apud corda credentium. Tert. apol. 9 apud conscientias pulsem. Lvcif. Athan. 2, 8 quantum apud nostram conscientiam est. Schol. Iuv. 13, 213 apud conscientiam suam cogitant de admisso scelere. Schol. Cic. Bob. p. 265 O. Ennod. epist. 8, 7. 9, 4 op. 3 Cassiod. var. 3, 40, 1. Avg. civ. 8, 27 cum apud eorum (*apostolorum*) memorias offeratur deo. *idem fere valet quod* penes: Cic. Caecil. 8 qui iudicia manere apud ordinem senatorium volunt. Nep. Phoc. 2, 4 cum apud eum summum esset imperium. Liv. 7, 19, 6 consulatus uterque apud patricios manet. Pavl. Fest. 91 apud hos (*fetiales*) enim belli pacisque faciendae ius. Sen. epist. 98, 10 quicquid est, ⟨cui⟩ dominus inscriberis, apud te est. Lvcif. Athan. 1, 43 quantum apud te est. 1, 20. Ennod. epist. 9, 2 stat apud conscientiam cuiminis vestri. dict. 6. *idem fere valet quod* inter: Cic. orat. 99 furere apud insanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur. Liv. 41, 9, 9 qui socii [ac] nominis Latini, ipse maioresve eorum, M. Claudio T. Quinctio censoribus postve (-que *cod.*) apud socios nominis Latini censi essent. 43, 14, 8. Plin. nat. 19, 165 Crateuas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat. constat apud omnes *sim.*: Tert. idol. 15 nat. 1, 1 *et* 6 Spart. Pesc. Nig. 12, 3 Schol. Cic. Bob. p. 352 O.

2 ***i. q. domi alicuius*:** Liv. Andr. 16 apud nympham Atlantis filiam Calypsonem. Naev. com. 21 quis heri apud te? :: Praenestini et Lanuvini hospites. Plavt. Bacch. 747 apud te vinctum adservato domi. Aul. 243 hic apud me hortum confodere iussi. 357 ligna hic apud nos nulla sunt. 823 ubi id est aurum? :: in arca apud me. Most. 299 Trin. 196. Pers. 491 ubi nunc tua libertast? :: apud te. :: ain apud mest? :: ..., apud te est. Poen. 773. Mil. 108 intimum ibi se miles apud lenam facit. Men. 28. 671 Aul. 83 Asin. 219 Cist. 503. Mil. 593 domi nunc apud me est, Sceledrus nunc autemst foris. 637 ut apud ⟨te⟩ exemplum experiundi habeas, ne quaeras foris. Truc. 693. Cas. 650 intus apud nos. Ter. Andr. 978 Haut. 172. 852 Eun. 840. 747 Varro rust. 1, 2, 10. 2, 5, 18. 3, 13, 2 apud Hortensium cum in agro Laurenti essem. Cic. Verr. 2, 50. 5, 4 erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in aedibus. 6, 73 Flacc. 72. de orat. 1, 214 quem non longe ruri apud se esse audio. div. 2, 59. Att. 5, 7 ego cum triduum cum Pompeio et apud Pompeium fuissem. Cat. 68, 33 Sall. Cat. 36, 1. Nep. Att. 10, 2 latebatque apud P. Volumnium. Hor. carm. 3, 29, 4 pressa tuis balanus capillis iam dudum apud me est. Liv. 3, 33, 10 defosso cadavere domi apud P. Sestium. Stat. silv. 2 pr. *puerum* apud te complexus amabam. Plin. epist. 8, 12, 2 auditoria non apud se tantum benignitate mira frequentat. *cf.* Apvl. apol. 53 ais ... me habuisse quaedam sudariolo involuta apud lares Pontiani. Avell. p. 155, 13 synodus apud beatum Petrum apostolum congregata. Liv. 40, 4, 4 Archo Poridi ... nupsit. et apud eum plures enisa partus ... decessit. Ascon. Pis. p. 5 B. Svet. Tib. 4 tunc gravidam et ante iam apud se filium enixam. Corp. XII 1796 coniugi ... quae vixit apud eum (*usitatius* cum eo) annos .... I 818 seic Rhodine apud M. Licinium Faustum mortua sit nec loqui nec sermonare possit. Gell. 1, 23, 8 unusne duas uxores haberet an ut una apud duos nupta esset. Macr. 1, 6, 21. Plin. nat. 29, 7 annua⟨e⟩ his (*medicis*) fuere apud principes. Plavt. Cist. 10 in prandio nos lepide ac nitide accepisti apud te. Curc. 728 apud me cenabis. Men. 302. 208 iube igitur nobis apud te prandium accurarier. Most. 238 neque edes quicquam neque bibes apud me his decem diebus. 1007. 1129 Stich. 470. 612 Cas. 546 non ornatis isti (istic *P*) apud vos nuptias? Rud. 183 si apud me essuru's. Merc. 949 bene vocas, benigne dicis, cras apud te, nunc (non *codd.*) domi. Ter. Ad. 799 cur nunc apud te potat? Phorm. 837 Tvrpil. com. 187 Varro ling. 5, 125. Cic. Caecil. 58 apud te postea cenavit. Verr. 5, 33. 5, 49 Cael. 26 Deiot. 32 de orat. 2, 351 Cat. 13, 1. Liv. 1, 57, 6 potantibus his apud Sex. Tarquinium. 26, 13, 17. 40, 14, 2 Fest. 281. Sen. dial. 5, 15, 1 aput regem omnis cena iucunda est. Petron. 26 nescitis hodie apud quem fiat (*scil. cena*). Plin. nat. 14, 96. 33, 143 Mart. 9, 35, 11. 11, 52, 1 Ivv. 11, 137 Tac. ann. 14, 48 Plin. epist. 1, 15, 3. Plavt. Mil. 240 apud ⟨te⟩ eos hic devortier. 676. Men. 795 neve quemquam accipiat alienum apud se. 1034 apud te⟨d⟩ habitabo et quando ibis, una tecum ibo domum. Poen. 1053 hic apud me hospitium tibi praebebitur. Pseud. 658 ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam apud anum illam. Vid. 54. Cic. Cluent. 37. 165 apud hunc ille Romae habitavit, apud hunc aegrotavit, huius domi est mortuus. Verr. 2, 63 comites ... apud ceteros hospites conlocantur. 5, 18. 5, 37 apud quem deversatus es. Brut. 309 de orat. 2, 367 si hic hodie apud te maneremus. Tusc. 5, 22 ac. 2, 115 Att. 9, 13, 2. 13, 2, 2. Liv. 1, 1, 9 Aeneam apud Latinum fuisse hospitio. 21, 63, 10. 35, 49, 6 apud quem ... comiter accepti. 42, 1, 10 Mart. 11, 83, 1 Tac. hist. 1, 13. Svet. Iul. 2 desedit apud Nicomeden. Dom. 1 apud aedituum clam pernoctavit. M. Avr. (Fronto p. 104, 11 N.) parvolae nostrae nunc aput Matidiam in oppido hospitantur. Apvl. met. 4, 1. 9, 41 apud familiarem quendam sibi delitescere. Cic. Cluent. 27 cum ... filius ... apud matrem educaretur. inv. 1, 35. 1, 103. 2, 29 Lael. 75. Liv. 1, 5, 5 regiam stirpem apud se educari. 9, 36, 3. 27, 19, 9. Sen. contr. 5, 5 (28), 2 sine apud me nutriatur. Vell. 2, 59, 3 Val. Max. 5, 1, 7 Tac. ann. 15, 52 Svet. Cal. 24 Nero 6 Flor. 1, 1, 5.

corum, quibus influit, colore decurrit. *de fluminibus*: PAVL. FEST. 3 albo aquae colore *Tiberis*. OV. fast. 6, 228 flavis ... Thybris aquis. PLIN. nat. 4, 31 argenteae (*Penei; cf.* Iliad. 2, 753 *Πηνειῷ ... ἀργυροδίνῃ*). SIL. 4, 82 caeruleae (*Ticini*). *de maribus*: OV. met. 8, 230 caerulea ... aqua. epist. 2, 16 cana. ars 1, 402 viridis (3, 130). fast. 3, 592 canas .. aquas (5, 162). 4, 164 virides. met. 15, 699 caeruleae (SEN. Ag. 69 *saepius*). CVRT. 8, 9, 14 rubere aquas credunt *maris Erythraei* (*cf.* MART. 7, 30, 4 rubras ... aquas). *aetatis*: VERG. Aen. 6, 635 recens (COLVM. 8, 9, 4 SCRIB. LARG. 84 *saepius*). 9, 14, 7 recentissimi rigoris. 12, 12, 1 vetus (12, 22, 2 vetustissima). 12, 25, 2 requieta. ISID. orig. 20, 3, 1 quam (*aquam*) et inde recentem dicimus, quia non est utilis vetusta, ut vinum, sed statim sublata de flumine et fonte vel puteo, foetescit enim vetusta. COLVM. 12, 12, 3 caelestem inveterare aquam. *putescendi celeritatis*: CELS. 2, 30 p. 72 D. (*de his, quae alvum adstringunt*) *aqua* dura, id est ea quae tarde putescit (*cf.* PLIN. nat. 31, 34 pluvias ... aquas celerrime putrescere convenit minimeque durare in navigatione). 2, 29 (*de his, quae alvum movent*) aqua tenera; *cf. Hipp. de aër., aq. et loc. 1 ταῦτα δὲ χρὴ ἐνθυμεῖσθαι ὡς κάλλιστα καὶ τῶν ὑδάτων πέρι ὡς ἔχουσιν*, [*καὶ*] *πότερον ἑλώδεσι χρέονται καὶ μαλθακοῖσιν ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων καὶ πετρωδέων εἴτε ἁλυκοῖσι καὶ ἀτερά̓μνοισιν*). *ponderis*: SEN. nat. 3, 2, 2 deinde *sunt discrimina* ponderis: leves et graves sunt. *cf.* 3, 25, 9 ponderosa. CELS. 2, 18 p. 66 D. PLIN. nat. 31, 56. CASSIOD. var. 3, 53 levitate. *ibid.* crassitudine gravitatis. *v. p. 349, 31. salubritatis*: *v. p. 349, 1 sqq. quantitatis*: *adiectiva*: multa (PLAVT. Poen. 243 *al.*, VVLG. psalm. 31, 6 *saepius*), magnae (LIV. 24, 9, 6), maiores (CAES. civ. 1, 48, 1; maior: LVCAN. 4, 143), crassa (MART. 11, 21, 4; crassae: OV. am. 3, 6, 8), largae (LVCAN. 4, 86 MART. 14, 112, 1; largissimae: VVLG. num. 20, 11), alta (OV. met. 5, 386 *saepius*; altior: CAES. civ. 1, 25, 6 *al.*), ingentes (LIV. 35, 9, 2. 38, 28, 4), copiosa (CELS. 3, 7, 2 *al.*), uber (CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 OV. met. 3, 31), tumida (VAL. FL. 6, 329), plenae (HIER. epist. 119, 1 *cf.* PROP. 1, 20, 44), caduca (VARRO rust. 3, 5, 2 *aqua* caduca quae abundat. FRONTIN. aq. 94 'quae *sc. aqua* ex lacu humum accidit' [accedit *C*] — haec enim sunt verba legis — id est quae ex lacu abundavit; eam nos caducam vocamus; *cf.* 110 CORP. II 5439 tab. III col. 4, 15), valida (VVLG. sap. 18, 5 II Esdr. 9, 11). tenuis (VARRO rust. 3, 15, 2 LIV. 1, 4, 6. 2, 5, 3. QVINT. inst. 12, 2, 11 *opp.* multus gurgitis tractus), macra (VERG. catal. 13, 26), exigua (OV. trist. 5, 11, 28), mediocris (OV. met. 6, 343), exilis (AMM. 18, 7, 9), brevis (VLP. dig. 43, 12, 1, 15 VVLG. Is. 30, 20), vadosae (LVCAN. 8, 698). *substantiva*: aquae vis (ENN. ann. 593 CIC. ad Q. fr. 3, 7, 1 LVCR. 1, 286 CAES. Gall. 4, 17, 7 *al.*), multitudo (CIC. Cato 71 VITR. 8, 2, 3 *al.*), magnitudo (CAES. civ. 1, 50, 2 *al.*), altitudo (CAES. civ. 1, 62, 2 FEST. 214; profunda altitudo: PLIN. nat. 2, 111), mons (VERG. Aen. 1, 105), amnis (VERG. Aen. 7, 465), ariditas (VVLG. Iudith 11, 10), quantum (PLAVT. Poen. 432), nimium (CIC. epist. 16, 18, 3), plus (CATO agr. 106, 2), paululum (VARRO ling. 5, 26), matula (PLAVT. Amph. frg. 5), sextarius (CATO agr. 158), catinus, congius, urceolus, *talia saepe; de aquarum modulis cf.* FRONTIN. aq. 24. aquarum vis (LIV. 24, 10, 8), magnitudo (LIV. 30, 38, 10 AMM. 23, 6, 19), cumulus (OV. met. 15, 504), agmen (VERG. georg. 1, 322), defectus (LIV. 4, 30, 8), damnum (LVCAN. 10, 307), abundantia (COLVM. 4, 33, 3), copia (CAES. civ. 2, 37, 5 COLVM. 11, 3, 27 *al.*), inopia (BELL. Alex. 9, 4 *al.*), modestia (PLIN. nat. 6, 71), moles (PLIN. nat. 3, 119 SOL. 23, 15), auctus (PLIN. nat. 4, 79), accessio (SOL. 2, 25), profunda (SOL. 2, 41 VVLG. Ezech. 27, 34 *saepe*), profunditas (AVG. civ. 18, 23), amplitudo (AMM. 23, 6, 72), tantum (SEN. nat. 3, 4), quicquid (SEN. nat. 3, 5). *spatii*: spatium aquarum (CVRT. 8, 13, 9), campi (OV. met. 11, 356). angusta (OV. trist. 3, 10, 42), brevis (OV. epist. 17, 174 LVCAN. 9, 957 VAL. FL. 2, 614 AMM. 27, 1, 3), latae (OV. met. 11, 356), inmensae (OV. trist. 3, 4, 22 Pont. 3, 2, 94 SIL. 3, 538), vastae (OV. epist. 18, 164 ars 3, 94 LVCAN. 3, 236), longae (VAL. FL. 8, 291), porrectae (AMM. 22, 15, 11).

F *usus*: *generatim*: MANIL. 5, 691 usus aquae (VITR. 8, 6, 15). VITR. 8 praef. 3 aqua vero non solum potus, sed infinitas usu praebendo necessitates, gratas, quod est gratuita, praestat utilitates. *de aquae inventionibus usuque vario agunt* VITR. lib. 8 PLIN. lib. 31 CASSIOD. var. 3, 53.

verba, quae ad aquae usum pertinent: AFRAN. com. 187 aquam ... haurire (VARRO ling. 5, 126 CIC. div. 1, 112. 2, 31 *al.*). NAEV. trag. 42 sumere aquam ex fonte (PRIAP. 30, 4 *al.*). PLAVT. Poen. 224 aggerunda ... aqua (Cas. 124 Rud. 484). VARRO ling. 5, 119 allatam aquam (frg. ap. Non. 182, 19 *al.*). rust. 2, 14 aqua uti (BELL. Alex. 5, 3. 6, 2 PLIN. nat. 6, 194 *al.*). CIC. Tusc. 5, 103 susurro ... aquam ferentis mulierculae (*saepius*). CAES. civ. 3, 12, 1 comportare (BELL. Afr. 7, 4 *al. saepe*; SVLP. SEV. dial. 1, 19, 3 convehebat). OV. Pont. 3, 8, 12 portat (CVRT. 7, 5, 12 *al.*). CVRT. 7, 5, 10 aquam gestantes. LAMPR. Comm. 2, 9 gessit. BELL. Alex. 5, 3 puteis extracta aqua (VAL. MAX. 8, 7 ext. 11. *cf.* SEN. epist. 44, 3 traxit). OV. trist. 3, 12, 28 lacu ... fodiuntur (3, 10, 26 effodiuntur). VITR. 8, 1, 2 quaerentibus aquam (FRONTIN. aq. 10 *saepe*). MART. 9, 18, 4 laboratas antlia tollit aquas. PLAVT. Rud. 404 aquam hinc de proximo rogabo (332. 430 PHAEDR. append. 13, 12). 133 semper petunt aquam hinc aut ignem (PETRON. 94). 438 dabitur tibi aqua.

usus aquae quatenus pertineat ad ius civile: *distinguuntur* aqua publica *et* aqua mea, tua *etc.* aqua publica: LIV. 39, 44, 4 VAL. MAX. 9, 1, 1 FRONTIN. aq. 97. 106 ICT. *passim* CORP. III 568. IX 5308 *saepius*. FRONTIN. aq. 112 quae ad ordinationem aquarum privati usus pertinebant. VLP. dig. 39, 2, 26 si in vicino tuo agro cuniculo vel fossa aquam meam avoces. VVLG. Sirach 25, 34 non des aquae tuae exitum. CORP. XI 3003 Mummius Niger Valerius Vegetus consular⟨is⟩ aquam suam Vegetianam ... duxit ... in villam suam Calvisianam, quae est ad aquas Passerianas suas ... *cf. etiam* MART. 7, 35, 7 ecquid ... tua, cunne, lavaris aqua? *de aquae distributione cf. inprimis* CORP. VIII 4440 (lex Lamasbensis). *apud Ictos praeterea distinguitur*: aqua aestiva (*cf. inprimis* VLP. dig. 43, 20), aliena (*cf. etiam* VVLG. IV reg. 19, 24), cotidiana (*cf. inprimis* VLP. dig. 43, 20), diurna (PAVL. dig. 39, 3, 17, 1), navigabilis (VLP. dig. 43, 12, 1, 15), nocturna (PAVL. dig. 8, 6, 10, 1), perpetua, temporalis, venalis (VLP. dig. 34, 1, 14, 3). *apud gromaticos*: GROM. p. 333, 13 aquas vivas in fundo suprascripto invenies terminales. CIC. Caec. 36 de ... aquarum itinerumque controversiis (VLP. dig. 39, 2, 24, 5 controversia. PAP. dig. 3, 5, 30, 7 causa). 74 iura finium, possessionum, aquarum (leg. 2, 47 ad Q. fr. 3, 1, 3. *saepe apud Ictos veluti* VLP. dig. 18, 1, 47 ius aquae transit ad emptorem). FRONTIN. aq. 94 ius ducendae tuendaeque ... aquae (95 dandae vendendaeque. 107 impetratae. GAIVS inst. 2, 31 aquam ducendi; *cf.* 4, 3 VLP. dig. 8, 3, 1). CORP. XII 2494 ius ... earum aquarum tubo ducendarum. X 4842 legem ei aquae tuendae op⟨e⟩ribusve, quae eius aquae ductus ususve causa sunt erunt, tuendis. FRONTIN. aq. 108 (*ex SC.*:) adtributio aquarum. PAVL. dig. 39, 3, 9, 2 aquae cessio (*sc. in iure*). VLP. dig. 43, 22, 1, 1 servitutes ... aquae ducendae (*saepius apud Ictos*). FRONTIN. aq. 107 aquae ... beneficium. POMP. dig. 8, 3, 25 aquae usum (*saepe apud Ictos*). CORP. II 5439 tab. II col. 3 ad eos rivos fontes lacus aquasque stagna paludes itus actus aquae haustus iis item esto (CIC. Caec. 74). *ibid.* itemque iis ... itineris aquarum lex iusque esto. FRONTIN. aq. 129 (*ex lege*:) 'quove minus ... in is hortis, praediis, locis, quorum hortorum, praediorum, locorum dominis possessoribusve aqua data vel adtributa est vel erit (*cf.* 108), saliat, distribuatur, dividatur'. 106 (*ex SC.*:) 'quibus (*hominibus*) aqua daretur publica' (VLP. dig. 43, 20, 1, 43 praediis). 108 quae (*aquae*) in usum balnearum essent datae aut haustus nomine (109 in praedia sociorum). GELL. 6, 20 ob aquam sibi (*Vergilio*) non permissam. *aqua adhibetur*: a *generatim*:

ad bibendum: PLAVT. Aul. 574 bibere aquam (Curc. 161 *passim*). LVCR. 2, 663 ex uno sitim sedantes flumine aquai. HOR. epist. 1, 19, 3 aquae potoribus. OV. am. 2, 6, 32 pellebat ... sitim simplicis umor aquae. fast. 1, 216 quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae *ab hydropicis*. rem. 536 gutture fac pleno sumpta redundet aqua (SCRIB. LARG. 171). CELS. 1 prooem. qua (*aqua*) ... epota. CVRT. 7, 5, 15 qui intemperantius hauserant *scil. aquam* (*cf.* LVCR. 2, 453 haustus ... aquarum). PLIN. nat. 22, 46 nisi ... aquam sorbeant *mures*. LVCAN. 4, 312 moriensque recepit, quas nollet victurus aquas *miles*. 7, 822 has trahe, Caesar, aquas (*cf.* 4, 368 tractus aquarum). PETRON. 67 aquam in os suum non coniciet *Fortunata* (42). MART. 6, 47, 6 furtivam ... bibit ... aquam (*i. e. furtim*). VVLG. iud. 7, 6 lambuerant aquas. PLAVT. Stich. 714 tene aquam. VARRO rust. 1, 8, 7 vinum ... in calice quaerit aquam. HOR. carm. 3, 19, 6 quis aquam temperet ignibus? OV. fast. 2, 146 liquidas mixto nectare fundit aquas *Ganymedes*. epist. 15, 198 nectare miscet aquas. SEN. epist. 119, 14 quo poculo aqua aut quam eleganti manu ministretur. PLIN. nat. 31, 40 Neronis principis inventum est decoquere aquam vitroque demissam in nives refrigerare. MART. 1, 106, 1 interponis aquam ... et ... raram diluti bibis unciam Falerni. VARRO logist. frg. Non. 88 sitienti videri aquam (teriacam *codd.*) mulsum. COLVM. 8, 11, 6 aqua, quae sit idonea potui (AVG. civ. 19, 13 aquae potabiles). PLIN. nat. 14, 137 saluberrimum ad potus aquae liquorem. *cf. etiam sub C p. 349, 1 sqq. ieiunii causa non bibitur*: CIC. epist. 7, 26, 1 cum ... ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. VVLG. I Esdr. 10, 6 panem non comedit et aquam non bibit (*sic saepe in* VVLG.) *reformidatur ab hydrophobis*: *cf.* SCRIB. LARG. 171 PLIN. nat. 25, 17 *saepius*. PLIN. nat. 8, 152 letali aquae metu (28, 156). 8, 169 aquarum taedium. 25, 17 pavorem aquae. *antiquis temporibus pro vino pota*: TIB. 2, 3, 68 prisco more bibantur aquae. OV. fast. 2, 294 nectar erat palmis hausta duabus aqua. *sensu obscaeno, cum aquarum purgandi vis tecte significetur*: PRIAP. 30 quarum (*vitium*) si carpseris unam, cur aliter sumas, hospes, habebis aquam (*verba Priapi ad iuvenem aquam quaerentem*). MART. 2, 50 quod fellas et aquam potas, nil, Lesbia, peccas. qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam. 6, 69, 1 non miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle: miror, quod Bassi filia potat aquam. *cf.* OV. am. 3, 7, 84. *nota*: OV. met. 7, 707 nectareis quod alatur aquis *Aurora*.

ad lavandum, purgandum: VARRO ling. 5, 118 lavatrina aqua. TERT. apol. 39 extr. post aquam manualem. GLOSS. aquam manibus *ὕδωρ πρὸς χεῖρας*. aqua⟨m in⟩ manus *νίψασθε*; *cf. δὸς ὕδωρ εἰς χεῖρας* da aquam ad manus. AFRAN. com. 187 aquam ex aheno (ex seno *codd.*) haurire, qui laverent manus. PLAVT. Most. 308 cedo aquam manibus. Pers. 769 date aquam manibus (Truc. 481). HOR. sat. 2, 2, 69 unctam convivis praebebit aquam. PETRON. 27 aquam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

poposcit ad manus. 34 vinum ... dedere in manus; aquam enim nemo porrexit. 31 pueris ... aquam in manus nivatam infundentibus. PLAVT. Pers. 792 ferte aquam pedibus. VVLG. gen. 24, 32 dedit ... aquam ad lavandos pedes. Luc. 7, 44 aquam pedibus meis non dedisti. PLAVT. Rud. 411 aquam calefactat, ut lavemus. Amph. 669 ad aquam praebendam (*sc. puero modo nato*) commodum adveni domum. CATO agr. 96 facito aquam salsam, ea lavito. TIB. 1, 10, 42 calidam fesso comparat uxor aquam. OV. am. 3, 7, 84 dedecus hoc (*intactam se surrexisse de lecto*) sumpta dissimulavit aqua *puella* (*cf.* CIC. Cael. 34 ideo aquam adduxi, ut ea tu *sc. Clodia* inceste uterere? OV. ars 3, 620. 3, 96 PETRON. 47). ars 3, 198 ora ... suscepta mane laventur aqua. Ib. 450 corpora proiecta ... purgat aqua *ibis*. CELS. 6, 7, 7 eluenda auris aqua tepida est. CVRT. 3, 5, 5 abluentem aqua corpus (SCRIB. LARG. 8; perluere: COLVM. 9, 16, 1). MART. 7, 35, 7 ecquid ... tua, cunne, lavaris aqua? 7, 35, 2 calidis ... foveris aquis. SIDON. epist. 2, 2, 4 aquarum ... cella coctilium.

ad coquendum, molliendum: PLAVT. Pseud. 157 aquam ingere. CATO agr. 76, 1 alicam in aquam infundito (76, 2 indito). 93 amurcam cum aqua conmisceto. 156, 5 brassicam in aqua macerare oportet (*cf.* COLVM. 5, 12, 4 *al. saepe*). VARRO frg. Non. 62, 10 elixum: aqua coctum (CELS. *al. passim*). OV. met. 1, 228 ferventibus artus mollit aquis (LIV. 23, 19, 13). CELS. 4, 26 p. 152 rubi ... cacumina in aqua decocta (*passim*). MART. 13, 33, 2 sive domamur aqua *casei*. APIC. 4, 123 aqua oleo (*sc.* ὑδρελαίῳ) coques. 3, 87 aquam et oleum mixtum facies (ὑδρέλαιον; *cf.* PLIN. nat. 23, 83). *similia saepius*. *nota*: SCRIB. LARG. 190 adiuvantur *aegroti* aqua ficus aridae decoctae et ipsa ficu plurima (plurimum *R*) sumpta. PLIN. nat. 17, 260 aqua ... lupini decocti circumfusa pomis prodest. 20, 18 aqua decocti eius (*rapi*) ... medetur (20, 90. 28, 211. *at cf. ex. gr.* PLIN. nat. 20, 110 aquam eorum *sc. asparagorum* decoctam. *talia saepe*). *inde proverbialiter*: PETRON. 134 lorum in aqua, non inguina (57 *de pene languido*).

ad ignem exstinguendum: PLAVT. Cas. 774 ignem restinguunt aqua. (LIV. 1, 39, 2). CIC. Cato 71 aquae multitudine flammae vis opprimitur. Mur. 51 id (*incendium*) se non aqua, sed ruina exstincturum. Q. Rosc. 17 ignis in aquam coniectus. TIB. 2, 4, 42 flammae ... addat aquam. PROP. 4, 8, 58 vicinas Teia clamat aquas (*cf.* SEN. epist. 17, 3 cum aqua [aliqua *codd.*] conclamata est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit *pauper*. IVV. 3, 198 iam poscit aquam, iam frivola transfert Ucalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. PLVT. Rom. 20 ἐβόων ὕδωρ). OV. epist. 16, 190 flamma recens parva sparsa resedit aqua. SEN. clem. 1, 25, 5 sub uno aliquo tecto flamma adparuit: familia vicinique aquam ingerunt. PETRON. 78 vigiles ... rati ardere Trimalchionis domum ... cum aqua securibusque tumultuari ... coeperunt. VVLG. sap. 19, 19 aqua extinguentis naturae obliviscebatur.

ad excitandos animo relictos: PLAVT. Amph. 1058 animo malest, aquam velim (Curc. 313). Mil. 1332 ecferto aquam. Trin. 1091 visne aquam tibi petam? SEN. nat. 4, 13, 7 animo relictos stupentesque ⟨aqua⟩ frigida spargimus. *cf. etiam sub J p. 362, 68.*

b *specialia*: *in re militari*: CATO hist. 36 res omnes habere, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. *cf.* CAES. civ. 2, 37, 5. 1, 84, 1 aquae, lignorum, frumenti inopia (3, 49, 3). BELL. Afr. 79, 1 neque ipse propius hostem castra ponere propter aquae penuriam se posse animadvertebat. SALL. hist. frg. 2, 87 egestate aquae coacta deditio est. FLOR. 1, 38, 9 nostris aquarum nulla copia. VEG. mil. 1, 22 castra autem ... tuto semper facienda sunt loco, ut lignorum et pabuli et aquae suppetat copia. 3, 3 aquae difficultas. 4, 10 aqua defendatur ab hostibus. CIC. epist. 12, 15, 2 commeatu, aqua ... prohiberentur ... milites (CAES. civ. 1, 84, 4 BELL. Alex. 61, 2). BELL. Alex. 5, 3 aqua intercludi. LIV. 22, 59, 5 aqua arceremur. FRONTIN. strat. 2, 7, 12 cum ... ita castris locum cepisset, ut sub potestate barbarorum esset aqua. CAES. civ. 3, 12, 1 aquam comportare in arcem (BELL. Afr. 7, 4). 3, 15, 3 supportare (3, 100, 3). SALL. Iug. 75, 5 quam plurimum quisque (*miles*) aquae portaret. 91, 2 aqua ... seque et iumenta onerare. LIV. 29, 25, 9 aquam dierum quinque et quadraginta in navibus esse. *nota*: CAES. civ. 1, 81, 4 ad aquam copias educunt (*i. e. aquandi causa*), pabulatum emittitur nemo.

in vita domestica: VARRO rust. 1, 11, 2 villa aedificanda potissimum, ut intra saepta villae habeat aquam, si non quam proxime. 1 capp. p. 3, 15 K. de aqua villae. 3, 17, 6 aqua domestica meos multinummos alo asinos. SEN. epist. 100, 6 concisura aquarum cubiculis interfluentium. QVINT. decl. 298 p. 179 compara inclusis intra parietes aquis perennes fluminum lapsus.

in re rustica: *multa de hac re scriptores rer. rust. passim; notentur haec*: CATO agr. 151 aquam inrigato leniter in areas. VARRO rust. 1, 31, 5 in poma ... siccitatibus aquam addi cotidie vesperi. CIC. nat. deor. 2, 152 aquarum inductionibus terris fecunditatem damus (*cf.* 2, 130). COLVM. 5, 10, 8 aquam radicibus subministres. 11, 3, 25 huius (*lactucae*) ... radix ... maiorem copiam desiderat aquae. PLIN. nat. 17, 261 vitium radicibus aquam salsam iubent adfundi. *apud poetas*: TIB. 2, 1, 44 bibit irriguas fertilis hortus aquas (OV. Pont. 1, 8, 60). OV. am. 2, 16, 2 inriguis ora salubris aquis (*cf.* Ib. 66). NVX 66 irriguae dabitur non mihi (*nuci*) sulcus aquae. PLIN. nat. 17, 17 tempestivae aquae hibernis primum imbribus, dein germinationem antecedentibus (*ibid. opp.* serotinae aquae). CATO agr. 155 aquam de agro depelli oportet (VARRO rust. 1, 36, 1 deducere. PLIN. nat. 18, 230 pellere. 18, 254 arcere). *ibid.* diducere in vias. 43, 1 facito de scrobe aqua in sulcum defluat (*cf.* PAVL. FEST. 73 delibare aquam sulco derivare. 76 elices sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris). VARRO rust. 3, 5, 14 quibus (*ovibus*) aqua ministratur per canaliculum. 3, 11, 3 in eas (*piscinas*) aquam large influere oportet. VARRO rust. 2, 5, 14 ad aquam adpellendum *pecus* (*cf.* COLVM. 2, 3, 2 duci oportet. 7, 3, 24 compellamus). COLVM. 6, 7, 3 nec potestas aquae nisi quam parcissime facienda est *bovi* (7, 3, 25). COLVM. 12, 21, 5 satis est ... sextarios singulos adicere salsae aquae in binas musti urnas. *de hac vini conditura multis huius libri locis agit; cf. etiam* PLIN. nat. 14, 77.

in medicina (*de aquae medicandi vi cf. sub C p. 349, 1 sqq.*): CATO agr. 156, 6 si febris erit, aquam *bibat* (CELS. 1, 3 *saepe*). 157, 12 si quem purgare voles ..., ieiuno dato ... aquae cyathos IIII (VARRO rust. 2, 1, 23. CELS. 3, 6 p. 88 D. potui dare *saepius*). OV. am. 3, 4, 18 interdictis imminet aeger aquis. CELS. 1 prooem. febricitanti ... aquam frigidam ingessit *medicus* (3, 9 p. 91 D.). 1, 3 aquam tantum tepidam ante debet adsumere *vomiturus* (3, 15 p. 96 D.). 3, 7, 2 frigida aqua copiosa praestanda est (4, 12 p. 135 D. *saepius*). 3, 15 p. 96 D. aquam ... sumere debet *aegrotus*. 3, 24 p. 116 intra aquam manere. SEN. benef. 2, 2, 2 aqua tempestive data remedii locum optinuit. SCRIB. LARG. 183 adiuvantur *aegri* secundum reiectionem aqua mulsa.

frequens est usus aquae ad mixtiones medicamentorum; qua in re nota dictiones tritissimas: aliquid ex aqua dare, bibere, sumere *sim.*: *v. sub v.* ex; in aqua: *cf. ex. gr.* PLIN. nat. 20, 193 folia lauri ... in aqua bibenda ... suadent. aliquid medetur, purgat *sim.* in aqua: *ex. gr.* PLIN. nat. 20, 148 *menta* pituitas corruptas purgat in mulso et aqua. CATO agr. 157, 4 aqua calida foveto (CELS. 1, 2 SCRIB. LARG. *al. saepe*). VARRO rust. 2, 1, 23 perfunditur aqua (CELS. 1, 4 p. 22 *saepe*). CELS. 1, 1 aquis frigidis uti (3, 23 p. 114 *saepe*). 2, 17 p. 63 in aquam calidam demittendum est *corpus* (*saepissime*). 3, 7, 2 in ipsis accessionibus oleo et aqua refrigerandus est aegrotans. 3, 21 p. 108 per alvum infundere copiosam aquam calidam (*saepe*). 6, 18, 3 frigida aqua adhibenda est. PLIN. nat. 29, 23 ipsorum ⟨procerum⟩ intemperantiam inmodicis (in morbis *codd.*) aquarum calidarum deverticulis *arguimus*. 31, 59 quae (*medicina*) nunc aquarum perfugio utitur. THEOD. PRISC. eup. faen. 24 post fomentum aquarum chalasticarum. GLOSS. (medic.) III 597, 11 arcia clitteca (*? prius verbum* ἀρδεία *esse censet Bücheler*): aqua naturalis.

in sacris, praecipue lustrationibus (*cf. etiam sub B 'res sacra'*): CIC. leg. 2, 24 illud ... aspersione aquae ... tollitur. TERT. bapt. 5 villas domos templa totasque urbes aspergine circumlatae aquae expiant passim (*ubi plura de hac re*). VVLG. num. 8, 7 aqua lustrationis (19, 20). 19, 9 aspersionis. 19, 13 expiationis (19, 21. 31, 23). VERG. Aen. 6, 635 corpus ... recenti spargit aqua *Aeneas* (OV. Pont. 1, 2, 73). ecl. 8, 64 effer aquam. TIB. 2, 1, 14 manibus puris sumite fontis aquam. OV. Pont. 3, 2, 73 spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos (*Iphigenia*), ambiat ut fulvas infula longa comas. fast. 3, 12 sacra lavaturas mane petebat aquas (4, 340 LIV. 1, 11, 6 VAL. MAX. 9, 6 pr. 1). 4, 314 manibus puram fluminis hausit aquam. 4, 728 uda ... roratas laurea misit aquas. met. 7, 261 senem ... ter aqua ... lustrat. 4, 480 quam (*Iunonem*) caelum intrare parantem *cum redit ab inferis* roratis lustravit aquis ... Iris. PAVL. FEST. 11 arferia aqua, quae inferis libabatur. 2 funus prosecuti redeuntes ignem supergradiebantur aqua aspersi; quod purgationis genus vocabant suffitionem. STAT. Theb. 4, 54 Stygias lustrare severis Eumenidas perhibetur aquis *Elisson flumen*. IVV. 6, 528 portabit aquas, ut spargat in aede Isidis. TAC. hist. 4, 53 virgines Vestales ... aqua e fontibus amnibusque hausta perluere *templum dedicandum*. TERT. bapt. 5 penes veteres quisque se homicidio infecerat, purgatrices aquas explorabat. CORP. VI 32328 impero vobis aquam integram petatis. *inde per iocum de purgatione lecti*: PROP. 4, 8, 84 quemcumque locum externae tetigere puellae, suffit et a pura limine tergit aqua. *nota christianorum huius religionis refutationes*: TERT. orat. 13 hae sunt verae munditiae, non quas plerique superstitiose curant ad omnem orationem, etiam cum a lavacro corporis veniunt, aquam sumentes. COMM. apol. 679 aqua lavat sordes, non intima cordis iniqua. *in nuptiis celebrandis*: VARRO ling. 5, 61 ideo ea (*ignis et aqua*) nuptiis in limine adhibentur, quod coniungit hic et ma[r]s ignis quod ibi semen, aqua femina quod fetus ab eius humore (*cf.* frg. de vit. pop. R. Non. 182, 19). frg. Serv. Aen. 4, 167 aqua et igni mariti uxores accipiebant (*v. p. 362, 71*). OV. fast. 4, 789 an quia ... iunxerunt elementa patres aptumque putarunt ignibus et sparsa tangere corpus aqua? (*v. versus sqq.*). PAVL. FEST. 2 aqua et igni tam interdici solet damnatis quam accipiuntur (accipimus *codd.*) nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent (*v. etiam p. 348, 50 sqq.*). 87, 11 aqua aspergebatur nova nupta, sive ut casta puraque ad virum veniret, sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret. SCAEV. dig. 24, 1, 66 priusquam *virgo* aqua et igni acciperetur, id est nuptiae celebrarentur. SERV. auct. Aen. 4, 103 quae conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur. *cf. etiam*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

STAT. silv. 1, 2, 4 *Marquardt, St.-Verw. III² 304 Priv.-L.² 56.* *in divinationibus*: VARRO Serv. auct. Aen. 3, 359 Varro quattuor genera divinationum dicit: terram, aerem, aquam, ignem. *cf.* CIC. div. 2, 32. *aquae usus ritualis apud Iudaeos, quo de muliere adulterii suspecta tamquam dei iudicium expetebatur*: VVLG. num. 5, 18 ipse (*sacerdos*) ... tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit. 5, 22 aquae maledictae. 5, 27 aquae maledictionis.

in ecclesia christiana: *ad baptizandum*: TERT. spect. 4 aquam ingressi Christianam fidem ... profitemur. bapt. 4 quem (*spadonem*) Philippus ... fortuita aqua tinxit. 4 *aquae* ita sanctificatae (*sc. a deo*) vim sanctificandi combibunt. 4 ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur (combibunt vice sordium aquis abluamur *cod.*). HIER. epist. 133, 4 Donatus ... ut infelices quosque foetentibus pollueret aquis. 98, 13 aquas in baptismate mythicas adventu sancti spiritus consecrari. VVLG. Matth. 3, 11 ego quidem baptizo vos in aqua (*saepius*). TERT. bapt. 1 felix sacramentum aquae nostrae (12). 9 quot ... patrocinia naturae ... religionem aquae ordinaverunt? pudic. 18 aquae lavacrum. FILASTR. 82, 4 per baptismum aquae. TERT. bapt. 9 saluberrimas aquas baptismi. 12 aqua Christi (AMBR. epist. 2, 4). *inde idem quod baptismus*: TERT. bapt. 20 deinde dominus post aquam segregatus in deserta. 1 in aqua nascimur nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus (*cf.* 13 renatus ... ex aqua. FILASTR. 120, 7 regeneratus. CARM. epigr. 1344 (*anni 377*) ⟨ca⟩elesti renatus ⟨aq⟩ua qui vivit in ⟨aevum⟩). HIER. epist. 69, 5 quantam vim habeat baptisma et aqua in Christo sanctificata gratiam. PROSP. carm. de ingr. 475 anne ab aquis divina manus renovare receptos incipit.

in re magica: HOR. epod. 5, 26 per totam domum spargens Avernales aquas. PROP. 4, 1, 106 umbrave quae magicis mortua prodit aquis. OV. fast. 6, 157 spargit aquis aditus: et aquae medicamen habebant. am. 1, 14, 40 non anus Haemonia perfida lavit aqua *te puellam*. *ad malum omen deprecandum*: PLIN. nat. 28, 26 incendia inter epulas nominata aquis sub mensam profusis abominamur.

usus varii: *ad machinas movendas*: VITR. 10, 7. *ad hydraulos*: VITR. 10, 8. *ad molinae rotas versandas*: PLIN. nat. 18, 96. *in officinis ferrariis*: PLIN. nat. 34, 144 *sqq.* 36, 164. *ad librationes*: VITR. 8, 5. *aquarum marinarum ad sal lucrandum*: PLIN. nat. 18, 68.

in astronomia: TERT. nat. 2, 6. *ad horologia, clepsydras*: VITR. 8, 5. CIC. nat. deor. 2, 87 cum solarium vel discriptum vel ex aqua contemplere. CAES. Gall. 5, 13, 4 certis ex aqua mensuris breviores esse quam in continenti noctes videbamus. *in iudicio*: APVL. apol. 38 at tu interea, dum legit, aquam sustine. 94 at tu licebit aquam sinas fluere. *cf. phrases inde translatae s. J p. 362, 75.*

G ***aqua fabulosa*:** VERG. Aen: 6, 374 Stygias ... aquas (6, 298 CVL. 240 TIB. 1, 10, 36 PROP. 2, 9, 26 OV. fast. 5, 250 *al.*; aqua Stygia: CARM. epigr. 960, 9). TIB. 1, 3, 80 Lethaeas (OV. trist. 1, 8, 36 *saepius*). 3, 3, 38 me vocet ... dives in ignava luridus Orcus aqua. 3, 1, 28 pallida Ditis aqua. PROP. 2, 34 b, 92 inferna (OV. trist. 1, 5, 20 MART. 1, 101, 10 *saepius*). Ib. 78 inperiuratae ... amnis aquae (*sc. Styx*). PETRON. 120, 69 *carm.* Cocyti perfusus aqua *locus*. SIL. 13, 459 proxima ... lux atris ... demisit *me* aquis. MART. 7, 47, 4 redderis ... gustata Lethes paene remissus aqua (10, 23, 4). LACT. inst. 3, 18, 16 nec oblivionis aquam gustaverit *Pythagoras*. TRAG. inc. 111 mento summam aquam attingens *Tantalus* (PROP. 3, [5], 42 num sitis inter aquas; *cf.* OV. met. 4, 459 am. 2, 2, 43 PETRON. 82 *carm.* ANTH. 477, 7. CLAVD. rapt. Pros. 2, 336 aqua ... invida). *cf.* SEN. Thy. 68 recedentes aquas. Ag. 770 ad ora ludentes. 20 fugaces. OV. Ib. 356 Belides assidua colla premuntur aqua. PHAEDR. append. 5, 10 urnis scelestae Danaides portant aquas.

H ***in comparationibus*:** PLAVT. Curc. 511 quasi aquam ferventem frigidam esse, ita vos putatis leges. Merc. 204 quod (*cor*) guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. OV. am. 1, 7, 58 lacrimae fluxere per ora, qualiter abiecta de nive manat aqua. 2, 19, 31 quod licet et facilest quisquis cupit, arbore frondis carpat et e magno flumine potet aquam. 3, 62 eunt anni more fluentis aquae. Ib. 197 pauca canam, frondes ut siquis ab Ida aut summam Libyco de mare carpat aquam. VITR. 7 praef. 10 unde (*ex scriptoribus*) nos uti fontibus haurientes aquam et ad propria proposita traducentes facundiores et expeditiores habemus ad scribendum facultates. VVLG. gen. 49, 4 effusus es (*Ruben*) sicut aqua, non crescas (psalm. 21, 15). II reg. 14, 14 morimur, quasi aquae dilabimur in terram. Iob 11, 16 miseriae ... oblivisceris et quasi aquarum quae praeterierunt recordaberis. 14, 11 quomodo si recedant aquae de mari et fluvius vacuefactus arescat: sic homo, cum dormierit, non resurget. 15, 16 homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem (*cf.* 34, 7). 27, 20 apprehendet eum quasi aqua inopia. prov. 20, 5 sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri. 25, 25 aqua frigida animae sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua. thren. 2, 19 effunde sicut aquam cor tuum (*cf.* Os. 5, 10 super eos effundam quasi aquam iram meam).

J ***phrases translatae*:** *cf. Otto, Die Sprichwörter der Römer p. 30 sqq.* *ad A*: *aqua et ignis, elementa contraria, iuncta significant rem incredibilem*: OV. trist. 1, 8, 1 unda dabit flammas et dabit ignis aquas, omnia naturae praepostera legibus ibunt. SEN. Thy. 480 ante cum flammis aquae ... fidem foedusque iungent (Phaedr. 568). *oblata terra et aqua, elementa principalia, signum deditionis*: CVRT. 3, 10, 8 aquam ipsos (*Graecos*) terramque *poscentium* (*Darei et Xerxis*). LIV. 35, 17, 8 cum aquam terramque ab Laeedaemoniis petierint *Persae*. *cf. etiam formulas deditionis apud* LIV. 1, 38, 2 'deditisne vos populumque Conlatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani dicionem?' *et* 9, 9, 5. *ad B*: *aqua aquae similis*: PLAVT. Mil. 551 nam ex uno puteo similior nunquam potis aqua aquai (aeque A^1, aquae A^2) sumi quam haec est atque ista hospita. Men. 1089 nam ego hominem hominis (homini *codd.*) similiorem nunquam vidi alterum, neque aqua aquae nec lacte est lactis ... usquam similius quam hic tui est tuque huius autem. *aqua res instabilis*: CIC. fin. 2, 72 quarum (*virtutum*) omnium fundamenta vos in voluptate tamquam in aqua ponitis. CAT. 70, 3 mulier cupido quod dicit amanti in vento et rapida scribere oportet aqua. AVG. civ. 19, 23 forte magis poteris in aqua inpressis litteris scribere ... quam pollutae revoces impiae uxoris sensum. VVLG. Ier. 15, 18 facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. *naturae aquae contraria*: *cf. p. 347, 84 sqq.* PLAVT. Pers. 41 tu aquam a pumice nunc postulas, qui ipsus sitiat (PETRON. 88 expelluntur aquae saxis). OV. epist. 5, 29 cum Paris Oenone poterit spirare relicta, ad fontem Xanthi versa recurret aqua. *ad C*: *delendi vis*: TIB. 1, 9, 50 illa velim rapida Vulcanus carmina flamma torreat et liquida deleat amnis aqua. 1, 9, 11 at deus illa in cinerem et liquidas munera vertat aquas. PROP. 2, 16, 46 quae (*munera*) tibi terra, velim, quae tibi fiat (fiet *N et pars dett.*) aqua. *cf.* DIRAE 48 *sqq. et* 102. *ad vitam humanam maxime necessaria* (*cf. p. 348, 50 sqq.*): *proverbialiter*: CIC. Lael. 22 non aqua, non igni, ut aiunt, locis pluribus utimur quam amicitia. *inde formulae* alicui aqua et igni interdicere: LVCIL. sat. 694 RHET. Her. 2, 45 CIC. Phil. 6, 10 epist. 11, 1, 2 *saepius*. aquae et ignis interdictio: CIC. dom. 78. aliquem aqua et igni arcere: TAC. ann. 3, 50. prohibere: TAC. ann. 16, 12. *ad E*: *discrimina*: *saporis fontis vivi et lacus stagnantis*: PROP. 2, 23, 2 ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est *i. res naturae repugnans* (*cf. p. 363, 13*). *saporis aquae mulsae*: TERT. anim. 6 sed nemo umquam cunctanti de exitu animae mulseam aquam de eloquio Platonis infudit. *aquae pluviae extrinsecus petitae et fontanae ex suo capite bullantis*: QVINT. inst. 10, 1, 109 non enim pluvias, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed vivo gurgite exundat *Cicero*. *liquoris, quo navigatio facilis fit*: TIB. 1, 5, 76 utere quaeso, dum licet: in liquida nat tibi linter aqua *i. e. utere opportunitate*. *loci*: OV. fast. 2, 863 venimus in portum, libro cum mense peracto. naviget hinc alia iam mihi linter aqua *i. aliud sibi sumat liber argumentum*. *ad aquarum copiam spectant*: PLAVT. Poen. 432 quantum Acheruntest mortuorum ... neque quantum aquaist (-a est *B*, -ast *A*) in mari ... neque nubes omnes quantumst .... OV. trist. 5, 2, 27 quae si comprendere coner, Icariae, numerum dicere coner aquae. PROP. 1, 9, 16 medio flumine quaeris aquam. OV. trist. 5, 4, 7 tristitiam causam si quis cognoscere quaerit, ... nec frondem in silvis ... nec pleno flumine cernit aquam. trist. 5, 6, 43 his qui contentus non est, in litus harenas, in segetem spicas, in mare fundat aquas. am. 2, 10, 14 in freta collectas alta quid addis aquas? 3, 2, 34 in flammam flammas, in mare fundis aquas. ars 3, 94 quis ... vastas in mare servet aquas? SIDON. epist. 7, 3, 1 fluminibus aquas, silvis ligna transmittere. *ad F*: *translatae ex aquae usu*: *ad bibendum*: OV. am. 1, 6, 26 nec tibi (*servo*) perpetuo serva bibatur aqua. PETRON. 71 cito aquam liberam gustabunt *servi, ubi v. Friedländer*. *proverbialiter*: CASSIOD. hist. trip. 12, 4 quia neque parvulum tempus sustinens ad talia verba descendit et secundum proverbium, ut ita dicam, cum neque civitatis adhuc gustasset aquam, persecutor ferventissimus apparebat. *ad lavandum*: HOR. sat. 1, 4, 87 praeter eum, qui praebet aquam *i. e. convivium*. *ad ignem exstinguendum*: PLAVT. Trin. 675 si istac ... facis indicium, tuom incendes genus: tum igitur tibi aquae erit cupido, genus qui restinguas tuom. Cist. 33 ita nostro ordini palam blandiuntur, clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt *i. e. tectis conviciis iuvenum amoris ignes exstinguere student*. *ad excitandos animo relictos*: PLAVT. Bacch. 247 euax, aspersisti aquam *i. e. animum mihi redintegrasti*. Truc. 366 ah, aspersisti aquam. iam rediit animus. *ex usu in nuptiis celebrandis*: NOVIVS com. 96 puriter volo facias: igni atque aqua accipere hunc volo (v. h. a. *codd.*). *cf. p. 360, 73* (*aliter iocum explicat Ribbeck, coroll. p. 86*). *ex usu clepsydrae*: *proverbialiter*: CIC. off. 3, 117 aqua haeret, ut aiunt. ad Q. fr. 2, 6, 2 in hac causa mihi aqua haeret. *ex usu clepsydrae in iudicio*: QVINT. inst. 11, 3, 52 *nimia tarditas* aquam perdit. 12, 6, 5 actionem aqua deficit. PLIN. epist. 6, 2, 7 quantum quis plurimum postulat aquae do. APVL. apol. 28 pro accusationis longitudine largiter aquae superest. 46 mea aqua licet ad hoc utare. *ad G*: *aquae Lethaeae, i. oblivionis*: OV. ars 3, 340 nec mea Lethaeis scripta dabuntur aquis. trist. 4, 9, 2. *de poena Danaidum ortum est proverbium*: AMBR. Noe 22, 80 tamquam in proverbio, si quis reti subtili haurire cupiat aquam, sic qui malitiam ex pectoribus hominum conatur auferre (*cf.* PLAVT. Pseud. 102). *in bibliis sacris et apud*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ecclesiasticos: VVLG. psalm. 68, 15 libera me ab iis qui oderunt me et de profundis aquarum *i. miseriis; cf.* 143, 7 libera me de aquis multis. Ier. 8, 14 deus ... potum dedit nobis aquam fellis (9, 15). III reg. 22, 27 sustentate eum pane tribulationis et aqua angustiae. Is. 30, 20 et dabit vobis dominus panem artum et aquam brevem. HIER. epist. 22, 6 sedebit ad aquas solitudinis. TERT. bapt. 9 ad aquam suam invitat sempiternam (*sc. baptismum*) *Christus*. VVLG. Ier. 2, 13 me (*deum*) dereliquerunt fontem aquae vivae et foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Ioan. 4, 13 qui ... biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet. 4, 14 fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. HIER. epist. 3, 4 de latere domini aquam vitae bibit. VVLG. Sirach 15, 3 aqua sapientiae salutaris potabit illum. prov. 9, 17 aquae furtivae dulciores sunt et panis absconditus suavior (*cf. p. 362, 35*). PROSP. expos. psalm. 103, 9 super dulces ... aquas, id est fideles populos. 103, 10 montes sunt praedicatores magni qui de humilitatis convallibus aquas veritatis emittunt. VVLG. num. 24, 7 semen illius erit in aquas multas *i. e. nepotes multos* (*cf.* apoc. 17, 15). AVG. de gen. ad litt. 1, 5 p. 9 Vind. sive aquae nomine appellare voluit totam corporalem materiam *cf.* de gen. ad litt. imp. 4 p. 468 Vind. aquam ... id est materiam fabricabilem.

II *translate*: *umor aquae similis*: 1 *corporis humani*: *aqua intercus*: GLOSS. aqua sub cute ὕδρωψ. PLAVT. Men. 891 num eum veternus aut aqua intercus tenet? (frg. Friv. 2 CIC. off. 2, 92 *saepius*). VARRO Men. 444 ille (*Herophilus*) e ventre aquam mittit (CELS. 3, 21 p. 109 D. 7, 15 p. 292 D. SCRIB. LARG. 136 *saepius*). OV. Pont. 1, 3, 24 nec formidatis auxiliatur aquis *medicina*. CELS. 2, 1 p. 29 D. aqua inter cutem (2, 7 p. 39 D. *ibid.* p. 41 D. *saepius*). 2, 15 p. 61 D. aqua cutem subiit (PLIN. nat. 24, 46. 23, 114. 24, 77). COLVM. 7, 7, 3 cum distendetur aqua cutis, quod vitium Graeci vocant ὕδρωπα. PLIN. nat. 7, 78 aquae subter cutem fusae (7, 148). 21, 148 hydropicorum aquam. *inde translate*: LVCIL. sat. 675 aquam te in animo habere intercutem. *aqua matricis*: PLIN. VAL. 2, 37 facit et ad aquas matricis *medicamentum*. *quae exit ex corpore mortui*: VVLG. Ioan. 19, 34 continuo exivit sanguis et aqua. TERT. bapt. 9 aqua de latere *Christi* prorumpit (pudic. 22). *sudor*: PROP. 2, 22, 12 frigida de tota fronte cadebat aqua. *lacrima*: PROP. 3, 6, 10 illius ex oculis multa cadebat aqua. OV. trist. 4, 1, 98 inque sinum maestae labitur imber aquae. EPICED. Drusi 221 pater ... Tiberinus ... oculis lacrimarum flumina misit: vix capit adiectas alveus altus aquas. VVLG. Ier. 9, 18 palpebrae nostrae defluant aquis (thren. 1, 16). SIDON. epist. 7, 1, 5 aqua potius oculorum quam fluminum. VEN. FORT. carm. 4, 28, 3 sed quia lumen aquis non signat nomen amantis. *urina per iocum significari videtur* PETRON. 52 *loco ceterum mutilato*: aquam foras, vinum intro. *semen virile*: HIER. in Is. 48, 1—2 'de aquis' inquit 'Iuda existis' σεμνοπρεπῶς aquas vocans pro semine, ut nequaquam eos virtutum patriarcharum filios ostenderet esse, sed carnium. 2 *arboris*: PLIN. nat. 6, 203 ex quibus (*arboribus insularum Fortunatarum*) aqua exprimatur, a nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. 3 *sidus* (*cf. Arat. 399* Ὕδωρ): CIC. Arat. 179 hae tenues stellae perhibentur nomine Aquai (Aquari *codd.*). *cf.* VITR. 9, 5, 3 quae ... ab aquario fundi memoratur aqua. MART. CAP. 8, 838. HYG. astr. 2, 41. 3, 40 (*ibid.* 3, 28 *et* SCHOL. Arat. lat. p. 236 effusio aquae. SCHOL. Germ. Bas. p. 85, 12 *et* 87, 1 fusio aquae).

synonyma: (unda, lympha, latex, umor, liquor; fons, fontes, rivus, fluvius, flumen, amnis, lacus, ros, imber, *sim. praecipue apud poetas*). *derivata*: *v. verba subsequentia et* exaquescere, inaquosus, subaquaneus. *Prinz.*

aqua *vel* **aquae** *multifariam in usu est ad formanda nomina locorum, quorum laterculum fere plenum a compluribus doctis compositum est videre apud PW. II 294—307. raro sic adhibetur singularis, ut* aqua amara *Africae* (TAB. Peut. 7, 5), aqua nigra (*fluvius idem atque* Arrabon IORD. Get. 52, 268), aqua viva *Pannoniae et Etruriae, plerumque pluralis, atque hic aut nude* Aquae, ad Aquas *aut cum additamentis, velut*: aquae calidae *Thraciae Cappadociae Mauretaniae Britanniae* (*nota titulum* aquae calidae *togatae* ATTAE, *mimi* LABERI), aquae frigidae *Mesopotamiae*, aquae novae *Numidiae*, aquae siccae *Narbonensis*, aquae albulae *Tiburtinae*. aquae Apollinares *Etruriae*, Auguriae *Italiae*, Augustae *Aquitaniae*, Bormonis *Galliae*, Caesaris *Africae*, Ciceronianae *prope Puteolos*, Flaviae *Gallaeciae*, Flavianae *Numidiae*, Granni *Germaniae*, Herculis *Africae*, Neptuniae *Latii*, Neri *Aquitaniae*, Nisinciae (*?*) *Galliae*, Persianae *Africae*, Posidianae *Campaniae*, regiae *Africae*, Segetae (*?*) *Aquitaniae*, Sextiae *Narbonensis*, tauri *Etruriae*, Voconiae *Tarraconensis, hae omnes a numinibus vel hominibus auctoribus fautoribus, multae ab incolis vel oppidorum vel fluviorum nominibus, velut*: Albenses *Africae*, Angae (anatiae RAVENN.) *Lucaniae*, Balissae *Pannoniae*, Bilbilitanorum *Tarraconensis*, Briginnenses (*?*) *Narbonensis*, Caeretanae *Etruriae*, Cilenae *Gallaeciae*, Cirnenses *Africae*, Convenarum *Aquitaniae*, Cumanae *Campaniae*, Cutiliae *Sabinorum*, Dacicae *Mauretaniae*, Helveticae, Hypsitanae *Sardiniae*, Iasae *Pannoniae*, Labodes *vel* Larodes *Siciliae*, Lesitanae *Sardiniae*, Mattiacae *Germaniae*, Neapolitanae *Sardiniae*, Nepesinae *Etruriae*, Origenae *Hispaniae*, Passerianae *Etruriae*, Perticianenses *Siciliae*, Pisanae *Etruriae*, Populoniae *Etruriae*, Quarquernae *Gallaeciae*, Sacaritanae *Africae*, Saravenae *Cappadociae*, Segestae *Galliae*, Segestanae *Siciliae*, Senanae *Vmbriae*, Sinuessanae *Campaniae*, Sirenses *Mauretaniae*, Statiellae *Liguriae*, Tacapitanae *Africae*, Tarbellae *Aquitaniae*, Thibilitanae *Numidiae*, Volaterranae *Etruriae*. *horum locorum cives possunt nominari nude* **Aquēnsēs**, -ium, *velut* CORP. XII 3357 T. Albucio Tertio Vol. Aquensi (*Aquae Sextiae*), 408 flamin(i) colon(iae) Aquens(ium) (*ibidem*); 2459 *et* 2560 possessor(es) Aquensés, 2461 Aquenses et patroni (*Aix-en-Savoie*); NOT. Gall. (chron. I 606) 14, 3 civitas Aquensium (*prov. Novempopulanae*); CORP. III 1407 praefectus pagi Aquensis, NOV. Iust. 11, 5 Aquensis ... episcopus (*Daciae*); INSCR. Helv. 241 vikani Aquenses (*Helvetiae*); CORP. XIII 389 nomine vicanorum Aquensium; CONC. Aurel. 541 (Mon. leg. III) p. 99, 1 episcopus ecclesiae Aquinsis (p. 110, 18. 120, 3); *unde nomen virile ductum est* Aquēnsis CORP. VIII 6311 C. Tannonius L. f. Quir. Felix qui et Aquensis. XII 5686, 67 (*in vasculo*) of. Aquen(sis), *cf.* II 3022. VI 647. *interdum additur nomen ut* PLIN. nat. 3, 52 Aquenses cognomine Taurini. CORP. V 7153 patrono ... municipiorum ... Aquens(ium) Statiell. VIII 12286 civitas Rir(ensis) Aq(uensis) Sacar(itanorum). *non multa formantur composita ut* Aquicaldēnsēs (PLIN. nat. 3, 23), Aquiflāviēnsēs (CORP. II 2477. 2478. 4204, *at* HYDAT. chron. II 32, 201 in Aquaeflaviensi ecclesia), Aquīsalbēnsēs (NOT. Byz. 52 Restitutus Aquisalbensium *episcopus, at* NOT. Maur. Sitif. 5 Honorius Aquaealbensis), Aquaenovēnsēs (NOT. Num. 73 *cf.* CONC. Mansi IV 147ᵇ), Aquīsrēgiēnsēs (VICT. VIT. 3, 28 Aquisregiensis civitatis), Aquīssirēnsēs (NOT. Maur. Caes. 66 Felix Aquissirensis *episcopus*. CONC. Mansi IV 141ᶜ Adquesirensis). *incertum an ad* Aquas *redeat* Aquitānus VICT. VIT. 1, 23.

Aquadosa *statio Arabiae maioris*. RAVENN. p. 59, 5.

aquaeducta, -ae *f.*, *ὑδραγωγός herba*. PS. APVL. herb. 67 *sub* nymphaea. GLOSS. III 550, 48.

aquaeductium, -ī *n. vulgariter pro* aquaeductus. CORP. VII 142 aquaeductium vetus⟨tate ... conla⟩bsum ... re⟨stituit⟩. *v. Jordan, Hermes 7 (1873) 367.* GLOSS. II 462, 5 *ὑδραγώγιον* aquiductium aquarium aquagium. III 326, 71 *ἀγωγός* aquiducteum. FORMA urbis tab. 10, 45 Iordan: aqueductium.

aquae ductor derivandi aquam peritus (aquaperies *cod.*) GLOSS. II 567, 24. II 462, 6 *ὑδραγωγός* aquaeductor (III 439, 55. 482, 7).

aquae ductus, -ūs *m. in* aquaeductus *hic illic coaluit, saepius voces separabantur (ut fere fit in lapidibus), cum et simpliciter* ductus *et* aquarum ductus *et* ductus aquae (-arum) *aeque bene dicerentur. grammatici obloquuntur formae ex contractione ortae* aquiductus (*quae legitur* CORP. XII 4355 aquiduct(um) *saec. IV cf.* CORP. III 8088 aqueduct(us) *et sub* aquaeductium), *velut* PROBI app. gramm. IV 197, 26 aquae ductus non aquiductus. *cf. Heraeus, Archiv 11 (1900) 305. compara igitur, quae sub voce* ductus *dicenda erunt. forma* aquaeductum *et plur.* aquaeducti *in* GLOSS. GRAMM. VII 47, 12 cavendum est, ne quis dicat grada curra aquaeducta. *cf.* ANON. Val. (chron. I 324) 12, 71 aquae ductum, quod (*antecedit* quem). ARNOB. iun. aquaeductorum *v. p. 365, 4.* POL. SILV. chron. min. I p. 545 aquaeducti. [*it.* acquidotto, *lugd.* adoit. *M.-L.*]. *de rebus et iure cf. Ruggiero, diz. epigr. I 537 sqq.*

I *ipsa aqua ducta et constructio*: GLOSS. II 20, 28 *ἀγωγός*. II 218, 3 *ἀγωγός* ductus a[e]quaeductus, *cf.* 525, 30. III 487, 39 agogus aqueductus. 507, 7 agogus aquae ductum. II 382, 21 *ὀλκός* aquaeductus. II 246, 43 *ὁ ὑδραγωγός, τὸ ὑδραγώγιον* aquae ductus (*cf.* III 196, 53). III 433, 39 *ὑδραγωγοί* aquaeducti. V 440, 55 aqueductus cursus aquarum. EDICT. Aug. Venafranum (Corp. X 4842) 34 cum aquae ductum corrumpere abducere avertere. 48 op⟨e⟩ribusve, quae eius aquae ductus ususve causa facta sunt erunt. CORP. IX 3308 (*Corfini*) formam aquae ductus vetustate corruptam ... refecit (X 4860 restituerit). XI 4582 (*Caesulis saec. II*) cum aquaeductum ... refecisset (CASSIOD. var. 4, 31, 1). XII 4335 (*saec. fere IV*) pontem portas aquiduct(um) ... restauravit. III 8088 ob instantiam aqueduct(us) *i. quod a. faciendo insistebat*. FRONTINI *liber in codice inscriptus est* de aquae ductu urbis Rome. *in ipso libro semel tantum legitur tale* 5 donec et viam et huius aquae ductum consummaret, *ceteroquin* aqua *vel* ductus (aquae, aquarum). NERAT. dig. 8, 3, 2, 1 aquae ductus et haustus aquae per eundem locum ut ducatur. 8, 3, 2, 2 si aquae ductus vel haustus aquae sufficiens est. CHAR. dig. 50, 4, 18, 6 cura custodiendi aquae ductus. VLP. dig. 9, 2, 27, 32 si quis aquae ductum meum diruerit. SCAEV. dig. 43, 20, 8 dum ne aquae ductum interverteret. VLP. dig. 9, 2, 29, 1 per cuius domum traiectus erat aquae ductus. 6, 2, 11, 1 si per domum quis suam passus est aquae ductum transduci. IVL. dig. 43, 20, 4 ut per eundem aquae ductum aquam ducat. VLP. dig. 7, 1, 27, 3 ob formam aquae ductus, quae per agrum transit. PAVL. dig. 22, 6, 5 pecuniam ad opus aquae ductus rei publicae ... relictam (*cf.* 15. 17. 22). POMP. (Labeo) dig. 8, 3, 24 ex meo aquae ductu ... posse me vicino commodare. PAP. dig. 19, 1, 41 super annua pensitatione pro aquae ductu intra (infra *codd.*) domum. FRONTO p. 8, 14 N. neque aquaeductuus (*sic*) amnibus comparabis. VEG. mil. 2, 10 vallum aquaeductus. HIER. epist. 18, 1 aquaeductum fabricans. VVLG. II reg. 2, 24 venerunt usque ad collem aquaeductus. III reg. 18, 32. 18, 35 fossa aquaeductus. 18, 38 IV reg. 18, 17. 20, 20 II Esdr. 2, 14.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iudith 7, 6 incidi praecepit aquaeductum. Sirach 24, 41 sicut aquaeductus exivi de paradiso. Is. 7, 3. 36, 2. MARC. COM. chron. min. II 84, 14 ad reparandum urbis aquae ductum. SIDON. epist. 1, 5, 6 aquaeductuum liquor. ARNOB. confl. (Migne 53, 305) 2, 24 per cuniculos aquaeductorum et fistulas. CASSIOD. var. 5, 38, 1 ut ... soliditas aquaeductus ... incorrupta servetur. HERM. dig. 50, 4, 1, 2 cura ... aquae ductus. VLP. dig. 50, 10, 1, 1 curam operis aquae ductus ... susceperat.

II *ius aquam ducendi, Leonhard, PW. II 308*: VLP. dig. 8, 3, 1 (*inter* servitutes rusticorum praediorum:) aquae ductus est ius aquam ducendi per fundum alienum. PROC. dig. 8, 6, 16 quibus aquae ductus servitus debebatur. PAVL. dig. 8, 1, 14, 2 servitus ... aquae ductus non potest *imponi* (*nota singulare* POMP. dig. 8, 3, 25 aquae ductus ius ... te ... sequetur). VLP. reg. 19, 1 mancipi sunt ... via iter actus aquaeductus. PAP. dig. 8, 3, 34, 1 si fons exaruerit, ... an aquae ductus amissus erit, quaeritur (PAVL. inst. 1, 17, 1). POMP. dig. 8, 3, 14 aquae ductum cedere. PAVL. dig. 8, 2, 28 neque ex lacu neque ex stagno concedi aquae ductus potest (POMP. dig. 8, 3, 14). VLP. dig. 18, 1, 47 si aquae ductus debeatur praedio. POMP. dig. 43, 20, 2 si diurnarum aut nocturnarum horarum aquae ductum habeam (43, 20, 1, 22. 8, 6, 10, 1). dig. 19, 1, 3, 2 si ... aquae ductum per tuum fundum emero. PAVL. dig. 8, 3, 26 si via iter actus aquae ductus legetur simpliciter per fundum. POMP. dig. 18, 1, 66 aquae ductum praestatum iri. 8, 1, 17 aquae ductus pars. PAVL. dig. 20, 1, 12 aquae ductus pignoris conventio. VLP. dig. 35, 1, 72 stipulationes ... aquae ductus. PAVL. dig. 33, 2, 1 nec usus nec usus fructus ... aquaeductus legari potest.

Aquaeflāviēnsis *similia v. sub* Aqua *p. 364.*

aquae haustus *v.* haustus.

aquaelicium dicitur, cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam, si creditur, manali lapide in urbem ducto PAVL. FEST. 2. TERT. apol. 40 aquilicia Iovis immolatis. [*ab* aqua *et* lacio, -ere *derivatum. Th.*] *v. Hoffmann, Rhein. Mus. 50 (1895) 484 sqq. Wissowa, PW. II 310.*

aquae manāl(e *n.?*) *v.* manale. *Mau, PW. II 310.* VARRO vit. pop. Rom. Non. 547 s. v. trulleum: urceolum aquae manale (-em *C Bamb.*) vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. PAVL. dig. 33, 10, 3 *inter supellectilem* vasa aquaria, pelvem, aquiminalia (-aria *sec. man. Flor.*). *ibid.* 4 aquiminalia (-aria *sec. man. Flor.*) argentea. sent. 3, 6, 56 aquimanilia. POMP. dig. 34, 2, 21, 2 de aquiminario Cassius ait consultum se respondisse, cum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. VLP. dig. 34, 2, 19, 12 de aquiminario dubitatum est: et puto *escario* contineri, nam et hoc propter escam paratur. GLOSS. II 18, 46 aquiminale *χέρνιβον*. II 202, 31 trulleum et gutum et aquiminale *χέρνιβον ξεστόν*. II 567, 19 aquiminalium, ubi aqua pisilo (*i.* pessulo) dimitti et obstrui potest ad lavandas manus. *postea i. q. urceus*: VEN. FORT. Radeg. 26, 62 iubet portare aquamanile (manile *Trec. cod.*) ardentibus plenum carbonibus. *alia v. Ducange sub voce.* [*cf. hisp.* aguamanil. *M.-L.*]

aquemola ydromilon GLOSS. II 521, 19. II 462, 17 *ὑδρομύλη* aquamulina. III 306, 53 *ὑδραλέσιο⟨ν⟩* aquae molinus. II 462, 7 *ὑδραλέτης* aquaemolus.

aquagium quasi aquae agium, id est aquae ductus, appellatur PAVL. FEST. 2. GLOSS. II 462, 5 *ὑδραγώγιον* aquiductium aquarium aquagium. POMP. dig. 8, 3, 15 dum ne domino praedii aquagium (aquarium *codd. recc.*) deterius faceret (43, 20, 3, 5). IAV. dig. 8, 6, 9 aqua si in partem aquagii (*τοῦ ὑδραγωγίου*; partem agri *codd. recc.*) influxit. CORP. VIII suppl. 21671 (*Abulis Mauretaniae*) aquagium novo opere a solo extructum ... constituerun⟨t⟩ et dedicaverunt. [*ab* aqua *et* agere *derivatum. Th.*]

aquāle *ὑδροχοεῖον* GLOSS. III 368, 47. III 324, 57 *ἐπίχυσ*[*ε*]*ις* aquale. GLOSS. II 410, 52 *ποδόκοιλον* aquale gellae. PLIN. apud Char. gramm. I 118, 31 quod ... patitur ac tenet aquam, aquale. *cf.* aqualis.

Aquilēia, -ae *f. nomen oppidorum.* **1** *opp. Carnorum Histriae, colonia deducta a. Chr. 181, post lege Iulia ut videtur municipium, tribu Velina, cf. Mommsen, Corp. V p. 83, Hülsen, PW. II 318. Graecis est* Ἀκυληία (*Ptol.* Ἀκουιληία, *Eustath. ad Dionys. 378* πόλις δὲ ἡ Ἀκυληία μεγίστη, λεγομένη καὶ Ἀκυλία τετρασυλλάβως, παρονομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ, ὃς ἀκύλας πρὸς τῶν ἐκεῖ ἐλέγετο. *cf. imp. Iulian. orat. 2 p. 72*); *in codd. latinis recentioribus saepe scriptum est* Aquilegia, *semel* Aquilea (Itin. Ant. 124, 1 *Q*), *prave* Hist. Britt. (chron. min. III) 169, 1 Avvileua (*variant recc., et* Nenn. *habet* Eigilia *cf. p. 374, 33*). *poetae* i *faciunt consonam*: Mart. 4, 25, 5 et tu Ledaeo felix Aquileia Timavo. Avson. 291, 2 (*totum carmen de* A. *agit*). Corp. V 923, 4. 1027, *aliter in versu rhythmico* Inscr. Rossi II 171, 29, 13 errore veteri diu Aquilegia caeca. *saepe memoratur in titulis, velut* Corp. I 538. 1000 Aquileiae. III 2133. 5217. X 6229, *interdum adbreviatum* Aquil.; *ex scriptoribus adnoto locos paucos*: Caes. Gall. 1, 10, 3 Liv. 39, 22, 6. 39, 55, 5 colonia Aquileia (40, 26, 3. 40, 34, 2 Plin. nat. 3, 126). 41, 1, 2 profectus ab Aquileia. Mela 2, 61 Natiso ... ditem adtingit Aquileiam. Prosp. chron. I 727 iuxta Aquileiam Alsae. *municipium appellatur* Vitr. 1, 4, 11, *cf.* Corp. V 903 municip(es) et incol(ae). 968 municipio Aq(uileiensi). *inde signum mulieris* Corp. V 2831 (*Patavii*) ⟨A⟩eliae Aquileiae ⟨c⟩oniugi. Inscr. Rhen. 597 Aquileiae Lefae. *adi.* **Aquilēius,** -a, -um. *poeticum*: Sil. 8, 604 Aquileia superfluit arma. Prisc. perieg. 374 atque sinum penetrans Aquileium colligit undas (*de Hadria, cf. Dionys. 381* πόντον ἐς ἀγχίποροv Ἀκυλήιον, *ubi Eustath.* ὃς λέγεται καὶ Ἀκυλεήσιος). *creberrimum adi.* **Aquilēiēnsis,** -e, Ἀκυλήσιος. Cic. Font. 2 Aquil⟨e⟩iense por⟨torium⟩. Liv. 39, 45, 6 in agro, qui nunc est Aquileiensis. Plin. nat. 2, 225 in Aquileiensi *campo* (*sine subst.* Capitol. Maxim. 25, 2 qui ex Aquileiensi Romam missus fuerat. Symm. epist. 4, 68, 2 horrea in Aquileiensi sita). Vopisc. Carus 4, 4 iuri Aquileiensis civitatis insertum. Paneg. 6, 6 in Aquileiensi (-legiensi *w*, -lensi *M*) palatio. Not. dign. oc. 11, 27 praepositus thesaurorum Aqui⟨leiensium Vene⟩tiae. 11, 40 monetae Aquilitensis (*sic*). 11, 49 gynaecii Aquilegensis. *incolae*: Corp. V 1658 natione Itali cives Aquileienses. 7989 *imp. Verus* Aquileiensium restitutor. 7992 indulgentiar(um) suar(um) in Aquileiens(es). 8971. 8972 Liv. 41, 5, 1. 43, 1, 5. 7. 43, 17, 1. *sing.* Corp. III 1214. V 1011[a], *adbreviatum* Aquil. V 742. III 3836. 4351. Acta conc. Aquil. (Migne 16, 916) 3 *et* 7 in Aquileiensium civitatem. *servorum libertorumve nomen Aquileiae*: Corp. V 118 L. Aquileiensis Troph⟨i⟩mi. 736 C. Aquileiensis Diadumenus. 737. 1084 *et passim, feminarum etiam ut* V 1086 Aquil(eiensis) Daramone. 1087. 1089. 1088 Aquileiensis Vrsa. *cognomen*: Corp. VIII 2586, 21 M. Valer(ius) Aquileíensis Thev(este) *cf.* V 1337 Petroniae Aquileiens⟨i⟩. 4449. 8347. *?* **Aquilēiās,** -ātis. Corp. III 10772 (*Emonae, non certa fide traditus*) L. Marcius L. ⟨libertus Phil⟩otimus Aquileias, *quod, nisi est* Aquileia, *pertinet fortasse ad Aquileiam Raetiae.* **2 ad Aquileia** *statio inter Florentiam et Biturgiam* Tab. Peut. 4, 3, *eadem quae* Ravenn. 287, 5 Equilia (*cf. p. 373, 79*). *v. Hülsen, PW. II 320.* **3 Aquileia** *Germaniae vel Raetiae* Tab. Peut. 4, 2 *hodie* Aalen? *v. Ihm, PW. II 321.*

aquilentānus *v.* aquilonianus.

aquilentus, -a, -um. *ab* aqua (*cf.* vinolentus *sim.*). Varro Men. 400 túm contremula aquilenta apud alta litora oreris ac nobilis omnibus reluces, *o luna.*

[**aquileum**]. Honor. geogr. min. p. 38 A 22 *Rhodanus* habet aquileum pertortuosum ⟨ad⟩ Lugdunum, *lege* ancylen *vel similem formam; cf.* ancyla *et imprimis* anguillatio. *vix recte* angulum *coni. Riese.*

Aquileus *v. sub* Aquila *p. 373, 67.*

aquilex, -gis *m., inde a* Tert. *et gen.* aquilicis *et forma* **aquilegus,** -ī *inveniuntur.* [*ab* aqua *et* legere *derivatum. vocabuli* aquilicium *similitudine generata est flexio* aquilic-is, -em. *Th.*] *formae plebeiae*: Not. Tir. 73, 54 (*post* aquilex) aquileius. Gloss. V 342, 5 aquilici scrutatores aquarum. Gloss. ὑδραγωγός, homo aquarius, aquam colligens. II 18, 45 aquilices *οἱ τὰ πάρυγρα* (πυραγρα *cod.*) *ἐργαζόμενοι οἷον ὀχετάριοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι cf. sub* harenulcaes. Non. 332 legere ... videre: ⟨ab⟩ hoc et aquilegi. Varro Men. 444 Tuscus aquilex. Sen. nat. 3, 15, 7 aquileges (Plin. nat. 26, 30). Plin. epist. 10, 37, 3 aquilegem vel architectum. Tert. adv. Marc. 3, 5 aquilicem et agricolam se deus repromisit. Tarr. dig. 50, 6, 7 *inter immunes militaribus muneribus gravioribus* gladiatores aquilices tubarii. Cassiod. var. 3, 53, 1 aquilegum Romam venisse de partibus Africanis. Corp. II 5726 (= 2694 = VI 152) Fonti Sagin⟨i⟩e(n)s(i) genio Brocci L. Vispst(anus) Alexis aquilegus. *adi.* **aquilegus,** -a, -um. Tert. anim. 33 de pistrinis et aquilegis rotis. *V.*

aquiliāta *v. sub* aculeatus *I p. 456, 53.*

Aquiliēnus *fortasse vicanus ex Lycaonia, ut suspicatus est Mommsen.* Corp. X 8261 (*Tarracinae*) Valeriae Frontinae nat(ione) Gnigissae ex civitate Coropisso (*Lycaoniae*) vico Asseridi d(omini) n(ostri) filiae Val. Frontonis Aquilieni. *Otto.*

aquilifer, -ī *m.* Gloss. ἀετοφόρος, aquilifer id est aquilae. Veg. mil. 2, 7 aquiliferi qui aquilam portant. 2, 13. Caes. Gall. 5, 37, 5 Petrosidius aquilifer ... aquilam ... proiecit. civ. 3, 64, 3. Val. Max. 3, 2, 19 legionis Martiae aquiliferum (Svet. Iul. 62). Tac. hist. 1, 56 aquilifero quartae legionis. 4, 25 ann. 1, 39 Svet. Aug. 10 Vop. Aur. 31, 7. Corp. VIII 2782 aq(uilifer) leg(ionis) III. XII 2234 qui ⟨e⟩o⟨d(em)⟩ co(n)s(ule), quo milit(are) coepit, aquilifer factus est. Corp. V suppl. ital. ed. Pais 514 legionis IV ... aquilifer. VIII 2568 d(iscens) aq(uiliferum). 2988. Tac. ann. 1, 48 aquiliferis signiferisque. Corp. V 3375 Firmes signif(er) aquil(ifer) leg(ionis) XI. 5832. *de signifero aquilae v. s. aquila p. 372, 36—38.*

aquilīnus, -a, -um. **1** *ab* aquila: Prisc. gramm. II 80, 3 aquila aquilinus. Gloss. ἀετώδης. γυπός. Plavt. Pseud. 852 *cocus* milvinis aut aquilinis ungulis. Apvl. met. 2, 2 oculi ... in aspectu micantes prorsus aquilini. Tert. paen. 12 unguium *Babylonii regis* aquilinum (leoninum *codd.*) in modum efferatione et capilli incuria horrorem leoninum praeferente (*cf.* Pacian paen. 9 unguibus manus horrentes aquilas mentiuntur). Avg. medit. 27 aquilinis obtutibus. spec. 16. Marc. med. 8, 22 pinna aquilina. Boet. in Porph. Migne 64, 69 caput. Philarg. Verg. ecl. 8, 27 caput. **2** *ab* aquilus: Dar. 12 aquilino

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corpore (*bis*). 13. PHILARG. Verg. ecl. *prooem.* aquilino colore (SVET. rell. p. 56, 1 Reiff. aquilo). GLOSS. V 628, 2 di aquilini dii inferi. **Aquilīnus** *v. sub* Aquila. *Bannier.*

Aquillitānus *v.* Achulla, Acholla.

Aquillius, Aquīlius, -a *nom. gent., cf.* Aquīculus, Aquīnum. *Ἀκύλλιος, Ἀκύλιος.* Aquillius *tituli antiquiores* (Aquillius *urbanorum pars maior*, Aquilius *Africi fere omnes*), Aquilius *libri tantum non omnes.* Aquilii *fratres, qui expulso Tarquinio Superbo cum Vitelliis coniuraverunt*; C. Aquilius *cos. a. u. c. 267, nisi hi ficticii sunt.* L. Aquilius Curvus *trib. mil. cos. pot. a. u. c. 366.* C. Aquillius M. f. C. n. Florus *cos. a. u. c. 495.* C. Aquilius Gallus *iure consultus aetatis Ciceronianae.* Q. Aquilius Niger *cos. a. 117 al.* Aquilia *gens plebeia. perverse* PAVL. FEST. p. 26 Aquilius praenomen ab aquilo colore, id est nigro, est dictum. Aquillius: FAST. cos. Cap. a. u. c. 495 C. Aquillius M. f. C. n. Flórus. ACT. triumph. Cap. a. u. c. 496 C. Aquillius M. f. C. n. Florus. a. u. c. 628 M.' Aquillius M'. f. M'. n. CORP. VI 365 *et* 366 (*perierunt*) Paezon Aquilliaes (366 Aquiliaes) Bassillaes actor. 5890 M.' Aquillius Mena. 12274 Aquilliaes C. l. Tertiae, C. Aquillius Sosander l. 12256 P. Aquillius P. l. Arbacta. 12264 P. Aquíllius P. ⟨l.⟩ Philotaerus. 12266 T. T. Aquillis T. T. l. Trophimo et Cisso. XV 631 (*saec. I fere medii*) tegula Tunneiana, Aquillius f(ecit). XIV 2501 M. Met⟨i⟩lio P. f. Cl. Aquillio Regulo Nepoti Volusio Torqua⟨t⟩o Fronton⟨i⟩ cos. (*a. 157*). 2905 (*Praeneste, a. 167*) (centuria) Aquilli. 3564 (*Tibure*) P. Aquillius P. l. Dacus. IX 127 (*Brundisii*) Hesper M. Aquilli. 376 (*Canusii*) M'. Aquillio Ballistae. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 55 (*Cuprae marit., fragmentum fastorum*) T. Aquillius T. f. ⟨...⟩ (*a. u. c. 707*). CORP. X 244 (*Grumenti*) Aquilli Prepontis. 1403, 12, 14 (*Herculanei*) L. Aquillius (*mulieris*) l. Delphus. 1699 (*Puteolis*) T. Aquillius Proculus. 5356 (*Interamnae ad Lirim*) Noviae P. f. matr⟨i⟩ Aquillia C. f. Polla. XI 1355a (*Lunae*) ⟨.⟩ Aquillius Eglectus *patronus collegii cuiusdam.* 4380 (*Ameriae*) L. Aquillius C. f. IIIIvir i. d. iter. quinq. V 738 (*Aquileiae*) A. Aquillio C. f. Pom. Valente IIIIv. i. d. desig. 1883 (*Concordiae*) C. Aquillius C. f. Cla. Mela. XII 1161 (*Carpentorate, litteris saec. fere III*) M. Aquillius Avitus. 3863 (*Nemausi*) Rustica Aquilli f. III 7205 (*in Asia*) M'. Aquillius M'. f. cos. (*a. u. c. 625*) *Μάνιος Ἀκύλλιος Μανίου.* 551 add. (*Athenis*) L. Aquillio C. f. Pom. Flóro Turciano Gallo ... quaestor. imp. Cáesaris Aug. .... *Λ. Ἀκύλλιον Φλῶρον.* 1770 (*in Dalmatia*) dívo Aug. sacr. ... L. Aquillius Aptus IIIIIIvir. 3037 (*ibid.*) Se⟩x. Aquillio Sex. f., L. Aquillio Sex. f. Ruf⟨...⟩. 3038 (*ibid.*) Avíta Aquillia L. f. VIII 2564, 1, 31 (*castris Lambaes., imperante Heliogabalo*) Aqullius (*sic*) Hilarus dup. Aquilius: CORP. VI 757 Q. Aquilius Dionysius. 12269 Aquiliae Anniboniae Aquilius Creseens uxori. 12276 Aquilia Tyche ... M. Vlpio Diadumeno. XV 359 (*a. 123*) C. Aquili Aprilis. XIV 256, 249 (*Ostiae*) Aquilius Eglectus. 2139 (*Lanuvii*) Aquiliae Cariceni coiugi M. Cluvius Aquilius Felix. IX 2273 (*Telesiae*) L. Aquilio Agathameri. X 208 (*Grumenti, a. 119/120*) L. Aquilius Mamius aed. 477 (*Paesti, a. 347*) patronatus honorem Aquilio Nestorio optulimus. 1786 (*Puteolis, a. 196*) A. Aquilis (*sic*) Proculus. 2149 (*ibid.*) d. m. Aureli Quirini ... Aquilia Calliste coiugi. 5832 (*Ferentini*) C. Iúlió C. f. Pub. Rúfó veteráno coh. VI pr. (centuria) Aquilií Maximi. XI †1691 (*Florentiae, a. 436*) Aqilia (*sic*) Paulina l(audabilis) f(emina). †1694 (*ibid.*) Aquilia Valentina. V 1052b, 31 (*Aquileiae*) A. Aquilius Philetus. 2206 (*Altini*) Aquiliae P. f. Peregrinae. 3491 (*Veronae*) L. Aquilius Secundus L. Aquilio Charitoni. III 3032 (*in Dalmatia*) Aquilia Q. f. Colatina. 4452 (*in Pannon. sup., a. 212?*) Aquil. Romulus *speculator.* XII 1877 (*Viennae*) L. Aquilio L. fil. ⟨V⟩olt. Severiano aedili. 3424 (*Nemausi*) L. Aquilii Privati. 5686, 69 (*Aquis Sextiis, in vasculo*) C. Aqulius (*sic*) Felix. VIII 330 (*in prov. Byzac.*) L. Aquilius L. f. Qur. Suavis. 2812 (*Lambaesi*) M. Aquilius M. f. Anies. Proculus Arimin. 3424 (*ibid.*) C. Aquilius Rogatinus. 7207 (*Cirtae*) Acquilia (*sic*) Fructosa. 9504 (*in Mauret. Caes.*) C. Aquilius Proculus. II 3754 (*in Hisp. Tarrac.*) M. Aquilio Aquilino. *cognomen et nomen singulare.* CORP. X 4035 (*Capuae*) Aureliae Aquilia⟨e⟩ ... Aelia T. f. Aquilia Dionysias. III 6615 (*Alexandreae*) Aurelie Aquilie. XII 1949 (*Viennae*) Aquilius et Theseus. *adi.* Aquilius, -a, -um. lex Aquilia: CIC. Brut. 131. Tull. 9 cum sciret de damno legem esse Aquiliam. 11. 41. 42. GAIVS inst. 3, 202 per legem Aquiliam quae de damno lata ⟨est⟩. 3, 210. 4, 9. 4, 37 si ex lege Aquilia peregrinus damni iniuriae agat. ISID. orig. 5, 15, 2 Aquilius quoque condidit legem, quae hactenus Aquilia vocatur. *al.* INST. Iust. 4, 3, 16 non sufficit neque directa neque utilis Aquilia (*sc. actio*). olea: MACR. sat. 3, 20, 6 olearum genera haec enumerantur: ... Aquilia. *adi.* **Aquīliānus,** -a, -um. CIC. off. 3, 61 Aquiliana definitio *doli mali.* VARRO ling. 9, 71 Aquiliani *ab Aquilio.* VITR. 5, 1, 4 in (*basilica*) Iulia ⟨*et*⟩ Aquiliana. stipulatio Aquiliana: VLP. dig. 2, 15, 4 Aquiliana stipulatio omnimodo omnes praecedentes obligationes novat et peremit ipsaque peremitur per acceptilationem. 2, 15, 2. FLOR. dig. 46, 4, 18 eius rei stipulatio, quam acceptio sequatur, a Gallo Aquilio talis exposita est: .... INST. 3, 29, 2. COD. Iust. 2, 4, 3. 2, 4, 4 *al.* CORP. IX 1455, 2, 77 (*Liguribus Baebianis, a. 101*) fund(i) Aquiliani. INSCR. christ. Rossi II p. 413, 21 in fund(o) Aquiliano. *cogn.* CORP. V 7043 (*Taurinis*) C. Clod⟨ius⟩ Aquilianu⟨s⟩. **Novae Aquīliānae** *statio in Africa proconsulari, sita inter vicum Augusti et Bullam regiam.* ITIN. Anton p. 43 Novis Aquilianis (Aquillianis *pars codicum*). TAB. Peut. 5, 1 Novis Aquilianis (RAVENN. p. 152 Novis aquis). *Otto.*

aquilo, -ōnis *m.* (*sc.* ventus, *ut* NEP. Milt. 1, 5 cum ... vento aquilone venisset Lemnum *cf.* PAVL. FEST. 22 GELL. 2, 30, 1 AMM. 27, 4, 3 SCHOL. Germ. Sang. p. 195, 1 VVLG. prov. 25, 23 [*it.* ventavolo 'ventus aquilo' *M.-L.*]). [*fortasse cf. c.* aquilus. *Th.*] GLOSS. *ἀπαρκτίας, βορέας, βορρᾶς.* NOT. Tir. 110, 75. 76 aquilon, aquilontis. *forma* **aquilus?** SCHOL. Arat. p. 124 terra ... habet ... zonas V. aquilum totum spatiosum ... (*βόρειον ὅλην ...*). p. 103 arcticum *polum* ... qui et aquilus dicitur (*τὸν καὶ βόρειον λεγόμενον*). 263 aquilum ... ventum (*βορέω ... ἀνέμου*). *cf. ibid.* 139, 12. 18 *al.* (*ubi* aquilo, -onis) *et* aquilonius. *pluralis*: CIC. nat. deor. 2, 26 aquilonibus reliquisque frigoribus adstrictus ... umor. LVCR. 5, 742 (6, 730). 6, 715 SALL. hist. 3, 78 VERG. georg. 2, 334 Aen. 1, 391. 3, 285. 4, 310 HOR. carm. 1, 3, 13. 2, 9, 6 *al.* PROP. 2, 5, 11 OV. met. 2, 132 fast. 4, 643 *al.* LIV. 36, 43, 11 *al.* MANIL. 5, 70 CELS. 2, 1 p. 30 SEN. nat. 3, 28, 2 COLVM. 1, 6, 10. 4, 16, 3 MELA 1, 102 LVCAN. 4, 48. 5, 720 *al.* PLIN. nat. 2, 123. 6, 84. 11, 17 *al.* SIL. 17, 489 GELL. 2, 30, 1. 9 *al.* AMM. 23, 6, 66 CLAVD. 15, 515 *al.* SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 119.

I ***ventus*** (GLOSS. IV 19, 37), *proximus a septentrione orientem versus*: VITR. 1, 6, 5 inter septentrionem et solanum aquilo. *cf.* 11 SEN. nat. 5, 16, 6 PLIN. nat. 2, 119 APVL. mund. 11. NEP. Milt. 1, 5 ab septentrionibus oriens. PAVL. FEST. 22 aquilo ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur. PLIN. nat. 18, 333 ventum ... aquilonem borean Graecis dictum (GELL. 2, 22, 9). CARM. de ventis (poet. min. V p. 383) 8 boreas ... mugit; frigidus hic aquilo nostris vocitatur in oris. VEG. mil. 4, 38 *septentrioni* adhaeret ... a sinistra boreas, id est aquilo. ISID. nat. rer. (Suet. p. 229 Reiff.) 37 aquilo, qui et boreas vocatur, ex alto flans gelidus atque siccus et sine pluvia, qui non discutit nubes, sed stringit. *cf.* POMP. in Don. gramm. V 311, 4. **a** *ad gen.* **aquilonis** *apposita*: ACC. 566 horrifer stridor. CIC. Arat. 13 horrisonae alae (OV. Ib. 201). nat. deor. 2, 11 horriferae aurae (Arat. 86 *al.* GERM. 700). 112 flamina (Arat. 22 SIL. 12, 7) *cf.* ENN. ann. 489 aquilo ... suo cum flamine. LVCR. 5, 742 etesia flabra (6, 730). 5, 689 flatus. PAVL. FEST. 103 COLVM. 11, 2, 24 PLIN. nat. 8, 188. 9, 30 *et* 51, *al.* (*cf.* 17, 10 *et* 60). MART. 10, 82, 3. OV. trist. 3, 10, 17 commoti vis ... aquilonis. SEN. Herc. O. 778 minae. nat. 7, 7, 3 impetus. LVCAN. 5, 603 rabies. COLVM. 4, 16, 3 violentia. 9, 7, 4 iniuria. STAT. Theb. 8, 426 hiems. TAC. ann. 1, 70 impulsus. VVLG. Sir. 43, 18 tempestas. OV. Ib. 11 ortus. PLIN. nat. 7, 10 exortus (specus). 4, 88 conceptacula. STAT. Theb. 7, 37 primi hiatus. *cf. sub II.* **b** *adiectiva*: VARRO AT. 6 frigidus (COLVM. 11, 2, 89) *cf.* CIC. Arat. 97 COLVM. 1, 6, 10. 11, 2, 21 PLIN. nat. 2, 126 MART. 5, 9, 3 FLOR. Verg. p. 185 AMM. 31, 2, 14 VVLG. Sir. 43, 22 HIER. epist. 78, 4. OV. fast. 4, 643 aquilones gelidi *cf.* Ib. 11 *et l. 30* CLAVD. 7, 93. GERM. 23 horrifer. SEN. Herc. O. 778 nivosus. VERG. georg. 1, 460 clarus. OV. trist. 3, 10, 53 aquilones sicci *cf.* VITR. 8, 2, 5 CELS. 2, 1 p. 30 LVCAN. 4, 50 PLIN. nat. 18, 339. *cf. l. 30.* CLAVD. 10, 185 puri. PLIN. nat. 2, 128 nubilus (*sc. in Africa*). VERG. georg. 2, 334 aquilones magni. HOR. carm. 3, 30, 3 impotens. PROP. 3, 7, 71 saevus. MANIL. 5, 70 acuti. LVCAN. 4, 584 fortis. MART. 1, 49, 20 raucus. 10, 82, 3 iniquus. HYG. fab. 84 p. 83, 12 equos aquilone velociores. LIV. 36, 43, 13 transversi *cf.* TAC. ann. 2, 54. PLIN. nat. 2, 123 prodromi. 124 quos etesias appellant. *cf.* APVL. mund. 12 ornithiae ... aquilonum genus. HOR. epod. 13, 3 Threicius. *similia* OV. epist. 11, 13 SEN. Ag. 479 STAT. Theb. 12, 515 CLAVD. 3, 242. HOR. carm. 3, 10, 4 me ... obicere incolis (*sc. illius regionis*) plorares aquilonibus. *nota*: aquilone *i. cum aquilo flat*: SALL. hist. 3, 64 crebritate fluctuum, ut aquilone solet. VERG. Aen. 7, 361 matrem primo aquilone relinquet perfidus alta petens. *cf.* 4, 310 mediis ... aquilonibus (*i. media hieme*). PLIN. nat. 10, 66. 11, 17 (aquilonibus). 31, 85. IVV. 9, 68 aquilone decembri (*adiect.*). **c** *verba*: TVRPIL. com. 21 flabat. SEN. nat. 4, 4, 3 PLIN. nat. 2, 129 *al.* AMM. 27, 4, 3. PLIN. nat. 2, 128 spirat. 9, 74. 18, 353 saevit. SCHOL. Germ. Sang. p. 202, 4 imminet. ACC. trag. 566 molitur nives (SEN. Ag. 479). VARRO AT. 6 silvis ... decussit honorem (VERG. georg. 2, 404 *cf.* 1, 460 AETNA 364 HOR. carm. 2, 9, 6 epod. 10, 7). VARRO Men. 226 fluctus ... lavit (*?*). ARRVNT. hist. 6 hiemante aquilone. LVCR. 6, 715 sunt aestate aquilones ostia *Nili* contra. VERG. georg. 2, 334 actum (*i. fugatum*) caelo ... aquilonibus imbrem. Aen. 3, 285 hiems aquilonibus asperat undas (SIL. 17, 489). *cf.* 5, 2 fluctus ... atros aquilone. PROP. 2, 5, 11 Carpathiae variant aquilonibus undae. CIRIS 145 agitante sinus aquilone. HOR. epod. 10, 7 insurgat (VVLG. cant. 4, 16). sat. 2, 6, 25 radit terras. 2, 8, 56 *pulverem* excitat. OV. met. 1, 328 nimbis ... aquilone remotis. 5, 285 (VVLG. prov. 25, 23). epist. 10, 139 inpulsae segetes aquilonibus. Ib. 201 hiems aquilonis inhorruit alis. LIV. 36, 43, 11 aquilones ... tenuerant ... ceciderunt *cf.* NEP. Milt. 1, 5. CELS. 2, 1 p. 30 autumnus ... aquilonibus perflatur. SEN. nat. 7, 7, 3 aquilo ... ad meridiem ... nititur. CVRT. 8, 9, 12 *aquilo* cohibitus iugis montium ad interiora non penetrat. LVCAN. 6, 104 pulsus aquilonibus aer. MART. 1, 49, 19 bruma impotens aquilone rauco mugiet *cf.* CLAVD. 3, 242. AMM. 22, 8, 48 *Ponticus sinus* aquilone caeditur. CLAVD. 26, 60 glacie constringat harenas. VARRO rust. 1, 4, 5 inmisso fenestris ... aquilone. COLVM. 1, 6, 10. *ellipsis verbi* COLVM.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 2, 73. 88. *de aquilonis salubritate* CELS. 2, 1 p. 29 PLIN. nat. 2, 127. *de vocabulo in malam partem accipiendo* AVG. Iob 38 med. (p. 608 *Zycha*) austrum ... non ... uspiam memini in sanctis libris mali aliquid significare, sicut aquilonem numquam in bono ..., quia ex ea *parte flat*, unde lux est remotior. in psalm. 47, 3 epist. 140, 55. EVCHER. form. 2 p. 11 aquilo diabolus vel homines infideles. *latiore significatione*: VERG. Aen. 1, 391 classem ... in tutum versis aquilonibus actam (SERV. aut ... 'mutatis ventis' aut quia ... adversus ante aquilo coepit esse prosperrimus) *cf.* LIV. 37, 12, 12 PLIN. nat. 8, 133. STAT. silv. 4, 5, 8 in zephyros aquilone fracto. *loco cauri in tabula ventorum* CORP. V suppl. 204 aquilo | septentrio | boreas, *v. Kaibel, Hermes 20 (1885) 624.*

II ***regio venti*:** CIC. rep. 6, 21 *cingulus* subiectus aquiloni (*cf.* LIV. 37, 27, 2 AMM. 18, 9, 2 HEGES. 1, 35, 1). 6, 22 in ... aquilonis austrive partibus (Arat. 97). *cf.* PLIN. nat. 13, 136. 31, 43 HYG. astr. 1, 6 p. 24. 25 VVLG. exod. 26, 35. 27, 11 Ier. 1, 13 Ezech. 8, 5 *al.* MANIL. 1, 574 aquilonis orbis. PRISC. perieg. 82 axis. VVLG. psalm. 47, 3 latera (*cf.* Aug. *in h. l.*). VARRO ling. 5, 31 iacet ... Europa ad septemtriones et aquilonem. rust. 1, 59, 1 *oporothecae* ad aquilonem ... fenestras habeant. PLIN. nat. 14, 133. VITR. 6, 1, 2 *aedificia* ad septentrionem et aquilonem sunt faciunda. 6, 9, 4 ad ... aquilonem spectantia (8, 28) *cf.* COLVM. 4, 23, 2 PLIN. nat. 17, 23. 63 *al.* HYG. astr. 1, 3 *al.* VVLG. exod. 36, 25. VARRO ling. 9, 25 luna ... ab sole discedit ad aquilonem. OV. fast. 3, 401 duo sunt *pisces in caelo*: austris hic est, aquilonibus ille proximus. *cf.* FIRM. math. 2, 10 extr. GERM. 492 austro propior sol est aquilone relicto. MELA 1, 102 *Pontus* vicinus aquilonibus. 3, 36 Hyperborei super aquilonem ... iacent *cf.* PAVL. FEST. 103 PLIN. nat. 4, 89 MART. CAP. 6, 664. PLIN. nat. 2, 43 *luna* in aquilonem elata, nunc in austros deiecta (18, 264 MART. CAP. 8, 867 *al.*). 2, 67. 6, 34 ab extremo aquilone ad initium orientis. 7, 26 PLIN. nat. 10, 180. 16, 59 pix optima ... ex apricis aquilonis situ. 18, 354 ex ... quattuor partibus caeli ..., ab aquilone tantum (SCHOL. Germ. Strozz. p. 219, 22). AMM. 22, 7, 10 ab australi parte ... ab aquilone et regionibus solis. 23, 6, 43 *al.* sub aquilone. FIRM. math. 3, 3, 9 in aquilone constituto Iove. ITALA cod. Lugd. gen. 28, 14 ad mare et africum et aquilonem (VVLG. septentrionem). VVLG. gen. 13, 14 vide ... ad aquilonem. Ios. 11, 2 reges aquilonis (Dan. 11, 6 *al. cf.* HIER. epist. 78, 4). Ier. 3, 18 *al.* terra. Ezech. 40, 23 porta. 42, 13 gazophylacia. *nota*: VVLG. I par. 9, 24 per quattuor ventos (*i. ventorum partes*) erant ostiarii; id est ad orientem et ad occidentem et ad aquilonem et ad austrum (psalm. 106, 3). *cf.* Ezech. 42, 17 mensus est contra ventum aquilonis. 47, 17 terminus ... ab aquilone ad aquilonem. *simil. passim, cf.* HIER. in Is. 30, 27 (p. 419 Vall.) ab aquilone ..., id est de Scythiae partibus. GREG. TVR. curs. stell. 33 plaga illa, in qua habentur *septentriones*, a quibusdam ex eorum nomine vocitatur; nos vero aquilonem dicimus. *nota vocabulum propter metri commoditatem pro septentrione positum*: LVCAN. 2, 51 *mundus* fundat ab extremo flavos aquilone Suevos. *dubia significatione*: VERG. Aen. 1, 102 stridens aquilone procella (SERV. ab aquilone *cf.* CLAVD. 3, 242).

III ***persona*** (*Boreas*): CIC. leg. 1, 3 verene ... Orithyiam Aquilo sustulerit. PROP. 3, 7, 13 Aquilo, raptae timor Orithyiae. OV. epist. 15, 343 nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces. met. 1, 262 Aeoliis Aquilonem claudit in antris. 7, 3 iuvenes Aquilone creati (SEN. Med. 634 VAL. FL. 4, 432 SCHOL. Germ. Bas. p. 91 Stat. Theb. 5, 432 HYG. fab. 14 p. 47 FVLG. myth. 3, 11 p. 79. *cf.* Aquilonius, Boreas). HYG. fab. 157 p. 14 Chiona Aquilonis filia. 140 p. 18. *de cursore*: SPART. Hel. 5, 10 cursoribus ... alas ... adposuit eosque ventorum nominibus ... saepe vocitavit, Boream alium, alium ... Aquilonem.

synonymum: boreas (*v. s. et* LVCAN. 5, 721 PLIN. nat. 2, 119. 18, 333). *opposita*: africus (HOR. carm. 1, 3, 13 PLIN. nat. 18, 335 *sq.*), caurus, argestes (APVL. mund. 13). auster (*v. s. et* ENN. ann. 489 TVRPIL. com. 21 LVCIL. 450 CIC. rep. 6, 22 Arat. 280 LVCR. 5, 689 AETNA 364 OV. met. 5, 285. 10, 77 SEN. nat. 5, 18, 2 PLIN. nat. 2, 43 *al.* 8, 133 GELL. 2, 30 tit. *al.* VVLG. deut. 3, 27 Ezech. 20, 47 *al.* SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 119). *compositum*: aquilonigena. *Hey.*

Aquilo, -ōnis *cogn. vir.* CORP. VI 10069 *equi*: Aquilo n(iger) k. Aquilonis. Hirpinus n(iger) Aquilonis. XV 6254 (*in lucerna*) Aquilo calos. V 1833 (*Iulii Carnici*) ⟨...⟩us L. f. Aquilo. 2160 (*Altini*) ⟨.⟩ Gavius L. f. Aquilo IIIIvi⟨r⟩ ⟨i.⟩ d. 5957 (*Mediolanii*) Cn. Vergínius Aquilo. XII 547 (*Aquis Sextiis*) M. Cornelio Aquiloni. VIII 12205 (*in prov. Byzac.*) ⟨Ian⟩uaria Vrb⟨ana⟩ Ianuari ⟨Aqu⟩ilonis filia. 3129 (*Lambaesi*) C. Iulius Aquilo *v. etiam* aquilo *supra l. 58.* *equi*: CORP. VI 10069 (*vide supra l. 66*). XV 6258 (*in lucerna*) Aqilo (*sic*) va(de) (feliciter), *aut ecus aut agitator.*

mutatio **Aquilōnis** *inter Aecas fuit et Aequum Tuticum, ad fluvium, cui Aquiloni videtur nomen fuisse, appellatur enim hodie* Celone; *cf. Hülsen, PW. II 332.* ITIN. Burdig. p. 610 civitas Aecas. mutatio Aquilonis. Finis Apuliae et Campaniae. mansio Ad Equum Magnum. *Otto.*

aquilōnālis, -e *adi.* VITR. 9, 6, 3 ⟨ad⟩ aquilonalem piscem (*sc. sidus, cf. l. 24*). MART. CAP. 8, 838 alia *signa* sunt aquilonalia (*cod. Bern.*; aquilonia *rell.*), alia austrina. a regione quippe zodiaci, quae septentriones versus defixa sunt, aquilonalia (*ut supra*) perhibentur. GROM. p. 332, 30 contra aquilonalem partem. p. 334, 1. GILD. (chron. III) 19 aquilonalem extremamque terrae partem. 23 gentes. *cf.* borealis. *forma*: **aquilōnāris,** -e. AVG. Iob 37 (Vind. 28, 3 p. 597) sol ab aquilonari (*Sangerm.*, aquilonali, aquiloni *rell.*) terra remotior est, australi autem vicinior. POL. SILV. (chron. I) p. 538, 13 *codd. B O* in aquilonari mare (*sic*). *Hey.*

Aquilōnia, -ae *f. duo oppida in Samnio sita, cf. Hülsen, PW. II 332.* **1** Aquilonia *Samnii medii, ubi L. Papirius Cursor a. u. c. 461 Samnites devicit.* LIV. 10, 38—44 VAL. MAX. 7, 2, 5. *ad hanc videntur osci pertinere nummi, in quibus legitur* Akudunniad (Zvet. inf. 263). **2** Aquilonia *Hirpinorum, hodie* Lacedogna. PTOL. 3, 1, 62 *Ἰρπίνων πόλεις ... Ἀκουιλωνία, ...* TAB. Peut. 6, 5 *et* RAVENN. p. 283 Aquilonia. *huius Aquiloniae incolae* **Aquilōniī.** PLIN. nat. 3, 105 Aquiloni. *tertia accedere videtur* Akedunia *agri Iguvini, cf. Bücheleri Vmbr. p. 93.* *Otto.*

aquilōniānus, -a, -um *adi.* CHALC. comm. 67 differentia regionum aquilonianae itemque australis. 69 planetes ... ab aquilonianis ad australia ... oberrant (*hoc lemma edd. Fabric. et Mullach utroque loco*; aquilentanae *et* -is *codd., ed. princ.*).

aquilōnigena, -ae *m.* AVSON. Mos. 407 aquilonigenasque Britannos (*i. septentrionales*).

aquilōnius, -a, -um *adi. ab* aquilo. *de vento*: VARRO Men. 77 frigedo *cf.* SOL. 9, 2. PLIN. nat. 2, 133 typhon. 17, 12 hiems (*aliter* VAL. FL. 6, 715). CLAVD 12, 41 procellae. PLIN. nat. 15, 81 in macro solo et aquilonio. 24, 34 *resina* sit ... aquilonia potius quam ab alio vento. 27, 144 in frigidis et aquiloniis (*sc. locis*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 44 in aeres teneros atque aquilonios. *de regione*: CIC. nat. deor. 2, 50 *regio* aquilonia ... australis (*cf.* LIV. 40, 58, 8). PLIN. nat. 16, 196 aquiloniae partes *arborum* (17, 83, *opponitur* meridianis oppositae solibus). SOL. 40, 9 pars. CAEL AVR. acut. 2, 37, 191. AVG. serm. 273, 4 pars mundi. psalm. 147, 2 plaga. SCHOL. Arat. lat. p. 183 *al.* polus. p. 159 locus (*βόρειος*). SCHOL. Germ. Sang. p. 105 circulus. 108 (*opp.* australis ordo). PS. CENS. frg. 2, 1. FAV. EVLOG. p. 8 H. cardo maximus. AVG. quaest. hept. 2 lateribus ... aquilonio et australi. *ibid.* angulus. MANIL. 1, 372 aquilonia signa *in caelo.* COLVM. 11, 2, 24 piscis (*sidus*). 63 PLIN. nat. 18, 237. 353. 2, 215 *luna* in aquilonia recedente. SCHOL. Germ. Sang. p. 202 cornu lunae. *de persona*: PROP. 1, 20, 25 Aquilonia proles (*i. Zetes et Calais*). VAL. FL. 4, 462. 501. STAT. Theb. 5, 432 pignora. *cf.* boreus, boricus, borinus.

aquilus, -a, -um *adi.* [*orig. inc. Th.*] *formae in* GLOSS. aquileus aquilius aquiluus, *cf. Loewe, Prodr. p. 296 sqq.* GLOSS. atrum (*cf.* SERV. auct. Aen. 1, 394) fuscum nigrum subnigrum. II 20, 37 aquilum *μελανὸν ὡς Λουκίλλιος* (LVCIL. 1199). 469, 44 *φαιός.* II 567, 22 fulvus (furvus *Goetz*, fuscus *Loewe l. l.*). CAPER gramm. VII 108, 1 aquilus color nigro proximus *cf.* GLOSS. V 632, 3. PAVL. FEST. 22 aquilus color est fuscus et subniger ... ab aqua est nominatus; *vide quae sequuntur et* 26. PLAVT. Poen. 1112 corpore aquilost *nutrix Afra* (GLOSS. V 167, 43). SVET. Aug. 79 *habuit* colorem inter aquilum candidumque *cf.* DON. (SVET.) Verg. p. 56 Reiff. aquilo colore (aquili, aquilino *codd.*). ARNOB. nat. 3, 14 deos effingitis ... aquilos (aquilios *cod.*) caesios ravos. BOET. in Porph. 4 (Migne 64, 121 A) aquilum ... vel simum esse vel coloratum. APVL. Socr. p. 143 Oud. *nubes* humectiores meant aquilo (aquilonis *codd.*) agmine; *sudae* ... aguntur cano agmine. MART. CAP. 2, 164 in his ... locis (*i. apud inferos*) ... di ..., quos aquilos dicunt. GLOSS. V 16, 10 di aquili dii inferi; aquilos antiqui nigros dicebant (V 61, 29). V 287, 30 manes inferi (V 628, 2 di aquilini). *derivatum*: aquilinus. *compositum*: subaquilus.

aquilus *i. q.* aquilo *vel* aquilonius, *v. sub* aquilo *p. 376, 9.* *Hey.*

aquimanāle, aquiminālis *v.* aquaemanale.

[aquimitti] *v.* acoemetus.

Aquinātēs. PLIN. nat. 3, 116 *in octava Italiae regione* oppida Caesena, Claterna, ... Solonates, Saltusque Galliani qui cognominantur Aquinates. *Otto.*

Aquincum, -ī *n. municipium Pannoniae inferioris, hodie* Alt-Ofen, *colonia Aelia Septimia, cf. Mommsen, Corp. III p. 439. Tomaschek, PW. II 333.* *nomen plenum in miliario* CORP. III 6466 ab Aquinco (*a. 230*). VI 3431 (*non extat*) domo Sept. Aquinci ex Pannonia inferiore. 2385^{b}, 7. 4 Aquinc(o), VI 1058, 17 Aquinq(o), *at* III 3492 col. Aquiqq. *et* VIII 2826 Acuinci, *plerumque legitur* col. Aq. (III 3354. 3436 *passim*), *bis* Aqu. (III 3402. 3733). *municipium dicitur* CORP. III 3347 m(uncipi) eiusdem. *Ptolemaeo* (2, 15, 3) *audit Ἀκούινκον* (*Ἀκούικον, Ἀκούιγγον, Ἀκούμικον codd. aliquot*), *at εἰς πόλιν Ἄκικον* CHRON. min. I 242, 375, 3. *in libris latinis habent* TAB. Peut. 5 a Aquinco, HONOR. geogr. min. p. 35, 13 Aquincum oppidum, *at* AMM. 30, 5, 13 Acincum. NOT. dign. oc. 33, 48 contra Acinco. 33, 54 Acinco. CHRON. min. I 230, 294 contra Acinco. 242, 375, 3 in civitate Acinco; *admodum variant codices* ITIN. Anton. 245, 7. 263, 3. 9. 264, 1. 6. 266, 8 (*ubi* acinquo, aquinquo, aquunquo, aconquo, icinquo). *fem.*: SIDON. carm. 5, 107 Pannoniae, qua Martia pollet Acincus (achincus *pars codd.*). *adi. et nomen incolarum*: **Aquincēnsis.** CORP. III 3485 c(urator) r(ei) p(ublicae) Aqui(ncensium). 3347 ordinis Aq(uincensium). 3518 (*non extat*) ⟨Aq⟩uinc(enses). suppl. p. 1975 (*a. 114*) Aquin(censi). VI 3454 natione Acuicesem (*sic*), *cf. Revue arch. 1900 2, p. 501 sub 155.* NOT. dign. oc. 7, 101 Acincenses. 9, 19 Acincensis sutaria *fabrica.* 41, 25 praefectus militum Acin-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

censium (-ntium *trad.*). *comp.*: Trans[i]acinco NOT. dign. oc. 33, 65. *V.*

Aquīnum, -ī *n. opp. Latii adiecti, municipium, postea colonia, tribu Oufentina, Ἀκυῖνον, Ἀκοίνον, Ἀκόνιον, hodie* Aquino. *cf. Mommsen, Corp. X p. 530.* CORP. I 21 e (*nummi antiquissimi*) Aquino *vel* Acuino (*sed vide infra l. 31*). LIB. col. grom. p. 229, 13 Aquinum, muro ducta colonia, a triumviris deducta. ITIN. Anton. p. 303 *et* TAB. Peut. 6, 2 Aquino. RAVENN. p. 275 Aquinon (GVIDO Aquinum). CIC. Phil. 2, 106 cum ... ad Aquinum accederet, obviam ei processit, ut est frequens oppidum, magna sane multitudo. Att. 5, 1, 3. 5, 1, 4. 16, 10, 1. 16, 13 a, 1 epist. 9, 24, 1. 9, 24, 2 LIV. 26, 9, 3. PLIN. nat. 3, 63 coloniae Capua, ... Aquinum, Suessa .... 7, 176. SIL. 8, 403 viris ingens exhaurit Aquinum. IVV. 3, 318 quotiens te Roma tuo refici properantem reddet Aquino. SCHOL.: inde enim fuit Iuvenalis, de Aquino civitate Campaniae. PAVL. NOL. carm. 14, 73 quos Praeneste altum, quos fertile pascit Aquinum. *in subscriptione Hilarii de trin., quae extat in cod. Vindob. 2160 saec. V—VII* Dulcitius Aquini legebam. CORP. VI 2375 a 1 28 ⟨...⟩s Iustus Aquino. X 5415 qui fuit aed., IIvir Aq⟨ui⟩ni. 5420 sevir(o) Aquini. 5416 hic forum Aquini sua pecunia stravit. V 1092 (*litteris fortasse liberae rei publ.*) L. (Aratrius) C. f. Aquino. *adi.* **Aquīnās,** -ātis. HOR. epist. 1, 10, 27 qui Sidonio contendere callidus ostro nescit Aquinatem potantia vellera fucum. TAC. hist. 1, 88 *et* 2, 63 in coloniam Aquinatem. CORP. X 5422 Serviai C. f. sacerdotis Líberi publicai Aquinatis. Aquinās, Aquinātēs *incolarum appellatio.* CIC. Cluent. 192 propter vicinitatem Aquinatium et Fabraternorum. Planc. 22 nemo Aquinas. Phil. 2, 106 Aquinates. SIL. 12, 528 vicinus Aquinas et ... Fregellae agmine carpuntur volucri. CORP. X 5426 *et* 5795 universus populus Aquinatium. 5398 (*a. 214*) plebs Aquinatiu⟨m⟩. XIV 3586 (*saec. III*) curat(ori) civit(atis) Antiatium et Aquinatium. **Aquīnus** *antiquum videtur gentis fuisse vocabulum.* (*quod in nummis legitur* Aquino *vel* Acuino (*v. supra l. 5*) *potest etiam* Aquino(m) *gen. plur. esse.*) *hinc nomen singulare et cognomen.* SIL. 6, 166 Aquino Apenninicola atque Vmbro comitatus Avente. 6, 201 celerique fuga iam nabat Aquinus. TAC. hist. 1, 7 Cornelius Aquinus et Fabius Valens legati legionum. CORP. XII 282 (*Fori Iuli*) L. Calvisius Aquinus. III 5651 (*in Norico*) Cl. Ti. f. Aquinae ... Rufinius Rufus uxsori. INSCR. Haug-Sixt, Röm. Inschr. Württemb. 386 Aqu⟨ius?⟩ Aquinus. *nom. gent.* PLVT. Sert. 13 ἐξέπεμψε δὲ (ὁ Μέτελλος) ἐπὶ σιτολογίαν Ἀκύινον ἑξακισχιλίων ἡγούμενον. CAT. 14, 18 Caesios, Aquinos, Suffenum omnia colligam venena (*sunt poetae mali*; Aquinus *videtur idem esse atque Ciceronis* Aquinius, *v. infra*). MART. 1, 93, 1 Fabricio iunctus fido requiescit Aquinus *primipilaris.* CORP. VI 12278 M. Aquínus Antiochus. 12279 Aquina M. l. Quarta locum emit sibi et sueis parentibu⟨s⟩. III 8886 (*Salonis*) Aquinae M. l. Cresti. XII 5690, 12 (*in signaculo*) Q. Aquini Saturnini. XIII 1833 (*Luguduni, litteris saeculi fere II*) M. Aquini Verini optionis karceris ex cohort. XIII urban. II 3448 (*Carthagine nova*) Aquina Stratonic⟨e⟩. *idem* **Aquīnius,** -a *nom. gent.* MACR. sat. 1, 16, 22 L. Aquinium haruspicem (*a. u. c. 365*). CIC. Tusc. 5, 63 mihi fuit cum Aquinio (*malo poeta*) amicitia (*idem videtur esse* Aquinus *Catulli, v. supra*). PLVT. Cic. 27 *Μάρκον Ἀκυίνιον ... Ἄδραστον ἐκάλει Cicero.* BELL. Afr. 57, 4 M. Aquinium, hominem novum parvumque senatorem. 57, 1. 2. 89, 5. CORP. VI 12277 d. m. A. Aquini Staphyli ... Aquinia Helice coniugi. X 5441 (*Aquini*) ossa Aquiniae ⟨L.⟩ Tulli. XI 3164 (*Faleriis*) C. Aquinius Crescens. *errore scriptum* CORP. IV 1855 M. Aquininius (*sexta littera et* i *et* c *esse potest*).

aquipedum *v.* acupes. **aquipēnser** *v.* acipenser.

Aquisa *nom. mul. barbaricum, an idem cum sequenti?* CORP. VIII †14182 Paulus in pace. Aquisa in pace.

Aquisius *nom. gent.* CORP. IV 2419 M. Aquis. Faustus. *potest cognatum esse cum* Accius, *cf.* Acuvius, Aquius (*adde* CORP. XI 148 (*Ravennae, periit*) Aquiae Q. l. Letoidi Aquia Q. l. Crai (*sic traditur*)), Acuvilius, Aqueius *vol. I p. 252, aut cum* Aquillius, Aquilius.

Aquita *signum vir., vix sanum.* CORP. IX 1766 (*Beneventi, descr. Dressel*) d. m. Beneventano cui et Aquitae, qui vixti (*sic*).... '*fortasse* Aquilae' *Mommsen.* *Otto.*

Aquītānia, -ae *f. pars meridionalis Galliae* (*cf.* CAES. Gall. 1, 1, 7), *post Augustum provincia Romana angustioribus tamen finibus, v. Ihm, PW. II 335, postea tres provinciae* Aquitania prima, Aquitania secunda, Novempopulana (POL. SILV. geogr. p. 131, 2). *in titulis passim* provincia Aquitania, *velut* CORP. II 3788. III 6054. V 4335. XI 6011. 4182, *saepius* provincia Aquitanica *ut* V 867. 875 (*a. 105*). IX 4453. XII 671, 20. 1354. XIII 1803. 1804. 1808. XIV 170, 6, *saepe adbreviate vel mutilate. Graecis* est *Ἀκουιτανία* (CORP. XIII 2448 *ἐκ Ἀκου⟨ι⟩τανίης*). *scriptum est* ITIN. Anton. 453, 4 *in aliquot codd.* Acquitaniam, 458, 4 Acquitania, *priore loco in aliquot* equitaniam (*item* RAVENN. 418, 4 SCRIPT. Merov. II 149, 14), Aquetania *passim apud posteriores*, Acutani CONC. Burdig. a. 663 (Mon. Germ. leg. III) p. 215, 13. *de* i *longa vide* TIB. *sub* Aquitanus; *breviant* i *vocalem* AVSON. 292, 8 Aquitania lato *et* PAVL. NOL. carm. 19, 154 Aquitania sumpsit, *uterque in fine hexametri.* CAES. Gall. 1, 1, 7. 3, 11, 3. 3, 20, 1. 3, 21, 1 *passim*, HIRT. Gall. 8, 46, 1. 2 VITR. 2, 1, 4 PLIN. nat. 3, 37. 9, 68. SVET. Galb. 6 provinciae Aquitaniae. 9 legato Aquitaniae. *adi.* **Aquītānus,** -a, -um. TIB. 2, 1, 33 gentis Aquitanae celeber Messalla triumphis. 1, 7, 3 Aquitanas posset qui fundere gentes .... AVSON. 183, 7 stirpis Aquitanae. 296, 6 inter Aquitanas gentes (*at cf.* Aquitania *et* Aquitanicus). *incolae: sing.* CAES. Gall. 4, 12, 4 Piso Aquitanus. *plur. saepe, velut* CAES. Gall. 1, 1, 1. 1, 1, 2. 3, 21, 3 civ. 1, 39, 2 MELA 3, 20 PLIN. nat. 4, 108. *de moribus multa exponit* SALV. gub. 7, 8. 12. 18. 50. cohortes Aquitanorum *inveniuntur passim v.* CORP. III p. 1148. VII 176. 620*. 1195. X 7596. Aquitāniī *dicuntur* CHRON. min. I 98, 58, 43. 107, 167, 61. *nom. vir.* **Aquitānus,** -ī. CORP. XIII 691 (*Burdigalae*) Cintu⟨ge⟩nae Aquitani fil(iae). V 3573 (*Veronae*) L. Cornel(ius) Aquitanus. XII 4655*?* B⟩aebi. Aquitani f. *in vasculis et patellis* AQVIT vel AQVITAN CORP. II 4970, 41. 6257, 20. VII 1336, 83. XI 6700, 92 a. XII 5686, 70 of. Aquitani, *sim.* XI 6700, 92 b. *adi.* **Aquītānicus** (-i *brevi apud poetas*), -a, -um. PLIN. nat. 31, 4 gente. AVSON. 297, 8 Aquitanica rura (417, 80). 470, 21 nomina. SIDON. epist. 2, 10 v. 17 fulmentis Aquitanicis superba. GREG. M. epist. 7, 37 p. 486, 18 pallia. SALV. gub. 7, 16 civitatum. MARC. chron. II 88, 22 regionis. PLIN. nat. 4, 109 sinu (TAB. Peut. 1 a OROS. 1, 2, 68. 6, 21, 4). GVIDO 555, 4 oceanus. CORP. VI 2131 trib. coh. I Aquitanicae. PLIN. nat. 1 ind. 4, 33 Aquitanicae Galliae (4, 105. 4, 108. 6, 218 CORP. VI 1624). 26, 4 legatum Aquitanicae provinciae (*v. supra p. 379, 72*), *in* NOT. dign. *passim* Aquitanica prima *vel* secunda. *pro subst.* Aquitānica *f.* AVSON. Mos. 442 temperat ingenuos qua laeta Aquitanica mores. SYMM. epist. 9, 44 in Aquitanicam.

Aquītēs *nom. vir. barb.* VAL. FL. 6, 294 indigenis sacratus aquis magnique sacerdos Phasidis ... Aquites (*cum originatione poetica*). *cf. Heeren, de chorographia a Val. adhibita p. 20.*

aquivergium, -ī *n. ab* aqua *et* vergere. *locus quo aqua confluit*: GROM. 315, 17 casa per o nomen habens ... significat ... foris aquivergia. 325, 8. 336, 28.

(aquo) **aquātus,** -a, -um. *ab* aqua. *passim leguntur comparativus et superlativus. finitum non extat nisi* GLOSS. II 462, 11 ὑδρεύομαι haurio aquor aqu[e]o.

aqua mixtus: GLOSS. ὑδαρής. CATO agr. 156, 6 vini atri duri aquati. HIER. epist. 22, 40 aquatius vinum (SORAN. 1, 131). CASS. FEL. 1 p. 7 vinum aquatissimum (21 p. 35). AVG. conf. 6, 2, 2 *pocillo* non solum aquatissimo, sed etiam tepidissimo. SEN. nat. 1, 3, 13 interest quamdiu macerata sit *purpura*, crassius medicamentum an aquatius traxerit. SCRIB. LARG. 20 collyrio aliquo acriore aquato. 23 cum ovi aquato liquore. 26 medicamento diluto cum ovi albo id est aquatissimo. 35. 38. 42 aquatioribus *pastillis.* 159 ne durum sit medicamentum aut aquatum nimis. PALLAD. 2, 15, 7 mulsa (ORIBAS. syn. 4, 38). PLIN. VAL. 1, 1 pinguedine aquatioris mellis. SORAN. 2, 22, 71 pusca. AVG. conf. 6, 2, 2 ad potionem aquatam madidi nausiant (BEDA gramm. VII 264, 27 aquatam potionem recte dicimus, quae aquam aliunde recipiat, aquosum autem locum, qui ex se aquam fundat). CASS. FEL. 35 p. 76 sucum liquabis, bene temperatum et non viscosum nec iterum nimis aquatum efficias. ORIBAS. syn. 8, 39. GLOSS. II 567, 23 aquatus (*sc. vinus*) potio aquatica. *naturales suci*: *herbarum*: GARG. MART. 57 nux viridis utpote adhuc aquatioris umoris. PALLAD. 4, 1, 1 cum vites non aquato, sed spisso umore lacrimabunt. 1, 6, 9 fructus minores et aquatos *oleae.* aquat(a *n.?*) *plur. herbae plenae suci tenuis*: PLIN. nat. 21, 37 aquatis (-us *codd.*) odor non omnino (-ium *codd.*) sine suco est, ut violae, rosae, croco, quae vero ex aquatis carent suco, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque generis. *animalium*: PLIN. nat. 28, 124 omne ... vernum (*lac*) aquatius aestivo. THEOD. PRISC. eup. faen. 13 *achor* umorem egerit aquatiorem (55 aliquando pinguem, aliquando aquatiorem. ORIBAS. syn. 8, 34). SORAN. 1, 99 lac aquatum *nutricum.* 2, 16 *semen viri* tenue ... et aquatum. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 55 caprae ... multum lac, sed aquatum faciant. acut. 2, 32, 167 parvus tenuis aquatus *sudor.* 1, 3, 37 urinae. *transfertur ad saporem*: GARG. MART. 40 *pira* dulcia cum sint aquati et soluti saporis (42). *ad colorem*: CAEL. AVR. acut. 2, 32, 166 si tenerum atque albidum et diffusum ac pingue habuerit corpus et aquatum colorem. AVELL. p. 755, 16 aquatioris id est albidioris hyacinthi. PHYSIOGN. 14 capilli ... nigri vel sordidi et aquati ruboris. *singulare*: HIER. epist. Philem. (Migne 26, 615) v. 20 aquatius et dilutius nescio quid ... sonamus (*cum vel vertimus* 'ita'). *adv.* (**aquātē**). SORAN. 1, 69 vino modico et aquatius temperato (PLIN. VAL. 1, 10). CASS. FEL. 29 p. 51 *collyrium* aquatius infusum. APIC. 9, 430. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 94 vinum lene ... aquatissime temperatum. *synonyma*: tenuis. solutus. albidus. dilutus. *opposita*: crassus, durus, viscosus, spissus, pinguis.

aquola, -ae *f. ab* aqua *deminutive* (PRISC. gramm. II 113, 19). *paulum aquae*: PLAVT. Cist. 579 obsipat aculam. Curc. 160 suffundam aquulam. *aqua parva, rivulus*: CIC. de orat. 1, 28 *platanus* videtur non tam ipsa acula ... quam Platonis oratione crevisse. 2, 162 reclusa aliqua acula (*opp.* universum flumen).

aquor, -ātus sum, -ārī. *ab* aqua. PRISC. gramm. II 433, 17 ab aqua aquor aquaris (V 481, 5). *perfectum non legi nisi semel (p. 381, 13), saepe supinum in* -um. GLOSS. II 462, 11 ὑδρεύομαι haurio aquor aqu[e]o. *plerumque de militibus*: CATO orig. II frg. 33 aquatum et lignatum videntur ire. CAES. civ. 3, 24, 4. 3, 97, 4. 1, 78, 1 aqua-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bantur aegre. 3, 66, 6 quo liberius a periculo milites aquarentur (LIV. 22, 44, 3 liberius aquabantur). 1, 73, 3 ut intra munitionem et sine timore et sine stationibus aquari possent. 1, 66, 1 aquandi (adaq. *fere codd.*) causa (1, 81, 4 *ibid.* ad aquam. BELL. Alex. 10, 2 aquandi... causa (LIV. 31, 42, 4)). 3, 15, 2 neque lignandi atque aquandi... potestas fiebat. HIRT. Gall. 8, 41, 1 multitudo aquat[or]um in unum locum conveniebat. 8, 41, 6 nec sine periculo possent aquari (adaquarentur *codd. class. alt.*) oppidani. BELL. Afr. 24, 2 pabulandi aut aquandi gratia. 7, 5 aquatum e navibus exierant. 41, 2 oppidum..., unde aquari reliquisque rebus sublevari... exercitus consuerat. BELL. Hisp. 37, 3. SALL. Iug. 93, 2 castris aquatum egressus. LIV. 27, 47, 2 flumen, unde aquabantur. 35, 28, 8. 31, 42, 2. 35, 28, 10 ex eodem rivo ... aquati sunt. 44, 40, 4 FRONT. strat. 3, 7, 1. 3, 9, 3 AMM. 24, 1, 17. GELL. 17, 2, 9 'copiantur'... ex eadem figura est qua 'lignantur' et 'pabulantur' et 'aquantur'. *cf.* NON. 87 s. v. copiatur. *non de milite*: HYG. fab. 169 p. 32, 12 *Amymone* se aquatum (*cf.* 32, 7 aquam petitum) missam esse dixit. *de apibus*: VERG. georg. 4, 193 tutae sub moenibus urbis aquantur. COLVM. 9, 8, 7 quae turba sit aquantium. PLIN. nat. 11, 61 PALLAD. 5, 7, 1. 5, 7, 4.

aquōsitās, -tātis *f.* CAEL. AVR. acut. 2, 35, 185 fluor sequitur salivarum et humecta aquositas.

aquōsus, -a, -um. *ab* aqua. *comp. et superl. passim leguntur.* acosus ORIBAS. syn. 1, 17.

I *uber aqua*: **1** *de locis*: AGROEC. gramm. VII 123, 8 aquaticam (aquatam BEDA VII 264, 27) potionem recte dicimus, quae aquam aliunde recepit; aquosum autem locum, qui ex se aquam fundit. GLOSS. III 306, 7 *λειμών* locus aquosus *cf.* 499, 21. 528, 51. II 462, 2 *ὑδατώδης* aquosus pluvialis (*hoc ad I 2*). II 18, 48 aquosum et aquatum *ὑδαρές ὑδατῶδες*. CATO agr. 9 salicta locis aquosis umectis umbrosis propter amnes ibi seri oportet. 34, 1 ubi quisque locus frigidissimus aquosissimusque erit (43, 1. 50, 2 aquosissima *opp.* siccissima VARRO rust. 1, 6, 6. 1, 7, 7. 2, 5, 14 locis viridibus et aquosis. COLVM. 5, 7, 1. 11, 3, 49. PLIN. nat. 18, 243 *opp.* macra *passim*). *neutr. plur. subst.* (*sc.* loca): PLIN. nat. 16, 77 in aquosis proveniunt salices. 17, 139. 25, 72 gignitur in aquosis. 25, 76 nascitur in aquosis (25, 124. 144. 157. 26, 51. 27, 43 *passim*). HIER. epist. 7, 3. CATO agr. 34, 2 terra pulla materina rudecta harenosa, item quae aquosa non erit (34, 131 PLIN. nat. 17, 27). AMBR. exam. 3, 4, 18 de terra aquosa aridam fecit. CATO agr. 34, 2 ager aquosus (COLVM. arb. 1, 5 *opp.* siccus). PLIN. nat. 18, 163 aquosiore agro. PLIN. epist. 3, 19, 5 agri ... fertiles pingues aquosi. PALLAD. 1, 6, 14. LIV. 9, 2, 7 campus herbidus aquosusque (29, 31, 9 *mons.* PLIN. nat. 18, 164 solo). CARM. epigr. 295, 1 campos. SEN. nat. 3, 11, 4 *nemora* aquosissima sunt quaecunque umbrosissima. PLIN. nat. 13, 117 saxa. 16, 74 montibus (25, 71). 25, 106 in planis aquosis. 27, 122 in aquosis collibus. 31, 43 septentrionales ... partes *convallium* aquosas existimavere. HOR. carm. 3, 20, 15 aquosa raptus ab Ida (OV. fast. 6, 11, 15). OV. am. 3, 15, 11 Sulmonis aquosi. 2, 1, 1 Paelignis natus aquosis. PLIN. nat. 6, 98 Oracla. 6, 169. STAT. silv. 4, 6, 101 iugis Erymanthon aquosis. *audacter*: FIRM. math. 4, 19, 32 qui semper aquosa regionum delectatione laetentur. *aliam in partem transfert* AVG. Noe 25, 93 tamquam lubricum et aquosum vitae istius cursum. **2** *de nube, caelo, vento, signis*: VERG. Aen. 8, 429 nubis aquosae (OV. met. 4, 622 SIL. 2, 217). OV. met. 5, 570 sol qui tectus aquosis nubibus ante fuit. SEN. nat. 4, 3, 2 AVG. civ. 22, 11. PLIN. nat. 17, 170 aquoso caelo. HOR. epod. 16, 54 Eurus. PORPH. Hor. epod. 10, 19 'udo ... noto' hoc est aquoso et pluvioso. VERG. georg. 4, 234 sidus ... piscis aquosi (OV. met. 10, 165). Aen. 4, 52 aquosus Orion (PROP. 2, 16, 51). PROP. 4, 8, 1 Esquilias. STAT. Theb. 4, 120 Pliadas. **3** *de tempore*: VERG. buc. 10, 66 hiemis (Aen. 9, 668 PLIN. nat. 18, 156 NEM. cyn. 321). SEN. nat. 5, 9, 1 ver (aer *codd.*) aquosum (PLIN. nat. 21, 74 STAT. silv. 4, 4, 12 fuga veris aquosi). COLVM. arb. 21, 1 autumni temporibus aquosis (5, 10, 10).

II *i. q.* aquatus, *plerumque natura*: PLIN. nat. 16, 181 umor ... ulmis salivosus lentus ac pinguis, malis vitibus piris aquosus. 15, 109 *suci* aquosi piris. PLIN. nat. 16, 29 in *roboris* foliorum venis aquosos nucleos candicantes et tralucidos. ORIBAS. syn. 4, 12 lac pinguior plus nutrit, aquosior minus. HOR. carm. 2, 2, 15 aquosus ... languor *hydropis* (SER. SAMM. 512, *cf.* 506 lymphaticus). MACR. sat. 7, 4, 22 quod aquosum est, venae in vesicam refundunt. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 119 aquoso corpore laborare. CASS. FEL. 30 p. 62 nimis aquosum et tenuem... sanguinem (ORIBAS. syn. 1, 25). 32 p. 63 aquoso et frigido flegmate. 46 p. 116 subalbidum et aquosum vultum. 76 p. 182 humor (p. 183 ORIBAS. syn. 1, 16. 17). ORIBAS. syn. 1, 21 superfluitas. 1, 2 aquosa. 1, 17 magis acosos vel orodes ... humores. SEN. nat. 3, 25, 10 saxa... aquosa (exesa *pars codd.*) et fistulosa, qualia sunt quae duratus humor efficit. APVL. Plat. 1, 14 gustatus solutiores esse sensus ideoque humidioribus et aquosis potius commodatos. mund. 10 udis elementis aquosisque. AVG. gen. litt. (Migne 34, 255) 1, 12, 24 molem terrenam et aquosam. PLIN. VAL. 5, 11 aquosa mulsa (5, 20). *in imagine*: PAVL. NOL. epist. 12, 7 veritatis merum aquoso adulationis enervans.

III *quod aliqua ad aquam spectat, cf.* aquaticus, aquatilis: PRIAP. 61, 11 aquosus anser. SEDVL. pasch. carm. 4, 118 gentibus (*i. piscibus*). FIRM. math. 2, 10, 5 Pisces... sidus... aquosum (ANTH. 622, 6). 3, 3, 11 in aquosis *signis* (*opp.* terrenis) (3, 4, 20). OV. epist. 3, 53 numina matris aquosae (*i. Thetidis*). STAT. Ach. 1, 541 Nereos. MART. 6, 11, 5 peloris. PRVD. psych. 859 ostro. AVG. mus. 3, 2, 3 iubis *Pegasi in Hippocrene*. SEDVL. op. pasch. 4, 11 p. 262, 10 marmoris (*i. maris*). SOL. 2, 11 tempore aquosae cladis (*i. diluvii*). FIRM. math. 3, 7, 22 aquosis ... actibus occupari (*i. piscatoriis sim.*). *singulariter*: AVELL. p. 746, 28 qui aquosa rabie tenentur. *de colore* (*cf.* aquatus *p. 380, 64*): PROP. 4, 3, 52 crystallus (*subest notio fabulae de ortu lapidis*). TERT. anim. 9 berullis ... aquosa materia. SIDON. carm. 5, 241 lumine glauco albet aquosa acies *in oculis Getarum*.

synonyma: *ad I 1*: umectus, pinguis. *ad I 2*: pluviosus. *ad II* (*cf. sub* aquatus): tenuis. lymphaticus. umidus, udus. *opposita*: *ad I 1*: rudectus, harenosus, aridus, siccus. *ad II* (*cf. sub* aquatus): pinguis. *compositum*: inaquosus.

ar *v.* ad.

Ār, עָר, *caput Moabitarum, Ἀρεόπολις, hodie* Rabba. VVLG. num. 21, 15. 28 deut. 2, 9. 18. 29 Is. 15, 1. CYPR. GALL. num. 548 Adar.

Ar apud Hebraeos vocatur mensis secundus GLOSS. V 167, 45 *cf. Ideler, Chronol. I p. 510.* *V.*

ara *v.* hara.

āra, -ae *f.* [= *osc.* aasas *nom. pl.* 'arae', *umbr.* asam-aḍ 'ad aram'; *cf. esse videtur c. theodisc.* essa 'caminus', *fortasse c. ind.* ásaḥ 'cinis' *et c.* arēre. *Th.*] GLOSS. ara *βωμός. θυσιαστήριον.* altare. VARRO ling. 5, 38 loca pura areae; a quo potest etiam ara deum, quod pura; nisi potius ab ardore, ad quem ut sit fit ara. MACR. sat. 3, 2, 8 Varro divinarum quinto dicit 'aras' primum 'asas' dictas (TER. SCAVR. gramm. VII 13, 13), quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri, ansis autem teneri solere vasa quis dubitet? commutatione ergo litterarum aras dici coeptas. *nec minus false* SERV. Verg. Aen. 2, 515 ara dicitur a precibus, quas Graeci *ἀρὰς* dicunt. ISID. orig. 15, 4, 13 aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae victimae ardeant ... alii volunt ab altitudine aras, sed male. *cf. Ruggiero, diz. epigr. p. 594. Reisch, PW. II 338.* PRISC. gramm. 2, 53, 20 in 'ara' deorum 'a' paenultima producitur et circumflectitur in nominativo nec habet aspirationem. *contra* CORP. IX 2123 Fortunae ... haram donum dedit. CORP. XIV 2222 aara leege Albana dicata. ACT. Arv. (Corp. VI) a. 105, 2, 7 ad áram. MON. Ancyr. 2, 38.

usus: *de iumentis alligandis, ablegandis, domandis, aratrum ducentibus*: LVCIL. 967 succedere aratro. HOR. epod. 1, 25 iuvencis inligata ... aratra nitantur. TIB. 1, 9, 7 tauros adiungit aratro. OV. met. 15, 618 subiectis bobus aratro. epist. 9, 29 male inaequales veniunt ad aratra iuvenci. ars 1, 19 tauri cervix oneratur aratro. 2, 184 taurus aratra subit. COLVM. 6, 2, 8 ad aratrum instituantur *boves*. STAT. Theb. 1, 132 iuvencos ... imposito sociare adfectat aratro. TAC. ann. 12, 24 aratro subditur *taurus*. AVG. civ. 18, 6 ad aratrum boves *iunxit*. MANIL. 2, 250 depositis collo ... aratris. COLVM. 6, 22, 1 taurae ... ablegandae vel aratro domandae. CLAVD. 26, 161 bos abductus aratro. CATO orig. 5 (Non. s. v. protelare p. 363) aratrum ducunt *boves* (PROP. 2, 25, 6 OV. met. 7, 118 FEST. p. 302). CIC. nat. deor. 2, 159 cervices ... natae ... ad aratra [ex]trahenda. VERG. georg. 3, 50 ad aratra iuvencos ... legat. PROP. 2, 4, 3 primo taurus detractat aratra. OV. Pont. 3, 7, 15 taurus detrectat aratrum. PROP. 2, 34, 47 ... taurus succumbit aratro. OV. met. 7, 211 collum pressistis aratro. ars 1, 471. trist. 4, 6, 1 tempore ... patiens fit taurus aratri. GERM. 136 taurus ... adsuetus aratro. COLVM. 6, 2, 9 aratro iuvencum consuescimus. VAL. FL. 7, 602 valido ... obstrinxit aratro *taurum*. *de agricola aratrum regente*: MORET. 122 terrae condit aratris *segetes*. VERG. georg. 1, 213 incumbere aratris. QVINT. decl. 298 p. 179, 17. PANEG. Messal. 161 presso tellus exsurgit aratro. OV. met. 3, 104 Pont. 1, 8, 57 LVCAN. 6, 383. 7, 430 CALP. ecl. 4, 121. VERG. georg. 1, 45 depresso incipiat ... taurus aratro ingemere. OV. met. 15, 618. SIL. 3, 351 impresso ... aratro. 16, 551. CLAVD. 22, 197. 28, 183 figis aratrum collibus? VERG. georg. 3, 519 arator ... defixa reliquit aratra. 1, 98 in obliquom verso *aratro*. COLVM. 2, 2, 25 alternis ... versibus obliquum tenere aratrum. *de aratro terram tractante*: CAT. 62, 40 *flos* nullo convolsus aratro (PLIN. nat. 18, 177 COLVM. 2, 4, 6). LVCAN. 6, 383 dextra pressum descendit aratrum. COLVM. 2, 4, 6 respuitur duritia soli dens aratri ... diffundit humum ... caespites convellit. VERG. georg. 2, 513 terram dimovit aratro. OV. met. 5, 341. PETRON. 99 aratro domefacta tellus. AVG. civ. 7, 35 aratro ... eruta *miracula*. 8, 5. PLIN. nat. 37, 25 aratro ... excitari *crystallum*. OV. epist. 1, 55 semisepulta virum ... feriuntur aratris ossa. trist. 1, 8, 3 caelum findetur aratro. VERG. georg. 1, 494 terram molitus aratro. COLVM. 2, 2, 23. 2, 12, 6 obruitur ... aratro *terra*. PLIN. epist. 5, 6, 10 aratra perfringunt *campos*. VERG. georg. 1, 98 perrumpit aratro *arva*. COLVM. 2, 1, 6 ANTH. 415, 51. CIC. leg. agr. 2, 67 solum ... aratro perstringi. OV. am. 3, 8, 41 terras scindebat aratro. SIL. 15, 538. LVCR. 5, 209 terram ... proscindere aratris (OV. epist. 16, 139 SEN. epist. 90, 21 COLVM. 2, 10, 33. 7, 1, 2. 7, 3, 20 SIL. 16, 551 AVIEN. Arat. 617). OV. am. 1, 3, 9 renovatur campus aratris (trist. 4, 6, 13. 5, 12, 23 fast. 1, 159). CIC. frg. F 5, 24 M. segetes ... subigunt aratris. COLVM. 2, 10, 23 subactum solum *aratro*. 5, 6, 21. 5, 9, 9. VERG. Aen. 9, 433 flos succisus aratro. AVIEN. orb. terr. 355 sollicitavit humum *aratro*. SIL. 13, 92 sulcat aratro *avia* (ANTH. 205, 6 AVIEN. orb. terr. 286). CAT. 11, 23 praetereunte ... tactus aratro *flos*. IVV. 7, 49 litus ... versamus aratro. AVIEN. Arat. 42. orb. terr. 170 arva versantur aratris. VERG. Aen. 7, 539 terram ... vertebat aratris (HOR. sat. 1, 1, 28 OV. met. 5, 477 COLVM. arb. 12, 2 PLIN. nat. 17, 54. 18, 147 SIL. 3, 351. 7, 262 CYPR. GALL. gen. 140). COLVM. 11, 2, 44 aratro subvertit *lupinum*. *nota usus speciales*: *de agri finibus signandis*: FRONTIN. grom. p. 12, 14 circumactus aratri. HYG. grom. p. 126, 5. *de oppidis condendis*: VARRO ling. 5, 143 oppida condebant ... iunctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum .... FEST. 375 Vrvat ... significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri. CIC. Phil. 2, 102 ut ... aratrum circumduceres. LEX Vrs. (Corp. II 5439) tab. 2 col. 2, 2. VERG. Aen. 5, 755 urbem designat .... OV. fast. 4, 819 moenia signat .... MANIL. 4, 556 describet .... COLVM. 6 pr. 7. POMP. dig. 50, 16, 239 definire .... *inde translate de metro versus*: COMM. instr. 1, 37, 16 concludor agere angustus arati. *de oppidis delendis*: HOR. carm. 1, 16, 21 muris hostile aratrum *imprimere*. PROP. 3, 9, 41 cum Graio Neptunia pressit aratro. SEN. clem. 1, 26, 4 aratrum vetustis urbibus inducere. MODESTIN. dig. 7, 4, 21. *de tempore vespertino*: VERG. ecl. 2, 66 aratra iugo referunt suspensa iuvenci. OV. fast. 5, 497 tempus ..., quo versa iugo referuntur aratra. 1, 665 emeritum palo suspendat aratrum. STAT. silv. 5, 1, 126 redeuntis aratri *sonus*. Theb. 12, 628 suspensis ... aratris. *proverbialiter*: VVLG. Luc. 9, 62 nemo mittens manum ... ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei (TERT. idol. 12 HIER. epist. 145. 22, 1. 71, 1. 118, 4). VVLG. Ioel 3, 10 concidite aratra vestra in gladios. TERT. scorp. 13 convertens machaeram in aratrum. HIER. epist. 106, 1. *varia*: *de magistratibus ab aratro abductis*: CIC. Sest. 72 alter ... non ille Serranus ab aratro. S. Rosc. 50 cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. Verr. 4, 26 ab aratro ad subsellia *traduci*. fin. 2, 12 ab aratro abduxerunt *Cincinnatum* (OV. fast. 1, 207 MANIL. 4, 149 SEN. contr. 1, 6, 4. 2, 1, 8 exc. 1, 6 VAL. MAX. 4, 4 SEN. dial. 10, 17, 6 COLVM. 1 pr. 13 LVCAN. 10, 153 PERS. 1, 75 PLIN. nat. 36, 111 FLOR. 1, 5 CLAVD. 8, 415 AVG. civ. 5, 18). *alia*: VAL. MAX. 4, 4 agrestem stivam repetere. PANEG. 12, 9 inter aratra vivebant. QVINT. inst. 7, 8, 4 aratrum accipere pignori non licet. *instrumentum pro actione*: CIC. Verr. 4, 198 videbatur id perdere ... quod aratro quaesisset. *cf.* 199 (PLIN. nat. 18, 12 IVV. 14, 181). HOR. carm. 2, 15, 1 pauca aratro iugera regiae moles relinquent. SEN. epist. 51, 10 manus ... ad arma ab aratro transferuntur. SIL. 14, 23 reddere fenus aratris.

II ***translate***: *modulus agri culti*: LEG. Visig. Recc. 10, 1, 14 ad tota aratra quantum ipsi vel parentes in sua sorte susceperint, per singula aratra quinquagenos aripennes dare faciant. *de fide christiana*: HIER. in Is. 61, 3—5 (p. 734 Vall.) dura corda gentilium priusque indomita ad fructus ferendos aratro fidei edomant *ecclesiarum principes*. *de nomine Christi*: ORIENT. 3, 128 unde aratrum? subigat quod pectora fructificetque. *cf.* 2, 5.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iuxta posita: CATO agr. 5, 6 aratra vomeresque. VARRO rust. 2 pr. 3 falce et aratro. COLVM. 1 pr. 15. VERG. Aen. 7, 635 vomeris huc et falcis honor, huc omnis aratri. OV. fast. 4, 693 usus aratri ... falcis ... bidentis .... COLVM. 2, 1, 6 rastris et aratris. STAT. Theb. 3, 588 falces ... aratra ... rastra ... ligones. VLP. dig. 33, 7, 8 aratra, ligones, sarculi, falces putatoriae, bidentes .... VARRO rust. 1, 37, 5 bubus et aratro. VITR. 10, 1, 5 iuga et aratra. CVRT. 7, 8, 17 iugum boum et aratrum. PLIN. epist. 8, 17, 4 boves, aratra, rectores. CIC. Verr. 4, 199 aratro ac manu. *Ausfeld.*

Aratthus, -ī, Ἄραθθος, Ἄρατθος, Ἄραχθος, *fluv. Epiri.* PLIN. nat. 4, 4 Molossorum flumina Aphas, Aratthus (aratus *codd.*). LIV. 43, 21, 9 ad Aratthum ... flumen (arratum *V*). *idem dicitur*: LIV. 38, 4, 3 amnis Aretho ex Athamania fluens. 38, 3, 11 Arethontem navigabilem amnem. *v. Hirschfeld, PW. II 370 sub* Arachthos.

Aratu *v.* Aradum. [*Diehl.*

Arātulla, -ae *nom. fem.* MART. 8, 32, 2 in ipsos fluxit Aratullae blanda columba sinus. **Arātullius** *nom. gent.* INSCR. Gruter p. 641, 2 (*Metis*) Q. C. Aratullius Amator. *fort. cf. c.* Aratrius *sub* Arrius. *V.*

arātūra, -ae *f. ab* arare. GLOSS. ἀροτρίασις. ab arando dicitur.

arātus, -ūs *m.* DICT. 2, 41 utraque pars aratui insistere. *Ausf.*

Arātus *et* **Arētus,** -ī, Ἄρατος, Ἄρητος. OV. am. 1, 15, 16. *in fine hexametri* GERM. 1 AVIEN. Arat. 173. *contra* VEN. FORT. carm. 7, 12, 25 Aratus *et* PAVL. NOL. carm. 22, 125 Arati *et* SIDON. carm. 23, 113 Arato *explent anapaestum.* **A Aratus: 1** *Solensis poeta*: HIER. chron. a. Abr. 1745 Aratus agnoscitur (PROSP. chron. I p. 399, 242 CHRON. Gall. a. 511 I p. 637, 24 ISID. chron. II p. 450, 202 BEDA chron. III p. 276, 217). CIC. de orat. 1, 69 hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse (rep. 1, 23. *cf.* QVINT. inst. 10, 1, 55). VARRO Men. 206 ab Arato posces astricam coronam? CIC. ac. II 66. OV. am. 1, 15, 16 cum sole et luna semper Aratus erit. VITR. 9, 6, 3. GERM. 1 ab Iove principium magno deduxit Aratus carminis (QVINT. inst. 10, 1, 46 *cf.* Arateus). SEN. nat. 1, 13, 3. MELA 1, 71 *Solis* Arati poetae monimentum. PETRON. 40. STAT. silv. 5, 3, 23 notique modos extendis Arati. PLIN. epist. 5, 6, 43 TERT. scorp. 10. AMM. 22, 10, 6 *Iustitiam* offensam vitiis hominum Aratus extollit in caelum (25, 4, 19). HYG. astr. SERV. *saepe.* AVG. civ. 16, 23. SIDON. epist. 9, 9, 14 curva cervice Speusippus, Aratus panda. HIER. in epist. ad Tit. 1, 12 in Phaenomenis Arati..., quem Cicero in Latinum sermonem transtulit (*cf. 2*) et Germanicus Caesar et nuper Avienus (ad Gal. 2, 4, 24 epist. 70, 2). DIOM. gramm. I 483, 2 Phaenomena Aratu et Ciceronis. MACR. sat. 5, 2, 4 de Arati Phaenomenis. 5, 20, 8 Arati ... liber fertur ἐλεγείων. *v. Knaack, PW. II 391.* **2** *poema Arati*: CAPITOL. Gord. 3, 2 Gordianus ... scripsit ... cuncta illa quae Cicero, id est Marium et Aratum. LACT. inst. 1, 11, 64 Caesar ... in Arato (PRISC. gramm. III 417). **3** *alii*: CIC. off. 2, 81 Aratus Sicyonius. LIV. 32, 21, 23 Aratum patrem filiumque Sicyonios. 27, 31, 8 principe Achaeorum. PLIN. nat. 35, 141 Leontiscus *pinxit* Aratum victorem cum tropaeo. IVST. prol. 26 princeps Achaiae Aratus. *cf. Niese, PW. II 383 sqq.* DICT. 6, 7 *Neoptolemi fidissimus.* **4** *nom. serv., cogn. lib.* CORP. VI 20216 (*med. saec. I*) Aratus Bithi frat⟨er. VII 1100. CORP. VI 24853 C. Postumius C. l. Aratus. XI 3208 (*Nepete*) A. Camillius A. f. Ste. Aratus. II 4163 (*Tarracone*). *dubitans huc traho christ.* CORP. VI 9563 ...⟩Aratus arciater. **5** *flumen Molossorum v. sub* Aratthus. **B Aretus: 1** *ex Priami filiis* HYG. fab. 90 p. 86, 25 (DICT. 4, 7 *e corr.*). **2** *nom. vir.*: INSCR. Lupi epitaph. Severae martyr. (Panormi 1734) p. 117 *chr.* Valeria Calliope ... Areto marito digniss(imo). *adi.* **Arātēus** *vel* **Arātīus,** -a, -um, Ἀρατείος, *ad* Aratus 1. CIC. div. 2, 14 nostra quaedam Aratea memoriter a te pronuntiata sunt. leg. 2, 7 in Aratio carmine. nat. deor. 2, 104 carminibus Aratiis (arati eis *libri*). CINNA frg. 11 Arateis multum invigilata lucernis carmina. **Aretē,** -ēs, Ἀρήτη. **1** *Alcinoi coniux*: HYG. fab. 23 p. 54, 1 *nomin.* p. 53, 27 a coniuge Arete. AVSON. 451 Arete uxor Alcinoi. *v. Tümpel, PW. II 677.* **2** *cogn. mul. v. sub* Aretē, Ἀρετή. *Diehl.*

Aravacī *v.* Arevaci.

Aravatius *nom. vir.* GREG. TVR. Franc. 2, 5 apud Tungros oppidum Aravatius ... episcopus *et saepius ibidem.* *V.*

Araubula *opp. Indicum.* RAVENN. p. 46, 15 (*v. l.* aranbula). p. 64, 19 Aravigulo.

aquās Aravenās. TAB. Peut. 10, 2 *in Cappadocia. Straboni 12, 1, 4* Σαραουηνή. *v. Hirschfeld, PW. II 304, 79 et 400 sub* Aravene. *Diehl.*

Aravī, -ōrum *opp. Hispaniae, hodie* Deveza, *v. Hübner, Corp. II p. 48.* CORP. II 429 (*a. 118*) civitas Aravor(um). 760, 12 Aravi. 1017 G. Silio Cosme Aravo. 502 Iul. Scitianus Araus. *fortasse huc pertinet* Araus, *Attici ut videtur libertus*, CIC. Att. 5, 9, 1. *cf. etiam sub* Arabs *p. 390, 61.*

Aravia *cf.* Arabius *sub* Arabs *p. 390, 77.*

Aravigulo *v.* Araubula.

Araviscī, Ἀραυίσκοι, *populus Pannoniae* TAC. Germ. 28. *iidem*: PLIN. nat. 3, 148 Eravisci. CORP. III 3325 Araviscus. dipl. XLII 12 Eravis(co). XLVI 25 Erav(isco). III 10418 civit(as) Eravisc(orum) *i. Aquincum. in denariis* Ravisci *v. Eckhel.* *V.*

Araunius, -ī *nom. vir.* PATR. Nic. 2, 147 *Pisidiae episcopus* Araunius Limenensis (*sic codd. opt.*). *longe recedunt ceteri tres laterculi latini,* u *litteram omittentes, quam retinuerunt syriaci et graecus. cf.* 5, 145 Ἀραύνιος.

Aravona *v.* Arragone.

Araura *v.* Arauris.

Arauraca *opp. Armeniae minoris.* NOT. dign. 38, 29. ITIN. Anton. 208 Arauracos (216). *v. Hirschfeld, PW. II 400. Diehl.*

Arauris, -is *m. fluv. Galliae, hodie* l'Hérault. Ἄραυρις PTOLEM. ραύραρις *codd.* STRABO 182. MELA 2, 80 ex Cebennis demissus Arauris (-sis *cod.*). PLIN. nat. 3, 32 Araris. *v.* Cirta. **Araura,** -ae *f. opp. ad Araurim situm, hodie* Cessero. ITIN. Anton. 389, 4. *nom. vir.* **Arauricus,** -ī. SIL. 3, 403 gravis bellator Arauricus. 5, 557. INSCR. Helvet. 296 (*Munzach prope Liestal*) Prima ... et soror illaeus (*i.* illius) Araurica *liberta.*

Araus *v.* Aravi.

Arausa *nom. vir. barb.* CORP. II 2633 (*Asturicae*) Arausa Blecaení.

Arausa *v.* Arausona.

Arausio, -ōnis, Ἄραυσίων *f. opp. Galliae Narbonensis, hodie* Orange. *pleno nomine* CORP. XII 3203 Col(onia) ... Fir(ma) Iúl(ia) Secund(anorum) Arausióne. 1242 C(olonia) I(ulia) S(ecundanorum). MELA 2, 75 Secundanorum Arausio. PLIN. nat. 3, 36 Arausio Secundanorum. *v. Hirschfeld, Corp. XII p. 152; Holder, Altcelt. Sprachschatz I 178.* ITIN. Hier. 553, 7 civitas Arausione. *adi. et incola*: **Arausēnsis,** -e. CORP. XII 1567 Iuni⟨o⟩ Tito XVvir(o) Arausens(i). 1912 civis Araus(ensis). Orelli 2313 (*Vesontione*) Geminia Iulla Arausiensis. CORP. VI 1549. SIDON. epist. 6, 12, 8 Arausionensis ... urbis possessor. *vel* **Arausicus,** -a, -um. NOT. Gall. chron. I 602, 9 civitas Arausicorum (*v. varias lectiones*). CONC. Epaon. a. 517 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 30, 9 civitatis Arausicae (arauuasicae *cod. antiquissimus*). CONC. Araus. a. 529 (Mon. leg. III 1) p. 46, 17 in civitate Arausica. p. 99, 14 episcopus eclesiae Arausicae. *passim. inde* **Arausicānus,** -a, -um. BONIF. epist. Migne 65, 31 in synhodo Arausicana.

Arausio, -onis *nom. vir.* CORP. III 3690 Comium Arausionis filia.

(Arausona), Ἀραυζῶνα, *statio Dalmatiae, v. Mommsen, Corp. III p. 366.* ITIN. Anton. 272, 4 Arausa. RAVENN. p. 209, 14 Arausione. 210, 2 Erausina. 381, 2 Arausion (aurasion *vel* aurasionium *pars codd.*). *v.* GVIDO 542, 18. 23. *V.*

arax *v.* aracos.

Arax *v.* Adax *et* Araxos *2.*

Araxata *v.* Artaxata.

Araxatēs *v.* Iaxartes.

Araxēs, -is, Ἀράξης, Ἄραξις, *fluvius Armeniae. nom.* Araxes *saepe.* Araxis: ISID. orig. 13, 21, 16 NOT. Tir. 113, 95 GLOSS. *semper. acc.* Araxen SEN. Med. 373 Phaedr. 58 *ante voc.* LVCAN. 8, 431. 7, 188. *saepius.* Araxem: SEN. Oed. 428 *interpolati.* CLAVD. 15, 31. Araxim: OROS. 6, 19, 1 (*idem* -en 6, 4, 7). **A 1** PLIN. nat. 1 ind. 6, 9 *et* 10 Armenia maior ... Araxes fluvius (*cf.* LVCAN. *l. 58* AMPEL. 6, 8 SIDON. carm. 7, 74 SERV. Aen. 8, 728 ISID. orig. 13, 21, 16 GLOSS. IV 406, 7). GLOSS. V 440, 56 fluvius Armeniae in oriente[m], ibi et ararim (Ararat?). *cf.* IV 472, 25. 28. V 268, 26. *nunc* Eras'ch. *de fonte, cursu, ora locus praeclarus* MELA 3, 40 *cf.* PLIN. nat. 6, 26, *quem partim inepte exscripserunt* SOL. 15, 19 ISID. orig. 14, 3, 32. PLIN. nat. 6, 42 Atrapatene ... discreta Araxe. 6, 26 iuxta Araxen Artaxata. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 5 Armeniam a Medis dividit. FLOR. epit. 2, 20, 2 Araxen et Euphraten (OROS. 6, 4, 7). CVRT. 7, 3, 19 amnem Araxen (TAC. ann. 13, 39). *contra cf. B.* TAB. Peut. 12, 5 fl. Araxes *in monte Tauro ortus Oceanum orientalem influit.* RAVENN. p. 77, 8 *flumen.* PROP. 3, 12, 8 potabis galea fessus Araxis aquam. *nota*: LVCAN. 7, 188 Armeniumque bibit Romanus Araxen. *cf. sub epithetis.* AVIEN. orb. 917 Massagetae rauci (*trad.* glauci) succedunt flumen Araxis (*Dionys. perieg. 739 πέρην κελάδοντος cf.* PRISC. perieg. 718). TAC. ann. 12, 51 ripam. OROS. 2, 7, 1 transitu Araxis fluminis (*contra* IVST. 1, 8, 2 Oaxis. *sim. variant libri* CLAVD. 15, 31. *v.* Oaxes). *epitheta et apposita*: PROP. 4, 3, 35 qua parte fluat vincendus Araxes. PANEG. Messall. 143 vago. SEN. Med. 373 gelidum potat Araxen (Phaedr. 57 *cf.* LVCAN. 8, 431). Oed. 427 niveum ... frangit Araxen. AVIEN. orb. 917 *v. l. 59* CLAVD. 20, 569 extremo. VERG. Aen. 8, 728 pontem indignatus Araxes (*cf.* SERV. *ad l.*) *quem versum laudant* SEN. nat. 6, 17, 1 QVINT. inst. 8, 6, 11. *contra* STAT. silv. 1, 4, 79 patiens Latii iam pontis (*sim.* CLAVD. 3, 376 SIDON. carm. 2, 441). *v. Tomaschek, PW. II 403, 2.* **2** *pro iis per quorum fines fluit*: LVCAN. 1, 19 sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes. STAT. silv. 5, 2, 141 quantum ferus exultabit Araxes. 5, 2, 32 pharetratum invasit Araxen ... indocilemque ... Armeniam. CLAVD. 1, 160 sic Scythicus famuletur Araxes, sic Rhenus. 8, 387 vos impacatus Araxes, vos celer Euphrates timeat. 15, 31 ut proculcet Araxem (*v. l.* Oaxem *v. l. 62*). **B** *Persidis amnis*: CVRT. 4, 5, 4 transeundem esse Alexandro ... Euphraten ... et Araxen et Choaspen. 5, 4, 7 Araxes amnis per ... campos *Persidis* multorum aquas torrentium evolvit in Medum (5, 5, 2. 5, 7, 9). 5, 5, 3 ad Araxen ... pervenit. *v. Tomaschek, PW. II 404, 4. adi.* **Araxēus,** -a, -um, Ἀράξειος. *ad* Araxes *A*: AVIEN. orb. 29 *Tanais* se Sarmaticis evolvens finibus ... scissus Araxeo prius aequore iam suus unda effluit in Scythiam (*vix recta, aliena a Dionysio Perieg.*). **Araxius,** -ī, Ἀράξιος, *nom. vir.* AMM. 26, 7, 6 Araxius ... praetorio praefectus *sub Procopio. cf.* 26, 10, 7. *eiusdem*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nomen restituit Seeck Cod. Theod. 6, 4, 8 *et* 9 (*a. 356*) a Braxio proconsule (*lege* ab Araxio). *v. Seeck, PW. II 404.*

fontēs Araxī. Plin. nat. 18, 114 *inter Puteolos et Neapolim in colle Leucogaeo appellato* emicant ... fontes Araxi oculorum claritati et volnerum medicinae dentiumque firmitati.

Araxos *et* **Araxus** *et* **Araxum**, -ī, ὁ Ἄραξος. **1** Mela 2, 49 *Peloponnesi promunturia* ad vesperum Chelonates et Araxos (2, 52). Plin. nat. 4, 13 Araxus. 4, 55 Araxum. *v. Hirschfeld, PW. II 405.* **2** *nom. vir.* Araxus: Corp. VI 18581 Araxus fecit coniugi. XV 2709 (*in amphoris*) ARAXIFM. *huc traxerim* Corp. VI 9266 (*descr.*) Arax(us) cocus Alche pediseq(uae).

[**araysira**]. Cic. ad Q. fr. 2, 8, 3 habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab araysira (*sic Med.*[1]; araxita *Med.*[2]; Aria Syra *edit. Rom.*; arazira *edit. Ienson.*; area Syra *Cratander, in marg.* araxira).

Arazar *v. sub* Adarezer.

Arba, -ae, *Ptolemaeo* Ἄρβα, *Constant. Porphyrogenneto* Ἄρβη. *Liburnica insula in Hadria cum oppido, nunc* Arbe, Rab. Plin. nat. 3, 140 Arba *cod. Leid.*, Arbe *cett.* Corp. III 2931 (*Iadere, saec. II med.*) M. Trebio Proculo ... sacer(doti) Lib(eri) IIvir(o) aedil(i) Arba. 10541. Tab. Peut. 5, 4 ins(ula) Arva. *v. Mommsen, Corp. III p. 397; Tomaschek, PW. II 405.*

Arbaca, -ae *opp. Arachosiae.* Amm. 23, 6, 72. *v. Tomaschek, PW. II 405. cf.* Arbaces.

Arbacēs, -is, Ἀρβάκης *Medus.* Oros. 2, 2, 2 Arbatus, quem alii Arbacen vocant, praefectus Medorum idemque natione Medus. *eundem nominat* Arbatum 1, 19, 1. 2, 2, 6. 2, 2, 9. 2, 3, 2. 2, 3, 4. *contra* Ivst. 1, 3, 2 *et* 6 Arbactus. Hier. chron. a. Abr. 1198 Medorum primus Arbaces a. XXVIII. *ibid.* Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit, *unde fluxerunt* Iord. Rom. 49. 50. Beda chron. min. III 265, 118 Abarces. *item* Fredeg. chron. (script. rer. Merov. II) p. 49, 6. Iord. Rom. praef. 3 usque ad Arbacem Medum. *cf.* Rom. 12. Beda *l. c.* p. 265, 114 ab Arboco Medo (Fredeg. *l. c.* p. 50, 18). Arbaces *recte restitutum* Vell. 1, 6, 2 (Pharnaces *ed. princeps*) *et* Ampel. 12 (Arsaces *cod. Monac.*).

Arbacia, -ae *nom. mul.* Corp. XII 1692 (*a. 514, in agro Vocontiorum*) ⟨hic⟩ requiiscit in pa⟨ce f⟩edeles famula ⟨dei⟩ Arbacia qui ⟨vixi⟩tan. XXXIIII. *Diehl.*

Arbactus *v.* Arbacēs.

Arbacus *v.* Arevacī.

Arbae, -ārum *gens Indiae.* Plin. nat. 6, 77.

Arbaius *nom. vir.* Corp. VIII 12362 Mercator Arbai Peregrini f(ilius). Corp. IX 3451 ... **Arbalānus** Geminus.

Arbalo, -onis *m. fluv. Germaniae incertus.* Plin. nat. 11, 55 cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est *a Druso. v. Ihm, PW. II 406.*

Arbatēs *v.* Atrebates.

Arbathītēs, עַרְבָתִי, *incola oppidi Iudaeorum.* Vvlg. II reg. 23, 31 I par. 11, 32.

Arbatī, Ἄρβαττοι, *vicus in tribu Issachar.* Vvlg. I Macc. 5, 23 in Arbatis.

Arbatilicus, -ī *pagus Galliae, hodie* comté d'Herbauge. Greg. Tvr. glor. mart. 89 vicus est in Arbatilico nomine Becciaco (*hodie* Bessay).

Arbatio *v.* Arbitio. **Arbatus** *v.* Arbaces.

Arbe *v.* Arba.

Arbee, אַרְבַּע, *civitas Hebron, sepulcrum patriarcharum.* Vvlg. gen. 23, 2. 35, 27. Ios. 14, 15 Cariath Arbe. Evcher. instr. 2 p. 152, 6 Arbe, quae Arbos in nostris codicibus corrupte legitur. Itin. Hier. 260, 3 *passim.* Hier. quaest. in gen. 32, 2 Arboc.

Arbeia, -ae *f. castellum Britanniae.* Not. dign. oc. 40, 7 *et* 22. *V.*

Arbēla, -ae, *Steph. Byz.* Ἀρβέλη πόλις Σικελίας. Sil. 14, 271 Arbela (*codd.* Arbeia) ferox et celsus Ietas (*propter* -ē- Sil. *cum sequenti videtur confudisse*). *v. Hülsen, PW. II 407.*

Arbela, -ōrum, τὰ Ἄρβηλα, *nunc* Erbîl. *opp. Adiabenes.* Cvrt. 4, 9, 9 *Dareus* pervenerat Arbela vicum, nobilem sua clade facturus (4, 16, 9. 5, 1, 3). 5, 1, 2 apud Arbela (6, 1, 21 Ampel. 16). Frontin. strat. 2, 3, 19 ad Arbela. Plin. nat. 37, 149 in Arbelis (37, 163. *idem latere vidit Frick* Lib. gener. chron. min. I 131, 329 *sub* ininarrabiles). Cvrt. 5, 1, 10 Alexandro Arbela traduntur. 9, 2, 23 Arbela cuius campi. Ivl. Honor. cosmogr. p. 26, 12 Amm. 23, 6, 22 *cf.* Tac. ann. 12, 13. *nota*: Plin. nat. 2, 180 nobili apud Arbilam (*sic Jan*, arbelam *cod. Ricc. m.*[2], arabiam *cett.*) Magni Alexandri victoria. Itin. Alex. 23 Arbelo urbe non procul. 27 ubi Arbelum venit. **Arbelītis**, ἡ Ἀρβηλῖτις. Plin. nat. 6, 41 *Adiabenes* pars est Arbilitis (Sol. 46, 1 Arbelitis regio). *corruptum* **Arbelisya pugna**. Lib. gener. a. 334 chron. min. I 131, 195 Darius, quem Alexander occidit in Arbelisya pugna. *v. Fraenkel, PW. II 407. 408.* *Diehl.*

Arbellī, -ōrum, Ἄρβηλοι, *vicus Galilaeae.* Vvlg. I Macc. 9, 2 in Arbellis.

? **arbellum** βασανιστήριον Gloss. II 19, 2.

Arbenius *nom. gent.* Corp. V 2898 T. Arbenius L. f. Corp. V 2096 Arvenius Nigellae l. Donatus *et* Arvenia Cutellae l. Nigella.

Arbernus, -a *nom. gent.* Varro ling. 8, 81 ut Arbernus Percelnus Perpennus (*hoc fictum*) Arberna Percelna (*haec feminarum*) Perpenna.

Arbethūsiī *v.* Arethusa.

Arbetio *v.* Arbitio.

Arbī *vicus in tribu Beniamin* Vvlg. II reg. 23, 35. *cf.* Arab.

Arbiān(us?) *nom. gent.* Corp. XIV 3405 L. Arbian⟨...⟩ Lentulo.

Arbiī, -ōrum *gens Indiae.* Plin. nat. 6, 95 Arbiorum gentem. 110 Arbios. Avien. orb. 1297 Oritas Aribasque (*item* Prisc. perieg. 1003, Ἄριβας *Dionysii*). *v.* Arabis *fl.* *V.*

Arbilēnsis *cogn. vir.* Corp. VIII 1350 (*videtur periisse, prov. procons.*) Pomponius Arbilensis Catus. *Diehl.*

arbilla, arbīna *v.* arvina.

Arbis *opp. litoris Persici.* Plin. nat. 6, 97 Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione. *cf.* Arabis. *V.*

Arbistriānus fundus. Corp. XI 1147, 5, 85 (*aetate Traiani*) *fundum* Arbistriano in Parmense pag(o) (Mercuriale). *Otto.*

Arbitānus, -a, -um *adi. quo pertineat nescio.* Cassiod. var. 5, 12, 2 casae Arbitanae amissionem. *aliud v. sub* Arabitae. *V.*

arbiter, -trī *m.* [*cf. c. umbr.* adputrati 'arbitratu', *fortasse derivatum ab* ad (ar) *et* baetere. *Th.*] *tertii ordinis* arbitris, arbitrum, arbitribus *apud* Greg. M., *v. ind. Mon. Germ. epist. II; in nomine, v. p. 408, 19. cf.* Ven. Fort. carm. praef. 6 *codd. f.* arbitrīx *v. p. 408, 16.*

I *is qui alicui rei* ***interveniens*** (a negotio alienus Porph. Hor. epist. 1, 11, 26) ***testis*** *eius* (*auditor, spectator*) *fit*: Gloss. IV 480, 41 testis. Plavt. Capt. 219 secede huc nunciam ... procul, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Merc. 1005 eamus intro: non utibilest hic locus, factis tuis, dum memoramus, arbitri ut sint, qui praetereant per vias. Mil. 158 mi ... arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi, ita per impluvium intro spectant. 1137 circumspicite, ne quis adsit arbiter. Poen. 178. 663 Trin. 146. Rhet. Her. 2, 7 spes celandi quae fuerit, quaeritur ex consciis, arbitris, adiutoribus. Cic. rep. 1, 28 qui nullo arbitro ... secum ipsi loquantur. Verr. 6, 80 ab arbitris remoto loco. Att. 15, 16[b] loca ... abdita ... ab arbitris libera (Vell. 2, 14, 3 Qvint. inst. 10, 3, 22. Avg. civ. 14, 18 p. 41 *cf.* Apvl. apol. 47 magia tenebris abstrusa et arbitris solitaria). Liv. 1, 41, 1 claudi regiam iubet *Tanaquil*, arbitros eiecit. Qvint. inst. 10, 7, 16 stilus ... arbitros reformidat. Ivv. 8, 79 arbiter ... integer, ... si quando citabere testis. Apvl. met. 1, 14 cur ... crudelitas vel propter indicium sceleris arbitro pepercit? 11, 23. Socr. p. 130 Oud. iuri iurando arbitrum adhibebo. 156 *daemon suus cuique* adsiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis testis *cf. l. 68.* apol. 40 extrarius arbiter. Tert. nat. 1, 7 cum ... mysteria omnem arbitrum extraneum caveant. test. anim. 2 *deum* dispectorem ... et arbitrum et iudicem. Prvd. cath. 2, 109 hic (*deus*) testis, hic est arbiter, hic intuetur, quidquid est. *aliter de omnipotentia dei, v. p. 407, 3 sqq.* Amm. 15, 3, 7 arbitrum adesse nullum. 23, 3, 2. 24, 6, 16. Heges. 5, 24, 4 ut arbitrum fugerent *Syri.* Cod. Theod. 8, 12, 1, 2 convocata vicinitate omnibusque arbitris adhibitis (*unicum huius significationis apud ICtos exemplum*). *iuncturae*: sine arbitris (-tro): Plavt. Capt. 212. 225 Cas. 90. 134 Cist. 64 Cic. Tull. 50 Liv. 1, 21, 3. 25, 30, 2. 27, 28, 7 Cvrt. 7, 1, 31 *al.* Ivst. 21, 4, 3. absque arbitris: Vvlg. gen. 39, 11 Hier. epist. 130, 5 *al.* Sidon. epist. 5, 17, 9 *al.* Hier. epist. 52, 5 absque arbitro vel teste (*opp.* 117, 4 sub, 128, 3 cum arbitris, *cf.* Avr. Vict. Caes. 8, 5 arbitris militibus). remotis arbitris: Cic. off. 3, 112 Liv. 2, 4, 5. 2, 27, 3 *al.* Val. Max. 5, 4, 3 Sen. benef. 2, 23, 2 Cvrt. 5, 11, 4 *al.* Apvl. apol. 42 *al.* Symm. epist. 1, 3, 3 Macr. sat. 1, 7, 4. Liv. 6, 33, 3 *v. l. 61.* Sall. Cat. 20, 1 arbitris procul amotis. Apvl. Socr. p. 164 Oud. semotis. Liv. 22, 60, 2 summotis (Cvrt. 4, 10, 32). *alicuius actionis*: Cic. Q. Rosc. 38 huius restipulationis scriptor testis arbiterque. Flacc. 89 decisionis. Liv. 9, 1, 7 diis arbitris foederis (21, 10, 3 arbitros ac testis). 29, 24, 3. 6, 33, 3 incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis. Sen. Herc. f. 1336 sceleris alieni (*Theseus*). Phoen. 166 poenarum ... mearum. Cvrt. 3, 12, 16 *Hephaestio* carissimus ... regi ..., secretorum omnium arbiter (6, 8, 11). Tac. ann. 13, 21 aderant ... ex libertis arbitri sermonis. Tert. adv. Marc. 4, 22 visionis. Gargil. 39 quod testimonii sui arbitrum ... deum fecerit. Paneg. 11, 25 importunior turpium arbiter. Apvl. Socr. p. 155 Oud. singulis hominibus ... testes et custodes singulos (*sc. daemones*) additos, qui nemini conspicui semper adsint arbitri non modo actorum, verum etiam cogitatorum. Tert. bapt. 6 habemus ... eosdem arbitros fidei, quos et sponsores salutis. Ambr. Abr. 1, 7, 60 *deus* arbiter conscientiae ... ac mentis interpres. Avg. civ. 17, 4 p. 206. Heges. 1, 44, 8 lin. 166 Web. Caesar ... arbiter mei pectoris. 5, 35, 1 aut ignaviae cuiusque testis aut virtutis arbiter (Ioseph. bell. Iud. 6, 2, 5 αὐτόπτης καὶ μάρτυς ἁπάντων). Hier. epist. 22, 27 paupertatis misericordiae atque ieiunii arbitros declinantes. Mart. Cap. 5, 448 ut suae praedicationis fiat arbiter, qui laudatur. *nota*: Tert. ieiun. 5 dei arbitros (*Moyses et Aaron*). *translate de rebus*: Hor. epist. 1, 11, 26 locus effusi late maris arbiter (*i. qui mare late prospicit, cf.* Stat. silv. 2, 2, 3 speculatrix villa profundi *et* Avson. Mos. 325. *aliter scholiastae explicant*). Plin. nat. 5, 97 *Taurus mons* innumerarum gentium arbiter (*an: qui discriminat?*). Apvl. met. 1, 16 grabattule ..., qui mecum tot aerumnas exantlasti, conscius et arbiter, quae nocte gesta sunt, quem solum ... testem ... citare possum. Amm. 29, 2, 20 inconivens Iustitiae oculus arbiter et vindex

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perpetuus rerum vigilavit. *inter I et II significatio nutat*: PLAVT. Amph. prol. 16 aequi et iusti (*nom.*) hic eritis omnes arbitri (*sc. fabulae*).

II ***disceptator*** *aequi et boni*: **A** *sensu technico* (*i. iudex aut a litigantibus electus aut a magistratu aliave persona datus; Wlassak, PW. II 408—411. Ruggiero, dizionario epigr. I 613—624*): SEN. benef. 3, 7, 5 illum (*iudicem*) formula includit et certos, quos non excedat, terminos ponit, huius libera et nullis adstricta vinculis religio et detrahere aliquid potest et adicere et sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia inpulit, regere *cf.* 6, 6, 1. [PROCVL. dig. 17, 2, 76 *v. sub* arbitrium.] GLOSS. *μεσίτης, διαιτητής, διαγνώμων*. iudex a duobus electus, iudex, privatus, iudex probatus (*lege* privatus) seu pacificus, iudex quem lex non praefinit, quid iudicet, iudex eo, quod arbitrio causa dicitur. PAVL. FEST. 15 arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium et facultatem. GRAMM. suppl. 215, 29. LEX XII tab. Fest. 273 ⟨si⟩ quid horum fuat iudici arbitrove reove. LEX Rubr. (Corp. I 205) 7 iudex arbiterve addicatur detur. 15 iuris dict⟨i⟩o iudicis arbitri recuperatorum datio addictiov⟨e⟩. PLAVT. Cas. 966 tecum aequom arbitrum extra considium captavero. Rud. 1004 istunc *vidulum* ... non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, quoius haec res arbitratu fiat (1018 *al.*). Truc. 629 ego tecum ... arbitrum aequom ceperim. Amph. arg. alt. 7. TER. Haut. 499 vicini ... ambigunt de finibus; me cepere arbitrum: ibo ac dicam ... operam daturum me. Ad. 123. CIC. top. 43 quemadmodum, si in urbe de finibus controversia est ..., finibus regendis adigere arbitrum non possis, sic, si aqua ... nocet ..., aquae pluviae arcendae adigere arbitrum non possis (*cf. p. 406, 65*). off. 1, 33 Labeonem ... arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum (BELL. Afr. 97, 3 SVET. Otho 4). CIC. Q. Rosc. 12 quaero abs te, quid ita de hac pecunia ... compromissum feceris, arbitrum sumpseris. (arbiter ex compromisso: AFR. dig. 44, 7, 23 VLP. dig. 3, 2, 13, 6. 4, 8, 13, 3 *al.* COD. Iust. 2, 55, 1 *al.* CORP. IX 2827, 2 Priscus, arbiter ex compromisso inter ... Eryllum ... et ... Aulanium ... iuratus sententiam dixit in ea verba ...). Q. Rosc. 12 quis umquam ad arbitrum, quantum petit, tantum abstulit? Tull. 53 tu aut per arbitrum restituas *rem* aut sponsione condemneris. epist. 13, 26, 2. CAES. Gall. 5, 1, 9 *Caesar* arbitros inter civitates dat, qui litem aestiment poenamque constituant. civ. 3, 1, 2. 3, 20, 1. 3, 109, 1 *cum Caesar* vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere. SEN. contr. 1, 1, 23 ad te arbitrum odia nostra non mittimus: iudices habemus deos. CALP. ecl. 6, 89 si vicibus certare placet, sed non ego vobis arbiter: hoc alius possit discernere iudex. VLP. dig. 14, 4, 7, 1 arbitrum in hanc rem praetor debebit dare. QVINT. inst. 11, 1, 43 nec eodem sono publica iudicia et arbitrorum disceptationes aguntur. VLP. dig. 42, 1, 15 pr. arbitrorum sententiam (DIG. *passim*. COD. Iust. 2, 55, 3 *al.*). 4, 8, 23, 1 praecepta. COD. Iust. 2, 55, 4, 6 definitio (*ibid.* 5 pr.). PAPIN. dig. 10, 2, 31 officium (16, 3, 24 IAV. dig. 8, 3, 13, 3). 46, 6, 12 aequitas. *nota*: COD. Iust. 2, 7, 25 pr. (2, 8, 6) pedaneis ... arbitris (GLOSS. II 475, 15 *χαμαιδικαστής*). *alicuius rei*: CIC. Caecin. 19 familiae herciscundae (IVL. dig. 10, 2, 51 pr. VLP. 10, 2, 20 pr. *al.*). VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 dividendi regni. 7, 3, 4 finium constituendorum (*Labeo, cf. l. 27*). PLIN. nat. 13, 89 factum ... inopiā chartae, ut e senatu darentur arbitri dispensandae. SCAEV. dig. 20, 5, 11 dividendae hereditatis (PAPIN. dig. 28, 5, 79 (78) pr., *al.*). MARCELL. dig. 46, 3, 48 dotis reciperandae. ALF. dig. 39, 3, 24 pr. pluviae arcendae, *ni dativus est, cf. l. 25 et* 10, 3, 26 communi dividundo (*ut* LABEO dig. 33, 2, 31 *al. v.* HERMOG. dig. 5, 1, 53 rationibus excutiendis). PROB. not. gramm. IV 274 a. l. a. arbitrum liti aestimandae. GAIVS dig. 2, 8, 9 ad fideiussores probandos (PAVL. dig. 49, 2, 2 VLP. dig. 4, 4, 73 *al.*). CIC. rep. 5, 3 litis. LIV. 21, 31, 7 seditionis ... disceptatio cum ad Hannibalem reiecta esset, arbiter regni factus ... imperium maiori restituit (FLOR. 1, 40, 30). FEST. 185 pontifex maximus, quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque. APVL. flor. p. 101 Oud. *Crates* litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. PAPIN. dig. 23, 4, 26, 1 *al.* divisionis. 35, 2, 12 Falcidiae (*legis, sc. exequendae?*). *de iure consultis* LACT. inst. 1, 1, 12 quidam prudentes et arbitri aequitatis institutiones civilis iuris ... ediderunt. *plures arbitri unius litis* (*rei*): LEX XII tab. Fest. 376 ⟨prae⟩tor arbitros tris dato. CIC. leg. 1, 55 nec Mamilia lege singuli, sed e XII (*tabulis*) tres arbitri fines regemus. VITR. 2, 8, 8 cum arbitri[o] communium parietum sumuntur. SCAEV. dig. 20, 5, 14 VLP. dig. 4, 8, 17, 6 *et* 27, 3 VVLG. exod. 21, 22. *cf. p. 416, 15.*

B *latiore sensu*: **1** *de aliis generibus iudicum* (*sc. ex legis formula vel in re poenali vel de uno iudicantium*): GLOSS. censor, iudex. MART. 6, 35, 1 septem clepsydras ... tibi ... petenti arbiter invitus ... dedit. FELIX II epist. 1, 1 (Migne 13, 19) episcopum penes saeculares arbitros accuset. AMM. 28, 4, 1 *Olybrius praefectus* calumniarum acerrimus insectator ... ⟨iustorum⟩ iniustorumque distinctor et arbiter plenus. *apud inferos*: PROP. 3, 19, 27 Minos ... arbiter Orci. STAT. Theb. 4, 530 arbiter ... Gortynius, *cf.* 8, 101 iudicis ... Dictaei (11, 571) *et* VERG. Aen. 6, 431 quaesitor Minos. SEN. Herc. f. 730 veri rector atque aequi arbiter: non unus alta sede quaesitor sedet. Herc. O. 1007 inferorum ... arbitri. Thy. 14 umbrarum. *translate*: PAVL. NOL. carm. 7, 32 opus per omne curret ignis arbiter; quod ... flamma ... probaverit .... FAVST. REI. serm. 21 p. 307, 25 ignis ille arbiter

improborum. **2** *de disceptatoribus controversiarum ad iuris dictionem non pertinentium*: CIC. Tusc. 5, 120 *philosophorum* controversiam solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades (fat. 39). SEN. contr. 2, 2, 12 Pedo, qui inter arbitros fuit (*sc. compromissi inter Ovidium et amicos de versibus delendis*). SEN. dial. 6, 4, 1 ad arbitrum tecum veniam: hoc inter nos quaeretur, utrum magnus dolor esse debeat an perpetuus. epist. 18, 3. AMM. 14, 10, 15 tamquam arbitros vos, quid suadetis, opperior. HIER. epist. 29, 1 ut, quotienscumque de verbis Hebraicis iurgium est, ego arbiter et litis sequester exposcar. SIDON. epist. 9, 16, 3. CIC. leg. 1, 53 vellem me arbitrum inter ... Academiam et Zenonem datum. SEN. (*?*) Ag. 731 inter potentes arbiter pastor deas. *cf.* OV. epist. 15, 69 arbiter es formae: certamina siste dearum. STAT. Ach. 1, 67 iniustae temerarius arbiter Idae. OV. met. 3, 332 arbiter hic (*Tiresias*) ... sumptus de lite iocosa (*inter Iovem et Iunonem*). CIC. Att. 15, 1ᵃ, 2 *Hirtius* summum arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius consulatus sui. HOR. carm. 3, 20, 11 arbiter pugnae *puer*. VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 victoriae *Syphax*. TAC. dial. 5 arbitrum litis huius (*inter poetas et oratores*). GELL. 4, 1, 1 *quidam* tamquam interpres et arbiter Sibyllae oraculorum. TERT. anim. 53 medicis ..., propriis arbitris ... letalium rerum. AMM. 28, 5, 7 iustus arbiter rerum (*cf. p. 407, 5. 23*).

translate de rebus, quae controversias tollunt: SEN. Phaedr. 529 nullus in campo sacer divisit agros arbiter populis lapis. STAT. Theb. 6, 352 saxeus umbo arbiter agricolis. TERT. pall. 2 amnis finium arbiter. CLAVD. 28, 212 belli medio Padus arbiter ibat. PLIN. nat. 5, 97 *v. p. 404, 80.* TERT. adv. Marc. 1, 8 tempore, arbitro et metatore initii et finis. SIL. 1, 624 pensati ... improbus auri arbiter ensis (*sc. Brenni*). TERT. anim. 38 concupiscentia oculis arbitris utitur.

iuncturae (*ad II*): arbiter: VLP. dig. 10, 3, 7, 1 adiudicat. 11, 7, 14, 7 aestimat (*sim.* CAES. civ. 3, 1, 2 *cf.* Gall. 5, 1, 9). CIC. top. 39 coercet. VLP. dig. 7, 1, 7, 2 cogit. 37, 7, 1 pr. compellit ad collationem. CAES. civ. 3, 109, 1 controversias componit. SCAEV. dig. 49, 1, 28, 2 condemnat. CIC. S. Rosc. 114 damnat. PLAVT. Amph. argum. alt. 8 decernit. VLP. dig. 10, 2, 57 sententiam dicit (IVL. dig. 4, 8, 47, 4 *al.* VLP. dig. 4, 2, 14, 4 dat. MODEST. dig. 4, 8, 48 fert). VLP. dig. 4, 8, 11 pr. disceptat. IAV. dig. 10, 3, 18 disponit. CIC. Tusc. 5, 120 iudicat controversiam. PAVL. dig. 4, 8, 46 iudicat (VVLG. exod. 21, 22 SIDON. epist. 4, 3, 9). APVL. flor. p. 22 Oud. reconciliat gratiam. *ibid.* simultatem sanat. OV. epist. 15, 69 certamina sistit. VAL. dig. 32, 12 statuit (PAPIN. dig. 4, 8, 42 PAVL. *ibid.* 4, 8, 32, 15 *cf.* PAVL. FEST. 15 VAL. MAX. 5, 2 ext. 4). CIC. Q. Rosc. 11 tribuit. arbitrum: PAPIN. dig. 10, 2, 57 accipere (VLP. dig. 8, 2, 11, 1). LEX Rubr. (Corp. I 205) 7 addicere (SEN. epist. 65, 2). VAL. MAX. 8, 2, 1 adducere*?* CIC. Mur. 7 adhibere (SVET. Otho 4 APVL. Socr. p. 130 Oud. HIER. epist. 117, 9 COD. Theod. 8, 12, 1, 2). (adigere *v. l. 65*). VLP. dig. 4, 8, 21, 8 adire (COD. Iust. 2, 55, 1). AMM. 23, 3, 2 admittere. PLAVT. Amph. argum. alt. 8 capere (Truc. 629 TER. Haut. 499, *al.*). PLAVT. Cas. 966 captare. TER. Ad. 123 cĕdo. GAIVS dig. 2, 8, 9 constituere. PLAVT. Rud. 1004 dare (LEX Rubr. (Corp. I 205) 7 CIC. off. 1, 33 leg. 1, 53 CAES. Gall. 5, 1, 9 civ. 3, 1, 2 BELL. Afr. 97, 3 MODEST. dig. 10, 2, 30 *al.* MACER dig. 48, 11, 7 pr. PAVL. dig. 49, 2, 2. *passim*). APVL. flor. p. 22 Oud. deligere. SCAEV. dig. 4, 8, 44 eligere (MACR. sat. 3, 17, 16 COD. Iust. 2, 55, 2 *al.* CASSIOD. var. 4, 46). HIER. epist. 29, 1 exposcere. PLIN. epist. 7, 30, 2 facere. PAVL. dig. 4, 8, 32, 10 inhibere. LEX Iul. ap. Aem. Mac. dig. 48, 11, 7 pr. mutare. LABEO dig. 33, 2, 31 petere (GAIVS inst. 4, 141 *al.* MODEST. dig. 10, 2, 30 VLP. dig. 10, 2, 43 *al.* HERMOG. dig. 5, 1, 53). CIC. Caecin. 19 postulare (IAV. dig. 38, 2, 35 GAIVS inst. 4, 163). CIC. Att. 15, 1ᵃ, 2 statuere. CIC. Q. Rosc. 12 sumere (13 OV. met. 3, 332 VITR. 2, 8, 8 POMP. dig. 10, 2, 47 pr. IAV. dig. 33, 3, 4 IVL. dig. 10, 2, 52, 2 ALF. dig. 4, 8, 50 *passim*). ad, in arbitrum: CIC. Q. Rosc. 13 adire. *ibid.* confugere. PLAVT. Rud. 1040 ire (PROCVL. dig. 17, 2, 76 *al.*). VLP. dig. 35, 3, 1, 6 mittere. PLAVT. Rud. 1018 redire (VLP. dig. 4, 8, 11 pr. *cf.* 4, 8, 17, 1). VLP. dig. 35, 3, 1, 6 venire. PLAVT. Rud. 1038 vocare (*cf.* 1043). VLP. dig. 44, 4, 4, 2 in arbitrum compromittere (PAVL. dig. 4, 8, 19 pr. *cf.* SCAEV. dig. 4, 8, 43). *nota*: arbitrum adigere, *i.* ad arbitrum adigere: CIC. Q. Rosc. 25 top. 43 off. 3, 66. arbitro uti: CIC. epist. 13, 26, 2 LIV. 32, 10, 5 SEN. benef. 6, 6, 1. apud arbitrum: PAVL. FEST. 15 PAPIN. dig. 23, 4, 26, 1. 35, 2, 12 IAV. dig. 23, 4, 1, 1 *al.* GREG. M. epist. 9, 235 (Mon. epist. II 231). *cf.* PRISC. gramm. III 358, 16. ante arbitrum *cf. 135, 6.*

III ***translationes***: **A** *de studio animoque arbitri*: *conciliator, pacificus*: GLOSS. *μεσίτης*, mediator, medius, gratiator, unitor, foederator, pacis factor. LIV. 2, 33, 11 *Menenio* interpreti arbitroque concordiae civium (VAL. MAX. 4, 4, 2). 24, 2, 4 si Poenus ... magis arbiter pacis quam adiutor belli fuisset. AVG. in psalm. 103, 4, 8 'utinam esset nobis arbiter' (Iob 9, 33. LXX *μεσίτης*) ... quid est arbiter? medius ad componendam causam. nonne inimici eramus dei ...? quis finiret causam istam malam nisi ille medius arbiter? qui nisi veniret, misericordiae perierat iter. *translate*: CLAVD. carm. min. 26, 76 arbiter in foedus mons elementa vocat *flammas et undas miscens*. **B** *de iure ac potestate arbitri*: *dominus, curator, custos, praefectus, praesul*: GLOSS. *αὐτόβουλος*. **1** *dii (deus), sim.*: CORP. III 1090 Iovi summo exsuperantissimo divinarum humanarumque rerum rectori fatorumque arbitro. SEN. Herc. f. 205 o magne Olympi rector et mundi arbiter (Herc. O. 1173. *de Plutone* LVCAN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 743). 597 caelestum (CYPR. GALL. deut. 264). STAT. Theb. 4, 752 deorum (CLAVD. 20, 161). *cf.* TREB. Claud. 10, 3 PETRON. 98. TAC. ann. 15, 24 di ... populorum arbitri. TERT. nat. 2, 15 tristitiae deos arbitros. SEN. epist. 16, 5 arbiter deus universi (PANEG. 10, 7). TERT. nat. 2, 2 *deum* curantem rerum et arbitrum et iudicem (HEGES. 4, 5). TERT. nat. 2, 3 artificem et arbitrum motus. CLAVD. 17, 104. AVSON. 365, 10 secreti ... deus arbiter aevi. CYPR. GALL. deut. 262 leti. HEGES. 3, 17 lin. 137 Web. naturae auctor atque arbiter *deus*. SIDON. epist. 1, 2, 1. LACT. inst. 7, 27, 14 arbiter ille summus et verax. ENNOD. dict. 22 p. 496 supremus arbiter. RVRIC. epist. 2, 15 p. 399 viduarum. HEGES. 2, 12, 1 Iesum divinorum arbitrum. 5, 2 lin. 29 Web. eripuisti ... praesulem pacis, petisti necari vitae arbitrum (*Iesum*). OV. fast. 3, 73 arbiter armorum (*Mars*). 5, 665 pacis et armorum (*Mercurius*). SEN. Herc. f. 582 mortis (*Pluto*). LVCAN. 10, 209 undae (*Mercurius*) *cf.* 214 dominus ... undarum. CELEVMA (poet. min. III p. 167) 2 maris (*Neptunus*). STAT. Theb. 6, 111 Silvanus ... arbiter umbrae. AVIEN. orb. 546 aethrae (*Iuppiter*) *cf.* 627 arbiter alto impositus pelago (*Aeolus*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 56 noctis arbiter umbrarumque potens. CORP. VI 13377 d(is) m(anibus) fatorum arbitris. AVIEN. Arat. 694 arbiter ignis aetherii (*aquila Iovis*).
2 *imperatores, reges, sim.*: OV. trist. 5, 2, 47 arbiter imperii (*Augustus*). OCTAVIA 488 generis humani (*Nero*). STAT. silv. 4, 3, 83 maximus arbiter (*Domitianus*). TAC. ann. 2, 73 solus arbiter rerum, ... iure et nomine regio. CORIPP. Anast. 26. SEN. Tro. 1070 belli (*Priamus*). STAT. silv. 4, 6, 103 saevae Mareoticus arbiter arae (*Busiris*). TAC. ann. 15, 17 Armenii sine arbitro relicti. IVST. 5, 2, 11 pacis et belli (*rex Persarum*). AMM. 30, 3, 4. 23, 6, 3 *Arsaces* temperator oboedientium fuit et arbiter lenis. CLAVD. 18, 241. SEDVL. carm. pasch. 2, 77 Herodes ferus arbiter aulae. CASSIOD. var. 8, 10, 8 rerum (*Theodericus*).
nota breviloquentiam: OV. epist. 9, 45 arbiter Eurystheus irae Iunonis iniquae (*i. quem ira I. arbitrum operum Herculi dedit*).
3 *magistratus, homines (populi) praepotentes*: CIC. agr. 2, 43 Rullus ... urbis copiosissimae ... iudex, arbiter, dominus. LIV. 2, 23, 11 futuri arbitri moderatoresque publici consilii. 39, 32, 11. SEN. dial. 12, 16, 2 Antonius civium ... vitae ... mortisque arbiter (clem. 1, 1, 2) *cf.* TAC. ann. 16, 11 mortem sine arbitro permittens. 1, 26 praemia sub dominis, poenas sine arbitro. SIL. 8, 250 *Varro* tantum in quassata bellis caput extulit urbe, momentum ut rerum et fati foret arbiter unus (PS. QVINT. decl. 12, 7 tu inter duas civitates fatorum arbiter; *cf. p. 406, 83. 407, 19*). LIV. 25, 29, 4 (*Syracusani ad Marcellum*:) caede eorum, qui oppressas tenebant Syracusas ... nostri arbitri esse coepimus. FLOR. 2, 6, 7 regum et gentium arbiter populus (TERT. nat. 2, 17). STAT. silv. 4, 9, 17 arbiter (*i. curator vel praefectus*) ... annonae. TAC. ann. 4, 41 sua in manu aditus litterarumque ... se (*Seianum*) arbitrum fore. SYMM. epist. 1, 23, 3 *Ausonius comes* precum arbiter. CLAVD. 10, 333 iustissime legum arbiter (*Stilicho*). RVT. NAM. 1, 607 sacri iustissimus arbiter auri (*i. comes largitionum*). *similiter*: TERT. bapt. 6 angelus baptismi arbiter *cf. ibid.* emundati sub angelo). **4** *privati*: EPICED. Drusi 25 arbiter (*fati mei*) ipse fui: volui quod, contigit esse (QVINT. decl. 375 p. 415). CALP. decl. 16 nec erat arbiter iudicii sui, sed minister alieni. COD. Iust. 4, 35, 21 (*saec. IV*) suae ... quisque rei moderator atque arbiter. CARM. epigr. 460, 5 ipse sepulcri *sui* arbiter. SEN. Tro. 983 quis arbiter (*praedae*) crudelis et miseris (*sc. captivis*) gravis eligere dominos nescit? *certae functiones*: HOR. carm. 2, 7, 25 quem Venus arbitrum dicet bibendi? *cf.* PORPH. *ad h. l.* MACR. sat. 2, 8, 4 arbitris et magistris conviviorum. *similiter*: TAC. ann. 16, 18 *de Petronio Arbitro*: inter paucos familiarium Neroni adsumptus est elegantiae arbiter, dum nihil amoenum ... putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. TERT. spect. 10 (SVET. p. 340, 7 Reiff.) ad scaenam ... itur duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, dissignatore et haruspice. STAT. Theb. 3, 23 Calabrae datus arbiter alno (SCHOL. arbiter est magister, id est gubernator). CLAVD. 21, 286. **5** *res*: HOR. carm. 1, 3, 14 rabiem noti, quo non arbiter Hadriae maior (PORPH. arbitrum pro rectore posuit). SEN. dial. 6, 10, 2 usus fructusque *bonorum* noster est, cuius tempus ille arbiter muneris sui (*i. fatum?*) temperat. 7, 6, 1 sedeat *animus* ... luxuriae et voluptatium arbiter (*cf. p. 406, 28*). VAL. FL. 1, 557 spes et metus omnibus esto arbiter. MART. 7, 72, 10 favor arbiter coronae.

synonyma: *ad I*: advocatus (PLAVT. Trin. 1161), conscius, dispector, interpres, observator, testis (*v. s. et* CIC. Q. Rosc. 38 Verr. 6, 186 Tull. 50 leg. agr. 2, 55 LIV. 21, 10, 3 *al.* TERT. anim. 25). *ad II*: disceptator (*v. s. et* CIC. rep. 5, 3 epist. 13, 26, 2), sequester (*cf. PW. II 408, 42*). iudex, quaesitor. *ad III*: interpres. custos, dominus, gubernator, magister, moderator, potens, praesul, rector. *opposita*: *ad II*: iudex (*v. s. et* CIC. Q. Rosc. 12 *sqq.* 26 LIV. 32, 10, 6 SEN. amic. frg. 89 H. PLIN. epist. 7, 30, 2 MACER dig. 48, 11, 7 pr. POMP. dig. 42, 1, 9 VLP. dig. 42, 1, 15 pr.). *ad III*: minister.

f. **arbitra,** -ae. *fere translate de rebus.* **I** *testis, conscia*: HOR. epod. 5, 49 (*Canidia*:) o rebus meis non infideles arbitrae, Nox et Diana. AMM. 28, 6, 20 flagitiorum arbitra conscientia. CASSIAN. conl. 11, 8, 5 arbitram non solum actuum, sed etiam cogitationum ... conscientiam. 12, 12, 2 *anima* beneficiorum ... arbitra singularis.
II *disceptatrix, iudex*: SEN. epist. 66, 35 ratio ... arbitra est bonorum ac malorum. DIOM. gramm. I 471, 9 auribus iudicetur, quae velut arbitrae conpositionis esse debent. AMM. 14, 11, 26 *Nemesis* regina causarum et arbitra rerum ac disceptatrix. EDICT. Diocl. (Corp. III) 1, 11c arbitram rebus intervenire iustitiam. POSSID. vit. Aug. 19 (Migne 32, 50) arbitra aequitate iudicaretur. **III** *domina*: GELL. 7, 2, 5 *necessitas* rerum domina et arbitra. 17, 11, 6 *ἐπιγλωττίδα* ... quasi moderatricem quandam et arbitram prohibendi admittendive *cibos*. AMM. 30, 10, 1 *cohortes Gallicanae* velut imperiorum arbitrae. SYMM. epist. 1, 8 salis arbitra et vaporis ... Dione. AMBR. Noe 11, 38 ubi mens sui arbitra est, bonae sunt cogitationes. Iacob 1, 7, 28 ratio arbitra passionis. exam. 1, 5, 18 voluntate arbitra. Iacob 1, 1, 1 non ... servili ... necessitate, sed voluntate arbitra. in psalm. 61, 6 subiectio ... dispensationis magis temporariae arbitra quam perpetuo servitio mancipata, *cf.* epist. 77, 8 caritas ... piae servitutis arbitra. HEGES. 1, 43, 2 matrem Antipatri ... universorum arbitram flagitiorum (*cf.* IOSEPH. bell. Iud. 1, 30, 2 *τῶν κακῶν αἰτίαν*). *Hey.*

f. **arbitrīx,** -īcis, *quasi ab* arbitor *formatum, cf.* arbitratrix. CORP. VI 10128 Sophe Theorobathylliana arbitrix imboliarum (*i. emboliorum*).

Arbiter, -rī *nom. vir. servorum.* CORP. X 5490 L. Lúci L. l. Arbitris (*nota hunc genetivum*). VI 12282 Arbiter. *notissimum est cognomen Petroni* (*cf.* TAC. ann. 16, 18 *p. 407, 56 sqq.*). TER. MAVR. 2489 Arbiter disertus. HIER. epist. 130, 19 illud Arbitri (*falso, versus est Martialis*). MACR. somn. 1, 2, 8 SIDON. carm. 23, 156 (*cf.* 9, 267).

arbiterium *v.* arbitrium.

Arbitio, -ōnis *nom. vir. barbarum ut videtur.* Arbetione ROSSI inscr. christ. I 125 (Arbitione *abl.* 121), Arbetionem AMM. 16, 6, 1. 14, 11, 2 *V. et sic passim in* COD. Theod., Arbationa CASS. hist. 3, 8. Flavius Arbitio, *miles, post cons. a. 355*, CORP. VI 1156 *et* 1166 Arbitione et Lolliano conss. CARM. epigr. 660, 6 Arbitio co⟨nsul⟩. *passim.* *alius, episcopus* de Pharbeto CANON. const. (Migne 56, 766).

arbitra *v.* arbiter. *V.*

arbitrālis, -e *adi. ab* arbiter. *arbitri proprius.* MACR. sat. 7, 1, 7 inter te et Vettium velut arbitrali iudicatione. COD. Iust. 2, 55, 4, 5 (*a. 529*) arbitrali stetur sententia. 2, 55, 5 pr. si ... pro parte pulsata forma arbitralis procederet. NOV. Iust. 82, 11, 1 iudicem arbitralem (*δικαστὴν αἱρετόν*). GREG. M. epist. 1, 46 (Mon. Germ. epist. I 72) iudicium. CORP. IX 2826 (*saec. fere VI*), 10 arbitrali directione.

arbitrārius, -a, -um *adi. ab* arbiter. **I** *apud iuris consultos, cf.* PAVL. FEST. 15 arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum geritur. actio: VLP. dig. 13, 4, 2 pr. 13, 4, 4, 1. 13, 5, 16, 1. 4, 2, 14, 4 PAVL. dig. 13, 4, 5. 13, 4, 7 pr. INST. Iust. 4, 6, 31 actiones arbitrariae, id est ex arbitrio iudicis pendentes. *elliptice*: AFR. dig. 13, 4, 8 VLP. 13, 4, 2, 6 PAVL. 13, 4, 10 *cf.* GLOSS. II 534, 20 arbitraria *δοκιμασία*. formula: GAIVS inst. 4, 141. 163. iudicium: PAPIN. dig. 22, 1, 3, 1 in his ... iudiciis, quae non sunt arbitraria nec bonae fidei.
II *voluntarius*: GELL. 10, 4, 3 verba esse naturalia magis quam arbitraria. 14, 1, 5 coniectari ... quaedam ... nullo scientiae fundo concepto (concepta *al.*), sed fusa et vaga et arbitraria. 18, 10, 10 remissio in corde ... naturalis, non arbitraria. 19, 1, 15 visa animi ... non voluntatis sunt neque arbitraria. MART. CAP. 1, 68 fictor arbitrarius (*mundi*). MACR. diff. gramm. V 622, 12 *verba*, quae ab illis *προαιρετικά*, ab his arbitraria non absurde vocari possunt (*ut: volo, opto, soleo*). **III** *dubius*: PLAVT. Amph. 372 hoc ... profecto certum est, non est arbitrarium. *adv.* **arbitrāriō**. PLAVT. Poen. 787 perii certo, haud arbitrario.

arbitrari aliquam rem aliquid: Plavt. Stich. 83 hoc mihi optumum factu arbitror. 297 Trin. 229. 952. Ter. Hec. 585 hoc ... meae commodum famae [esse] arbitror. 659 Cael. hist. 26 Varro ling. 9, 95. Rhet. Her. 3, 39 ne ... memoriam ... parum utilem arbitrere. Cic. Verr. 3, 86 hoc dignum populo R. prov. 42. Verr. 6, 121 fortunam alienam, periculum commune. inv. 2, 21 non is eventus est, quem arbitrati sunt. Att. 16, 2, 5 meas litteras supervacaneas. Caes. Gall. 2, 28, 1 victoribus nihil impeditum. 4, 23, 4. 7, 27, 1. Nep. Alc. 9, 1 loca tuta. Att. 14, 1. Colvm. 12, 8, 3 salis, quantum satis arbitrantur, adiciant. Plin. nat. 11, 232 fabulosum arbitror de strigibus. 33, 8 *al.* 16, 129 quod falsum arbitror. 130 *al.* Qvint. inst. 3, 1, 3. decl. 259 p. 57 istud ... divini cuiusdam beneficii arbitrandum est. Tac. dial. 32 hanc ... praecipuam causam arbitror. Plin. epist. 1, 23, 2 quod deforme. 9, 2, 4. Svet. Claud. 17 leviorem maiestati ... titulum. Fronto p. 52 N. *al.* *nota*: Acc. trag. 623 pro certo arbitrabor sortis oracla ...? Hier. in Ier. 10, 3 (p. 911 Vall.) ut religionem in divitiis arbitremur. *pro accusativo subiecti sunt infinitivi*: Plavt. Amph. prol. 60 me ... facere, ut sit comoedia, ... non par arbitror. Merc. 132 num quisquam adire ... dignum arbitratur? Varro rust. 2, 10, 7 *pastoribus* mulieres adiungere ... utile arbitrati multi. Nep. Milt. 5, 4 dimicare utile (Timoth. 3, 3). Plin. nat. 17, 12 abunde arbitrantur ... sarcire. Tac. Agr. 1 suam ... vitam narrare ... adrogantiam arbitrati sunt. 9 Germ. 6. 9 nec cohibere parietibus deos ... ex magnitudine caelestium arbitrantur. Plin. epist. 9, 13, 4 constantius arbitratus ... crimine urgere. 9, 19, 6 *al.* Fronto p. 105 N. Vlp. dig. 15, 1, 1 pr. ordinarium praetor arbitratus est ... exponere. Vvlg. II Petr. 1, 13 iustum ... arbitror ... suscitare vos. Hier. epist. 117, 1 Mart. Cap. 8, 812. Cassian. Nest. 5, 14, 2 cur non plus multo arbitrarentur ... habere quam ... videre. *enuntiata*: Plin. nat. 37, 99 falsum arbitror, quod ... nasci prodiderunt. Hier. epist. 121, 8 non absque re arbitror, si requiram. Hier. epist. 107, 13 Anna ... indecens arbitrata, ut futurus propheta in eius domo cresceret.

b *aliorum verborum*: **α** Caecil. com. 88 has singulatim sapere, nos minus, arbitror. Plavt. Amph. 675 nunc ⟨me⟩ meum officium facere ... arbitror. Aul. 120. 757. Cist. 13 vos arbitrabor velle. Capt. 792. Cas. 243 scio plus quam tu me arbitrare *scire, cf.* Truc. 296. Mil. 403. 499 Trin. 789 *al.* *nota*: Trin. 1129 non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Ter. Andr. 563 Haut. 467 *al.* Eun. 207 censen posse me ... perpeti ...? :: tene? non hercle arbitror. Phorm. 939. *nota*: Ter. Hec. 215 an, quia ruri crebro esse soleo, nescire [me] arbitramini? Ad. 401 Hec. 839. Cato hist. 95 (Gell. 6, 3, 16) ego quidem arbitror Rodienses noluisse. 108 C. Gracch. Gell. 15, 12, 2 Varro ling. 7, 73. 9, 113. rust. 2, 4, 1 hostes arbitrati occasionem se habere. Cic. Quinct. 70 memoriam ... deleri arbitror oportere. Verr. 6, 147 *litteras* ad arbitrium suum confectas esse arbitratur. Att. 1, 11, 2 quod in epistula tua scriptum erat me iam arbitrari (*sc. te, cf. Boot ad h. l.*) designatum esse. epist. 13, 16, 4 *res tuas* litteris ... mandare cupiebat. posse arbitror. *cf.* Symm. epist. 8, 13 Amm. 28, 1, 4. 13, 7, 4 te existimare arbitror (15, 4, 13). Caes. Gall. 1, 2, 5 angustos se fines habere arbitrabantur. *passim. nota*: Caes. civ. 3, 6, 3 portus omnes timens, quod teneri ab adversariis arbitrabatur (-bantur **β**). Bell. Hisp. 32, 8 arbitrati sunt clanculum venisse (*sc. Pompeium*). Nep. Con. 4, 3 Liv. 1, 47, 3 *passim.* Val. Max. *saepe.* Lib. de praen. 2 Romanos arbitrandum est ... consuetudinem traxisse. Plin. nat. *et* Qvint. inst. *saepius.* Tac. dial. 25 arbitror Brutum ... detexisse. Germ. 4 *et passim.* Plin. epist. 1, 20, 24 *al.* Svet. Aug. 25. Fronto p. 20 N. consulatus mihi ... arbitror contigisse (*sic iungendum*). Tryph. dig. 20, 5, 12, 1 Vlp. dig. 15, 1, 3, 13 *al.* Apvl. met. 7, 9. Tert. spect. 12 arbitrari oportere *passim, cf.* Cic. Quinct. 70 div. Caec. 25 Verr. 3, 174. 4, 194 *al.* leg. agr. 2, 11 inv. 2, 13 *al.* de orat. 2, 309 Att. 9, 15, 5 Vitr. 9 pr. 3 Plin. epist. 9, 3, 2. *phrases*: quae ad te pertinere arbitrabor, ... curabo (*et sim.*): Cic. epist. 6, 4, 5. 6, 8, 3. 6, 22, 3. 13, 6, 4. 13, 68, 3. 13, 69, 2. *nota inf. praes. pro futuro*: Amm. 14, 2, 9. 26, 6, 10 *cf. p. 415, 47 sqq.* Lvcif. non parc. 19 tu tibi arbitraris contumeliam te pati. **β** *supplendum* esse: Enn. trag. 389 bene facta male locata male facta arbitror. Plavt. Aul. 418 istud male factum arbitror (Capt. 709). Mil. 1415 iure ... id factum. Aul. 212 quali me arbitrare genere prognatum? Pers. 554 munitum ... tibi visum oppidumst? :: ... pulchre munitum arbitror. Ter. Andr. 316 te arbitretur sibi paratum moechum. Titin. 15 me mandatam ... viro. Varro ling. 6, 97 satis multas *origines* ... positas. Cic. Quinct. 76 quem spoliatum fama ... arbitrabare. S. Rosc. 21. 140 *al. passim.* Caes. Gall. 5, 29, 2 *se* Caesarem arbitrari profectum. Nep. Pelop. 5, 1 Liv. 3, 13, 3. 32, 11, 8 pugnam coeptam. Plin. nat. 3, 134 Qvint. inst. 8 pr. 2. Ivl. dig. 41, 3, 33 pr. id ... introductum. Ter. Hec. 299 me ... uxorem in culpa inventurum. Acc. trag. 312 quemquam ... tuae paeniturum laudis. Cic. Quinct. 68 Hortensium ... dicturum. Caes. Gall. 5, 7, 7 nihil hunc ... facturum. Tac. dial. 5 *al.* Rhet. Her. 4, 54 *periculum* vitandum arbitretur. Cic. Verr. 3, 28 rationem reddendam. fin. 1, 42 *virtutes* expetendas. *usitatissima est structura cum gerundio, cf.* Cic. Verr. 3, 84. 157. 5, 132. 6, 124 Manil. 40 *al.* Cluent. 112 *al.* Catil. 3, 7. 4, 32 inv. 2, 11 de orat. 1, 33 ac. 1, 43 fin. 1, 1. 2, 100 *al.* Caes. Gall. 4, 13, 1 civ. 2, 31, 8 *al.* Bell. Afr. 59, 1 Sall. orat. Macr. 2 Liv. 23, 5, 10. 29, 17, 3 *al.* Val. Max. 2, 6, 11. 7, 2 ext. 1 Qvint. inst. 2, 3, 2. 2, 8, 11. 2, 21, 5 *al.* Frontin. strat. 1, 1, 4 *al.* Plin. epist. 1, 14, 8. 9 *al.* Fronto p. 153 N. Apvl. apol. 103 *al.* Vlp. dig. 1, 3, 34 *al.* Heges. 1, 30, 6. 1, 41, 10. 2, 8, 1 *al.* Avg. civ. 2, 9 p. 63 *al.* *nota ellipsin verbi*: Cic. Att. 15, 13, 3 Clodium arbitror nihil malitiose, quamquam —. sed quod egerit. *sim.* 16, 3, 2.

2 *adiecta sunt enuntiata per coniunctiones*: Ambr. off. 3, 8, 102 arbitror, quod ... possimus ignorare. Heges. 1, 32, 5. 1, 39 lin. 20 Web. 1, 44, 7. 3, 24 Vvlg. Matth. 10, 34. 20, 10. Hier. epist. 69, 7 arbitror, quod possumus. Boet. herm. sec. 6, 14 p. 475 si quis arbitretur, quoniam bonum laedit. Greg. Tvr. Andr. 24 *v. p. 415, 50.*

3 *obiectum est neutr. pron.*: Plavt. Aul. 140 idem ego arbitror. Cist. 372. Ter. Eun. 979 te arbitrari id, quod res est, velim. Hec. 762 non sunt solae arbitratae haec, ego quoque ... credidi. Cic. Verr. 5, 106 vetus est ... opinio ... insulam ... esse Cereri ... consecratam. hoc ... gentes sic arbitrantur. ac. 2, 146 qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset. Tusc. 4, 8 *al.* Att. 13, 32, 3 quod non arbitror. epist. 5, 21, 1. 10, 25, 1. 13, 73, 2 Nep. Alc. 6, 2 Cod. Iust. 1, 45, 2. *nota*: Tert. nat. 2, 2 quid de deis arbitraretur *Thales.* Boet. herm. sec. 6, 14 p. 471 opiniones, quae de contrariis aliquid arbitrarentur.

4 *obiectum latet*: Plavt. Cas. 284 ⟨te⟩ ... frugi hominem ... esse arbitror. :: ... quin, si ita arbitrare, emittis me manu? *cf.* Cic. Att. 12, 39, 2 abes — sic enim arbitror — (epist. 15, 15, 3). Plavt. Epid. 694 cedo manus ... :: ... arte colliga: nihil moror (vero *codd.*) :: obnoxiose :: facto opere arbitramino. Merc. 528 mea non es, ne arbitrere. Pers. 211 nemo homo umquam ita arbitratust :: at pol multi ita esse sciunt. Pseud. 633 potest, ut alii ita arbitrentur et ego ut ne credam tibi. Ter. Andr. 914 si ... hunc noris satis, non ita arbitrere. Eun. 110 matri ... puellam ... mercator dedit ... hinc abreptam :: civemne? :: arbitror; certum non scimus. Phorm. 871 quod *facinus audisti*? :: quodnam arbitrare? Hec. 529 credo: neque arbitrari patris est aliter (Cic. Mil. 83). Varro ling. 5, 83 pontifices ... a posse ...; ego a ponte arbitror. 6, 34. 7, 40. Rhet. Her. 4, 63 quem ego novi, vos non arbitror. Cic. div. Caec. 52 *an dices* iniuriam tibi fecisse Verrem? arbitror. Deiot. 24 Phil. 10, 15 de orat. 2, 84. 3, 139. Brut. 280 Calvum arbitror dicere. recte, inquam, arbitraris. ac. 2, 4. Att. 1, 1, 1 sunt qui ... Caesonium putent *competitorem esse.* Aquilium non arbitrabamur. 13, 34 Caes. Gall. 2, 4, 10. Apvl. apol. 53 non est in accusando versutia, ne tu arbitreris. Vvlg. Is. 10, 7 ipse ... non sic arbitrabitur, et cor eius non ita existimabit. Hier. epist. 22, 9 prandium portavit, arbitror rusticanum. ut arbitror: Varro ling. 5, 184 ea ... satis, ut arbitror, dicta. rust. 1, 2, 1. 1, 8, 7 ideo, ut arbitror, primum ... escendit vitis. Rhet. Her. 3, 1 quem, ut arbitror, tibi librum ... mittemus. Cic. S. Rosc. 82 criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est. Phil. 12, 28 *al.* de orat. 1, 4 Tusc. 3, 6 *al.* leg. 2, 58 (uti arbitror?). Att. 2, 1, 1 *al.* Cat. 39, 8 Bell. Afr. 7, 3 Liv. 7, 30, 6 Plin. nat. praef. 21 *al.* Qvint. inst. 2, 15, 37 *al.* Fronto p. 183 N. Apvl. met. 7, 9 Tert. anim. 58 Amm. 28, 6, 1 *al.* Veg. mil. 4, 30 Vvlg. I Petr. 5, 12 Hier. epist. 80, 2 Avg. civ. 2, 25 p. 91 *al.* 20, 20 p. 456 sicut arbitror. ut ego arbitror: Varro ling. 8, 23 Cic. div. Caec. 43 *al.* div. 1, 5 off. 3, 44 Att. 6, 6, 4 *al.* epist. 2, 10, 4 Liv. 1, 43, 13 *al.* Qvint. inst. 3, 11, 7 Fronto p. 61. 140 N. ut equidem arbitror: Plin. nat. 7, 104. 14, 148. 17, 1. quantum ego arbitror: Hier. epist. 18, 12 Avg. civ. 10, 32 *al.* Cic. epist. 12, 8, 1 ut arbitrabamur. Corp. I 201 add. p. 556 ita utei ante arbitrabamur. Cic. inv. 2, 12 ut nos arbitramur. Cic. p. red. 2, 12 quemadmodum nonnulli arbitrabantur. Att. 16, 5, 3 ut quidam arbitrantur. Caes. Gall. 1, 4, 4. Cvrt. 4, 6, 16 periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus (5, 2, 12. 10, 8, 23). Mela 1, 36 Plin. nat. 11, 196 *al.* Tac. ann. 15, 34 illic, plerique ut arbitrabantur, triste ... evenit. Plin. paneg. 5 ut tunc arbitrabatur ..., ut docuit eventus. *cf.* Hier. epist. 108, 7. Apvl. Socr. p. 117 Oud. Amm. 19, 6, 13 ut recte sentientes quidam arbitrabantur. *nota*: Cvrt. 3, 6, 10 vere, arbitror, sacro et venerabili ore.

syntactica ad IV: **a** *partic.* arbitratus *passim. nota abl. absol.*: Plin. nat. 27, 45 sanitatem praemio dari ... arbitratis maioribus.

arbitrans *admodum rarum*: Gloss. IV 311, 17 arbitrans ratus aestimans. Nep. Alc. 9, 1 Plin. nat. 14, 4. 18, 102. 247 *al.* Amm. 19, 6, 3. 26, 6, 11. 31, 15, 1 Vvlg. II Macc. 5, 6. 6, 24 Hebr. 11, 19 Hier. in Matth. 12, 32 epist. 5, 6. 117, 1 Svlp. Sev. chron. 2, 47, 5 Oros. apol. 2, 3. *al.* Hyg. fab. 16 p. 51, 2. 27 p. 56, 11. 96 p. 89, 23 *al.*

b *pluralis loquentis pro singulari*: Rhet. Her. 2, 16 sunt, qui arbitrentur, ... nos vero arbitramur. Cic. inv. 2, 11. 12. 150. 176 fin. 1, 12. 3, 24 nat. deor. 1, 7 Tusc. 2, 5 (*cf.* off. 2, 1). div. 2, 1 Att. 1, 19, 1 (1,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 1?). 2, 20, 3. 8, 11b, 1. 16, 16, 18 epist. 4, 2, 3 AVGVSTVS Suet. Claud. 4 CELS. dig. 31, 27 VLP. dig. 32, 11, 4. *pluralis patroni causam rei suam facientis*: CIC. Quinct. 92 Sull. 79 *al. cf.* Phil. 10, 1. 14, 1. c *subiecta sunt res pro personis* (*omitto nomina collectiva, ut* civitas, legio, populus, provincia, regio, Etruria, senatus, plebs): CIC. Font. 4 quae est ... ista accusatio, quae ... se confirmare crimen ... arbitretur? AMM. 29, 5, 30 gentium concussio arbitrata in se impetum fieri. MARTYR. gramm. VII 183, 13 integram ... esse dictionem noster animus arbitratur. d arbitramur, arbitramini *al. saepe in interrogationibus, quae dicuntur rhetoricae, cf.* CIC. Verr. 5, 77 Cael. 45 *al.* VAL. MAX. 8, 9 ext. 3.

synonyma: *ad I*: speculari, perspicere. *ad III*: aestimare, censere. *ad IV*: censere (*v. s. et* CIC. Phil. 5, 31 epist. 4, 9, 1 EDICT. Augusti dig. 48, 18, 8 pr.), credere (*v. s. et* TER. Ad. 748 PLANC. Cic. epist. 11, 13a), ducere (CIC. epist. 4, 7, 1 PLIN. nat. 37, 1), existimare (CIC. Tusc. 4, 8 nat. deor. 2, 74 Att. 13, 21, 5 epist. 5, 2, 3. 9, 15, 3 QVINT. inst. 4, 2, 9 FRONTO p. 41 N. EDICT. Augusti dig. 48, 18, 8 pr.), putare (*v. s. et* CIC. inv. 1, 68 Att. 4, 3, 5 ad Q. fr. 1, 3, 9 QVINT. inst. 3, 4, 4 *al.* VLP. dig. 12, 2, 11, 2 HIER. epist. 45, 5), videri (VLP. dig. 32, 11, 7). *cf.* DIFF. Suet. 287 Reiff. *lemmata*: putat existimat opinatur arbitratur suspicatur (GRAMM. suppl. 286, 3) *et* PRISC. gramm. III 274, 18.

opposita: certum esse (PLIN. nat. 16, 243), confirmare (CIC. Lael. 10), intellegere (CIC. epist. 5, 21, 1), scire (*v. s. et* Att. 13, 21, 3). *Hey.*

arbitum *v.* arbutum.

Arboc *v.* Arbee.

Arbocadama *v.* Acoraba.

Arbocala *v.* Albocola.

Arboditium *v.* Burtudizon.

Arbogastēs, -is *Francus, comes, qui Valentinianum II interfecisse putabatur. v. Seeck, PW. II 415 sqq. gen. in* -ī MARCELL. chron. II 62, 28 *et* 30. 15, 122. *nomen hexametro non aptum vitant* CLAVD. 7, 66 *sqq.* 8, 74. 22, 212 SIDON. carm. 5, 354 *sqq.* CASSIOD. hist. 9, 45 CHRON. I 298. 462. 463. 498. 629 *passim. alius, comes Treverorum* SIDON. epist. 4, 17 Sidonius Arbogasti suo s. *ad eundem datum est carmen* AVSPICI Migne 61, 1006; *dat.* Arbogasto *in praescriptione*. GREG. TVR. gl. conf. 91 Arboastis (-es *aliquot codd.*) quidam presbiter *Trevirensis*.

Arbona *v. sub* Arbor.

Arbōnius *nom. gent.* SEN. suas. 2, 19 Arbonium Silonem (arbronum *AB*). CORP. VI 1058, 1, 155 Q. Arbon(ius) Quintianus. CORP. XII 5686, 71 (*Viennae in vasculo*) Arboni m(anu). *cf.* Arabonius. *V.*

arbor, -is *f.* [*orig. inc. Th.*] ISID. orig. 17, 6, 1 arborum nomen ... ab arvis inflexum creditur. CHAR. gramm. I 43, 28 arbor arbŏris. 85, 27. 119, 1. 121, 6 PRISC. II 236, 10 PROB. IV 12, 18. 13, 36. 15, 23. 17, 16 MART. CAP. 3, 298 *al.* PAVL. FEST. 15 arbosem pro arbore antiqui dicebant, *unde apparet olim* arbos, -osis *fuisse* (*cf. et* arbustum), *usu servabatur nom.* arbos. QVINT. inst. 1, 4, 13 arbos labos vapos. PROB. gramm. IV 20, 9 quidam ... 'haec arbos' declinaverunt, sed melius 'or' terminabuntur, 'labor arbor'. MAR. VICTOR. gramm. VI 7, 32 ISID. orig. 1, 26, 23. [*val.* arbur, *it.* albero, *francog.* arbre, *hisp.* arbol. *M.-L.*] *nimis argute* ISID. orig. 17, 6, 3 arbor ... et fructifera et sterilis, arbos autem non nisi fructifera (diff. 44 GLOSS. IV 310, 19). *cf.* COD. Montepess. H 306 diff. ed. Beck p. 39 arbor dicitur omne lignum, arbusta tantum fructifera (ALBIN. gramm. VII 296, 13. *al. v.* arbusta). SERV. Aen. 1, 253 cum ... dicamus ... arbor ... plerumque, poetae 'r' in 's' mutant causa metri; 'os' enim longe est, 'or' brevis. *forma* arbos *poetis usitatissima, inprimis Vergilio, qui* arbor *omnino sprevit, in sermone pedestri rara est. cf.* FEST. 298 COLVM. arb. 20, 2 PRISC. gramm. II 142, 13 PORPH. Hor. carm. 1, 7, 23 SOL. 52, 49 PALLAD. 14, 39. CHAR. gramm. I 30, 6 'os' masculina et feminina ... haec arbos arboris. 91, 32 PRISC. II 154, 11. *al. masculine*: ITALA Primas. apoc. 7, 1 in ullo arbore (*A b*). 7, 3 ullum arborem (*A 1*). ITIN. Anton. Hier. 15 CORP. XIII 1780 GREG. TVR. Franc. 5, 3. *numero singulari pro plurali poetae saepe utuntur nec non alii ex. gr.* SVEIVS 1, 6 B p. 285 hoc genus arboris ... disseruere. PROP. 3, 3, 13 me Castalia speculans ex arbore (*i. luco*) Phoebus. OV. met. 2, 212 per opertos arbore montes. 7, 613 nec sufficit arbor in ignes. MART. 10, 51, 3 vestitur humus, vestitur et arbor. 11, 8, 4 arbore quod verna luxuriosus ager. CLAVD. 26, 19 arbore praesaga tabulas animasse loquaces. AVIEN. orb. terr. 1193 dives iacet arbore caespes. SALL. Iug. 1, 17, 5 ager arbori (*v. p. 422, 22*) infecundus. PAVL. FEST. 256 quod id genus arboris grave sit. COLVM. 5, 8, 3. PALLAD. 1, 42, 1 quibus (*falcibus*) in arbore utamur. *addito attributo*: OV. am. 3, 13, 7 densa praenubilus arbore lucus. LVCAN. 10, 304 quamvis arbore multa frondeat *Meroe*. STAT. silv. 4, 5, 9 nunc cuncta ... frondibus ... crinitur arbos. LACT. av. phoen. 9 consitus arbore multa lucus. CVRT. 7, 4, 26 alibi multa arbor et vitis. PLIN. nat. 3, 122 quoniam circa fontem arbor multa sit picea. 10, 202 insidunt ... pardi condensa arbore occultatique earum ramis .... 12, 19 raram arborem Meroen usque a Syene.

I ***arbor viva, virens.*** GLOSS. *δένδρον, δένδρα*, deaton id est albore, demton id est arbore.

A *agitur de genere*: 1 *pars universi*: SEN. nat. 2, 4, 2 genus animalium arbustorumque pars universi est ... unum autem animal et una arbor quasi pars. CIC. nat. deor. 1, 99 non modo in homine, sed etiam in arbore. 2, 82 non ... ut glebam ..., sed ut arborem, ut animal. 2, 127 et bestiarum genera et arborum omniumque rerum. Tusc. 1, 56. LVCR. 1, 774. 5, 783 principio genus herbarum ... terra dedit ... arboribusque datumst variis ... crescendi ... certamen ... inde loci mortalia saecla (*i. animalia*) creavit. 6, 676 ingens arbor homoque videtur et omnia de genere omni (-is *codd.*). HOR. sat. 2, 3, 73 fiet aper, modo avis, modo saxum et, cum volet, arbor (OV. met. 8, 735. 11, 244 ars 1, 762). SEN. epist. 58, 19 hominum piscium arborum. 124, 14 quattuor hae naturae sunt, arboris animalis hominis dei. PLIN. epist. 1, 20, 5 statuas, signa, picturas, hominum ... animaliumque formas, arborum etiam. APVL. met. 2, 1 Plat. 1, 11. CHALC. comm. 197 vers. arbos ales et ex undis animal, tum lactea virgo. HIER. epist. 117, 6 arbores bestiaeque ac silicum dura. AVG. civ. 5, 7 arbores ..., herbas ..., bestias serpentes aves pisces vermiculos. 5, 11. 6, 8 non omnis natura deus est, quia et hominis et pecoris et arboris et lapidis utique natura est. 8, 6. 12, 4. 19, 3 BOET. herm. sec. 3, 9.

2 *pars eorum, quae terra gignit*: CIC. nat. deor. 2, 98 terra ... vestita floribus herbis arboribus frugibus. Tusc. 5, 37 et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora. nat. deor. 2, 133. 152 nos fruges serimus, nos arbores. div. 1, 116 Cato 5. OV. fast. 4, 96 satīs causas arboribusque dedit. SEN. epist. 124, 11 aliquod arboris ac sati bonum. COLVM. 1, 8, 20 num aliqua vitis, num arbor, num fruges absint. 2, 1, 6 frutectis et arboribus delapsa folia. 3, 1, 2 arb. 1, 2. PLIN. nat. 8, 124 colorem omnium arborum fruticum florum. 10, 184 satīs arboribusque. 11, 5 fruges arboresque. 13, 31 arboribus, immo potius omnibus, quae terra gignat, herbisque. 13, 135 frutices arboresque; *passim.* TAC. hist. 2, 42 per locos arboribus ac vineis impeditos. 2, 70 protritis arboribus ac frugibus. APVL. Plat. 1, 11 PS. APVL. Ascl. 36. AMM. 18, 16, 14 nec arbores nec frutecta. 28, 6, 13. HIER. epist. 48, 2 arboris et segetis. VVLG. Iudith 2, 17 omnes ... arbores et vineas. Iob 30, 4. PLIN. nat. 19, 78 multis ... eorum (*raphanorum*) cortex crassior etiam quam quibusdam arborum. 19, 174 rosea ... arborum altitudinem aequat. 24, 112 *spina* magnitudine arboris iustae.

nota: COLVM. 3, 1, 2 tertium quiddam, quod nec arborem nec fruticem proprie dixerimus, ut est vitis (arb. 1, 2). PLIN. nat. 14, 9 vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. 14, 150. 16, 117 GAIVS inst. 4, 11. VLP. dig. 47, 7, 3, 1 vitem arboris appellatione contineri plerique veterum existimaverunt. ederae quoque et harundines arbores non male dicentur. FEST. 329 salicem ... virgulti genus, non arboris dicit. HOR. carm. 1, 18, 1 nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem. PLIN. nat. 13, 122 ferulam ... conveniat arborum ... generi adscripsisse. 24, 129 ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum essent. 27, 63 Theophrastus arboris genus intellegi voluit crataegon sive crataegona.

3 *per se ipsas spectatae*: VERG. georg. 4, 559 haec ... canebam ... super arboribus. PLIN. nat. 12, 2 par est ... arbores ante alia dicere. 19, 63. 24, 32. SERV. georg. 2, 126 in libris, quos de arboribus scripsit *Apuleius*. QVINT. inst. 5, 10, 56 non, quia est arbor, platanus est, at quod non est arbor, utique platanus non est.

a *de natura*: SEN. epist. 76, 9 corpus *habent* arbores. nat. 2, 2, 3 *corpora* non composita, ut arbor lapis. SERV. ecl. 8, 16 'teres' est rotundum et oblongum, ut columna arbor. ecl. 1, 1 patulum dicimus, quod patet naturaliter, ut ... arbor. *gubernabiles sunt*: OV. ars 2, 179 flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus. SEN. nat. 3, 29, 2 corpus natura gubernabile ut arbores. 2, 24, 2 SERV. auct. ecl. 6, 28.

α *de vita*: *animalium modo vivunt, sed sine ratione et sensu*: CIC. fin. 5, 39 arborem ... et novellam et vetulam et vigere et senescere *dicimus*. nat. 2, 133. SEN. epist. 93, 4 quomodo dicuntur arbores vivere. 124, 8 nec ratio *in arbore est*. 124, 14. PLIN. nat. 16, 181 corpori arborum, ut reliquorum animalium, cutis sanguis caro nervi venae ossa medullae. APVL. Plat. 1, 11 humi fixae vitam trahunt. TERT. anim. 19 arbores vivere nec tamen sapere secundum Aristotelem. SERV. Aen. 5, 81 motu carentes, vitam tamen habent; nam et nascuntur et crescunt et pereunt. AMBR. exam. 3, 13, 54. AVG. civ. 7, 23 modo quodam suo vivunt. 11, 16, 28. MACR. somn. 1, 14, 13 BOET. herm. sec. 3, 9. *in fabulis sensu sermone motu praeditae*: HOR. carm. 1, 24, 13 quid si Threicio blandius Orpheo auditam moderere arboribus fidem? (SCHOL. *ibid.* OV. met. 10, 90 *sqq.* HIER. epist. 117, 6). PHAEDR. 1 prol. 6 quod arbores loquantur, non tantum ferae. PLIN. nat. 17, 243 Epidii commentarii, in quibus arbores locutae ... reperiuntur. PROP. 1, 18, 19 si quos habet arbor amores.

e parvo natae lente crescunt: PLIN. nat. 17, 72 e tam parvo gigni arbores, tanto maiore tritici et hordei grano. OV. am. 2, 342 sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. rem. 85. HOR. carm. 1, 12, 45 occulto velut arbor aevo *crescit* (SCHOL. *ibid.* incrementa ... arborum nisi posteaquam creverint, non videntur). CVRT. 7, 8, 14 arbores magnas diu crescere. SERV. ecl. 10, 74 latenter, sicut arbores crescunt.

recreantur vere: VITR. 2, 9, 1 vere ... omnes arbores fiunt praegnantes et omnes suae proprietatis virtutem efferunt in frondem anniversariosque fructus. VERG. ecl. 3, 56 nunc omnis parturit arbos. COLVM. arb. 20, 3 vere, antequam germinare arbores incipiunt. PLIN. nat. 16, 100 PALLAD. 3, 17, 4. *fabulose*: CALP. ecl. 4, 111 stupefacta regerminat arbos. PLIN. nat. 16, 95 flos *arborum* est pleni veris indicium et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

anni renascentis. TRAG. inc. 135 arbores frondescere. HOR. carm. 4,7,1 diffugere nives, redeunt ... arboribus ... comae (OV. met. 2,408 fast. 3, 237). ELEG. in Maec. 1, 11. STAT. silv. 4, 5, 9 nunc cuncta veris frondibus annuis crinitur arbos. MART. 10,51,3. *decidunt folia autumno vel hieme*: SEN. epist 104,11 quod arboribus ... decidant folia. PLIN. nat. 10,44 cauda ... amissa cum foliis arborum (*de pavone*). *fabulose*: OV. met. 11,46 positis te frondibus arbor ... luxit. 13,690. OV. fast. 5,207 vere fruor semper ... arbor habet frondes *semper*. *translate*: TERT. idol. 15 tu lumen es mundi et arbor virens semper.

autumno sucum recipiunt: VITR. 2, 9, 2 autumnali tempore ... e terra recipientes ... arbores in se sucum recuperantur. LVCR. 1,1092 nec ... arboribus ... frondescere ramos posse, nisi a terris paulatim cuique cibatum — *sequitur lacuna*. *fabulose*: PLIN. nat. 16,238 in Protesilai sepulchro arbores *sunt*, quae ... inarescunt rursusque adolescunt. *amant montes, inprimis inferiores partes*: NEP. Milt. 5,3 arbores multis locis *sub montis radicibus* erant rarae. HOR. epod. 12, 20 nova collibus arbor inhaeret. PROP. 1,14,6 urgetur quantis Caucasus arboribus. OV. met. 2,212. 5,612. 12, 507. SEN. nat. 3,27,5 quaecumque in arduis arbor ... stetit. CVRT. 5, 4, 24 LVCAN. 3, 512 PLIN. epist. 8,17,4 APVL. met. 10, 30. CLAVD. rapt. Pros. 1, 161 pars cetera *Aetnae* (*i. inferior*) frondet arboribus. VERG. Aen. 1, 310 classem ... sub rupe cavata arboribus clausam ... occulit. CVRT. 6,6,23. OV. met. 12,212 arboribus tecto ... antro. VAL. FL. 4,177 spelunca ... arboribus contecta. COLVM. 9, 1, 5 saltus. VITR. 5, 6, 8 satyricae ... ornantur arboribus speluncis montibus. AMM. 31,10,9 calles. *proverbialiter*: OV. Pont. 4, 5, 41 prius ... carituros arbore montes ... quam .... OV. met. 3,708 monte fere medio est ... purus ab arboribus ... campus. 13, 911. *fabulose*: OV. met. 11, 157 monte suo senior *Tmolus* iudex consedit et aures liberat arboribus. COLVM. 1, 2, 4 colles vacui arboribus. OV. met. 15,296 tumulus ... sine ullis arduus arboribus. *agros, campos*: OV. met. 1,598 consita ... arboribus Lyrcea ... arva. NVX 87 felix, secreto quae nata est arbor in agro. LIV. 25, 39, 1 valles ... condensa arboribus. 30,38,8. 33,6,7. 36,22,10. COLVM. 2,2,8 *locus incultus* nemorosus arboribus. PLIN. nat. 5,33 Cyrenaicus ager ... arboribus fertilis habetur. MART. 11, 8, 4 arbore quod verna luxuriosus ager. TAC. hist. 2,42. 70. PLIN. epist. 6,3,1. AVIEN. orb. terr. 3,1193. SERV. georg. praef. *ager* consitus, id est aptus arboribus. VVLG. num. 13, 21 humus ... nemorosa an absque arboribus. CATO agr. 6, 1 ubi ager crassus et laetus est sine arboribus (VARRO rust. 1, 23, 7 COLVM. 2, 12, 7. 3, 11, 3). OV. fast. 5, 707 liber ab arboribus locus est, apta area pugnae. VEG. mil. 3,2 in ... aridis et sine opacitate arborum campis. *flumina*: VERG. Aen. 8, 95 longos superant flexus *fluminis* variisque teguntur arboribus. PROP. 4, 4, 14 multaque nativis obstrepit arbor aquis. LVCR. 3, 784 in aethere non arbor (5,128). *arbores densae vocantur silva, nemus, lucus, sim.*: VARRO rust. 3, 5, 12 silva manu sata grandibus arboribus [tecta]. LIV. 40, 22, 3 ut prae densitate arborum *in silvestribus locis* ... perspici caelum vix posset. SEN. epist. 33, 1 non est admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinem tota silva surrexit. CVRT. 9, 1, 10. PLIN. nat. 5, 14. 12, 66. 31, 53 IVV. 3, 16 SVET. Cal. 45 *al.* LVCAN. 6, 126 confraga densis arboribus dumeta tegunt. ISID. orig. 17, 6, 6 sunt nemora arbores maiores, umbrosae frondibus. OV. fast. 6, 9 est nemus arboribus densum. CVRT. 6, 4, 3 nemus prae altis densisque arboribus umbrosum. 9, 1, 13 LVCAN. 7, 837. APVL. met. 8, 18 nemus quoddam proceris arboribus consitum. ISID. orig. 17, 6. 7 lucus est densitas arborum. OV. am. 3, 13, 7 stat vetus et densa praenubilus arbore lucus. VAL. MAX. 1, 1, 19. SEN. epist. 41, 3 vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus. LVCAN. 3, 399 *sqq.* APVL. met. 5, 1 lucum proceris et vastis arboribus consitum. LACT. av. phoen. 9 consitus arbore multa lucus. CLAVD. rapt. Pros. 2, 290. ISID. orig. 17, 6, 8 saltus est densitas arborum alta.

β de virtutibus et damnis nonnullis: *excitant ignem*: LVCR. 1,897 ut ... arboribus vicina cacumina summa terantur ... donec flammae fulserunt. 5,109. VITR. 2,1,1 ventis densae crebritatibus arbores agitatae et inter se terentes ramos ignem excitaverunt. *nocent interdum*: CATO agr. 6,1 ubi ager ... laetus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet (VARRO rust. 1, 23, 7). PLIN. nat. 14,133 arborum radices procul abesse *a doliis vini oportere*. FRONTIN. aq. 126 arbores magis nocent *aquae ductibus*. 127. 129. VLP. dig. 8, 2, 17 si arborem ponat, ut lumini officiat. 44, 27, 1, 8 ne umbra arboris vicino praedio noceret. *umbram efficiunt*: PLIN. nat. 2,50 quia arborum ... umbras paribus iaciat intervallis *sol*. VAL. FL. 2, 46 occurrens umbris maioribus arbor. *de usu umbrae v. infra*.

γ de commodis et incommodis, quibus fruuntur et laborant: *iuvantur*: SEN. dial. 1, 4, 16 non est arbor solida nec fortis nisi in quam frequens ventus incursat. nat. 5, 18, 13. PLIN. nat. 17,10 aquilone *arbores* maxime gaudent. 16, 196. SEN. nat. 2, 6, 6 quid ... aliud ... virentes erigit arbores ac distendit in ramos ... quam spiritus intentio et unitas *aëris*? PLIN. nat. 17, 9 tempestiva frigora plurimum arborum firmitati conferunt. 17,12 cibus earum (*arborum*) imber (VITR. 2, 10, 1. 2. 8, 1, 6). 17, 14 alioqui vota arborum frugumque communia sunt nives diutinas sedere. GELL. 12, 1, 16. *ventis moventur*: ENN. sat. 3, 3 arbores vento vacant. trag. 152 LVCR. 1, 898. 5, 1098 OV. ars 2, 652 VITR. 2, 1, 1 SEN. nat. 2, 28, 3. FRONTO p. 209, 19 N. sicut arborum altissimas vehementius ventis quati videmus. *infestantur*: HOR. carm. 3, 1, 30 arbore nunc aquas culpante nunc torrentia agros sidera nunc hiemes iniquas (PORPH. *ibid.* plerumque ... sterilitas arboribus evenit per nimias aquas, interdum per siccitates, aliquando per violentiam frigorum). PLIN. nat. 17, 232 sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel flatus alicuius regionis proprius. *ventis*: LVCR. 1, 273 campos arboribus magnis sternit *vis venti*. VERG. ecl. 3, 81 triste ... arboribus venti. georg. 1, 444 arboribus ... Notus ... sinister. OV. met. 3, 730 iam ... male haerentes *frondes* alta rapit arbore ventus. SEN. dial. 6, 16, 7 quas (*arbores*) aut ventus radicitus evolsit aut ... turbo praefregit. POMP. dig. 7, 1, 19,1 arbores vento deiectas. VLP. dig. 38,2,24,9 *al.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 308 quantas violentior Auster decutit arboribus frondes. *nimia aqua*: VERG. Aen. 12,453 dabit ille (*nimbus*) ruinam arboribus. HOR. carm. 3, 1, 30. *frigore*: VERG. georg. 3,352 neque ullae ... apparent ... *in Scythia* arbore frondes. HOR. carm. 1, 22, 17 pigris ubi nulla campis arbor aestiva recreatur aura. OV. met. 8, 789 *Scythia* sine arbore tellus. trist. 3, 10, 75. 3, 12, 16 Pont. 1, 2, 25. 3, 1, 20. LIV. 40, 45, 1 arbores, quae obnoxiae frigoribus sunt. CVRT. 7, 3, 10. PLIN. nat. 17, 12 illa sunt noxia *arboribus* frigora, quae septentrionibus aut praeposteris fiunt horis. 217. *siccitate, calore*: SALL. Iug. 17, 5 ager *Africae* ... arbori (*sic P et* FRONTO p. 109, 5 N.) infecundus. SEN. nat. 3, 6, 2 squalidae ... sine arbore arenae *Africae* iacent. CVRT. 4, 7, 12 nulla arbor *in campis Cyrenensium*. COLVM. 2, 2, 25 arboribus viduum solum *Numidiae et Aegypti*. PLIN. nat. 7, 16. 11, 95. *fulmine*: PLAVT. Trin. 539 fulguritae sunt alternae arbores. LVCIL. 555. LIV. 27, 11, 2 tacta de caelo ... arbor. PAVL. FEST. 92 FEST. 295 SEN. nat. 2, 31, 2. 42, 1. 52, 2 SERV. ecl. 1, 17. *igne*: OV. met. 2,212 cum frondibus uritur arbor. PAPIN. dig. 18, 1, 58 arboribus ... absumptis igne. *herbis*: PLIN. nat. 16, 144 inimica arboribus *hedera*. 16, 151. 152. 243. *ab animalibus*: VARRO ling. 5,79 quod succidere dicitur arborum radices *lytra*. LIV. 21, 22, 8 serpentem ... cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri. PLIN. nat. 8,109 *castor* arbores ... caedit. 204 morsus earum (*caprarum*) arbori est exitialis. 9,155 arboris infixus radici necat *trygon*. 16, 220. 17, 219 vermiculantur magis minusve quaedam *arbores*, omnes tamen fere. 17, 228 depastam arborem *urucae* turpi facie relinquunt. 17, 231 culicum genera. 17, 265 arborum pestes et formicae. *morbidae et vitiosae*: PLIN. nat. 17,218 arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. communis vermiculatio et sideratio ac dolor membrorum. VARRO rust. 1, 1, 6 robigo frumenta atque arbores corrumpit (VVLG. deut. 28, 42). VERG. Aen. 3, 138 miserandaque venit arboribus ... lues. PLIN. nat. 12, 13 quoniam arborum etiam abortus invenimus. 15, 33. 17, 224 ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori. AVG. civ. 12, 4 vitia ... arborum. VLP. dig. 50, 15, 4, 1 si arbores aruerint. IVL. 8. 5, 18. *fabulose*: OV. met. 14, 407 vicina ... palluit arbor. SEN. Thy. 110 pallescit omnis arbor. *cadunt*: HOR. carm. 3, 4, 26 non *me* exstinxit arbor. 3, 8, 8 SVET. Dom. 15. ACT. Arval. (Corp. VI) 2 arborem ... vetustate cecidisse. 4. 48 VLP. dig. 43, 8, 2, 40. *proverb. et iocose*: PLAVT. Men. 375 folia nunc cadunt, praeut si triduom hoc hic erimus: tum arbores in te cadent.

δ de generibus variis: AMBR. exam. 3, 13, 54 quid ego enumerem quanta varietas arborum? VERG. georg. 2, 9 arboribus varia est natura creandis ... aliae ... ipsae sponte sua veniunt ... pars (13) posito surgunt de semine ... pullulat ab radice aliis densissima silva. COLVM. 3, 1, 1 arb. 1, 1 PLIN. nat. 16, 134 ISID. orig. 17, 7, 73. PLIN. nat. 16, 78 sunt ... arborum ... quaedam ... silvestres, quaedam urbaniores. 73 *sqq.* montes amant — montes et valles diligit — aquosis montibus gaudent — descendunt et in plana — aquas odere — non nisi in aquosis proveniunt. VERG. georg. 2, 116 divisae arboribus patriae. PLIN. nat. 16, 78 arborum aliis decidunt folia, aliae sempiterna coma virent. 83 CIC. Tusc. 5, 37. PLIN. nat. 16,121 arbores quaedam simplices ... quaedam fruticosi generis ... quaedam bifurcae atque etiam in quinas partes diffusae, quaedam dividuae nec ramosae ... quaedam individuae, ramosae ... quibusdam ramorum ordo ... aliis inconditus ... alia ab radice bracchiata ... alia in cacumine ramosa ... . AMBR. exam. 3, 13, 54 sunt ... arbores quae ... sucessionem sui, si forte caedantur, reparare non noverint, aliae quibus aut iuventas viret aut natura fecundior est, quibus excisio lucro potius quam ullo detrimento sit. *de aliis generibus v. s. B*.

ε de partibus arborum: *v.* ISID. orig. 17, 6, 14 *sqq. ubi inveniuntur* radix truncus liber rami virgultum flagella folia (cymae) germen fructus poma. PAVL. FEST. 367 termes.

ϛ de usibus variis: PLIN. nat. 12,1 hinc (*ex arboribus silvisque*) primum alimenta, harum fronde mollior specus, libro vestis. 12, 3 haec fuerunt numinum templa. 12,4 arbores postea blandioribus fruge sucis hominem mitigavere. 12,5 mille praeterea sunt usus earum sine quis vita degi non possit. arbore sulcamus maria terrasque admovemus, arbore exaedificamus tecta. AMBR. exam. 3, 13, 53 alia *genera arborum* ad usum data. *ascenduntur, subsidio sunt hominibus*: PLAVT. Aul. 678 inscendam aliquam in arborem. 706. 708. PROP. 3, 22, 33 Penthea non ... venantur in arbore Bacchae. OV. met. 8, 367 arboris insiluit ... ramis *Pylius*. SCRIB. LARG. 101 arbore alta delapsis (PLIN. nat. 27, 69). PLIN. nat. 8, 26 propinquas itineri eorum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*elephantorum*) conscendunt arbores. 8,57 conspecto leone ... arborem fuga petit. TAC. ann. 2, 17 quidam turpi fuga in summa arborum nisi. 11, 31. GAIVS inst. 3, 219 ut in arborem ascenderet *servus*. VERG. Aen. 10, 833 corpusque levabat arboris adclinis trunco. OV. epist. 15, 58 freta prospiciens arbore nixus eram. fast. 3, 26. CVRT. 8, 2, 38 arboris proximae stipiti se adplicuit. 8, 4, 7. 14. CLAVD. 1, 114 consederat arbore fultus acclines humeros. *bestiis*: PLIN. nat. 8, 33 iter *elephanti* ad pabula speculatus *draco* ab excelsa se arbore inicit. 8, 131 arborem aversi derepunt *ursi*. 10, 202 insidunt ... pardi condensa arbore. 32, 92 est rana parva arborem scandens. CAES. Gall. 6, 27, 3 his (*alcibus*) sunt arbores pro cubilibus, ad eas se adplicant atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt. PLIN. nat. 8, 39. VERG. georg. 3, 232 irasci in cornua discit *taurus* arboris obnixus trunco. Aen. 12, 105. LVCIL. 296 ut porcus contritis arbore costis. VERG. georg. 3, 256 fricat arbore costas *sus*. COLVM. 7, 6 PLIN. nat. 8, 117. 212. 18, 2. *impedimento sunt*: OV. fast. 5, 121 fregit *haedus* in arbore cornu. LIV. 27, 33, 2 in arborem inlatus ... cornu alterum galeae praefregit. COLVM. 2, 2, 26. 6, 2, 2 ne pavidi *iuvenci* ... arboribus ... se implicent noxamque capiant. PLIN. nat. 8, 8 STAT. Theb. 6, 938. *habitantur a deis silvestribus*: OV. fast. 4, 231 naida volneribus succidit in arbore factis; illa perit; fatum naidos arbor erat. CALP. ecl. 2, 54 sub arbore numen. SERV. ecl. 10, 62 hamadryades ... quae cum arboribus et nascuntur et pereunt .... dryades ... sunt quae inter arbores habitant. *a bestiis*: PLIN. nat. 8, 133 poma ... portant in cavas arbores *irenacei*. *praecipue ab avibus*: VARRO rust. 3, 5, 3 quod earum (*arborum*) aspectus ac desiderium marcescere facit volucres inclusas. VERG. Aen. 6, 202. OV. met. 15, 404 ponderibus nidi ramos levat arboris altae. LIV. 27, 4, 13 avis ... nidos in arboribus reliquisse. PHAEDR. 1, 13, 1 celsa residens arbore *corvus*. PLIN. nat. 10, 13 nidificant in arboribus *aquilae*. 10, 22; *passim*. VAL. FL. 7, 379 adsuetaque quaeritur arbor *pullis avis*. HOMER. 148 STAT. Theb. 5, 603 *al.* *a serpentibus*: PLIN. nat. 8, 139 ceterae *serpentes* arborum aut saxorum cavis *condi dicuntur*. 8, 85. VAL. FL. 1, 399. *ab araneis*: PLIN. nat. 11, 83 latitudo telae saepe inter duas arbores. *ab apibus*: VERG. georg. 4, 24 obviaque hospitiis teneat *examina* frondentibus arbos. 4, 44. 557. OV. fast. 3, 743 in arbore claudit inani Liber *apes*. LIV. 21, 46, 2 examen apum in arbore ... consederat, *al.*

implicantur hedera, sim.: CAT. 61, 34 ut tenax edera ... arborem implicat. PLIN. nat. 24, 83 milax. 24, 84 clematis. 25, 116 cissanthemos. 26, 36 ephedra. 133 AMM. 15, 2, 9 ISID. orig. 17, 9, 22. *de vite v. s. B δ*. PLIN. nat. 13, 129 *seritur* viscum in arboribus ... et celerrime arborem occupat (16, 249 VERG. Aen. 6, 206). 27, 72 dryopteris ... in arboribus nascitur. *expetitur umbra*: AMBR. exam. 3, 16, 65 quo refrigerante umbra defenderemur a sole. CAT. 64, 40 non falx attenuat frondatorum arboris umbram. LVCR. 2, 30 propter aquae rivum sub ramis arboris altae ... iucunde corpora curant. 5, 1393. VERG. georg. 2, 470 mollesque sub arbore somni non absunt. Aen. 2, 300. 7, 108. TIB. 1, 1, 27 sub umbra arboris. 2, 5, 96. PRIAP. 2, 6 Priape, qui sub arboris coma soles ... sedere. PROP. 2, 26, 31 una ... tecto arbor *erit*. OV. epist. 5, 13 saepe greges inter requievimus arbore tecti. *sic omnes scriptores*. *inciduntur ab amantibus*: VERG. ecl. 10, 53 meos incidere amores arboribus. CALP. ecl. 3, 89 hi ... ante ... figentur in arbore versus 'credere, pastores, levibus nolite puellis ...'.

suspenduntur vota in iis: CATO Prob. Verg. ecl. praef.: cum in arbore ensem viderunt, quem Orestes abiens reliquisse dicitur. TIB. 2, 5, 29 pendebat ... pastoris in arbore votum ... fistula sacra deo. PAVL. FEST. 57 capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant. STAT. silv. 4, 4, 92 votifera ... suspendit ab arbore vittas. APVL. met. 6, 3 dona pretiosa ... ramis arborum ... suffixas. SERV. auct. ecl. 6, 72 *vincla* fixa arboribus. *homines*: OV. am. 1, 12, 17 praebuit illa arbor misero suspendia collo. SEN. contr. exc. 5, 1 tot ille fundorum dominus aliena arbore suspendo laqueum. PLIN. nat. praef. 29 FLOR. 1, 38, 17 SERV. ecl. 8, 38 CLAVD. rapt. Pros. 3, 344.

alligantur ad eas homines et bestiae: VVLG. Iudith 6, 9 ligaverunt Achior ad arborem manibus. VARRO Men. 388 alius caballum arbori ramo in humili alligatum relinquit. FRONTIN. strat. 1, 5, 26 buculos.

de partibus singulis: *coronamentis serviunt*: OV. met. 1, 451 tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus. 9, 380. PLIN. nat. 21, 4 arborum ... ramis coronari in sacris certaminibus mos erat. *cibo*: CAES. civ. 3, 49, 2 prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium e manibus dimissuros. 3, 58, 3 adeo ut foliis ex arboribus strictis ... equos alerent. 5. SEN. dial. 5, 20, 3 sustinebant famem ... tenerrima frondium et cacumina arborum. epist. 110, 12. IVV. 12, 105 arboribus Rutulis ... pascitur *elephantus*. FRONTIN. strat. 4, 5, 18 foliis arborum ... vitam trahentes. VVLG. Iob 30, 4 mandebant ... arborum cortices.

remedio: COLVM. 6, 26, 4 sequenti triduo velut aeger *iuvencus castratus* cacuminibus arborum ... oblectandus. 31, 1. PLIN. nat. 22, 164 a vite ordiri medicinas arborum. 24, 129. *vestitui*: SEN. epist. 90, 16 non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? MELA 3, 26 viri ... velantur ... libris arborum. *tabellis*: OV am. 1, 12, 15 qui vos (*tabellas*) ex arbore vertit in usum. HIER. epist. 8 in corticibus arborum ... epistolarum adloquia missitabant — scriptores a libris arborum librarios vocavere. *sceptris, hastis, simulacris*: VERG. Aen. 12, 206 ut sceptrum hoc ... olim arbor (PRIAP. 25, 1). OV. met. 7, 672 ignota ex arbore factum ... iaculum. COLVM. 10, 32 truncum forte dolatum arboris antiquae numen venerare Priape. *serviunt crucibus*: OV. am. 1, 12, 18 carnifici ... praebuit illa *arbor* cruces. *rogis*: OV. met. 7, 613 nec sufficit arbor in ignes. 9, 230 arboribus ... in ... pyram structis (VERG. Aen. 6, 178). SEN. Herc. O. 1634. *signantur fines agri et templi arboribus*: VARRO ling. 7, 8 'ullaber arbor quirquir est ... templum tescumque festo in sinistrum' (*bis*). 7, 9 in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet. 5, 13 saepe ... ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem. 5, 74. rust. 1, 15, 1 sine saeptis fines praedi satione (sationis notis *cod.*) arborum tutiores fiunt. *de arboribus finalibus apud gromaticos v. Rudorff p. 267 sqq.*: *discernuntur* arbores antemissae *sive* intactae — plagatae notatae signatae clavicatae decussatae — insignes *sive* notae. *similiter* ICTI. CORP. XIII 1780 aram et signum inter duos arbores cum aedicula ... posuit. *usus genere non indicato*: LVCR. 6, 167 caedere si quem ... videas ferro procul arboris auctum. PAVL. FEST. 84 assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae. PLIN. nat. 24, 2 quae sternantur arbores difficilius caedi. 37, 192 sub arbore, quae caedatur; *similia multa*. *de usu in bellis*: CAES. Gall. 5, 9, 5 crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi. civ. 2, 15, 1 omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et convectis; *sic passim*. PROP. 4, 3, 19 occidat immerita qui carpsit ab arbore vallum. LIV. 6, 2, 9 ut ... vallum congestis arboribus saepirent. 9, 2, 9 angustias ... saeptas deiectu arborum; *saepe*. VITR. 10, 16, 12 cum ... arboribus excisis ... locus operibus exaggeraretur; *sim.* CVRT. TAC. FRONTIN. AMM. VEG. *al.*

c *de cultu religioso*: OV. fast. 4, 749 sedi ... sub arbore sacra. CVRT. 8, 9, 34 deos putant, quidquid colere coeperunt, arbores maxime. CALP. ecl. 1, 34 iuvat arbore sacra ... incidere carmina. PLIN. nat. 12, 3 haec fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant. 16, 249 nihil habent Druidae ... visco et arbore ... sacratius. 17, 267 arbores religiosas ... succidi permisit. IVV. 6, 544 magna sacerdos arboris. ALEX. ad Arist. p. 217, 1 K. ex sacris excesseramus arboribus. SERV. ecl. 3, 11 fuerat ... capitale supplicium arbores alienas incidere; *al.*

B *agitur de specie*: **1** *generatim*: **a** *de natura*: *α de vita*: SALL. Iug. 48, 3 *collis* vestitus oleastro ac murtetis aliisque generibus arborum, quae humi arido atque harenoso gignuntur. VERG. georg. 2, 57 quae seminibus iactis se sustulit arbos tarda venit seris factura nepotibus umbram. LIV. 5, 24, 2 nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. 6, 31, 8. PAVL. FEST. 92 felices arbores Cato dicit, quae fructum ferunt, infelices, quae non ferunt (*aliter* MACR. sat. 3, 20). SEN. dial. 11, 9, 1. benef. 7, 9, 2 lignum ... eo pretiosius ..., quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit nat. 3, 11, 4 sucidae arbores plus umoris desiderant. PLIN. nat. 16, 116 (*de arboribus*) silvestria omnia tardiora. quaedam ex his omnino nec maturescunt. 119. 16, 209 frigidissima quaecumque aquatica, lentissima ... quorum plaga contrahit se .... *sim.* PLIN. *passim*. PLIN. nat. 13, 120 andrachle est silvestris arbor. GLOSS. III 584, 25 arbor marina lotus. VARRO Serv. auct. Aen. 1, 649 Onesicritos ait in India esse arbores, quae lanam ferant, item Epicadus in Sicilia quarum .... VERG. georg. 2, 123 ubi (*in India*) aëra vincere summum arboris haut ullae iactu potuere sagittae (PLIN. nat. 7, 21). MELA 2, 16 raro usquam *Thracia* pomiferam arborem ... tolerat. PLIN. nat. 13, 140 frondem marinarum arborum tradidere in aqua (*in India*) viridem fuisse. 13, 141. 12, 37. 13, 51 Syria ... peculiares habet arbores; *al.* SERV. georg. 2, 122 haec (*India*) ... habet arbores magnas. GREG. TVR. glor. mart. 17 prope Hiericho habentur arbores, quae lanas gignunt. *β de frugibus*: VARRO rust. 1, 44, 4 ut mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores. NVX 7 prius arboribus ... certamen fertilitatis erat. PLIN. nat. 13, 4 unguentis cognomina dedere aliis patriae ... aliis arbores. 15, 35 reliqui arborum fructus vix specie figurave, non modo saporibus sucisque totiens permixtis atque insitis, enumerari queunt. 16, 33 Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum ferunt. 16, 116 in ipsis arboribus onustis peculiaris differentia; *sim. saep.* SIL. 15, 532 nulla mihi floret bacis felicibus arbor. QVINT. inst. 8, 3, 76 generosioris arboris statim planta cum fructu est. SVET. vita Verg. p. 55 Reiff. in speciem maturae arboris refertaeque variis pomis. AVIEN. Arat. 1785 ter fetum concipit arbos. AMBR. exam. 3, 15, 62 alia arborum genera tristiores ferunt sucos, alia dulciores, alia tardos, alia praematuros. CLAVD. 3, 149 nec me latuere fluentes arboribus suci. SERV. ecl. 9, 15 ilex ... glandifera arbor est. georg. 2, 291 *al.* TERT. anim. 21 quia arbor bona malos non ferat fructus nec mala bonos; *sim. saep. apud ecclesiasticos, secutos* Matth. 7, 17. 18 Luc. 6, 43. VITR. 8, 3, 13 non tantum in Syria et Arabia ... essent ... arbores turiferae. AVG. civ. 21, 7 de fructibus ... arborum Sodomitarum.

b *de usu*: *α fructuum*: VARRO rust. 2, 1, 4 e feris atque agrestibus ut arboribus ac virgultis [ac] decarpendo glandem arbutum mora poma colligerent. VERG. ecl. 1, 37 cui pendere sua patereris in arbore poma. georg. 2, 150 *in Italia* bis pomis utilis arbor. TIB. 1, 5, 31 cui dulcia poma Delia selectis detrahat arboribus. PROP. 3, 13, 26 divitiae quorum messis et arbor erant. OV. met. 14, 689 neque iam fetus desiderat arbore demptos. SEN. Herc. f. 910

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Arabes odoris quidquid arboribus legunt. COLVM. 10, 364 non aliter quam decussa pluit arbore nimbus vel teretis mali vel tectae cortice glandis. CALP. ecl. 2, 72 quam multa sub arbore nostra poma legam. PLIN. nat. 16, 1 pomiferae arbores quaeque mitioribus sucis voluptatem primae cibis attulerunt ... glandiferas, quae primae victum mortalium aluerunt. MART. 13, 42 de Nomentanis ... damus arboribus. FRONTIN. strat. 4, 3, 13 pomiferam arborem ... intactis fructibus relictam. APVL. apol. 22 arbores plurimas et frugiferas ... sprevit. *sim. saep.* *β ad remedia*: PLIN. nat. 23, 166 hactenus habent se medicinae urbanarum arborum, transeamus ad silvestres. *γ ad varias res*: VARRO Non. 182, 19 a novo marito cum ... e foco ⟨ignis⟩ in titione ex feleici arbore et in aquali aqua adlata esset. GELL. 10, 15, 28 quod in rica surculum de arbore felici habet *flaminica Dialis*. 11. *δ ad iniungendas vites*: COLVM. arb. 16, 1 vitem maxime populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. COLVM. 5, 6. 5, 7 est et alterum genus arbusti (*sc. vitiferi*) Gallici, quod vocatur rumpotinum. id desiderat arborem humilem nec frondosam, cui rei maxime videtur esse idonea opulus (VARRO rust. 1, 8, 3 PLIN. nat. 14, 2). *has inprimis arbores spectant de vite agentes*: CATO agr. 47 si pecus pascetur, ubi vitem serere voles, ter prius resicato, quam ad arborem ponas. ubi V nodos veteres habebit, tum ad arborem ponito. VARRO rust. 1, 8, 4 ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. 1, 8, 7. CAT. 61, 107 velut adsitas vitis implicat arbores. VERG. ecl. 5, 32 vitis ut arboribus decori est. georg. 2 *saepe*. HOR. carm. 4, 5, 30 vitem viduas ducit ad arbores. COLVM. arb. 16 *sqq.* 5, 6 *sqq. et* PLIN. nat. 14 *uberrime de his arboribus loquuntur*. QVINT. inst. 1, 2, 26 ut vites arboribus adplicitae inferiores prius adprehendendo ramos in cacumina evadunt. PALLAD. 3, 10 tit. de vitibus arboribus applicandis. 3, 13 AMBR. exam. 3, 12, 49 ISID. orig. 17, 5, 2. 11. *ε ad fabricam*: VITR. 2, 9 FAVENT. 12 PALLAD. 12, 15 *uberius explicant quae quibus temporibus arbores materiae aptae sint.* CIC. div. 2, 33 arbores ... ut hiemali tempore cum luna simul senescente ... tempestive caedi putentur. OV. epist. 15, 107 Troïa caeduntur ... pineta ... quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis. GRATT. 142 ubi proceris generosa stirpibus arbor se dederit *ad hastile*: PLIN. nat. 16, 61 materiae ... causa reliquas arbores natura genuit. 16, 192 classem Duilli ... ab arbore LX die navigasse (FLOR. 1, 18, 7). 16, 221 in Tylo ... arbores esse, ex quibus naves fierent. VAL. FL. 3, 353 Peliacis caderet cum montibus arbor. 8, 289 (*cf.* CIC. fat. 35). SERV. auct. georg. 1, 256 melius ... arbores luna decrescente caeduntur. VEG. mil. 4, 8 intercisi ex validissimis arboribus cylindri, quas taleas vocant. 4, 35 observandum ..., ut a quintadecima luna usque ad vicesimam secundam arbores praecidantur.

c *de cura et cultura*: *latiore sensu*: HOR. carm. 2, 14, 22 neque harum, quas colis, arborum te praeter invisas cupressos ulla ... sequetur. SEN. dial. 7, 17, 2 cur arbores nihil praeter umbram daturae conseruntur? *de frugiferis*: *α generaliter*: COLVM. arb. 1, 1 quoniam de cultu agrorum abunde ... praecepisse videmur, non intempestiva erit arborum ... cura, quae vel maxima pars habetur rei rusticae. COLVM. 3, 1, 1. PLIN. nat. 17, 58 nunc de iis arboribus dicemus, quae cura hominum atque arte proveniunt. *β specialiter*: VARRO rust. 1, 39, 3 cum semina sint fere quattuor generum, ⟨quae natura dedit⟩, quae transferuntur e terra in terram viva radice, quae ex arboribus dempta demittuntur in humum, quae inseruntur ex arboribus in arbores. LVCR. 5, 1361 *sqq.* VERG. georg. 2, 9 *sqq.* hos natura modos primum dedit — hic plantas ... abscindens de corpore matrum deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo — silvarumque aliae pressos propaginis arcus exspectant et viva sua plantaria terra — nil radicis egent aliae summumque putator haud dubitat terrae referens mandare cacumen. COLVM. 5, 10, 6 (*locus lacunosus*). arb. 20, 1 semina si ex arboribus sumes — si cum radice plantam posueris — arbos insita fructuosior. PLIN. nat. 17, 58 *arbores* aut semine proveniunt aut plantis radicis aut propagine aut avolsione aut surculo aut insito aut consecto arboris trunco. *in enumerandis singulis generibus culturae qua in re scriptores multa verba faciunt, sufficiant haec*: *de semine*: VARRO rust. 1, 40, 1. 2 VERG. georg. 2, 47 *sqq.* COLVM. *l. l.* PLIN. 17, 59—64. *de translatione plantae cum radice*: VARRO rust. 1, 40, 3 COLVM. *l. l.* PLIN. nat. 17, 65. 66. *de avolsione*: PLIN. nat. 17, 67. *de propagatione*: CATO agr. 51. 133 propagatio pomorum, aliarum arborum. PLIN. nat. 17, 96. 97. *de surculis depositis*: VARRO rust. 1, 40, 4 COLVM. arb. 20, 3 PLIN. nat. 17, 67 *sqq.* 163 nasci surculis etiam, quibus non sit articulatio, arbores non omittendum videtur. *cui generi curae adnumeres* 'serere arborem' *incertum est*: CAECIL. com. 210 serit arbores, quae saeclo prosint alteri. VARRO rust. 1, 2, 16 cum homines ... neque scirent ... serere arbores. 1, 7, 4 quae arbores in ordinem satae sint. CIC. Cato 57 quid de ... arborum ordinibus ... plura dicam? 59. LIV. 10, 24, 5 quam arborem conseruisset (*sic codd.*). PLIN. nat. 18, 337. 34, 138. SERV. georg. 2, 267 quia de seminario loquitur, arborum bene segetem appellavit. MACR. sat. 7, 16, 30. *item* 'ponere arborem': COLVM. 11, 1, 29 vulgare illud de arborum positione rusticis usurpatum, 'serere ne dubites'. LEX arae urb. (Corp. VI 826) 15 arborem ponere. PLIN. nat. 17, 23 in aquilonem obversas ... arbores poni suasere. 18, 334. AVG. civ. 5, 7 dies accommodatos ponendis ... arboribus. *de insitione, inoculatione, emplastratione*: VARRO 1, 40, 5. 6 VERG. georg. 2, 73—82 COLVM. 5, 11 arb. 26, 1 PLIN. nat. 17, 99—122 PALLAD. 3, 17. 14, 41—44 SERV. georg. 2, 69 ISID. orig. 17, 6, 11. CIC. Brut. 213 tanquam in unam arborem plura genera *insita*. OV. rem. 196 stetque peregrinis arbor operta comis. medic. 6. COLVM 10, 38 quo *sidere* ... aliena stirpe gravata mitis adoptatis curvetur frugibus arbos. APVL. flor. p. 21 Oud. *homines* nec inoculandae arboris *periti*. *de aliis generibus culturae*: SEN. clem. 2, 7, 4 qui (*agricolae*) non tantum rectas procerasque arbores colunt; illi⟨s⟩ quoque, quas aliqua depravavit causa, adminicula ... adplicant; alias circumcidunt, ... quasdam ... nutriunt, quibusdam ... caelu⟨m⟩ aperiunt. *de putatione*: CATO agr. 32 arbores mature face incipias putare ... arbores hoc modo putentur .... 37, 5. VARRO ling. 6, 63 putator, quod arbores puras faciat (PAVL. FEST. 216). rust. 1, 27, 3 hieme putari arbores. CIC. de orat. 1, 249 quid arborum putatio *sit*. LVCR. 5, 936 arboribus veteres decidere falcibus ramos. COLVM., PLIN., PALLAD. *passim*. FEST. 348 sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti suptus lucem mittere; conlucare autem succisis arboribus locum inplere luce. PAVL. sent. 5, 6, 13. *de pampinatione*: PLIN. nat. 17, 7 unde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen (*cf.* VARRO rust. 1, 2, 9). *de ablaqueatione, circumfossione, obrutione*: CATO agr. 27 arbores ablaqueato. COLVM. arb. 10, 4 arbores, quo citius ablaqueaveris, erunt valentiores. 11, 2, 40 arbores ... ablaqueatas circumfodere et operire. 11, 2, 54. 79. 82. PLIN. nat. 18, 322. ISID. orig. 17, 2, 4 occare ... est operire terra ... arbores (PALLAD. 6, 4). *de aquatione et stercoratione*: CATO agr. 36 amurcam spargas vel inriges ad arbores; *sim. al.* COLVM. 2, 13, 4 arbores ... quae maiorem in modum laetantur eius modi alimento (*i. stercore*). PLIN. nat. 18, 230 eodem tempore conveniet arbores stercorare. 17, 48 *qui pulverem* arborum ... radicibus adspergant. SEN. epist. 86, 21 omnes istas arbores, quae, ut ita dicam, grandiscapiae sunt, ait aqua adiuvandas.

2 *singillatim*: **a** *coniuncto speciei nomine cum voce* arbor: *casu eodem*: VARRO rust. 1, 2, 20 arbor olea. PLIN. nat. 12, 78 arborem bratum. 12, 79. 13, 117. 24, 50. 37, 204. QVINT. inst. 8, 6, 58 arbor pinus et olea et cupressus. SVET. Vesp. 5 SERV. ecl. 5, 10 FVLG. myth. 8 SVLP. SEV. *al.* VARRO rust. 3, 16, 24 ex olea arbore. PAVL. FEST. 37 ex corno arbore. 87 fagus arbor. PLIN. nat. 14, 101 ex loto arbore. 15, 77. 17, 221. 24, 116 TAC. hist. 2, 78 AMM. 23, 5, 7. *casu genetivo*: LIV. 24, 3, 4 proceris abietis arboribus. COLVM. 2, 14, 2 pomorum arboribus. PLIN. nat. 12, 29 piperis arborem. 12, 54. 67. 76. 16, 136. 223 PALLAD. 3, 25, 30. 4, 10, 11. 15 *al.* AVG. civ. 18, 9 categ. 1 COLVM. 5, 11, 13 ab arbore olivae. 14 arborem fici. STAT. Theb. 12, 492 SVET. Iul. 94 PORPH. Hor. epod. 16, 46 ARNOB. nat. 5, 7 PALLAD. 3, 25, 4 ITIN. Silv. 8, 3, 5 ITIN. Hier. Anton. 41 AVSON. 294, 3 AMM. 24, 3, 12 AVG. categ. 1 *al.* *pro nomine adiectivum sive adiectivum substantivi vice fungens ponitur*: COLVM. 5, 11, 14 arboris ficulneae. 10, 242 arbor Punica. 10, 413 Livia. arb. 27 ficulnea. FLOR. 2, 33, 50 taxeis. APVL. met. 8, 22 ficulneae. COMM. inst. 2, 14, 10 ficulna. ACTA Arval. (Corp. VI) 2, 55 ilicina. COLVM. 11, 2, 56 ficulneis arboribus. PLIN. nat. 13, 60 Persicam arborem (15, 45). 15, 39 Punicis. 24, 6 Syrticam. IVST. 36, 3, 4 piceis.

b *voce* arbor *variandi causa pro specie, de qua agitur, posita*: *sufficiant ex innumeris locis hi*: CATO agr. 93 deinde ad oleam circumfundito. ad arborem maxumam urnam commixti sat est: ad minores arbores pro ratione indito. et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient. VARRO rust. 1, 16, 6 non possis recte secundum eam silvam *querqueti* serere oleam, quod usque eo est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam .... Men. 424 cacumina morientum in querqueto arborum aritudine. BELL. Afr. 50, 1 olivetum vetus crebris arboribus condensum. OV. met. 12, 357 annosam pinum ... temptat ... (361) non tamen arbor iners cecidit. SEN. contr. exc. 5, 5 dives pauperem vicinum rogavit, ut sibi arborem venderet ... dives incendit platanum ... pro arbore pollicetur quadruplum. COLVM. 5, 9, 12 cum *oleae* subiectus ager consitus non est, arbor coliculum agit. PETRON. 131 postero die ... in eundem platanona descendi ... coepique inter arbores ducem itineris expectare. PLIN. nat. 13, 58 huic similis ... Cypria ficus ... caudex arboris similis populo, folium ulmo. *inprimis cum de frugibus agitur*: VERG. ecl. 3, 70 silvestri ex arbore lecta aurea mala decem misi. HOR. sat. 2, 4, 22 qui nigris prandia moris finiet, ante gravem quae legerit arbore solem. epod. 16, 46 suam ... ficus ornat arborem. OV. fast. 2, 263 dum ... haerebit in arbore ficus (*proverb.*). COLVM. 10, 403 descendit ab arbore ficus; *al.*

c *in antonomasia, quam dicunt, plerumque mythologice*: *cf.* PLIN. nat. 12, 3 arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur, ut Iovi aesculus, Apollini laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus. PHAEDR. 3, 17, 4 *fere idem; praeterea*: pinus Cybebae. *laurus*: OV. met. 1, 558 *de Daphne*: 'arbor eris certe' dixit *Apollo* 'mea'. fast. 3, 139 ianua ... viret arbore Phoebi. MART. 4, 45, 5 sic te, *Phoebe*, tua diligat arbor. *olea*: OV. met. 6, 102 operisque sua facit arbore finem *Minerva*. 6, 335 incumbens cum Palladis arbore palmae. ars 2, 518 NVX 18 SIL. 1, 238. STAT. Theb. 12, 633 dubiis donec nova surgeret arbor rupibus (*Acropoli*). MART. 1, 76, 7. *laurus aut olea*: STAT. Theb. 2, 737 ab arbore casta (SCHOL. oliva sive lauro). *quercus*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. met. 1, 106 quae deciderant ... Iovis arbore glandes. 10, 90 non Chaonis afuit arbor. Verg. georg. 2, 67 Sen. Oed. 728ª. *populus*: Verg. georg. 2, 66 Herculeaeque arbos umbrosa coronae. Plin. nat. 37, 30 Phaethontis ... sorores ... mutatas in arbores populos. Ov. met. 2, 362 trist. 3, 4, 29. *pinus*: Stat. Theb. 10, 174 pavet ... respersa ... cultrix arbor (Schol. pinus quae colitur in sacris Matris deum). Ov. met. 10, 103 Arnob. nat. 5, 5 *sqq.* Carm. c. pag. (poet. min. III 41) 108. Fast. Philocal. Corp. I 1² p. 260 (22 Mart.) arbor intrat. *cupressus*: Ov. met. 10, 106 Cupressus, nunc arbor, puer ante. *murra*: Prop. 3, 19, 16 arboris in frondes condita Myrrha novae. Ov. met. 10, 310 *sqq.* Ib. 503 qui ... letavit ... arbore natum ... aper.

d *arbores fabulosae*: *Hesperidum*: Cic. carm. frg. 33, 43 *haec dextra Herculis interemit* draconem auriferam optutu adservantem arborem. Lucr. 5, 34 Verg. Aen. 4, 485 (Serv. auct. *ibid.*) Ov. met. 4, 645 Nvx 112 Lucan. 9, 365 Sil. 4, 637. *Phrixea*: Ov. met. 7, 149 superest ... sopire draconem qui ... custos erat arboris aureae. Val. Fl. *saepius*. *Proserpinae et inferum*: Verg. Aen. 6, 136 latet arbore opaca aureus ... ramus, Iunoni infernae dictus sacer. Sil. 13, 600. Macr. sat. 3, 20, 3 arbores, quae inferum deorum ... in tutela sunt, eas infelices nominant. *Tantali*: Ov. met. 4, 459 tibi Tantale ... quae ... inminet, effugit arbor. Sen. Ag. 852. *apud christianos arbor vitae et paradisi*: Tert. scorp. 12 victoribus promittit arborem vitae. Avg. *passim*. Tert. ieiun. 3 acceperat Adam a deo legem non gustandi de arbore agnitionis. Hier. epist. 51, 5 Avg. civ. 13, 20 *al.*

e *nomine speciei omisso sive ignoto*: Lucr. 6, 786 est ... Heliconis montibus arbos floris odore hominem taetro consueta necare. Vitr. 8, 3, 15 ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo colore.

f *translate*: arbor iuris Isid. orig. 9, 6, 28 tit. *gradus cognationum significans prius aedificii formae vel scalarum comparatos, v. Huschke, Iurisprud. anteiust. p. 631.* Vigil. Tolet. epist. (Migne 13, 554) 5 qui securem ab infecunda gentilitatis arbore defendat.

II *significat arbor partem modo arboris*: *v. Müller, Sitzber. Wien. Akad. Wiss. vol. 94 p. 159.* Plin. nat. 16, 48 abies ... arbore (*i. trunco*) rotundior. 16, 65 crassior arbore, materie candida. Isid. orig. 17, 6, 14 physici dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum. *tropice pro ramo*: Plin. nat. 16, 242 ilex ... decem arbores emittens singulas magnitudinis visendae (*cf.* Plin. nat. 16, 124 rami longiores validioresque ... ut dixisse totidem arbores liceat. Svet. Vesp. 5).

III ***lignum, trabs***: Gloss. *κῆλοι*. Verg. georg. 1, 262 cavat arbore lintres *agricola*. Liv. 21, 26, 8 novas ... alias *naves* primum Galli incohantes cavabant ex singulis arboribus. Plin. nat. 16, 203 Amm. 14, 2, 10. 24, 4, 8. 31, 4, 5. Vitr. 2, 1, 4 apud nationem Colchorum in Ponto ... arboribus perpetuis planis dextra ac sinistra in terra positis, spatio inter eas relicto quanto arborum longitudines patiuntur *e. q. s.* Stat. Theb. 10, 841 innumerosque gradus gemina latus arbore clusos aerium sibi portat iter (*i. scalas*). Ivvenc. 4, 661 iam ... pendebat in arbore corpus *domini*. Clavd. 26, 19 *licet Minervam* arbore praesaga tabulas animasse loquaces.

IV *in torculari* ***stipites bini, qui preli linguam recipiunt***: *Blümner, Technologie und Terminologie* I 337 *sqq.* Cato agr. 12 in torcularium quae opus sunt ..., qui arbores conprimat si dishiascent. 18. 19. Plin. 18, 317 intra C annos inventa Graecanica *pressura* mali rugis per cocleam ambulantibus, ab aliis adfixa arboboris stella, aliis arcas lapidum adtollente secum arbore (*locus intellectu difficilis*).

V ***in re nautica***: **1** *malus navis*: Gloss. arbor navis *ἱστὸς πλοίου, ἱστός, κατάρτιος*. Prob. gramm. IV 215, 25 malus ... arbor navis. app. 201, 6 si malum producte proferatur ..., arbor navis necesse est ut intellegatur. Caper VII 100, 16 hic malus arbor navis. Serv. Aen. 5, 487 malus arbor navis (Isid. orig. 19, 2, 8). *addito genet.* mali: Verg. Aen. 5, 504 infigitur *sagitta* arbore mali. Hier. epist. 125, 3 in summa mali arbore. *absolute*: Ov. met. 11, 476 cornuaque in summa locat arbore totaque malo carbasa deducit. 11, 551 frangitur incursu ... turbinis arbor. Germ. 621 cum pia Virgo nascitur, illa Ratis *Argo* media plus arbore lucet. Lucan. 8, 178 quidquid descendet ab arbore summa Arctophylax. 9, 332 arboribus caesis. Petron. 114 non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus. Plin. nat. 17, 71 his principiis ... nasci ... arbores velis. 19, 5 quamvis amplitudini antemnarum singulae arbores sufficiant. Val. Fl. 1, 496 celsior arbore pontus. Sil. 3, 129 pendentibus arbore nautis. Stat. Theb. 5, 373 puppemque insana flagellat arbor. *passim*. Hyg. fab. 125 p. 108, 13 se ... ad arborem malum (*sic ed. pr.*) constringi iussit; *sed vereor ne* malum *glossema sit.* **2** *remus*: Verg. Aen. 10, 207 centenaque arbore fluctum verberat *Aulestes*. Serv. *ibid.* non ait remis, sed arboribus ad exprimendam navis magnitudinem. **3** *ipsa navis*: Ov. epist. 12, 7 cur umquam ... Phrixeam petiit Pelias arbor ovem?

VI ***cuspis***: Stat. Theb. 12, 769 ferrataque arbore magnos molitur iactus.

VII ***belua marina***: Plin. nat. 9, 8 maximum animal ... in Gaditano oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, ut ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. 32, 144 ut a beluis ordiamur, arbores ....

Bannier.

arbor *inservit nominibus formandis. geographicis*: **arbor sāncta** *locus regionis II Caelimontanae* Notit. Vrbis p. 35 Urlichs. **Arbor fēlīx** *castra Romana prope lacum Brigantinum*, Arbona, *hodie* Arbon. *cf. Mommsen, Corp. III p. 708 et 737.* Amm. 31, 10, 20 castra, quibus Felicis Arboris nomen est. Tab. Peut. 3, 5 Arbor felix. Not. dign. oc. 35, 34 tribunus cohortis Herculeae Pannoniorum Arbore. Itin. Anton. 237, 5. 251, 3. Ravenn. p. 231, 18 Arbore felix. mutatio **trēs arborēs** *quinta a Burdigala statio* Itin. Hier. 3, 13 (550, 3). **sex arborēs** *locus sacer in Aquitania*: Corp. XIII 129 sex arboribus Q. Fufius Germanus v. s. 132 sexs arbori deo (175). *fluvii*: **Arbor** *Asiae* Ravenn. p. 78, 9. *Galliae* (*hodie* l'Arche): Script. Merov. II 183, 5 Maurienna urbem super fluvium Arboris. *hominum*: **Arborius** *cognomen sequioris aevi* (*celticum?*), *noti maiores Ausonii* Caecilius Argicius Arborius, Aemilius Magnus Arborius, Magnus Arborius. Avson. 162. 163. 206, *de quibus vide Seeck, PW. II 419 sq. alius* Amm. 15, 3, 2 Arboreus (arborum *codd.*). *in versu*: Pavl. Petr. Mart. 2, 655. 5, 700 Arbŏrius. **Arbuscula,** -ae *nom. fem., libertarum plerumque. contracta forma* Arbuscla Corp. VI 12284. 12689. VIII 4914. XI 5852. Corp. inscr. Att. III 3006 *Ἀρβουσκλα, gen. in* -aes: Corp. VI 12214 Appuleiaes Q. l. Arbusculaes. 21653. Corp. I 1029 (= VI 12692) Atria C. l. Arbuscula. Cic. Att. 4, 15, 6 quaeris nunc de Arbuscula: valde placuit. Hor. sat. 1, 10, 76 audax contemptis aliis explosa Arbuscula dixit. Corp. VIII 12953 Arbuscula Caesaris n. Pia. III 2929 Quinctiliae Arbusculae. VI 5938 Arruntia Arbuscula 7229 Caecilia Q. l. Trypera (*sic*) Arbuscula. 7872. 9424. 9692 Arbuscula concub(ina) eius. 10374 *passim Romae.* VIII 2815. IX 341. 1905. XII 4618. XIV 1587. 3317 *passim. ingenuae*: V 4223 L. Clodius Arbusculae l. Auctus. X 5622 Pacciae Sex. f. Arbusculae. *semel tantum vidi* Arbusculus, -ī *nom. vir.* Corp. III 7482 Cl(audius) Arbusculus. **Arbustus,** -ī *nom. equi.* Corp. VIII 12508, 6 *Ἀρβοῦστον.* **Arbustius,** -a *nom. gent.* Corp. XIV 4007 L. Arbustio L. fil. Ann. Valentino Crem. ..... L. Arbustius Valens et C. Arbustius Vitalis f(ecerunt). XII 5423 M. Popilius Arbusttus (*sic*). X 4018 Arbusti have. II 4975, 8 *et* X 8059, 49 (*in signaculis*) Arbusti. *V.*

arboracia *καρδία δένδρου* Gloss. II 19, 9. II 24, 52 arboracia *καρδία δένδρου μακρά* (*μάκτρα Bücheler*). II 268, 11 *δένδρου καρδία* arborata. 567, 33 cor arb⟨or⟩is, quod est medulla. *vide ne sit* arborācea *n. plur.*

arborāns, -antis *m.* Gloss. II 517, 32 dentrites *i. δενδρίτης* (*v. l.* dentrices, *δασύτριχες*).

arborārius, -a, -um. *ab* arbor. Cato agr. 10, 3 (*inter instrumenta oleti*) falces ... arborarias V (*quibus arbores putantur*). 11, 4 (Varro rust. 1, 22, 5). *in arboribus vivens*: Plin. nat. 30, 147 arborarii pici. *locum habet genetivi arboris attributi vice fungens*: Sol. 11, 12 *in Creta* arborarii proventus abundantes. 23, 1 sive *vinearum* proventus respicere sive arborarios velis. *ad arbores pertinens*: Macr. sat. 3, 20, 3 Tarquitius Priscus in Ostentario arborario. *subst.* **arborārius,** -ī *m.* Gloss. *δενδροκόπος* arborarius *sive* arborum incisor. Gloss. (quae in amphitheatro:) dendrobatis, *δενδροβάτης* arborarius, *v. Funck, Archiv 8 (1893) 390.*

? **arborastrum,** -ī *n.* Ps. Galen. alph. 84 cod. Lucc. curalium nigrum arborastrum (arbor rustus *cod. Pal.*, arbor ustum *cod. Carn.*).

arborātor, -ōris *m. ab* arbor. *arborum putator*: Colvm. 11, 1, 12 nec minus *reperiatur bonus* arborator ... *vīlicus.* Plin. nat. 18, 330 frondem medio die, arborator, ne caedito. Notit. Vrbis p. 17 Urlichs *in regione XI*: aedem matris deum et Iovis arboratoris (arbitratoris *codd. recc.*).

arborēsco, -ēscere. *ab* arbor. *arborem fieri*: Plin. nat. 19, 62 tradunt ... malvas septimo mense arborescere.

arborētum, -ī *n. i. q. arbustum*: [*it.* albereto, *francog. vet.* arbroi, *hisp.* arboledo. *M.-L.*] Gloss. *δενδρῶν ὁ τόπος, δενδρών,* ubi arbores plures fiunt. Gell. 17, 2, 25 'convalles', inquit *Quadrigarius*, 'et arboreta magna erant', *ubi Gellius* 'arboreta' ignobilius verbum, 'arbusta' celebratius.

arboreus, -a, -um. *ab* arbor. Serv. auct. georg. 1, 55 arboreum ... aliqui duobus modis ... accipiunt. aliter in Aeneide de telo 'ingens arboreum' (*v. infra*) Cornificius 'ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur'. *attributi vice fungens*: Laber. mim. 125 ut hedera ... vires arboreas necat. Ov. met. 12, 514 sub pondere ... arboreo. Macr. sat. 5, 11, 9 molis. Verg. georg. 1, 55 arborei fetus *veniunt* alibi (Ov. met. 4, 125. 10, 665. 14, 625. 15, 97 Colvm. 10, 401 Cypr. Demetr. 3 Amm. 23, 6, 48). Sedvl. op. pasch. 1, 2 fructus (Cornif. *v. supra*). Serv. georg. 2, 121. Prop. 3, 16, 28 coma (Ov. am. 2, 16, 36 Ennod. dict. 1 p. 425, 2). Ov. met. 1, 632 frondibus (4, 637 am. 3, 5, 7. 8 Nem. cyn. 29). Ov. met. 10, 129 umbra (Carm. epigr. 1559, 12 Fvlg. myth. 1 praef. p. 6, 18 umbraculi). Ov. met. 8, 379 radice. Plin. nat. 21, 87 foliis. Stat. Theb. 7, 277 sinus. Clavd. 28, 240 cortice. Drac. laud. dei 1, 641 frontibus. Lact. Phoen. 29 genus arboreum. Drac. laud. dei 1, 186 chorus. Gloss. *δενδροειδής, -ές.* Verg. Aen. 1, 190 capita alta ferentis *cervos* cornibus arboreis (Greg. Tvr. glor. conf. 86 illa corneorum arboreorum armenta). Aen. 12, 887 telum. Plin. nat. 12, 20 hebeni genus. 16, 162 amplitudo. *ex arbore factus*: Prop. 3, 22, 37 arboreasque cruces Sinis. Plin. nat. 12, 5 simulacra numinum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Prisc. perieg. 742 turribus. *ex arbore constans*: Sidon. epist. 1, 5, 3 arborei metalli lacrimas.

arborius, -a, -um. Varro ling. 5, 137 falces fenariae et arboriae; *v.* arborarius.

Arborius *v. sub* Arbor.

arborōsus, -a, -um, *δενδροειδής*. Dioscor. 4, 113 frutex est arborosa. 156. 168.

***?*arborria**, -ae *f.* Ps. Apvl. herb. 198 Daci *eam* (*hederam*) *dicunt* arborriam. *Bannier.*

Arbula *cogn. vir.* Corp. IX 700 P. Vinius Arbula (= Carm. epigr. 824). *V.*

arbuscula, -ae *f.* [*ab* arbos, *deminutive. Th.*] *arbor novella, parva*: Varro rust. 1, 23, 6 in recentibus pomariis ... in ordinem ... arbusculis positis. Colvm. 5, 9, 6 quinquennio arbusculae *oleae* stabiles translationi sunt. 5, 9, 8. 5, 10, 7 si eodem scrobe ... tres arbusculas voles constituere. 5, 11, 13 fici arbusculum; *saepius; sim.* arb. 17 *sqq.* Plin. epist. 2, 11, 25 quid arbusculae tuae, quid vineae, quid segetes agunt? 1, 24, 4. 5, 6, 17. Fronto p. 7 N. in pomariis hortulisque arbusculae manu cultae rigataeque. Tert. anim. 19 illis (*arboribus*) necdum arbusculis, sed stipitibus adhuc et surculis. Itin. Silv. 3, 6. Pallad. *passim.* Optatvs p. 12, 9. 14, 20 Ambr. in psalm. 36, 14 Hier. vita Hil. 31 Marc. med. 33, 26. *arbor iam adulta, fruges ferens*: Varro rust. 3, 15, 1 in eo (*glirario*) arbusculas esse oportet, quae ferant glandem. Sen. contr. exc. 5, 5 domum perdidi qui carere ne arbuscula quidem poteram (*bis*). Val. Max. 9, 1, 4 qui decem arbuscularum umbram tricies sextertium summa conpensas (*bis*). Tert. adv. Marc. 1, 22 ob unius arbusculae delibationem. scorp. 5 ieiun. 3 Gavdent. 15 Hier. vita Hil. 31 Vita Caes. Arel. 4. *arbor parvi incrementi, fruticosa*: Colvm. 7, 6, 1 arbusculis frutetisque maxime gaudet *caper*. 8, 4, 2 in qua *regione* non possit huius arbusculae (*cytisi*) copia esse. 9, 5, 6. 7. Plin. nat. 13, 140 in alto quasdam arbusculas *fuisse*. 19, 180 praecipue si sint arbusculae aliquae *in hortis*. 37, 139 quae (*dendrachates*) velut arbusculis insignis est. Decl. in Cat. 54 domum constipatam multitudine arbuscularum. Apvl. met. 2, 4 arbusculis ... de lapide *saxi* florentibus. Prob. georg. 1, 148 arbuta sunt arbusculae, quae in silvis frequenter nascuntur. Hier. epist. 112, 22 *circeion* cito consurgit in arbusculam. Svlp. Sev. dial. 1, 19, 5 Greg. Tvr. Mart. 4, 15. *translate*: Plin. nat. 11, 121 pavonibus *e capite* crinitis arbusculis *exeuntibus*. *pedes machinae ad promovendas testudines factae*: Vitr. 10, 14, 1 supponantur in singulis intervallis eorum *transversariorum* arbusculae, quae graece *ἀμαξόποδες* dicuntur (*ter*). 15, 3.

Arbuscula *v. sub* Arbor.

arbuscular Not. Tir. 72, 94.

arbusculōsus, -a, -um. Gloss. II 444, 39 *σύνδενδρος* arbusculosus ramosus. *Bannier.*

Arbussōnius *nom. gent., Novariae tantum ut videtur.* Corp. V 6517 C. Arbussoni(o) Victor(i) eq. R. ... C. Arbussoniu⟨s⟩ Candidus pater. *idem* (*pater*) 6541. 6547. 6695 (*Vercellis*). *V.*

arbusta, -ae *f. fere idem quod arbor*: Greg. Tvr. vit. patr. 10, 3 alterius arboris ruinam cernens ... oravit 'ne pereat ... huius arbustae fructus'. *eandem formam puto subesse his locis*: Agroec. gramm. VII 118, 14 Beda *ibid.* 264, 17 Albin. *ibid.* 296, 13. Cod. Montepess. H 306 diff. ed. Beck p. 39 arbor omne lignum dicitur, arbusta non nisi frugifera. Isid. orig. 17, 6, 1 sementis ... surgit in arborem et infra parvum tempus, quam herbam videras, arbustam (*sic codd.*) suspicis. *v. sub* arbustum *l. 75—81.*

***?*arbusticola**, -ae *m.* [*ab* arbustum *et* colere. *Th.*] Anth. 682, 9 scrans aridus iolae spurce bruciole fataucle *T*; *emend. Hertzbergius* *scrans arbusticola spurce brevicole Fatucle.

Arbustus *et* **Arbustius** *v. sub* Arbor.

arbustīvus, -a, -um. *ab* arbustum. Colvm. arb. 4, 1 vites maxime gaudent arboribus ... hoc genus vitium arbustivum vocamus. Gloss. arbustivum vinum *ὁ ἐξ ἀναδενδράδων οἶνος*; quod ex vinea innexa arbustis fit. Colvm. 4, 1, 6 arbustivae positionis (*sc. vini*). 1, 8 arbustivae vitis (arb. 16, 4 Pallad. 3, 10 *bis*). 12, 41 de arbustivo genere. 12, 42, 1 musti arbustivi Aminei urna. Not. Tir. 72, 93.

arbusto, -āre. Plin. nat. 17, 201 Transpadana Italia ... cornu opulo tilia ... arbustat agros (*sc. vitis educandae causa*).

arbustulum, -ī *n. ab* arbustum *deminutive.* Avg. corrept. (Migne 44, 942) 14, 43 quolibet in agris vel arbustulis operante.

arbustum, -ī *n.* [*cf. c.* arbustus. *Th.*] Gloss. *ἀναδενδράς*, *θάμνος*, arboreta, loca ubi arbores nascuntur, vineae fructuosae, loca arborum vel breves arbores, loca spissa. Serv. ecl. 1, 39 arbusta fructeta. 3, 11 'arbustum' quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere sicut salictum (*supple sensu: non ubi vitis educatur*). Isid. orig. 17, 6, 2 arbusta (*sic codd.*), arbor novella et tenera ... et dicta arbusta quasi arboris hasta. alii arbustum locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut salictum (*deest nisi fallor Isidori aut librarii culpa enuntiatum simile ei quod apud Servium, cui* 'alii arbustum ...' *respondeat; v.* arbusta). Gell. 17, 2, 25 'arboreta' ignobilius verbum, 'arbusta' celebratius.

1 *ipsae arbores, hic illic inprimis parvi generis*: Sen. nat. 2, 4, 2 *aërem* quasi partem mundi voco ut animalia et arbusta. nam

genus animalium arbustorumque pars universi est. Naev. trag. 24 ingenio arbusta ubi nata sunt, non obsitu. Enn. ann. 188 incedunt arbusta per alta. 192 omne sonabat arbustum fremitu silvai frondosai. Cic. Arat. 114 foliorum tegmine ... arbusta ornata. div. 1, 49 beluam ... omnia arbusta virgulta tecta pervertere. Lvcr. 1, 283 decursus aquai ... coniciens ... arbusta ... tota (Verg. Aen. 10, 362 Val. Fl. 3, 102 Stat. Theb. 8, 462). 1, 808. 821. 2, 1016 fruges arbusta animantis. 2, 189. 594. 699. 994 fruges arbustaque — humanum genus et fruges arbustaque — herbarum genera ac fruges arbustaque. 5, 671 arbusta ... certo dimittunt tempore florem. 6, 141 *flatus* arbusta ⟨e⟩volvens. Sall. Iug. 48, 3 ea (*planities*) consita arbustis. 53, 1 ager arbustis consitus. Verg. ecl. 2, 13 resonant arbusta cicadis (georg. 3, 328 Copa 27). ecl. 4, 2 non omnis arbusta iuvant humilesque myricae. 5, 64. Manil. 5, 138 ut nova ... quaerunt arbusta capellae. Vitr. 2, 9, 4 hoc ... ita esse licet animadvertere etiam de arbustis. Sen. Phaedr. 967 *ut* nunc arbustis redeant umbrae. dial. 4, 15, 1 sicut valida arbusta et laeta quamvis neclecta tellus creat. 9, 12, 3 formicis per arbusta repentibus. benef. 4, 5, 2. nat. 1, 1, 14 qui (*ignes*) saepe ... ferire solent et arbusta. 2, 1, 2 de aquis terris arbustis satīs. 2, 6, 4 arbusta silvasque. 2, 10, 3 *al.* epist. 58, 10 placet ... satīs et arbustis animam inesse. Lvcan. 3, 216 arbusto palmarum dives Idume. Stat. Theb. 2, 472 fractaque ... arbusta Acheloia ripis. 9, 467 servantia ripas arbusta. Tac. hist. 2, 41 adspectus armorum densis arbustis prohibebatur. 3, 21. 26. ann. 16, 13 villas arbusta fruges. Fronto p. 216, 1 N. myrtum buxumque ceteraque tonsilia arbusta virgultaque. Ps. Apvl. Ascl. 27 fructus arbusta et terra. Carm. de Philom. (poet. min. V 63) 17 cantibus ... tuis recrepant arbusta. Sol. 5, 3 *lacus* condensus arbustis. 17, 1. Amm. 23, 6, 65 satietate frugum et pecoribus et arbustis exuberat. 27, 2, 2 in valle densitate arbustorum obscura. Avg. civ. 9, 13 arbusta vel pecora, quae sunt sensus vel rationis expertia. 11, 27 (*bis*). 12, 14. c. Iul. 6, 2, 3 angeli sidera arbusta animalia homines. gen. litt. 2, 17. 8, 9. Macr. sat. 7, 5, 9 vel arbusta vel frutices. *rami arboris:* Vvlg. Ezech. 31, 5 multiplicata sunt arbusta (*κλάδοι*) eius. 7. 12. **2** *locus arboribus consitus sive species arborum*: **a** *vitibus educandis*: Varro rust. 1, 8, 3 quartum *genus vineae* arbusta, ubi traduces possent fieri vitium. 1, 37, 4 si arbustum aut pomarium facere velis. 1, 54, 1 quae pars arbusti ac vineae magis aprica, prius debet descendere de vite. Cic. Cato 54 nec ... segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis. Verg. ecl. 3, 10 cum me arbustum videre ... atque ... vitis incidere falce novellas. georg. 2, 416 iam vinctae vites, iam falcem arbusta reponunt. Hor. sat. 1, 7, 29 expressa ... arbusto ... convicia. Sen. epist. 86, 20 vitem ex arbusto suo ... transferri. Colvm. 2, 2, 24 ubi arbustis ... consitus ager altius resolvi ... desiderat, ut ... radices vitium ... rescindantur. 28. 5, 6. 7 *et* arb. 16 *uberius de his arbustis agitur.* arb. 16, 1 de arbustis. vitem maxime populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. 5, 6, 1 qui volet frequens et dispositum arbustum paribus spatiis habere. 6, 37 haec de Italico arbusto satis praecepimus. 7, 1 est et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum. 11, 2, 6. 16 vinearum fossio ... peragenda est, arbustorumque sive putatio sive alligatio finienda. 11, 2, 79 in arbustis vitem deputare. Plin. nat. 14, 65 quae in vineis arbustisque nascuntur Fundana *vina*. 14, 88 ut putare *vites Romani* cogerentur ... pigri circa pericula arbusti. 17 *uberius*. 18, 138 vitibus *vicia* praeripit sucum ... si in arbusto seratur; *al.* 24, 172 rumpotinum arborem demonstravimus inter arbusta. Qvint. inst. 1, 12, 7 ne arva simul et vineta et oleas et arbustum colant. Ivv. 14, 144 mercaris ... arbusta et ... montem qui canet oliva. Plin. epist. 5, 6, 9 quarum (*vinearum*) a fine ... arbusta nascuntur. Vlp. dig. 7, 1, 13, 5 in vineis vel arbustis vel olivetis. Sol. 21, 1 *Galliae* consitae vitibus et arbustis. Pallad. 3, 10 de arbustivis vitibus ... si arbustum te habere delectat; *passim.* Amm. 24, 6, 3 in agro arbustis et vitibus et cupressorum viriditate laetissimo. **b** *aliis usibus*: Cato agr. 7, 1 fundum suburbanum arbustum maxime convenit habere. et ligna et virgae venire possunt. Manil. 2, 22 arbusta ... essent quod adultera pomis. Sen. epist. 86, 14 quamvis vetus arbustum (*agitur de oleto*) posse transferri. Min. Fel. 5, 13 arbusta frugifera, ... seges cana. Lact. de ira 13, 7 ut arbusta pomis exuberent. Amm. 18, 6, 16 locum vineis arbustisque pomiferis consitum.

arbustus, -a, -um. [*ab* arbor. *Th.*] *arboribus consitus*: Cic. rep. 5, 3 agri arvi et arbusti et pascui. Colvm. 3, 13, 6 sive arbustum sive silvestrem locum vineis destinaverimus. Plin. nat. 10, 77 lacum ... amoenum arbusto agro. Sil. 14, 200 palmaque arbusta Selinus. *arbustivus*: Plin. nat. 17, 207 seriore ... ad fructum arbusta vite quam iugata. *arboris similis*: Sol. 27, 48 virgulto herbido magis quam arbusto. Tert. adv. Marc. 2, 29 qui res suas arbustiores (ambustiores *libri*) in primordiis bona ... aemulatione maturitatis praecuraverit.

arbuteus, -a, -um. *ab* arbutus. [*francog.* arbouse, *hisp* alborzo. *M.-L.*] *attributive*: Verg. Aen. 11, 65 arbuteis ... virgis. Ov. met. 1, 104 fetus. 13, 820 fast. 6, 155. 156 fronde. Pallad. 14, 163. Stat. Theb. 1, 584 cortice libri. *ex arbuto factus*: Verg. georg. 1, 166 arbuteae crates.

arbutus, -ī *f.* [*orig. inc. cf. c.* arbutum. *Th.*] Phoc gramm. V

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

426, 18 in singulari numero generis feminini, in plurali neutri ... haec arbutus haec arbuta. *sed* HOR. carm. 1, 17, 5 arbutos. PRISC. gramm. II 142, 11 haec arbutus hoc arbutum ... et hoc in plerisque invenis arborum nominibus, in quibus ipsae arbores feminino genere, fructus neutro proferuntur (GRAMM. suppl. 105, 15). *contra* PROB. georg. 1, 148 arbuta sunt arbusculae, quae in silvis frequenter nascuntur, quos plerique unedones vocant. *generis masculini* GRAMM. IV 573, 17. GLOSS. *κόμαρος, κόμαρος ὅ ἐστιν δένδρον ἡ καλουμένη ἄρκευθος, ἄρκευθος*, comanos cui vulgo nomen est uncto (*immo* unedo). GRAMM. IV 573, 17 *κόμαρος*. PLIN. nat. 15, 99 duobus ... hoc *pomum* (*unedonem*) nominibus appellant Graeci, comaron et memaecylon ... et apud nos alio nomine arbutus vocatur. 23, 151 arbutus sive unedo. PROB. georg. 1, 148 *v. s.* *arbor fruticosa*: COLVM. 7, 6, 1 arbusculis frutetisque maxime gaudet. ea sunt arbutus .... 7, 9, 6 pomiferis silvestribus, ut sunt ... arbutus. VARRO rust. 1, 6, 4 quaedam ... susum fertiliora, ut arbutus. VERG. ecl. 3, 82 dulce ... arbutus haedis. 7, 46 viridis ... arbutus (HOR. carm. 1, 1, 21). georg. 2, 69 inseritur ... nucis arbutus ... fetu (PLIN. nat. 15, 57 PALLAD. 2, 15, 19). HOR. carm. 1, 17, 5 arbutos quaerunt *capellae*. PROP. 1, 2, 11. OV. met. 10, 101 pomoque onerata rubenti arbutus. ars 3, 689 COLVM. 5, 8, 7. 8, 10, 4 arbuti *bacae* (PALLAD. 1, 26, 2 semina). 9, 4, 7 mel ... quod ... arbuto provenit. PLIN. nat. 16, 116 summa sui parte fertiliores arbutus .... SERV. ecl. 7, 46 arbutus ... genus arboris frondibus raris. SCHOL. Stat. 1, 582 arbutus tegimen non habet. PALLAD. 12, 13, 8 arbuti cacumina. *plur. neutr.*: VERG. georg. 3, 300 post hinc digressus iubeo frondentia capris arbuta sufficere. 4, 181 pascuntur ... arbuta *apibus*. CALP. ecl. 4, 108 quem (*Palen*) ... taciturna verentur arbuta. 7, 72 cum subito creverunt arbuta. RVT. NAM. 1, 32 si possent arbuta nostra loqui. *neutrum pro fructu*: LVCR. 5, 940 arbitum [*it.* albatro, *hisp.* alborto, *port.* ervodo. *M.-L.*]: SERV. georg. 1, 148 arbuta sunt rubra poma silvarum, quae Plinius unedones vocat. 2, 520 poma silvestria. SCHOL. Hor. carm. 1, 17, 5. VARRO rust. 2, 1, 4 ut arboribus ... decarpendo glandem arbutum (arbustum *cod.*) ... colligerent ad usum. LVCR. 5, 940 quae ... cernis arbita puniceo fieri matura colore. 9, 965. VERG. georg. 1, 148 cum iam glandes atque arbuta ... deficerent silvae. 2, 520 dant arbuta silvae. CVLEX 52. COLVM. 9, 1, 5 arbuti ceterorumque pomorum silvestrium. *Bannier.*

arca, -ae *f.* [*cf. c.* arcere. *Th.*] *cf. Habel, PW. II 425—428.* VARRO ling. 5, 128 arca quod arcebantur fures ab ea clausa (PAVL. FEST. 16 arcani ... ab arca, in qua quae clausa sunt tuto manent, cuius ipsius origo ab arcendo pendet *cf.* NON. 32 SERV. Aen. 1, 262 ISID. orig. 20, 9, 2). 9, 74 ut lectus et lectulus, arca et arcula. PAVL. FEST. 25 arca deminutive facit arculam et arcellam (MART. CAP. 2, 233). ărca *testatur* BEDA gramm. VII 229, 29 *at* árcáe CORP. XIII 1708. GLOSS. *κιβωτός* (*cf.* ISID. orig. 20, 9, 3 cibutum ... nos arcam dicimus), *κίστη, λάρναξ, σωρός, κάμπτρα*. III 480, 33 ex arca *ὑπὲρ ὠφελείας* (*vix sana*). IV 20, 19 caro dominica vel corda sanctorum. *voce ab altiore stilo scriptorum poetarumque aliena utuntur ex poetis* PLAVT. *compluries* (*nusquam* TER.), CAT. *bis*, HOR. *quater*, OV. *bis, singulis locis* PHAEDR. LVCAN. STAT. silv., *saepe* MART. *et* IVV. arkae CORP. XI 4391. arka CARM. epigr. 505, 2. arkam *ibid.* 1580, 3. archa CORP. V 6207 *et sic saepius codd.* [*val.* arcă, *it.* arca, *frcogall.* arche, *hisp* arca. *M.-L.*]

I *cista qua quid servatur*: **a** *in universum*: PLAVT. Cas. 664 ita omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant. Men. 803 suppilat mihi aurum et pallam ex arcis. Vid. 59 vidulum intro condam in arcam atque occludam probe. TITIN. com. 179 quid habes nisi unam arcam sine clavi? eo condis sucerdas. CATO agr. 11, 3 *inter ea quae opus sunt agricolae* arcam vestiariam I. 98 *amurca* unguito fundum arcae et angulos. VARRO ling. 5, 140 quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca[r], arcera dictum (NON. 55). CIC. div. 2, 86 *haruspicum* iussu ex illa olea arcam esse factam. GAV. BASS. Gell. 3, 19, 2 parcus ... quasi par arcae, quando sicut in arca omnia reconduntur ..., ita homo tenax ... omnia custodita et recondita habet sicuti arca. HOR. sat. 2, 3, 118 cui stragula vestis ... putrescat in arca. PAVL. FEST. 16 Arculus putabatur esse deus, qui tutelam gereret arcarum. PLIN. nat. 29, 101 *membrana anguium* etiam per se reposita in arcis armariisque tineas necant. 33, 12 conditas arcis vestes. SVET. Tib. 63 cum obsignatas devectasque Romam *sortes Praenestinas* non repperisset in arca nisi relata rursus ad templum. Calig. 49 inventa et arca ingens variorum venenorum plena (OROS. hist. 7, 5, 50). AMPEL. 8, 5 *Sicyone in aede Apollinis est* Adrasti arca, quam deposuit, in qua quid sit ignoratur. PAVL. dig. 1, 15, 3, 2 in horreis ... ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cum vel cella effringitur vel armarium vel arca. 16, 3, 26 arcam clusam cum veste et instrumentis commendavit Gaiae Seiae. 47, 2, 22, 1 arca refracta sit, ut uniones puta tollerentur. POMP. dig. 32, 57 ei nec arcam nec armarium legatum esse. PAPIN. dig. 39, 5, 31, 3 eiusmodi lege deposita in aede arca. VLP. dig. 19, 2, 19, 5 arcam aeratam. TERT. pudic. 7 ut ovem non de grege perditam faceret, sed de arca vel armario. NON. 32 quae in arcis sunt, celata sint et abscondita. HIER. in Matth. 23, 6 et armaria et arcae habent libros. c. Lucif. 28 plenae sunt ecclesiarum arcae (*i. archia*). MACR. sat. 1, 6, 15 (*ex Verrio*) secreta sacrorum in arca pilenti composita. SERV. Aen. 5, 745 acerra id est arca thuralis (*add. ex cod. Dresd.*) GLOSS. III 302, 13 arca turaria *λιβανοθήκη*. VEN. FORT. carm. 4, 16, 13 dogmata corde tenens ... velut arca libellos. VITR. 5, 12, 3 *in portu faciendo* arcae stipitibus robusteis et catenis inclusae in aquam demittendae. 5, 12, 5 uti arcae duplices rel⟨ig⟩atis tabulis et catenis conligatae. PLIN. nat. 18, 317 arcas lapidum adtollente secum arbore. ANTH. 176, 18 una capit totas anseris arca dapes (*sc. anser cuppediis refertus est*). *hinc translate*: SIDON. epist. 3, 13, 9 arcam (aream *codd.*) pectoris texat curvatura costarum. PS. AVG. serm. 274, 2 arcam conscientiae nostrae. VEN. FORT. carm. 4, 11, 4 cuius semper habet pectoris arca deum (7, 8, 36 INSCR. christ. Rossi II p. 294, 4 n. 4). *vel nude*: Mart. praef. 34 non valet arca loqui. 1, 427 pedum geminis stetit arca columnis. 3, 443. 1, 185. **b** *qua pecunia servatur*: PLAVT. Aul. 823 ubi id est aurum? :: in arca apud me. 830. Bacch. 943 hic equos non in arcem, verum in arcam faciet impetum. NOV. Atell. 107 milia sex nummum in arcam demisi nummariam. VARRO Men. 587 in regiam arcam inpancrarunt. 255 fodiendo inveniunt arcam. ling. 5, 182 quod asses libras (-ales *Müller*) pondo erant, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant. CIC. Q. Rosc. 29 quod HS IIII ∞ tu ex arca proferebas. dom. 112 aedilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis, conlocavit. de orat. 2, 279 ut quom Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat, quom ille [postea] diceret 'cave', rogavit 'numquid aliud ferret praeter arcam. top. 16 differt in arcane positum sit argentum an in tabulis [debeatur]. parad. 44 animus hominis dives, non arca ⟨quae⟩ appellari solet (SEN. epist. 92, 31 animum impleri debere, non arcam *cf.* QVINT. decl. 345 p. 362). CIC. off. 2, 52 aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia, ... altera ex arca, altera ex virtute depromitur. Att. 1, 9, 2 arcae nostrae confidito. ad Q. fr. 2, 10, 5 quod posthac arcae nostrae fiducia conturbaret. CAT. 23, 1 Furi, cui neque servo⟨s⟩ est neque arca (24, 5 *et* 8 *et* 10). HOR. sat. 1, 1, 67 nummos contemplor in arca. OV. am. 1, 10, 37 non bene conducti vendunt periuria testes, non bene selecti iudicis arca patet. Pont. 4, 1, 24 nec mihi munificas arca negavit opes. SEN. contr. 1, 6, 7 cum pecunia arcas nostras onerarit. 1, 7, 4. VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 conloca ... arcas inexorabilibus claustris obseratas. PHAEDR. 4, 12, 2 dives arca veram laudem intercipit. SEN. benef. 4, 6, 1 si pecuniam tibi aliquis donaverit et arcam tuam ... inpleverit. epist. 2, 6 quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat. 26, 8. 80, 5 quid ad arcam tuam respicis? remed. fort. frg. 10, 3 hominem illum iudicas? arca est. quis aerario, quis plenis invidet loculis? COLVM. 8, 8, 9 pretiis eorum dominicam complent arcam PETRON. 53 in arcam relatum est ... sertertium centies. STAT. silv. 2, 2, 150 sepositas infelix strangulat arca divitias. MART. 1, 76, 5 nummos habet arca Minervae. 2, 44, 9 quadrans mihi nullus est in arca (2, 51, 1). 2, 30, 4 cuius laxas arca flagellat opes (5, 13, 6). 3, 40, 2 quas (*opes*) gravis arca premit (10, 14, 4). 4, 67, 7 pudet ah! male divitis arcae. 5, 52, 1 effracta nummos fur auferet arca. 8, 38, 12 munifica. 8, 44, 10 superba densis arca palleat nummis. 9, 3, 14 quod solvat, non habet arca Iovis. IVV. 1, 89 neque enim loculis comitantibus itur ad casum tabulae, posita sed luditur arca. 3, 143 quantum quisque sua nummorum servat in arca. 3, 181. 6, 363 exhausta redivivus pullulet arca nummus. 10, 25. 11, 27 quantum ferrata distet ab arca sacculus. 13, 74 summam ... patulae vix ceperat angulus arcae. 14, 259 aerata multus in arca fiscus. PAVL. dig. 15, 1, 52 pecuniam in arca deposuit. VLP. dig. 42, 1, 15, 12 *pecuniam* in arcam reclusam. GELL. 1, 16, 9. TERT. nat. 2, 17 pecuniam de multis nominibus exactam in unam arcam congregavit. LACT. inst. 6, 11, 10. epit. 53, 3 *sacrificium* non ... ex arca, sed ... ex corde profertur. PS. ASCON. p. 135 B. quia maior summa est pecuniae publicae quam privatae, ut pro censu privato aerarium dicitur, pro loculis et arca thesauri, pro saccello fiscus. VVLG. II par. 24, 8 fecerunt arcam *et* 10 contulerunt in arcam domini. PRVD. perist. 2, 54 arcam ditibus massis refertam. CLAVD. 18, 194 neglectaque sueverat arcae claustra remoliri. FAVST. REI. serm. 17 p. 290, 24 E. arcam aperire ... sacculum solvere. CORIPP. Ioh. 3, 369 cumulata est arca sacellis. *pro ipsa pecunia vel aerario sive publico sive collegii alicuius*: VITR. 1, 4, 12 arcas divisit nummoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. VAL. MAX. 9, 1, 2 infusae culinis arcae censibusque (*i. divitiis*) edendi ac bibendi voluptas reperta. PETRON. 137 clausum possidet arca Iovem. SEN. epist. 118, 12 quis consulat⟨um⟩ fiducia Caesaris, quis Pompei, quis arcae petat. MART. 3, 31, 3 servit dominae numerosus debitor arcae. PLIN. epist. 3, 19, 8 cuius arca non secus ac mea utor. SCAEV. dig. 13, 5, 26 quae ... ex arca tua mutua acceperat. PAPIN. dig. 17, 2, 82 nisi in communem arcam pecuniae versae sunt. APVL. met. 7, 4 mille aureum ... communi conferebat arcae. LAMPR. Alex. 43, 4 arcarios ... instituit qui de arca fisci ederent munera. VOP. Aur. 28, 8 est ... vestrae (*i. senatus*) auctoritatis arca publica, quam magis refertam reperio esse, quam cupio. SYMM. epist. 9, 150, 1 ob reliqua arcae vinariae ... soceri mei ... pulsatur hereditas. 10, 29, 1 *collectariorum corpori* arca vinaria statutum pretium subministrat. ANON. Vales. 12, 67 libras ducentas de arca vinaria dari praecepit. VVLG. I Esdra 7, 21 custodibus arcae publicae. COD. Theod. 12, 6, 30 eos, qui aurum largitionale susceperunt, nihil cum arcae (*opp. fiscus*) ratiociniis habere commune. 11, 28, 6 quae tam ad arcam sublimium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

potestatum quam ad largitionales pertinent. LEO M. serm. 57,3 sacerdotum conscientia capit, quod templi arca non capit. COD. Iust. 1, 27, 1, 37 (8) in scrinio arcae hominibus viginti annonae XXVIII. ACTA synh. Rom. (mon. Germ. XII) p. 426,1 de arca *ecclesiae*. CORP. V 4057,9 arcae pontificum ... inferet .... VIII 2557 qui arc(a) solut(i) sunt et si quis de tironib(us) ... satis arcae fec(erit). XI 4389 q(uaestori) arc(ae) publ(icae). 4391 arkae eorum intul(it) HS V m(ilia) n(ummum). 6371. XIII 1708 iudici árcáe Galliárum (1688. 1709 *al.*). 3162, I 25 iudici arcae ferrar(iae). XIV 2112, I 24 eum sequetur ex arca *corporis* HS CCCC.

II *carceris cella*: *cf.* PAVL. FEST. 264 robus ... in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod antea arcis robusteis includebatur. CIC. Mil. 60 *servi* separantur a ceteris et in arcas coniciuntur (*cf.* SCHOL. Gron. *ibid.*). HOR. sat. 2, 7, 59 turpi clausus in arca. SEN. epist. 67, 7 Reguli arca. TERT. mart. 4 Regulus in arcae genus stipatus undique extrinsecus clavis transfixus tot cruces sensit. VIR. ill. 40, 4 *Regulus* in arcam ligneam coniectus. *de monasterii cella*: VITA Caes. Arel. 1, 35 sodalibus vel sororibus in latere ecclesiae monasterii fabricat archam. 2, 2 inter angustias archae.

III GLOSS. arca funebris, *σορός*, sarcofagum, cest (*anglos.*). AVG. civ. 18, 5 (*ex Varrone*) arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, *σορὸς* dicitur graece. CORP. I 1430 (= V 4108) loc(us) patet agrei sescunciam quadratus, arca in medio est. HEMINA Plin. nat. 13, 84 Terentium ... effodisse arcam, in qua Numa ... situs fuisset. HOR. sat. 1, 8, 8 angustis eiecta cadavera cellis conservus vili portanda locavit in arca. LIV. 27, 37, 6 vivum in arcam condidere provectumque in mare proiecerunt. 40, 29, 3 dum cultores agri altius moliuntur terram, duae lapideae arcae, octonos ferme pedes longae, quaternos latae, inventae sunt. perioch. 40 libri Numae arca lapidea clusi. FEST. 173 Numam Pompilium Ianicu⟨lo in monte situm esse⟩ ferunt, in quo arcam eius in⟨ventam⟩. VAL. MAX. 1, 1, 12 duabus arcis lapideis repertis. 2, 6, 7 duae etiam ante portas eorum arcae iacent, altera qua liberorum, altera qua servorum corpora ad sepulturae locum plaustro devehuntur. LVCAN. 8, 736 da vilem Magno plebei funeris arcam. PETRON. 112 iubet ex arca corpus mariti sui tolli. GAIVS dig. 11, 7, 7, 1 qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulerit. *cf.* MARC. dig. 48, 13, 12, 1 cum inventus esset arculam in templum ponere ibique hominem includere, qui post clusum templum de arca exiret. ITIN. Theodos. 12 ubi ipsa arca *martyris* est, tenduntur super se papiliones. PS. DAMAS. carm. 79, 10 marmore concludens arcam cineresque beatos. CASSIOD. var. 3, 19, 1 arcae, quae in Ravennati urbe ad recondenda funera distrahuntur. VEN. FORT. Mart. 1, 185 arca sepulchri. CORP. III 9621 viva se arcam de suo poni iussit. V 2390, 8 hanc arc(am) si q(uis) post exc(essum) utrorumq(ue) ap(eruerit). 8734, 1 arcam comparavi mihi. 6203, 8. 6207 me bibo archa feci. 979, 3 hanc arcam sive hoc moniment(um). 8741 arcam corporale | de proprio suo vivi sibi conparaverunt. VI 13756 fecit se vivo sibi arca hederacia (*h. e. hedera ornatam*). XI 6120 sibi arcam ... poni iussit. CARM. epigr. 505, 2 hanc mei mi miser(a)e posuer(unt) arka parentes. 1580, 3 iuvente fato colocavi arkam. *dubium est quorsum pertineat* GROM. p. 356, 21 L. si fuerit archa longa pedes XXX, lata ped. XV, alta ped. VII.

IV *in architectura ea pars in tecto, qua aqua pluvialis colligitur*: VITR. 6, 3, 2 displuviata autem sunt, in quibus deliquiae arcam sustinentes stillicidia reiciunt. 6, 3, 4 lacunariorum et arcae supra trabes ratio habeatur. *aliter*: VITR. 10, 15, 7 habuerat proiectura eius ex tabulis arcam (epibathrum *coni. Degering*) compactam et confixam intra. *cf.* VEN. FORT. carm. 10, 6, 79 culminis arca.

V *hydrauli pars qua aqua continetur*: VITR. 10, 8, 1 de materia conpacta basi *hydrauli*, arca in ea ex aere fabricata conlocatur. 10, 8, 2 intra ar⟨c⟩am, quo loci aqua sustinetur, inest pnigeus uti infundibulum inversum. 10, 8, 3 *et* 5. PAVL. NOL. carm. 21, 714 comminus haurit aquas et in unam suscipit arcam. *cf.* arcula *2.*

VI *apud gromaticos terminale signum, cf. Rudorff, Schriften der röm. Feldm. II p. 264*: GROM. p. 363 L. in longinquo arcam finalem ostendit. ISID. orig. 15, 14, 5 arca ab arcendo vocata: fines enim agri custodit eosque adire prohibet. LEX Vis. Recc. 10, 3, 3 quotienscumque de terminis fuerit orta contentio, signa quae antiquitus constituta sunt, obportet inquiri, id est aggeres terre sive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse coniectas adque constructas.

VII *apud christianos* **a** arca *Noe* (LXX *κιβωτός*): TERT. adv. Iud. 4 Noe arcae fabricatorem. idol. 24. bapt. 8 *columba* dimissa ex arca. CLEM. ad Cor. 9 *animalia* intraverunt cum eo (*Noe*) in arcam. (NOVAT.) tract. 12 (135, 1) tricameratam arcam in figuram ecclesiae. FILASTR. 122, 1. 149, 6 HIER. epist. 36, 10. VVLG. gen. 6, 14 fac tibi arcam de lignis levigatis. *passim*. PS. AVG. de subst. dilect. 7 hanc ... navem vel arcam in corde tuo aedificare debeas. **b** arca *foederis* (LXX *κιβωτὸς μαρτυρίου, τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, τῆς διαθήκης vel τῆς διαθήκης κυρίου, κυρίου, θεοῦ*): TERT. cor. 9 arca testamenti. ITIN. Theod. 4 arca testamenti domni. FILASTR. 129, 5 dei. HIER. epist. 147, 10 domini. VVLG. exod. 25, 22 testimonii. num. 10, 33 foederis domini. 14, 44 testamenti domini. Ios. 3, 6 foederis. I reg. 5, 7 dei Israel. II reg. 15, 24 foederis dei. III reg. 2, 26 domini dei. 8, 21 locum arcae in qua foedus. II par. 6, 41 fortitudinis tuae. psalm. 131, 8 sanctificationis tuae. AVG. civ. 10, 17 divini testimonii. PAVL. PETR. Mart. 4, 35 sanctae custodem ... arcae.

synonyma: *ad I*: armarium; loculi, aerarium. *Klotz.*

Arca, -ae *vel* **Arcae,** -ārum *f. duo oppida. cf. Hirschfeld, PW. II 1117 sqq.* **1** *prope Melitenem Cappadociae, nunc* Arga: ITIN. Anton. 178, 1. 211, 3. 215, 5 Arcas. NOV. Iust. 31, 1, 2 Arcam et Arabissum. **2** *opp. Phoenices, hodie* Arḳa. *cf. Benzinger, PW. II 1117.* STEPH. BYZ. *Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη ... τὸ ἐθνικὸν Ἀρκαῖος.* PLIN. nat. 5, 74 Arca. ITIN. Anton. p. 148 Arcas. ITIN. Burdig. p. 583 mansio Arcas. HIER. quaest. hebr. in genes. (VVLG. gen. 10, 17 Chanaan autem genuit ... Aracaeum; עַרְקִי) Aracaeus, qui Arcas condidit, oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm. CASSIOD. hist. 12, 8 ab Arcis Phoeniciae. *postea appellata* Arca Caesarea, *incolae* Caesarienses ad Libanum (CORP. III 183). *ibi natus est Alexander Severus.* LAMPR. Alex. 13 apud Arcam Caesaream. AVR. VICT. Caes. 24 Aurelio Alexandro Syriae orto, cui duplex Caesarea et Arce (*codd.* Archę *et* Arthe) nomen est. *adi.* **Arcēnus.** LAMPR. Alex. 1 Aurelius Alexander, urbe Arcena genitus. 5 Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno natus esset. *fortasse huc pertinet* CASSIOD. hist. 7, 4 Lucianus Arcenus *episcopus. cf.* Arcenses. *cum oppidi nomine cognata potest esse* Venus **Architis.** MACR. sat. 1, 21, 1 apud quos (*Assyrios*) Veneris Architidis (*cf.* gen. 10, 17 עַרְקִי) et Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent. *Otto.*

Arcabica, Archabico *v. sub* Arcobriga.

Arcabis *v.* Archabis.

Arcade *v.* Arcadia *B sub* Arcas.

Arcadia *sim. v.* Arcas.

arcae(um *?*) *n.* FEST. 334 (*s.* Sexagenarios de ponte, *de Argeis*) latebras ... eas (eius *cod.*), quibus arcuerit (arg- *cod.*) senem *filius*, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas ideoque arcaea appellata. *cf. Wissowa, PW. I 690.* *V.*

Arcaeus. *ab ἀρχαῖος?* CORP. XIV 3855 (*Tibure*) P. Valerio Corintho Arcaeus et Timotheus. *alia v. sub* Argaeus *et sub* Arcius. *Otto.*

Arcaiapis *opp. Mesopotamiae.* TAB. Peut. 11, 4. *Diehl.*

Arcainus *cogn. vir.* CORP. VI 2397 M. Aurel ... Arcainus Fi⟨lippopoli*?*⟩. *V.*

arcālis, -e *adi. qui ad arcam pertinet.* NOVELL. Valent. 3 tit. 10 in arcalibus ... titulis. *Klotz.*

Arcamō *abl. opp. Mesopotamiae* TAB. Peut. 11, 5. RAVENN. p. 80, 12 Artamus. *Graecis Ἄρξαμα. v. Fraenkel, PW. II 1494.* *Diehl.*

Arcan *nom. Mauri* CORIPP. Ioh. 4, 937. *V.*

Arcānum *v. sub* Arx.

arcānus, -a, -um. [*ab* arca. *Th.*] NON. 32 arcanum dicitur secretum vel absconditum, quod quae in arcis sunt, celata sint et abscondita. PAVL. FEST. 16 *v. infra p. 435, 3.* GLOSS. *ἀπόρρητος, ἀπόκρυφον,* secretum, opertum, occultum, tractum ab arca quae tegit quae intus habet, *μυστήριον, μυστική, ὑπηρέτης μυστηρίων vel μύθων* (*μυστῶν Heraeus*); *μυστηριῶδες,* mysticum ineffabile, unde ceteri arceantur (*cf.* SERV. Aen. 1, 262). *vox rarissima apud scriptores, apud poetas usque ad* IVV. *circiter 150^ies legitur* (*ex quo numero 17^ies apud* OV., *36^ies apud* STAT.).

I ***active:*** *qui celat vel tacet*: CORP. X 5067, 4 (*s. II p. C.*) Aug(ustales) arkani VIvir(i) (*i. q. arcarii*). *in titulis Praenestinis* CARM. epigr. 249, 16 (*a. p. C. 136*) Fortunae simulacra colens et Apollinis aras arcanumque Iovem quorum consentit in illo maiestas. CORP. XIV 2937 cultoris Iovis arkani (2972). PLAVT. Trin. 518 arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat neve alius quisquam. 556 dixisti arcano satis (*an his locis adv.?*) PLIN. nat. 7, 178 uti Pompeius ad se veniret aut aliquem ex arcanis mitteret. IVST. 1, 4, 6 regis amico et arcanorum principi. *cf.* GERM. 444 hoc opus arcanis an credam postmodo Musis, tempus ... docebit. *similiter* MART. CAP. 8, 898 quo dicto arcanus ille prisci iuris adsertor (*Saturnus*) ... consulitur. 1, 25 *Apollo Iovis* consiliorum conscius et tu (*Mercurius*) praeceptionis arcanus. OV. her. 9, 40 ominaque arcana nocte petita movent. STAT. silv. 1, 3, 71 nocte sub arcana. Theb. 10, 365 arcanae moderatrix Cynthia noctis. Ach. 1, 918 arcanis ... tenebris. OV. am. 2, 15, 15 ut arcanas possim signare tabellas. OV. ars 2, 596 excipite arcana verba notata manu. LVCAN. 2, 285 arcano sacras reddit Cato pectore voces. SIL. 1, 140 clausum linquens *Hamilcar* arcano pectore bellum. STAT. Theb. 1, 246 neque enim arcano de pectore fallax Tantalus. MART. 1, 39, 6 nihil arcano qui roget ore deos. IVV. 6, 543 arcanam (-um *Heinrich*) Iudaea tremens mendicat in aurem.

II ***passive:*** *qui celatur vel celatus est*: **1** *in universum reconditus, occultus, tacendus*: CIC. fin. 2, 85 quicum ioca seria, ut dicitur, quicum arcana quicum occulta omnia? VERG. Aen. 4, 422 arcanos ... tibi credere sensus (MACR. sat. 1, 24, 13 arcanorum sensuum investigato aditu). HOR. carm. 3, 21, 15 arcanum iocoso consilium retegis Lyaeo. LIV. 23, 22, 9 si quid umquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit. 35, 18, 2 ut consiliis quoque arcanis interesset (VAL. MAX. 2, 2, 1 ut arcana consilia patrum conscriptorum multis saeculis nemo senator enuntiaverit. *cf.* AMM. 29, 1, 29 super rebus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arcanis consulebatur). Liv. 35, 35, 4 iis a praetore ... in consilio (concilio *Bamb.*) arcano gentis ... denuntiatur. 42, 17, 4 trahique magis quam vellet in arcanos sermones est coeptus. Pavl. Fest. 16 arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quae tutissima pars est urbis, sive genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, ... remotum a notitia vulgari, ... sive ab arca, in qua quae clausa sunt, tuto manent. Sen. benef. 5, 21, 1 qui arcanum sermonem non continuerit. Paneg. 5, 1 alia quaedam sermonis arcani ratio. Ivl. Val. 1, 3 ut arcanum sermonem tuto committeret. Amm. 30, 1, 13 arcano sermone ... docet. 14, 11, 3 per arcanos susurros. Hier. epist. 98, 20 tacita quippe animi cogitatio arcanus eius est sermo. Clavd. 15, 217 Iovis arcanos monitus mandataque. *cf.* Stat. Ach. 1, 380 dum repetit monitus arcanaque murmura figit. Plin. epist. 6, 22, 3 hoc ... arcana familiaritas ... indicabatur. Verg. Aen. 6, 72 tuas sortes arcanaque fata dicta meae genti ... ponam (*cf. p. 436, 74*). Stat. Theb. 4, 32 fama prior mundique arcana Vetustas. Ov. fast. 3, 143 arcana fieri novus ignis in aede dicitur. Prop. 4, 8, 19 turpis in arcana sonuit cum rixa taberna (Mart. 5, 84, 4 popina). Sen. Thy. 650 arcana in imo regia secessu iacet. Lvcan. 9, 864 arcani miles tibi conscius orbis. Sil. 10, 82 *canis* deprendit spissis arcana cubilia dumis (12, 8). Stat. Theb. 1, 534 arcano egressae thalamo *Adrasti filiae* (Ach. 1, 750 rumor in arcana iamdudum perstrepit aula, virginibus qua fida domus). 2, 21 sepulchro. 3, 442 aula. 5, 313 penetralibus. 5, 426 arcana sic fama erumpere porta caelicolas. 9, 243 arcani quotiens devexa profundi (-o *P*) scrutantem delphina vident *pisces*. 9, 404 arcano residens Ismenos in antro. Mart. 9, 59, 4 non hos quos primae prostituere casae, sed quos arcanae servant tabulata catastae. Plin. paneg. 49 longeque tunc illi divinitas sua, longe arcana illa cubilia saevique secessus. Apvl. flor. p. 82 Oud. lusciniae in solitudine a[f]r[i]cana canticum adulescentiae garriunt. Tert. nat. 1, 7 in ipsis arcanis congregationibus detinemur. Ov. ars 3, 804 arcanas pars habet ista notas. epist. 16, 265 arcanum furtivae conscia mentis littera iam lasso pollice sistat opus (Stat. Theb. 10, 463 opus arcanum et taciti compendia Martis). met. 4, 223 res, ait, arcana est. famulae discedite. Lvcan. 10, 295 arcanum natura caput non prodidit ulli *Nili*. Mart. 8, 36, 9 prius arcano (*h. e. aliis recondito*) satietur *palatium* numine Phoebi, nascentis Circe quam videt ora patris. Cvrt. 6, 10, 28 arcanum et occultum scelus. Lvcan. 6, 569 arcanumque *Thessalis* nefas Stygias mandavit ad umbras. Val. Fl. 1, 807 vobis siquod inausum arcanumque nefas et adhuc incondita leti sors superest. Val. Fl. 3, 321 Triviaeque potentis occidit arcana genetrix absumpta sagitta. 6, 477 cingitur arcanis Saturnia laeta venenis. Mart. 6, 21, 9 arcano (*h. e. quod antea latuit*) percussit pectora loro. Ivv. 2, 125 arcano qui sacra ferens nutantia loro sudavit clupeis ancilibus. Sil. 12, 316 nihil arcanos vitae melioris ad usus seposuisse iuvat. 14, 188 struit *Marcellus* arcana necopina pericula cura. Stat. Theb. 2, 150 quo *loco* serere arcanas aptum atque evolvere curas. Svet. Tib. 43 sedem arcanarum libidinum. Fronto p. 166 N. fidem arcanam humanae amicitiae testor. Paneg. 11, 1 licet huius muneris gaudium intra arcanae laetitiae conscientiam coercere. Clavd. 21, 57 Persides arcanum suspirāvere calorem. Oros. hist. 5, 4, 10 secundum mensuram arcani iudicii. Carm. epigr. 271, 4 arcanis ... curis. 1370, 1 si gratia prisca durat in arcanum mentis adacta bonum. *cf.* Macr. sat. 1, 11, 45 esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas. Mart. epigr. 7, 9 templa vel arcano demens spoliaverat auro. Plin. paneg. 34 secretas illas et arcanas ac sub te primum communes opes. Sil. 14, 27 Paeonios arcano sulphure fontis. Clavd. carm. min. 26, 30 arcanae rupis inane subit *Aponus*. Tert. anim. 13 rerum diversitates, ... visibilium et invisibilium, publicatarum et arcanarum. Oros. hist. 2, 3, 4 arcanis statutis ... ordo servatus est. *cf.* Rvt. Nam. 2, 42 *Stilicho* proditor arcani ... fuit imperii. *quod videtur conferendum cum* Tac. *locis p. 436, 50. 437, 71?*

2 *qui propter religionem reconditur, vel qui unde sit nescitur, sanctus, mysticus, magicus*: Hor. epod. 5, 51 Diana, quae silentium regis, arcana cum fiunt sacra (Ov. epist. 12, 79 arcanaque sacra Dianae. met. 10, 436). Sen. Med. 912 artus iuvat secuisse et arcano patrem spoliasse sacro. Val. Fl. 3, 419 arcani speculatus *Mopsus* tempora sacri. Stat. silv. 3, 3, 65 sacrisque deorum arcanis haerere datum *Claudio*. Theb. 12, 133 arcanos (*i. mystarum*) errantibus *matribus Argivorum* extulit ignes *Eleusin*. Tac. Germ. 18 haec arcana sacra. 40 arcanus hinc terror sanctaque ignorantia. ann. 12, 47 id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Tert. idol. 5 quae (*figurae*) dispositioni alicui arcanae praestruebantur. scorp. 10 arcana illa haereticorum sacramenta. Prop. 4, 7, 37 Nomas arcanas tollat versuta salivas (*h. e. quibus res magica fit*). Octavia 741 ea per quietem sacer et arcanus refert veloxque sensus (*cf. p. 434, 78*). Sil. 2, 426 supplex infernis Hannibal aris arcanum Stygia libat cum vate cruorem. 13, 421 *Sibylla* arcanum murmur anhelans (Prvd. apoth. 477 nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt carmina). Stat. Theb. 2, 739 longaeva sacerdos ... arcanum numquam spretura pudorem. 3, 494 consonet arcana volucris bona murmura lingua. silv. 2, 2, 38 reseretque arcana pudicos Phemonoe fontes. Ivv. 14, 102 tradidit arcano quodcumque volumine Moyses. 15, 140 face dignus arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos. Apvl. met. 3, 15 formido solide domus huius operta detegere et arcana dominae meae revelare secreta. 11, 21 quo rectius ad arcana purissimae religionis secreta pervaderem. flor. p. 56 Oud. Zoroastren omnis divini arcanum antistitem. Tert. anim. 18 veritatem illam arcanam et supernam. 50 se a superna et arcana potestate legatum. Arnob. nat. 5, 1 quaeque in arcanis mysteriis traditis. 5, 27 sancta illa atque arcana mysteria. Amm. 22, 16, 20 initia sacrorum condita scriptis arcanis. Vvlg. II Cor. 12, 4 audivit arcana verba (*ἄρρητα ῥήματα*), quae non licet homini loqui. Avg. civ. 2, 6 susurros paucissimorum auribus anhelatos et arcana velut religione traditos. Svlp. Sev. chron. 2, 31, 1 *Iohannes* arcanis sibi mysteriis revelatis *apocalypsin* ... edidit. 2, 46, 1 superstitio exitiabilis arcanis occultata secretis. Clavd. carm. min. 32, 9 arcano stupuit compleri viscera partu *Maria*. Macr. sat. 1, 7, 18 non quae (*origo Saturnaliorum*) ad arcanam divinitatis naturam refertur (1, 27, 1). 1, 17, 6 *dei* ad solem certa et arcana ratione referuntur. Cod. Iust. 1, 2, 21 pr. sacratissima atque arcana vasa. Inscr. christ. Rossi II p. 78 v. 1 lux arcana, dei verbum. p. 145 v. 7 vox arcana patris. Val. Fl. 2, 598 hic nemus arcanum geminaeque virentibus arae stant tumulis. 2, 624 neque arcanis Phrygius furor invehet *Lampsacum* antris. 2, 431 Electria tellus Threiciis arcana sacris. Sil. 1, 666 stagna arcana Numici (*ubi Aeneas non iam apparuit*). 6, 173 arcano gressus audemus credere luco. Stat. silv. 5, 1, 114 quam (-em *M*) pater (*Apollo*) arcani praefecit hiatibus antri. Tac. ann. 2, 54 hausta fontis arcani aqua.

Ov. met. 9, 516 littera celatos arcana fatebitur ignes. Sen. Thy. 225 est Pelopis altis nobile in stabulis pecus, arcanus aries. Val. Fl. 4, 15 *Iuppiter* arcano redolentem nectare rorem ... detulit. Stat. silv. 3, 4, 92 arcanos iterat Cytherea liquores. Theb. 1, 210 arcano florentes lumine postes. 2, 276 *in Harmoniae monili* arcano florentis igne zmaragdos. 12, 138 *Iris* arcanis roribus artus *Argivorum* ... rigat. Apvl. Socr. p. 166 Oud. *vocem* quiddam insolitum et arcanum demonstrat habuisse. Clavd. 8, 588 fulgor Hiberus temperat arcanis hyacinthi caerula flammis. 20, 25 rabies arcana cavernas vibrat. carm. min. 27, 17 arcanum radiant oculi *Phoenicis* iubar. *ibid.* 29, 37 *Mars* arcanis trahitur gemma de coniuge nodis. Pros. 1, 169 *glacies* arcano defensa gelu. 3, 402 arcano perfudit robora suco. Mart. Cap. 1, 1 *Hymenaeus* semina ... arcanis stringens pugnantia vinclis. 2, 184 fons lucis aetheriae arcanisque fluoribus manans. 7, 730 prosapiam arcanae sortis originisque. 9, 910. *huc pertinet etiam* Mart. 7, 27, 9 arcano mixta Falerna garo *i. quod quomodo fiat nescis.*

de deis mysteriorum: Hor. carm. 3, 2, 26 qui Cereris sacrum volgarit arcanae. Ov. am. 1, 7, 10 ausus in arcanas poscere tela deas *Orestes*. Sil. 3, 394 redimitaque sacrā nebride et arcano (*sic C recte*: ortano *S*) Maenas nocturna Lyaeo.

n. subst. **arcānum, -ī. 1** *sing.*: **a** *quicquid tacendum est vel ignotum*: Hor. carm. 1, 18, 16 arcanique fides prodiga. epist. 1, 18, 35 arcanum neque tu scrutaberis illius umquam. Liv. 39, 13, 1 Aebutium indicem arcani rata esse. Sen. Herc. O. 476 quidquid arcani apparo, penitus recondas. Ivv. 9, 115 prodere malunt arcanum. Tac. hist. 1, 4 evolgato imperii arcano (Clavd. 26, 103. Cassiod. var. 8, 12, 8 qui nostri imperii tractat arcanum). Tac. ann. 6, 21 ne index arcani exsisteret. Plin. paneg. 23 *Nerva* illud deorum prolaturus arcanum. Flor. 1, 40, 30 vidit illud grande impiae gentis arcanum patens. Amm. 16, 7, 6 nec prodidisse aliquando arcanum. 27, 10, 10 nullo ... in conscientiam arcani adhibito. Hier. epist. 97, 2 mentis fatentur arcanum. 20, 4. 124, 8 cur non recurramus ad animae arcanum? Vvlg. Ezech. 7, 22 violabunt arcanum meum. Mart. Cap. 6, 586 exquisitum est eruditionis arcanum. Macr. sat. 1, 17, 51 fabula non abhorret ab intellectu naturalis arcani. Prvd. Symm. 2, 75 arcanum rerum verique latebras. Prosp. contra collat. 2, 5 donec fides insita cogitationis claudebatur arcano. Sed. op. pasch. 3, 10 ubi credulo iam sani cordis arcano fidelis coepit abundare praesumptis. Ennod. epist. 6, 12. Carm. epigr. 111, 14 sacris teletis reperta mentis arcano premis. 1531 B, 3 quis queat arcanum sa⟨piens pernosce⟩re fontis? **b** *mystica res*: Lvcan. 6, 439 canentes arcanum ferale magos. Tert. anim. 13 *res* absint longe a communi conscientia in arcano et in superioribus et apud ipsum deum. Filastr. 129, 1 arcani salutaris Christi mysteria. Clavdian. 5, 290 et fuit arcanum populo. Macr. sat. 1, 18, 8 religiosi arcani observatio. somn. 1, 17, 11 de caelestis volubilitatis arcano. 2, 17, 16 harmoniae superum ... arcanum. Oros. hist. 7, 1, 1 absque ullo arcano. 2, 3, 5 tanto arcano ineffabilium iudiciorum dei ex parte patefacto. Sidon. epist. 8, 11, 10 nil nisi arcanum celsumque. 9, 11, 9.

2 *plur.*: **a** *quae tacenda sunt vel ignota*: Verg. Aen. 1, 262 volvens fatorum arcana (Ov. met. 2, 639 Apvl. met. 2, 12). Hor. epod. 15, 21 nec te Pythagorae fallant arcana renati. Sen. Herc. f. 596 in lucem extuli arcana mundi (Lvcan. 5, 198 Clavd. 22, 445 aevique arcana patescunt). dial. 6, 25, 2 *nepotem* in arcana natura libens ducit (epist. 102, 28). Lvcan. 5, 137 farique sat est arcana futuri. 6, 514 nosse domos Stygias arcanaque Ditis operti ... non vita vetat (Stat. Theb. 8, 2 regisque arcana sepulti rupit *Amphiaraus vivus ad inferos delatus*). Pers. 4, 35 penemque arcanaque lumbi runcantem. Plin. nat. 29, 21 *non arguam* arcana praecepti. Stat. Theb. 2, 416 nec clara odiorum arcana paterent. 5, 68 arcana domorum anguibus ... re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plesset. 12, 232 nec frangit iter per et invia saxa lapsurasque trabes nemorumque arcana. Tac. dial. 2 ut... arcana semotae dictionis penitus exciperem. Apvl. met. 2, 29 quin refers ... populo singula tuaeque mortis illuminas arcana. Sol. 40, 6 subtilioris doctrinae arcanis immoratus (*cf.* Amm. 16, 12, 15 doctus Graeca quaedam arcana. 17, 7, 9). Amm. 28, 4, 21 artis tesserariae arcana. Chalc. comm. 231 facile est adsequi naturalia arcana. 247. transl. 27 natura rerumque arcana rimatum. Prvd. ham. 910 arcana videt tacitis cooperta futuris *Iohannes*. Cod. Theod. 14, 9, 3, 1 philosophiae arcana rimetur. 9, 14, 3, 7 consiliorum arcana patefecerit. Cod. Iust. 1, 17, 2, 11 qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum (earum*?*) properant. Hor. sat. 2, 1, 30 velut fidis arcana sodalibus olim credebat libris. epod. 11, 14 *Bacchus* fervidiore mero arcana promorat loco. Ov. epist. 4, 5 his arcana notis (*i. litteris*) terra pelagoque feruntur. ars 1, 137 nil opus est digitis, per quos arcana loquaris. Liv. 24, 5, 14 ad arcana occultanda. 24, 24, 2 cui et alia arcana committere solebat. 40, 21, 11 elicere omnia arcana specularique abditos eius sensus. Sen. Herc. O. 482 ne quis arcana occupet. Med. 678 omnem explicat turbam malorum, arcana secreta abdita. Phaedr. 825 fido pectore arcana occulam. Tro. 580 *dolor* pectore imo condita arcana eruet. epist. 3, 3 quia interveniunt quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas ... misce. 83, 10 huic autem neminem commissurum arcana quae per vinum eloqui possit. Cvrt. 6, 7, 3 arcana se et silenda adferre. 6, 10, 7 taciturum arcana ... credebat. Lvcan. 8, 279 curarum vobis arcana mearum expromam. 9, 554 cui crediderim superos arcana daturos ... magis quam ... Catoni? Plin. nat. 7, 150 arcanorumque proditionem. Sil. 2, 481 arcanis dea (*Fides*) laeta. Stat. Theb. 2, 332 vias arcanaque coniunx senserat. Ivv. 2, 61 donant arcana cylindros. 13, 73. Plin. paneg. 83 cubicula ipsa intimosque secessus recludit omniaque arcana noscenda famae proponit. Amm. 15, 5, 9 arcanorum conscius (14, 1, 7. 15, 2, 5. 21, 2, 4. 26, 6, 14. 31, 12, 9). Hier. epist. 78, 4 Beelsephon ... vertitur habens arcana. Vvlg. prov. 11, 13 revelat arcana. Clavd. 3, 179 *Rufinus* profert arcana. 5, 488 arcanaque suevit prodere. 18, 128 arcana tueri mens infida vetat. Mart. Cap. 1, 22 v. 12 inmodico penetrans arcana labore. Hor. carm. 1, 28, 9 Iovis arcanis Minos admissus (Stat. Theb. 8, 279 quicum ipse *Amphiaraus* arcana deorum partiri ... solebat). Liv. 40, 23, 1 arcana eius elicuit. 41, 24, 3 regum arcanis interesse⟨t⟩. Sen. Herc. O. 486 arcana tacitus nostra defendens specus. 535 quam meis admittit arcanis fides. Cvrt. 4, 6, 5 explorare non poterat ... arcana regum. 6, 8, 11 omnium arcanorum regis arbitrum. 7, 7, 24 arcana mea et secreta te prodente cognovit. Plin. nat. 25, 7 scrinium commentationum harum ... in arcanis suis reliquit. Stat. silv. 5, 1, 39 maerentemque videt lectique arcana ministri. 5, 3, 158 tenuisque arcana Corinnae *explicat Stati pater*. Ps. Qvint. decl. 1, 2 istam ... oportet ... arcana mariti deprehendere. Frontin. strat. 1, 2, 5 omnia suorum arcana confessus est. 1, 4, 13. Tac. ann. 1, 6 ne arcana domus, ne consilia amicorum ... vulgarentur. Apvl. met. 10, 23 arcanis domus ... silentii custodiae traditis (-didit *cod.*). Hier. epist. 53, 8 arcanorum domini cognitor. 133, 11. Vvlg. Sirach 27, 17 qui denudat arcana amici. Sidon. epist. 3, 13, 10 patronorum ... arcanis. Prisc. laud. Anast. pr. 22 arcana nudans principis mitissimi. Cassiod. var. 8, 18, 3 ut arcana regia Fidelis accipias. 4, 3, 3. Carm. epigr. 219, 21 arcana qui solus sui sciturus domini fuit. Stat. silv. 2, 1, 57 quis curas mentisque arcana remittet? Apvl. met. 5, 8 nec tamen Psyche coniugale illud praeceptum ullo pacto temerat vel pectoris arcanis exigit. Chalc. comm. 184 intra arcana pectoris. Symm. rel. epist. 10, 9, 4 merito vos arcana omnium pectorum possidetis. Amm. 22, 5, 2 pectoris patefecit arcana. 19, 9, 4 mandatis arcanisque vitae secretioris. Hier. epist. 3, 5 cordis arcana rimaris. 18, 18 cum animae nostrae arcana penetrarit. 54, 13 taciti oculi cordis fatentur arcana. 65, 5. 133, 2 *deum* cordis arcana non fallunt. Mart. Cap. 2, 153 cogitationum arcana. Prvd. psych. 840 arcana recondita mentis. Mart. Cap. 9, 893 pectorum arcana. Ennod. epist. 3, 21 cui reserastis libertatis penetralia, illi pectoris arcana claudentur. Carm. epigr. 111, 45 arcana mentis cui reclusa credidi. Vita Radeg. 19 intra archana cordis sui. Plin. nat. 28, 129 pueris ... lactis asinini heminam dari ... antiqui in arcanis habuerunt. 30, 9 hanc (*scientiam*) in arcanis habuere. Tert. apol. 21 eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis. Treb. trig. tyr. 31, 11 habent integrum numerum ex arcanis historiae in meas litteras datum. Tac. ann. 2, 36 arcana imperii temptari. 2, 59 inter dominationis arcana seposuit Aegyptum (*i. q. praerogativae imperatoriae*).

b *quae propter religionem tacenda sunt, i. q. mysteria*: Ov. met. 2, 755 subit *mentem Minervae* hanc arcana profana detexisse manu. 7, 192 nox ... arcanis fidissima. 7, 256 monet arcanis oculos removere profanos. Sen. Oed. 214 ambage flexa Delphico mos est deo arcana tegere. 522 arcana sacri voce ni retegis tua. nat. 7, 30, 6 illa arcana non promiscue nec omnibus patent. epist. 95, 24 sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur. Lvcan. 6, 430 supernis detestanda deis saevorum arcana magorum noverat. Plin. nat. 3, 65 *Romae* nomen alterum dicere ⟨nisi⟩ (*add. Mommsen, cf.* Sol. 1, 4 caerimoniarum arcana sanxerunt) arcanis caerimoniarum nefas habetur. Sil. 7, 494 quae dum arcana deum vates evolvit in antro. 13, 494 gravida arcanis Cymes anus. Stat. Theb. 8, 625 nimiusque arcana profari *Amphiaraum* Phoebus agit. Qvint. inst. 1, 12, 15 *Plato* Aegypti quoque sacerdotes adiit atque eorum arcana perdidicit. Tac. hist. 5, 9 volgatum nulla intus deum effigie vacuam sedem et inania arcana. Apvl. met. 2, 28 per ... arcana Memphitica. 11, 21 ut me noctis sacratae tandem arcanis initiaret. 11, 22 quo (*die*) ... piissimis sacrorum arcanis insinueris. Tert. bapt. 2 idolorum sollemnia vel arcana. Novat. trin. 31 divinae nativitatis arcana. Lact. inst. 4, 27, 20 multa quae continentur divinis arcanis. 7, 14, 7 sicut arcanis sanctae scripturae continetur (7, 15, 1). Chalc. comm. 211 nequaquam sacris intellegibilium arcanorum sit initiatus. Symm. epist. 9, 148 *virgo Vestalis* pudici numinis maculavit arcana. Amm. 22, 16, 20 initia sacrorum condita scriptis arcanis. 23, 6, 24 ex adyto concluso a Chaldaeorum arcanis labes exiluit (23, 6, 32). 26, 3, 4 arcanis piacularibus. Ambr. fuga saec. 2, 6 esse spectanda lectionis arcana istius. Hier. epist. 78, 4 Beelsephon idoli arcana contemnimus. Vvlg. exod. 7, 11 fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas et arcana quaedam similiter. Pavl. Nol. epist. 1, 10 video me ... arcanis et penetralibus dei ... receptum. Avg. serm. 126, 1 arcana et secreta regni dei quaerunt credentes. Secvnd. ad Aug. epist. (Vind. 25, 895, 18) nec eius te potuisse arcana incognita secreti cognoscere. Macr. sat. 1, 7, 14 nec Serapim receperant in arcana templorum *Aegyptii*. Arator 1, 771 eloquar hinc sacrae quae sint arcana figurae.

synonyma: *ad II 1*: occultus, secretus; latebrae, secreta, abdita, silenda. *ad II 2*: supernus, sanctus, sacratissimus, insolitus. penetralia. *opposita*: *ad II 1*: publicatus, communis.

neutrum adverbialiter arcanum: Stat. Theb. 10, 921 coeperat ... arcanum mugire polus. Prisc. perieg. 985 hic aetites est, sonitum cui spiritus addit arcanum crepitans.

adv. **arcānō**. *possunt huc pertinere loci Plautini cf. p. 434, 59.* Cic. Att. 16, 3, 1 *librum* lege arcano convivis tuis. Caes. civ. 1, 19, 2 ipse arcano cum paucis familiaribus suis conloquitur. *compar.*: Colvm. 3, 2, 32 quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam. *Klotz.*

Arcānus, -ī *cogn. vir. amicus Martialis Narbonensis* Mart. 8, 72, 3, *pater insequentis?* Corp. XII 4354 L. Aemilio L. f. Pap. Arcano *praet. design. temp. Hadriani.* III 7855 Iulius Arcanus pra⟨ef.⟩ coh. II Fl. Commag(enorum). **Arcānius** *nom. vir.* Corp. X 3155 Arcanius f(ilius).

arcara *f. herba.* Diosc. 2, 193 αρκαρα (αρκαρ *alii*). *Stadler, Archiv 10 (1898) 91.*

Arcaragantēs *pars Sarmatarum.* Hier. chron. a. 336 Sarmatae Limigantes dominos suos, qui nunc Arcaragantes vocantur, facta manu in Romanum solum expulerunt (*ubi* argaragantes *sim. alii codices*). *v. Tomaschek, PW. II 429.* *V.*

arcārius, -a, -um. *qui ad arcam i. pecuniam pertinet*: Gloss. II 24, 18 arcaria τραπεζιτικά. Gaivs inst. 3, 131 alia causa est eorum nominum, quae arcaria vocantur. *ibid.* arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. *subst.* **arcārius,** -ī *m. cf. Habel, PW. II 429—431.* Gloss. ὁ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπέζης, τραπεζίτης, trapezita, nummularius, dispensator, actor. *in titulis saepe* arkarius *legitur.* Scaev. dig. 40, 5, 41, 17 Stichus arcarius probante domino nomina fecit. Pavl. sent. 3, 6, 72 arcarii inter urbana ministeria continentur. Vlp. frg. Vat. 134 arcari Caesariani (Corp. V 1801, 6 Caesaris Augusti arcari). Lampr. Alex. 43, 4 arcarios ... instituit, qui de arca fisci ederent munera. Symm. epist. 1, 68 pontificalis arcarius. Vvlg. Esth. 3, 9 arcariis gazae tuae. Rom. 16, 23 Erastus arcarius civitatis (*οἰκονόμος τῆς πόλεως*). Sidon. epist. 5, 7, 3 invident ... arcariis pondera, mensuras allectis, salaria tabulariis. Cassiod. var. 10, 28, 1 arcarios prorogatores tritici, vini et casei. 12, 23, 1 solidis, quos a nostro arcario (*sc. praefecturae praetorianae*) percepisti. Cod. Iust. 11, 43 (42), 8, 1 arcarius aurum aquaeductus suscipiat. Corp. II 2214 ark(arius) XX her(editatum) (X 6977, 5). III 3953 ark(arium) stat(ionis) Sisc(ianae). VIII 15585. IX 4109 ark(arius) rei p(ublicae). X 865 Anterus arcar(ius). X 1495, 4 ark(arius) rei p(ublicae) Neapolitanorum. X 3938, 3 arc(arii) Cretae. XI 4382 ark(arius) rei p(ublicae) Amerinor(um). XIV 2156 r(ei) p(ublicae) Aricinorum ser(vus) arc(arius).

ad arca *VII a*: Zeno tract. 2, 38 si quis aliquid desideraverit qui recondidit, Noe omnia illi arcarius non negabit.

arcārius *cf.* arcuarius. *Klotz.*

Arcas, -dos *vel* -is, Ἀρκάς. Corp. X 1440 (*Herculanei, descr.*) Viciriae A. f. Archadi. Arch- *invenies saepe in codd.*: Sidon. carm. 7, 20 Schol. Germ. Basil. Sang. Strozz. *cf.* Arcadius *nom. propr.* Corp. X 1834 (*Puteolis*) Arka⟨s⟩. *graece declinatur, etiam plur.* Arcadon (Varro Men. 101) *et* Arcasin (Serv. gramm. IV 453, 24 Beda gramm. VII 239, 11). *formae latinae*: Prisc. gramm. II 316, 6 in 'as' correptam Graeca ... hic et haec Arcas, huius Arcadis. *idem* Ov. met. 1, 218 fast. 5, 643 (*sed propter metrum plur.* -ĕs *et* -as). Boet. cons. 4, 3 *carm.* 18. Arcadem: Sidon. carm. 9, 176 Serv. auct. Aen. 11, 31 georg. 1, 67 Schol. Germ. Bas. p. 64, 15. p. 64, 19 (Strozz. p. 123, 9. p. 124, 3) Sang. p. 113, 15. Arcadum: Sol. 1, 8 Ivst. 6, 6, 6 (Oros. 3, 2, 2) Hyg. astr. 2, 4 p. 34, 21 B. Schol. Stat. Theb. 4, 275. Arcadibus (*dat., abl.*): Varro rust. 2, 6, 1 Verg. Aen. 10, 451 Avg. civ.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18,17. 18,18 SERV. auct. Aen. 11, 93 ISID. orig. 11, 4, 1. *acc. plur.* Arcadēs: NEP. Epam. 6, 2 COLVM. 1, 3, 6 PLIN. nat. 25, 94 (*idem* -as 8,81) POL. SILV. chron. min. I 518, 30 SERV. ecl. 7, 4 (georg. 2, 342 -as) SERV. auct. Aen. 11, 93 (*ibid.* -as) SCHOL. Stat. Theb. 4, 292 (4, 275 -as).

A *Peloponnesi regionis incolae*: GLOSS. IV 406, 8 Arcas ab Arcadia. **1** *pluraliter*: **a** *ad mythologiam pertinentia*: *universa gens*: CIC. Serv. georg. 2, 342 Arcades ... se proselenos esse asserunt, id est ante lunam natos (CENS. 19, 5). *cf.* OV. fast. 2, 289 ante Iovem genitum terras habuisse feruntur Arcades, et luna gens prior illa fuit (5, 89 *sq.* SEN. Phaedr. 786 STAT. Theb. 4, 275). CIC. rep. 3, 25 *Arcades et Athenienses* commenti sunt se de terra ... extitisse. *cf.* STAT. Theb. 4, 339 saxis ... et robore nati. SEN. Herc. O. 1536 Arcadum ... populis vetustis (1811). CIC. nat. deor. 3, 57 Aesculapiorum primus Apollinis quem Arcades colunt ... frater. 3, 59 Oceani filia, quam Arcades *Κορίαν* nominant. PRIAP. 75, 7 Faunus Maenalon Arcadumque silvas *tuetur*. OV. fast. 2, 271 Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur Arcades. *cf.* VERG. ecl. 10, 266 *sqq.* PLIN. nat. 8, 82 Arcades Iovi Lycaeo humana ... hostia faciebant (AVG. civ. 18, 17). HYG. fab. 274 p. 149, 17 Arcades res divinas primi diis fecerunt. SEN. Herc. O. 1883 STAT. Theb. 1, 273. 7, 414. *Euandri comites*: VERG. Aen. 8, 51 genus a Pallante profectum. 10, 363 insuetos acies inferre pedestris. 12, 281 Troes Agyllinique et pictis Arcades armis (12, 231). 11, 93 Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis. *saepius*. SEN. dial. 11, 7, 6 Euandrum in ripa Tiberis regna Arcadum conlocantem (OV. fast. 6, 505 LIV. 1, 5, 2 FLOR. epit. 1, 1, 9 SOL. 1, 8. 1, 14). *Parthenopaei*: STAT. Theb. 4, 299 Arcades ... gens una viris, sed dissona cultu. 6, 618. 9, 845. **b** *ad historiam et geographiam*: COLVM. 1, 3, 6 diversum orbem ... petiisse ..., ut primordia nostra contingam, Pelasgos Aborigines Arcades (PLIN. nat. 3, 56 SOL. 2, 3). LIB. gener. chron. min. I 108, 204 Grecorum ... gentes ... Iones Arcades Boeti Aeoli Lacones. *v. p. 441, 10.* VIB. SEQ. geogr. p. 158, 19 Parrhasii Arcades Europae. PRISC. perieg. 412 Arcades Apidanei (*Dionys. Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες*). *cf.* AVIEN. orb. terr. 574. VARRO rust. 2, 6, 1 *asinos Reatinos* ipsis Arcadibus vendidi. PLIN. nat. 7, 155 Arcades, quorum anni trimenstres fuerunt (SOL. 1, 34 CENS. 19, 5 ARNOB. nat. 4, 25 AVG. civ. 15, 12 POL. SILV. chron. min. I 518, 30 MACR. sat. 1, 12, 2). 25, 94 Arcades ... non medicamínibus uti. 8, 81. 7, 155 Arcadum reges tricenis annis *vixisse*. MANIL. 4, 768 antiqui. NEP. Epam. 6, 1 cum in conventum venisset Arcadum. 6, 2. LIV. 32, 5, 5 ex concilio Arcadum. CIC. div. 1, 57 duo quidam Arcades familiares (VAL. MAX. 1, 7 ext. 10). VAL. MAX. 7, 1, 2. **2** *singuli*: **a** *apud mythographos et poetas nomine proprio modo adiecto modo omisso*: *celeberrimi*: Euander (VARRO ling. 5, 21 OV. fast. 5, 643 VAL. MAX. 2, 2, 9 SOL. 7, 11 SERV. Aen. 8, 51. *cf.* VERG. Aen. 8, 102 rex Arcas. OV. fast. 1, 471. 1, 542). STAT. Theb. 6, 561 Arcada Parthenopaeum. *nomine omisso*: STAT. Theb. 1, 45. 6, 608. 6, 644. 8, 744. 9, 651. 9, 858. 10, 28. 10, 749. 12, 805—807 Arcada: *ter in versus initio*. *alii*: STAT. Theb. 7, 590 Aconteus. OV. met. 8, 391 bipennifer Arcas (*Ancaeus*). SOL. 2, 7 Catillo. STAT. Theb. 10, 435 *Dymas* (10, 443 inclitus. 10, 350). VAL. FL. 7, 543 Echion. SERV. auct. Aen. 8, 130 Echemus. STAT. Theb. 2, 258 Euhippi. SCHOL. Stat. Theb. 8, 370 Lycaonis (*cf.* OV. met. 1, 218). VERG. Aen 12, 517 Menoeten. ANTH. 392, 8 Oebalus. FEST. 326 Salium. VERG. ecl. 7, 2 Corydon et Thyrsis ... Arcades ambo (*cf.* 7, 26. *substantive potius quam adiective*). *nota canes*: OV. met. 3, 210 Pamphagus et Dorceus et Oribasus, Arcades omnes. *v. Hiller v. Gärtringen, PW. II 1160 sub 3.* *nota femin.*: SCHOL. Stat. Theb. 7, 8 'Parrhasis' Arcas a gente dicta. unde fuit Callisto. 7, 267 duas Atalantas fuisse ... unam Arcadem ... aliam de Scyro. *saepe* Mercurius *intellegendus est deus* (*cf.* VARRO Men. 101 Mercurium Arcadon colonum): LVCAN. 9, 661 pinnae Arcados. STAT. Theb. 4, 228 deus (SIDON. carm. 23, 122) 4, 483 nubilus. 8, 48 nuntius. STAT. silv. 2, 7, 6 vocalis citharae repertor. 3, 3, 80 summi Iovis aliger Arcas nuntius. 5, 1, 107. MART. 9, 34, 6 pius. AVSON. 413, 7 petaso ... ditis Arcados. SIDON. carm. 1, 7. 5, 166 citus. 7, 20 Tegeaticus. 9, 176. 10, 16 MART. CAP. 1, 7. 1, 24 (*vers.*). 6, 705. BOET. cons. 4, 3 *carm.* 18 (p. 99 P.) numen Arcadis alitis. *Mercurii stella*: AVSON. 332, 21 celer Arcas, finitimus terris. CLAVD. 7, 164 ingrediturque globum Lunae limenque relinquit Arcados et Veneris clementes advolat auras. carm. min. 44, 3 quod furis, adversi dedit inclementia Martis, quod procul a Musis, debilis Arcas erat. *incertum haec an Arctophylacis sidus (cf. C) significetur* VAL. FL. 5, 370 hebet Arcas et ingens Iuppiter. SERV. auct. georg. 1, 16 Pan non Arcas ... sed Ithacesius.

b *apud historiographos*: LIV. 35, 26, 3 praetor Achaeorum ... rudis in re navali erat, Arcas, mediterraneus homo. **3** *singulariter collective*: *ad 1 a*: *pro* Arcadia: VAL. FL. 1, 35 Lernae defensus ab angue Arcas. MART. lib. epigr. 27, 4 Arcas Maenalium non timuisset aprum. *v. l. 82.* *ad 1 b*: *pro* Arcades: LVCAN. 3, 177 Maenala liquit Arcas. CLAVD. 8, 471 Spartanus et Arcas. *pro* Arcadia: SIDON. carm. 5, 45 *fert* Arcas equos, Epirus equas, pecuaria Gallus. **B** *adi.*: *ad eandem regionem pertinens*: **1** *ad A 1 a*: VERG. Aen. 11, 835 Euandrique Arcades alae (12, 551). MART. 5, 65, 2 Nemees terror et Arcas aper. STAT. Theb. 7, 94 Arcadas aras. VAL. FL. 5, 205 Arcados ... deae (*Callistus*). AVG. civ. 18, 18 ab diis vel potius daemonibus Arcadibus. VERG. Aen. 10, 239 eques (*collective*). 8, 518 equites. STAT. Theb. 5, 555. VARRO Serv. auct. Aen. 8, 51 Arcades exules confugerunt in Palatium duce Euandro. PRIAP. 36, 5 Faunos. SIL. 6, 636 Arcas ... mater (*Euandri filia*). VERG. Aen. 8, 102 rex (*Euander, cf. p. 439, 43*). STAT. silv. 5, 2, 123 turmas. OV. met. 1, 218 tyranni (*Lycaonis, v. p. 439, 51*). SEN. Herc. f. 130 ursae (*Callistus. vers. del. Leo*). **2** *ad A 1 b*: NOT. dign. or. 5, 32 equites Arcades *sub magistro militum praesentiali*. 39, 18 *sub duce Scythiae* cuneus equitum Arcadum. *cf. E.* **C** *Arcadum heros eponymus. v. Hiller v. Gärtringen, PW. II 1157.* HYG. fab. 244 p. 131, 14 Arcas Iovis et Callisto filius in stellas relatus (275 p. 151, 13 SERV. auct. Aen. 1, 744 georg. 1, 67 SCHOL. Stat. Theb. 3, 685). *hos Iovis amores, Callistus et Arcadis fata narrat* OV. met. 2, 401—507. OV. met. 2, 468 puer Arcas. 2, 505 omnipotens ... raptos (*Callisto et Arcadem*) per inania vento imposuit caelo vicinaque sidera fecit. HYG. astr. 2, 1 p. 30 *Callisto* in *ursae* figura corporis Arcada procreavit (SCHOL. Germ. Bas. p. 58, 9 Sang. p. 113, 15). HYG. astr. 2, 4 p. 34, 10 de *Arctophylace* fertur ut sit Arcas nomine (SCHOL. Germ. Bas. p. 64, 15). Arcas *i. Arctophylax sidus? cf. p. 439, 70.* OV. fast. 1, 470 a magno tellus Arcade nomen habet *sc. Arcadia* (HYG. fab. 176 p. 30, 9 SCHOL. Germ. Strozz. p. 123, 10 HIER. a. Abr. 535 ISID. orig. 9, 2, 71. 14, 4, 15). *cf.* SERV. auct. Aen. 11, 31. **D** *nom. vir. et cogn. mul. cum A et B potius coniungas quam cum C. v. p. 438, 72 et 75. adde* CORP. III 2924 (*in titulo Iadestino*) Mevia Arcas. **E** *nom. equi*: CORP. VI 10053 d/e 12 Arcad(e) Aet(olo) *scil. vicit. cf. B 2.*

terra: **Arcadia**, -ae *f.*, *Ἀρκαδία*. Arch- *saepe in libris. nota* RAVENN. p. 399, 16 Acardiam. **A** *Peloponnesi regio, v. l. 18. nota structuram*: VITR. 8, 3, 21 Arcadia ... civitas est non ignota Clitorii. **1** *ad* Arcas *A 1 a et A 2 a*: CIC. nat. deor. 3, 53 primum et secundum *Iovem* natos in Arcadia (AMPEL. 9, 1). 3, 57 quartus *Apollo* natus in Arcadia (AMPEL. 9, 6). VERG. georg. 3, 392 Pan deus Arcadiae (10, 26 AVG. civ. 18, 17 *cf.* VERG. ecl. 4, 58 *et* 59 *et* HOR. carm. 4, 12, 11 *et* LIV. 1, 5, 2). OV. fast. 2, 424 Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet. STAT. Theb. 1, 356 Arcadiae capita alta. VERG. Aen. 8, 159 gelidos ... finis (STAT. Theb 3, 421). OV. met. 1, 689 gelidis in montibus. MART. CAP. 9, 916 sollers ... nemus. STAT. Ach. 1, 419 pascua ditis Arcadiae. VERG. Aen. 10, 428 proles. SIL. 13, 345 saltus (CLAVD. 3, 286). 9, 192 vastator aper (*cf.* SEN. Herc. O. 980 nefas). *pro* Arcades: VERG. ecl. 4, 58 Arcadia ... iudice *bis*. STAT. Theb. 4, 310 totam ... impellere ... Arcadiam *ad bellum*. 6, 637. **2** *ad* Arcas *A 1 b et A 2 b*: MELA 2, 39 in Peloponneso Argolis ... Achaia ... Arcadia. 2, 43 Peloponnesiacae gentes undique incingunt (PLIN. nat. 4, 20). TAB. Peut. 7, 5 *in Peloponneso* (*rubro*) Achaia Arcadia Laconice. *falsus civitatem exscr.* RAVENN. p. 376, 8. p. 399, 16 Guido p. 538, 14. ISID. orig. 14, 4, 15 Arcadia sinus est Achaiae ut platani folium inter Ionium et Aegaeum mare exposita. NOT. Tir. 112, 51. *memoratur a poetis et scriptoribus, inprimis apud* PLIN. nat. *et* GEOGR. *primum apud* PACVV. trag. 75[a] Tegeaea Arcadiae civitas. *praeter oppida, montes, flumina, sim. laudantur herbae, arbores*: PLIN. nat. 25, 94 totam Arcadiam ac Laconicam tradunt *herbiferam, cf.* 25, 67. 20, 7. 25, 117. 20, 22. 21, 57. 16, 51. *gemmae*: PLIN. nat. 37, 97 *carbunculus*. 37, 146 asbestos (SOL. 7, 13 AVG. civ. 21, 5). *animalia*: VARRO rust. 2, 6, 2 *asinos*. HOR. carm. 4, 12, 11 pecus. PERS. 3, 8 turgescit vitrea bilis, findor ut Arcadiae pecuaria rudere credas (*asinos. alludit* AVSON. 76, 4 *cf.* Arcadicus). VARRO rust. 2, 4, 12 suem. PLIN. nat. 9, 70 exocoetum *piscem*. *varia*: PLIN. nat. ind. 25, 53 propter herbas in Arcadia lac potari. nat. 28, 125 in Arcadia bubulum biberent pthisici. 14, 116 in Arcadia *vinum* fieri quod fecunditatem feminis inportet, viris rabiem. CLAVD. 5, 189 starent Arcadiae, starent Lacedaemonis arces. HOR. carm. 4, 12, 11 nigri colles. AVSON. 408, 16 medio ... in gremio. PLIN. nat. 37, 146 montibus. CLAVD. 26, 513 oras. *nota*: *pro* Arcades: PLIN. nat. 10, 207 quae Arcadia narrat. *proverbialiter*: CIC. Att. 10, 5, 2 quod mihi mandas de Quinto regendo '*Ἀρκαδίαν*' (*intellege μ' αἰτεῖς. nimium petis. cf. Boot ad l.*). **B** *opp. Cretae*: SEN. nat. 3, 11, 5 urbs. PLIN. nat. 31, 53 *oppidum*. TAB. Peut. 9, 1 Arcade. *cf. Steph. Byz. Ἀρκάδες πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς. οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες. Δημήτριος ... Ἀρκαδίαν, item Polyb.* RAVENN. p. 397, 1 Arpade. *v. Hirschfeld, PW. II 1137 sub 2.* **C** *Aegypti dioecesis*: NOT. dign. or. 2, 29. 23, 13. NOT. dign. or. 23, 6 Archadia. 1, 85 *praeses* Arcadiae *Aegypti*. POL. SILV. chron. min. I 542, 10, 6 Arcadia (*cod. Albigensis*, Arch- *ceteri*). *v. Pietschmann, PW. II 1137 sub 3.* **D** *cogn. mul.*: *ad A*: CORP. III 2146 (*Salonis*) Aeliae Arcadiae. *ab hoc diversum femininum pertinens ad* Arcadius, *imperatoris nomen.*

adi. **Arcadius**, -a, -um, *Ἀρκάδιος*. *ad* Arcadiam *poetarum pertinens. primum apud* LVCR. 5, 25. PROP. 2, 28, 23 Arcadios ... per agros (SEN. Ag. 832). STAT. Theb. 8, 749 antro. MART. 9, 101, 6 apro. VAL. FL. 1, 481 astro (*Callisto, Vrsa maiore*). STAT. Theb. 2, 50 coloni. 4, 303 galeri (7, 39. *scil. Hermae*). 9, 792 gentis. OV. fast. 2, 272 iugis. 2, 423 monte (*Lycaeo*). 5, 663 montibus. SEN. Herc. f. 229 nemora. VAL. FL. 4, 384 Arcadio sonuit cava fistula ritu. PROP. 1, 1, 14 rupibus. VERG. Aen. 5, 299 ab Arcadio (Arcadia *P*) Tegeaeae sanguine gentis. SEN. Oed. 477 sidus (*Callisto*). STAT. Theb. 9, 585 silvas. LVCR. 5, 25 horrens ... sus. VERG. Aen. 10, 424 telo (*Pallantis*). STAT. silv. 5, 3, 93 testudine. VAL. FL. 1, 108 veneno. STAT. Theb. 2, 70 virgae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Hermae*). SEN. Herc. O. 16 urbes. OV. fast. 1, 462 Arcadiae ... deae (*Carmentae*). PROP. 1, 18, 20 deo (*Pani*). SIL. 6, 633 ductor (*Euander*). VERG. georg. 4, 283 magistri (*Aristaei*). Aen. 8, 573 regis (*Euandri*). GRATT. 100 senem (*Dercylon*). SEN. Herc. O. 366 virgo (*Auge*). OV. am. 3, 6, 30 virginis (*Arethusae*). VERG. Aen. 12, 271 quos ... crearat ... Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo. *nota* APVL. met. 6, 7 frater Arcadi (*Mercuri*) *et absolute dictum pro Mercurio stella*: SIDON. carm. 15, 65 Arcadium sexto Lunam sic orbe supremo ... currere. *plur. subst. pro* Arcades: CHRON. Alex. p. 108, 175 Grecorum ... gentes ... Arcadii (*ubi* LIB. gener. Arcades). *adi. latine formatum* **Arcadiēnsis,** -e, *ad* Arcadiam *pertinens*. SCHOL. Arat. lat. p. 148 carmen exposuit apud Pana Arcadiensem (*ποίημα ἀνέγνω τὸ εἰς τὸν Πάνα τὸν Ἀρκαδίας*). *adi.* **Arcadicus,** -a, -um, *Ἀρκαδικός*. **1** *ad* Arcadiam *geographorum scriptorum pertinens*: PLAVT. As. 333 asinos (VARRO rust. 2, 1, 14 PLIN. nat. 8, 167 ISID. orig. 12, 1, 40). COLVM. 7, 1, 1 minor Arcadico vilis hic vulgarisque asellus (7, 10, 344). AVSON. 76, 4 asinos ... rudere dicas cum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus (*asinos*): *inspexit* PERS. 3, 9. VARRO rust. 2, 8, 3 (*de asinis*) seminio ... Arcadico. *oppos.* Reatino. PLIN. nat. 16, 197 *abies*. LIV. 1, 5, 1 Pallanteo, urbe Arcadica. AVIEN. Arat. 258 tyranni (*Lycaonis*). **2** *ad* Arcas *i. q.* Mercurius: MART. CAP. 5, 437 Pallados aures atque Arcadicam rationem. **3** *ad 1*: *translate pro* stupidus: IVV. sat. 7, 160 iuveni (SCHOL. asino ac per hoc stulto, hebeti). MART. CAP. 6, 577 Arcadicum ac Midinum sapis. *nomen* **Arcadius,** -ī, *Ἀρκάδιος*. *in titulis omnino praevalet* Arc-, *exceptis*: CARM. epigr. 654 (*christ. prope Antium, in subscr., a. 385*) Archadio (INSCR. christ. Rossi I 399 *a. 392*). CORP. XI 2872 (*christ. Volsinis, a. 401*) Arkadio. INSCR. christ. Rossi I 473 (*a. 399*) Harchadi. *in codicibus saepe* Arch-: MARC. COM. *plerumque*. IORD. Rom. 311. 319. 322. 323. GREG. TVR. GREG. M. epist. 13, 50 p. 415, 10. p. 417, 2. **1** *nom. et cogn. vir.*: *primus ut videtur et celeberrimus est imperator* Fl. Arcadius. *v. Seeck, PW. II 1137. memoratur a scriptoribus tam ethnicis quam christianis. passim* COD. Theod. COD. Iust. *saepe laudatur in columnis miliariis*: CORP. IX 5982. 5991. 6001. 6002. 6007 *al.* X 6840. 6864. 6885. 6913 *al.* XII 5503. 5675. CORP. VI 1187 *sqq.* XIV 2934. 3416 (*chr.*). V 6224 (*chr.*). 8768 (*chr.*). VIII 969. 7017. *multa collegit Ruggiero, diz. epigr. s. v. alii eiusdem nominis*: PELAGON. 168 Arcadi apopiras (*medici*). DIG. 1, 11, 1 Aurelius Arcadius Charisius magister libellorum libro singulari de officio praefecti praetorio. *v. Jörs, PW. III 2146. Sidoni Apollinaris filius*: ALC. AVIT. epist. 51 p. 81, 3. 36 p. 66, 21. *cf.* GREG. TVR. hist. Franc. 3, 9 Archadius ... unus ex senatoribus Arvernis, *saepius*. GREG. TVR. vit. patr. 9, 1 Archadium Biturigae urbis episcopum (CONC. Aurelian. a. 538 Mon. Germ. leg. III p. 85, 12 *cf.* CONC. Aurel. IV a. 541 *ibid.* p. 98, 3). PROSP. chron. epit. p. 475, 1329 add. p. 497, 1329 *martyr Hispanus*. AVELL. p. 231, 13 *episc.* CORP. VIII 10928 (*in Maur. Sitif.*) Arcadi utere in Cristo. CARM. epigr. 790 (*prope Viennam*) Arcadi(u)s quondam d(e)o purusque menister. INSCR. Rhen. Brambach 769 (*ethn.*). **2** *flumen v.* Archabis. **forum Arcadiī** *Constantinopoli*. CASSIOD. hist. 11, 5 in loco civitatis, qui Xerolophus appellatur, in Arcadii foro (*Socr. hist. eccl.* 7, 5 *ἡ ἀγορὰ Ἀρκαδίου*). *cf.* MARC. COM. chron. min. II 75, 421, 2. **Arcadia,** -ae, *Ἀρκαδία*. *nom. mul. prima*: Arcadii *imperatoris filia, christianae legis studiosissima*: MARC. COM. chron. min. II 81, 17 soror Theodosii. NOT. urb. Const. 10, 7 *regio nona continet in se* domum nobilissimae Arcadiae (11, 13). *v. Seeck, PW. II 1137. alia*: INSCR. christ. Rossi I 960 (*a. 516*) Arcadia v⟨irgo?⟩. *cf.* Arcadia *regio sub D. hinc demin. latin.* **Arcadiola,** -ae *nom. mul. christ.* INSCR. christ. Rhen. Kraus I 134 (*Treveris, periit*) hic quiescet Arcadiola. *adi.* **Arcadiacus,** -a, -um, *Ἀρκαδιακός*. **1** *ad* Arcadium *pertinens*: NOT. dign. or. 8, 25 *et* 26 *sub dispositione magistri militum per Thracias*: comites Arcadiaci. comites Honoriaci. NOT. urb. Const. 12, 11 *et* 12 *regia undecima continet in se* cisternam Arcadiacam. cisternam Modestiacam. **2** *ad* Arcadiam *regionem pertinens*: NOT. Tir. 112, 52 (*praecedunt* asinus caballus Arcadia). *adi. latine formatum* **Arcadiānus,** -a, -um. *ab* Arcadius. COD. Theod. 6, 4, 25 (*a. 384*) Theodosianum ... et Arcadianum praetores primis praetoribus (*Constantiniano et Constantiano*) addidistis. NOT. dign. or. 7, 35 *sq. sub dispositione magistri militum per orientem auxilia palatina* Felices Arcadiani seniores (7, 37 Honoriani). *cf.* 6, 63 iuniores (6, 65). 28, 21 (*in Aegypto*) ala Arcadiana. 28, 8 Archadiana. **thermae Arcadiānae** *Constantinopoli*. NOT. urb. Const. 2, 13 *regio prima continet in se* thermas Arcadianas. MARC. COM. chron. min. II 64, 8 ex conditoris sui nomine nomen acceperunt. **Arcadiopolis,** -is, *Ἀρκαδιούπολις, opp. Thraciae, olim* Bergula, *ab* Arcadio *conditum*. IORD. Get. 266 Bizzim et Arcadiopolim. *v. Hirschfeld, PW. II 1156 sub* Arkadiupolis. *hinc adi. latin.* **Arcadiopolitānus,** -a, -um. *ad* Arcadiopolim *Asiae (Ioniae?) pertinens, v. Ramsay, Asia minor p. 114 sub* Teira: ACTA conc. Const. II Mansi IX p. 175^{c} episcopo Arcadiopolitano Asiae. *Diehl.*

arcātūra, -ae *f. i. q. arca finalis cf.* arca *VI*. CASSIOD. var. 3, 52, 1 terminis testibus aut iugis montium aut fluminum ripis aut arcaturis constructis. *Klotz.*

arcātūra, -ae *vide* arquatura.

Arcavicēnsis *v. sub* Arcobriga. **Arcavis** *v.* Archabis.

Arce *v.* Arca. **Arcea** *v. sub* Arcius.

Arcecius Mercurius, *cf. Ihm, PW. II p. 431*. CORP. III 5768 (*ex Alpibus marit., a. 238/44*) deo Mercurio Arcecio. *Otto.*

Arcēius *v.* Arcius.

arcelaca *v.* arceraca.

arcella, -ae *f. ab* arca *deminutive*. PAVL. FEST. 25 arca deminutivum facit arculam et arcellam ut a porco porculum et porcellum, a mamma mammulam et mamillam. DIOM. gramm. I 326, 6 *antiqui* descendebant ... *diminuendo* usque ad tertiam formam, tam quam arca arcula arcella arcellula.

1 *apud gromaticos cf.* arca *VI*: GROM. p. 352 invenies arcellam in trifinio positum. **2** *i. q.* arca *Ib*: AVG. c. Faust. 5, 5 et aurum in arcellis et in sacculis habeatis. **3** *sarcophagus cf.* arca *III*: CORP. III 9546 arcellam mihi condedi ad medianus martyres. **4** *translate*: PS. AVG. serm. 12, 4 diligenter adspiciamus arcellas conscientiae nostrae. 89, 1 intra arcellas animae nostrae. 229, 6 arcellae interiores id est conscientiae nostrae.

arcellula, -ae *f.* DIOM. gramm. I 326, 7 *v. l. 8*. GREG. TVR. Franc. 2, 40 in hanc arcellolam solitus erat pater meus numismata auri congerere. GREG. TVR. Franc. 10, 16 si quis earum (*monacharum*) arcellulas scrutaretur. *Klotz.*

Arcem *opp. Arabiae*. HIER. sit. et nom. p. 98 Arcem. Iosephus refert hanc esse Petram urbem nobilem Palaestinae (*cf.* EVSEB. *Ἀρκέμ*. IOSEPH. ant. 4, 82 *πρότερον μὲν Ἄρκην λεγομένην, Πέτραν δὲ νῦν ὀνομαζομένην*).

Arcēnus *v.* Arca.

Arcēns, Arcentis filius *Siculus, cuius filium Mezentius interfecit*. VERG. Aen. 9, 581 *sqq.*

arcēnsis. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 45, 183 (*Alba Fucente*) Bonae deae arcensi triumphal(i) Valeria Amaryllis v. s. l. a. *est Bona dea arcus triumphalis, sicut appellata est Bona dea castr(i) Font(anorum), Bona dea Anneanensis, sim. (cf. Mommsen ad Corp. VI 30855)*.

Arcēnsēs *coloni*. CORP. II 1180 (*Hispali, periit; aetate Marci*) Sex. Iulio Sex. f. Quir. Possessori ... curatori coloniae Arcensium. *de Arca Caesarea Phoenices cogitavit Hübner.* *Otto.*

Arcentius *v. sub* Arcius.

arceo, -uī, -ēre. [*cf. c. gr. ἄρκος ἀρκεῖν, armen.* argel 'impedimentum', argelum 'arceo, prohibeo' *et c.* arx arca. *Th.*] GLOSS. *κωλύω, ἐπέχω*, arcet *εἴργει*, veto, prohibeo, parceo (*at βιάζομαι* porceo *v. tamen* PAVL. FEST. 15, 13 *p. 444, 53*), constringo vel ango vel angustio, arcet appellit (*i.* apellit, aspellit), arcebat repellebat, arcet depulit (*sic*), arcent tenent, custodiunt unde cohercere, arcire *et* arcere repellere, arcebatur vertebatur (*i.* vetabatur *an* avertebatur*?*), impellebatur, pellebatur. *de coniugatione fuse agit* PRISC. gramm. III 499, *qui etiam* arcitum, arcitus, arciturus *et formas inde derivatas non dubitat ponere. de* a *brevi ex composito* coerceo *probanda* PRISC. gramm. II 437, 27. *in codd. saepe scriptum legitur* arguit, arguerim *sim. pro* arcuit, arcuerim *sim., unde et* arguendo *pro* arcendo (LIV. 8, 2, 12 *v. p. 444, 56. cf. ibid.* 8, 2, 11 *v. p. 443, 76*). *forma* alcere AMM. 19, 11, 12 *v. p. 443, 20. verbum deest apud* PLAVT. TER. LVCIL. CATON. CAT. CAES. SALL. NEP. TIB. VITR. *alios.*

I *coerceo, contineo*: *cf.* PAVL. FEST. 15, 9 arcere est continere. ENN. frg. dub. 2 qui fulmine claro omnia per sonitus arcet, terram, mare, caelum. CIC. rep. 6, 17 qui (*sc. globus*) reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens et continens (*sc. deos*). nat. deor. 2, 136 alvus ... arcet ... et continet, sive illud aridum est sive umidum, quod recepit. 2, 152 nos flumina arcemus, derigimus, avertimus. Muren. 22 ille (*Murena*) tenet [et scit], ut hostium copiae, tu, ut aquae pluviae arceantur (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 33). top. 38 omnem aquam oportere arceri, quae pluendo crevisset. *inde term. techn. ICtorum*: CIC. top. 39 aqua pluvia ... propiore *genere ea est*, in quo quasi ius arcendi continetur. 43 aquae pluviae arcendae adigere arbitrum non possis. LABEO Paul. dig. 39, 3, 2, 9 aquam ... arcere hoc esse curare, ne influat. DIG. 39, 3 tit. *ibid. passim. cf.* LACT. inst. 1, 1, 12. TAC. ann. 6, 19 quantum saevitia glisceret, miseratio arcebatur. VERG. Aen. 2, 406 teneras arcebant vincula palmas (*cf.* CIRIS 403). FEST. 334, 7 latebras..., quibus *iuvenis* arcuerit (arguerit *cod.*) senem, id est cohibuerit, et celaverit. HIER. epist. (Migne 22, 337) 5, 2 ego arreptae solitudinis terminis arceor. PS. PROSP. carm. de prov. 180 nilque adeo est magnum, quod non certus modus arcet. CIC. har. resp. 4 scelus tam importunum, audaciam tam immanem .. non posse arceri otii finibus. SEN. benef. 4, 18, 3 haec (*societas humana*) morborum impetus arcuit. PAVL. FEST. 174, 10 noverca dicitur, quam quis liberis sublatis novam uxorem ducit arcendae familiae gratia. PLIN. nat. 18, 17 nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos. ITIN. Alex. 41 *Callisthenes* arcere hominem (*Alexandrum*) et deducere palpo temptabat.

II *prohibeo*: *cf.* PAVL. FEST. 15, 13 arcere prohibere est. *v. p. 444, 51.* **A** *animans arcet*: **1** *animantem*: CIC. Muren. 22 (*v. l. 58*). PAVL. FEST. 102, 2 LIV. 37, 11, 7 TAC. ann. 12, 40 hist. 3, 38 *v. p. 443, 32*. 4, 74 exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. AMM. 29, 1, 2 ut arcerent potius quam lacesserent Persas *Traianus et Vadomarius*. TAC. ann. 6, 33 qui Parthis adventabant, facile arcebantur. 11, 24 victos pro alienigenis arcebant *Lacedaemonii et Athe-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

addita causa cur aliquis arcessatur: **a** *per enuntiatum relativum*: Plavt. Amph. 951 Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Men. 952. Bacch. 796 servos arcessit intus, qui me vinciant. Ter. Andr. 979 accerse hinc qui auferant eam. Cic. Verr. 6, 114 ad se arcessit quaestorem suum, cuius consilio uteretur. S. Rosc. 50 ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. Liv. 40, 8, 4 rex ... amicos duos ... accersit, quos in consilio haberet. Heges. 1, 44, 6. **b** *per* ut: Plavt. Mil. 1184 matris verbis Philocomasium arcessito, ut ... eat. Liv. 30, 23, 1 (43, 8, 1) consulem ... arcessendum, ut coram eo de pace ageretur censebat. 42, 36, 9 ipsis accersentibus praesidia, ut tutiores ... essent. Sen. contr. 1, 4, 2 arcessitus *filius*, ut occideret adulteros. 2, 1, 35 arcessitum a domino servum, ut inter se medius et dominam recumberet. Val. Max. 4, 4, 4 Cvrt. 7, 6, 15. **c** *per supinum*: Ter. Eun. 592 accersitur lavatum interea virgo. **d** *per* causa *vel* gratia *c. gen.*: Cic. dom. 5 desideratum accersitum revocatum conservandae rei publicae causa. Liv. 26, 22, 2 comitiorum causa. Vlp. dig. 5, 1, 2, 3 iudicandi causa. Svet. Tit. 5 adoptionis gratia. **e** *per praep.* ad *c. ger.*: Cic. Cat. 4, 13 hic ad evertenda rei publicae fundamenta Gallos arcessit. Phil. 6, 3 ad opprimendam rem publicam. Liv. 9, 9, 12 senes ab domo ad consultandum accersunt. 35, 33, 8 quo (*decreto*) accerseretur Antiochus ad liberandam Graeciam. 42, 47, 10 ad eam rem agendam. Val. Max. 4, 4, 5 qui ad eum (*Atilium*) arcessendum a senatu missi erant ad imperium populi Romani suscipiendum. **f** *per praepositiones* ad, in, adversus: Cic. Att. 2, 20, 2 ad societatem laboris. Heges. 5, 36, 2 ad proelii societatem *cf. l. 37*. Cassian. inst. praef. 2 me ... ad communionem tanti operis dignaris accersire (*translate*). Ter. Hec. 184 simulat se ad matrem accersi ad rem divinam. Cic. ad Brut. 1, 5, 3 ad comitia. Sall. Cat. 52, 24 ad bellum. Liv. 8, 20, 7 ad triumphum. 42, 5, 4 ad praemia (*cf. l. 34*). Sen. dial. 6, 17, 5 accerset ad libidinem mares feminasque. Qvint. decl. 388 p. 435 ad mortem (*translate. cf. p. 453, 20*). Heges. 1, 43, 4 ad supplicia. Hier. epist. 92, 3 ad quaestionem coram episcopis (*cf. p. 452, 48*). Cass. inst. 4, 16, 1 quisquis ad opus aliquod accersitus ... tardius occurrerit. Heges. 1, 10, 1 milia ... in bellum accersens. *cf. p. 452, 23 et 48. 453, 84.* Liv. 7, 32, 3 accersenda adversus se (*Samnites*) auxilia. 29, 1, 20 adversus Hannibalem eum (*Scipionem*) arcessitum. Tac. ann. 12, 10 se ... nepotem Phraatis accersere adversus dominationem. **g** *per dativum*: Cic. dom. 71 ut arcessitus imperio populi Romani

videretur. Heges. 1, 36 vixque festorum dierum solemnitatibus accersebatur Antipater. Sen. epist. 117, 30 qui obstetricem parturienti filiae sollicitus accersit. Colvm. 1 praef. 4 animi sibi quisque formatorem ... e coetu sapientium arcessat (*per imaginem*). *nota*: *aliquem* auxilio accersere: Caes. Gall. 3, 11, 2 qui auxilio ab Belgis arcessiti (*opp.* prohibeat). Liv. 24, 2, 4 ad auxilium Poenos. 32, 38, 4 decreto accersitus ad auxilium urbis. Avr. Vict. vir. ill. 4, 11 ab Tullo in auxilium arcessitus. Svlp. Sev. chron. 1, 49, 4. *cf.* in adiumentum, in usum *p. 453, 84.* *obiectum subauditur*: Plavt. Cas. 146 vir si quid volet me, facite hinc accersatis. 534. 580. 583. 601 Men. 776 Pseud. 663 Ter. Hec. 185. 187. Cic. Att. 1, 16, 5 arcessivit (*secundum* Sen. epist. 97, 4 accersivit) ad se *servum*. 2, 19, 5 Liv. 38, 30, 1. 42, 67, 12 Sen. Oed. 823. *cf. p. 450, 44. 451, 49 et 70.* *translate dictum est*: Sen. epist. 6, 6 nec in hoc te accerso tantum ut proficias, sed ut prosis. Tert. anim. 5 accerserit Eubulum aliquem. Ps. Ambr. apol. Dav. II 3, 16 accersiamus etiam alios (*praeter David*) ad tractatum (*v. p. 453, 52*). *cf.* Colvm. 1 praef. 4 *l. 3*, Qvint. decl. 388 p. 435 *p. 451, 76*, Cass. inst. praef. 2 *p. 451, 71, praeterea p. 451, 39.*

2 *speciatim*: **a** *in ius*: Gloss. IV 208, 14 arcessit incusat. 310, 26 accusavit. Cic. Verr. 3, 113 cumque magis invidioso crimine quam vero arcesseretur, ... a Cn. Pompeio absolutus est. Rab. perd. 26 quot ... eodem crimine in summum periculum capitis arcessas. Cael. 16 ambitus alterum accusaret ... ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret. Svet. Tib. 53 veneni ... crimine. Cic. Flacc. 14 hunc hoc iudicio arcesseret. off. 2, 51 iudicio capitis. Cic. Verr. 3, 142 statuarum nomine. Ps. Qvint. decl. 12, 1 hominem ... legibus accersimus. Cypr. Gall. lev. 189 dignaque accersite noxa, si iuvenis vetulo non adsurrexerit. Avell. p. 15, 3 Vind. querela. Rhet. Her. 1, 21 accersitur Caepio maiestatis. *ibid.* 1, 25 (Cic. inv. 2, 52 Tac. ann. 2, 50 Amm. 16, 8, 4) maiestatis. Cic. inv. 2, 74 sin autem certe nomine maleficii vocabitur in iudicium ... maiestatis arcessitur. Rhet. Her. 1, 18 (Cic. inv. 2, 97 Deiot. 30 Qvint. decl. 313 p. 228) capitis. Sall. Iug. 73, 5 Metellum omnibus contionibus capitis arcessere. Nigid. Gell. 19, 14, 8 Graecos non tantae inscitiae arcesso. Cic. Rab. perd. 26 summi sceleris (Heges. 3, 3, 8 facinoris). Sall. Iug. 32, 1 pecuniae captae. Tac. ann. 4, 29 tumultus hostilis et turbandae rei publicae. Calp. Flacc. 16 caedis unius. Apvl. met. 10, 10 mendacii. apol. 32 veneficii. Amm. 17, 4, 5 furtorum. Heges. 1, 41, 8 suspectae ... gratiae. Qvint. decl. 377 p. 420 paulo minus quam post fata arcessor reus. Flor. 1, 36 (3, 8) cuius flagitii reus cum ... arcesseretur. Val. Max. 6, 3, 10 ulterior tui (*uxoris*) conspectus supervacua inritatione arcessitus in suspicione et crimine haereat necesse est. Svet. Claud. 37 Appius ... arcessi statim ac mori iussus est. Amm. 26, 10, 11 aperte insontem arcessens. 15, 3, 1. 15, 5, 28. 16, 7, 6 nec exarsisse cupidine plus habendi arcesseretur. Heges. 1, 41, 7 Svlp. Sev. chron. 2, 2, 4. Amm. 15, 2, 1 in crimen laesae maiestatis arcessebatur. 28, 1, 27 (29, 1, 36 Svlp. Sev. chron. 2, 50, 3) in crimen. Cod. Iust. 9, 2, 17 in discrimen capitis. Gell. 17, 1, 11 faciem in suspiciones inpudicitiae accerserent. Heges. 1, 12, 4 qui in huiusmodi invidiam arcessebantur. **b** *de ducentibus uxorem*: Plavt. Aul. 613 ne affinem moror, quin ubi accersat meam extemplo filiam ducat domum. Ter. Andr. 546 si in remst utrique ut fiant *nuptiae*, accersi iube. 581 cur uxor non accersitur? 741 revertor, postquam quae opus fuere ad nuptias gnatae paravi, ut iubeam accersi. 848. Haut. 948 uxorem ut accersat paret. 1047 cur non accersi iubes filiam et, quod dotis dixi, firmas? Ad. 699 deos conprecare, ut uxorem accersas. 890 virginem. **c** Gloss. V 167, 47 arcessire ad superos evocare. Cypr. epist. 22, 2 omnes quos dominus in tanta tribulatione arcessire dignatus est. Philastr. 79, 8 mens accersitur, ut desinat a peccato. Cass. inst. 5, 41 illic habens defixum iugiter suae mentis intuitum, quo cotidie singulisque momentis accersiendum esse se credit (Orelli inscr. 4724 ab angelis accersitus). *cf.* Petron. 121 v. 117 animas accerse novas (*Ditem Fortuna adloquitur*). Qvint. decl. 326 p. 285 magna arcessebatur anima.

II ***animalia***: Plavt. Pseud. 326 ei, accerse hostias. 330 agnos. Cael. Cic. epist. 8, 4, 5 Ciburatas *pantheras* accersas curesque, ut me vehantur. *ibid.* 8, 9, 3. Colvm. 6, 2, 13 ex longinquo boves arcessere. Macr. 3, 15, 7 accersebantur autem murenae ad piscinas nostrae urbis ab usque freto Siculo.

III ***res***: **1** *naturales*: Sen. nat. 4, 2, 29 aqua illo incumbit, quo vis caloris ... arcessit. Aetna 121 apta necesse est confluvia errantes arcessant undique venas. Frontin. aq. 2, 91. *in imagine* Cic. Cael. 19 sin autem est rivolus arcessitus et ductus ab ipso capite accusationis vestrae (*cf. p. 453, 40*). Ov. am. 3, 2, 37 vis tamen interea faciles arcessere ventos, quos faciet nostra mota tabella manu. Apvl. met. 7, 21 me ... ignem ultroneum accersisse mihi. Colvm. 2, 16 arcessitam et advectam humum. **2** *alias corporeas*: Plavt. Bacch. 354 aurum. Sall. frg. 2, 97 argentum mutuum arcessivit. Cic. Verr. 6, 45 arcessere res transmarinas ex eis locis. epist. 7, 23, 3 ista ... quando arcessantur quo genere vectura (*tabellae pictae*). Att. 16, 11, 4 librum. Bell. Afr. 8, 1 (Liv. 37, 10, 11) commeatum. Hor. epist. 1, 5, 6 si melius quid habes, arcesse. Liv. 27, 25, 11 (Tac. hist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 71) omne genus tormentorum ... ex Sicilia arcessierat. 40, 44, 1 neve quid ad eos ludos accerseret. MANIL. 5, 56 totusque per usus diversos rerum ventis arcessitur orbis. 5, 376 arcessitur inde (*e lucis Phasidos*) macellum. SEN. benef. 7, 9, 5 hae (*Sericae vestes*) ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur. epist. 119, 5 merces. PETRON. 102 non accersito ferrumine. SIL. 4, 24 robora portis et fidos certant obices accersere silva. VEN. FORT. carm. 3, 4 praef. 9 te mihi Canobo, Cherucis adcersientibus myoparonem. **3** *sacras*: VARRO ling. 6, 15 Megalesia dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo rege Pergama. CIC. har. resp. 24 quorum (*Megalensium*) religio tanta est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe consederit. Verr. 5, 115 (SOL. 1, 115) quae (*sacra*) ... ab exteris nationibus ascita atque arcessita. FAST. Praenest. p. 235 (OV. fast. 4, 263 VAL. MAX. 8, 15, 3) Mater Magna ex libris Sibullinis arcessita locum mutavit ex Phrygia Romam. OV. met. 15, 640 prolem ... accersite nostram. LIV. 10, 47, 7 (VAL. MAX. 1, 8, 2) Aesculapium ab Epidauro Romam. 29, 11, 2 valetudinis populi causa. 34, 5, 10 dii ... novi ad opem ferendam dubiis rebus accerserentur. LACT. inst. 2, 16, 11 serpens ... Epidauro accersitus. *cf. p. 451, 45 et 454, 3.*
4 *mortem, somnum, affectus, sim.*: TIB. 1, 10, 33 atram bellis arcessere mortem. VAL. MAX. 9, 12, 8 inmerentia ... mortem accersant. SEN. epist. 69, 6. MELA 3, 65 non exspectant eam (*mortem*), sed ingerendo semet ignibus laeti et cum gloria arcessunt. LVCAN. 8, 660 (SIL. 4, 674 SOL. 16, 4. 52, 9) mortem. QVINT. decl. 306 p. 204 ad infantem mors arcessita non veniat. PS. QVINT. decl. 12, 19. SOL. 45, 7 arcessunt fame mortem *equi*. MACR. somn. 1, 13, 7 mortem cogi vel inferri vel accersiri vetat. VAL. MAX. 3, 2, 12 (APVL. met. 5, 25) arcessita ratione mortis. 4, 7, 4 nimia pietate causam sibi mortis. LVCAN. 4, 484 fata. 7, 252 fatum ferro. MACR. somn. 1, 13, 17 sibi celerem finem. *cf. p. 451, 76.* PROP. 3, 17, 14 quod si, Bacche, tuis ... donis accersitus erit somnus in ossa mea. CELS. 3, 18 p. 100. STAT. silv. 5, 5, 85 somnos. AMBR. exam. 3, 9, 39 p. 85 Vind. per mandragoram ... somnus accersitur. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 104. LIV. 21, 4, 7 *quies* neque molli strato neque silentio accersita. SEN. dial. 5, 12, 1 *ira* numquam arcessenda est (*opp.* reiciatur). CVRT. 3, 3, 2 illas (*species*) ... divinatio animi praesagientis accersiit. PETRON. 115 dum epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mittit. AVSON. 195, 25 spem remotam semper arcessis tibi. SCHOL. Pers. 3, 44 lippitudinem. SIL. 6, 95 cura seni ... parca vires accersere mensa (13, 160). **5** *argumenta, sim.*: CIC. top. 39 (de orat. 2, 117) quom autem a genere ducetur argumentum, non erit necesse id usque a capite arcessere. QVINT. inst. 2, 4, 31 *responsa deorum sim.* cum propria causae sunt, divina testimonia vocantur, cum aliunde arcessuntur, argumenta. CIC. de orat. 3, 92 opus est ... rebus accersitis. QVINT. 8, 3, 30 non verba rebus aptabit, sed res extrinsecus arcesset, quibus haec verba conveniant. HOR. epist. 2, 1, 168 ex medio quia res arcessit *comoedia*. SEN. contr. 7, 5, 13 longe arcessere *materiam*. PETRON. 36 fabulas. QVINT. inst. 2, 4, 31 sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt. PANEG. 11, 28 quid ... longius iudicia mitis et mansuetae mentis arcesso. AMBR. exam. 1, 8, 31 quid alienam naturam accersis ad excusationem tuorum lapsuum. in psalm. 47, 25 ad arguendam ... perfidiam Iudaeorum Ionae exemplum accersitur.
hic illic arcessere *etiam nude positum i. q.* longe *vel* aliunde arcessere *valet; cf. part.* arcessitus *p. 454, 11.* QVINT. inst. 10, 2, 27 *laus popularis* tum est pulcherrima, cum sequitur, non cum arcessitur. PLIN. epist. 5, 6, 42 longissimum si aliquid arcessit atque attrahit.
6 *alias res varias*: PLAVT. Amph. 327 illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo. Bacch. 426 hoc etiam ad malum accersebatur malum. SEN. epist. 24, 1 mala. 74, 33 sibi miserias (*syn.* admovere). CIC. ad Brut. 1, 17, 4 id ipsum quod verearis ... ultro arcessas et attrahas. Brut. 332 *artes*. Tusc. 4, 2 *studia* arcessita aliunde (*syn.* expetita). de orat. 3, 156 illae (*tralationes*) ... orationi splendoris aliquid arcessunt. VERG. georg. 4, 224 hinc (*ab apibus*) ... quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. CHALC. comm. 55 deum ... vitam ... eidem (*effigiei humanae*) ex convexis accersisse caelestibus. VERG. Aen. 10, 11 (AMM. 16, 12, 30) tempus. LIV. 9, 25, 6 (22, 38, 6) bellum. PETRON. 122 v. 158 ad has acies invitum accersere Martem. SIL. 15, 817 duplica bella ... geminas accerse acies. SEN. Thy. 53 odia caedes funera. dial. 5, 42, 3 certamina. 6, 5, 3 patere, immo accerse sermones. 7, 12, 2 *voluptates*. nat. 3, 28, 2 illinc causam tantae cladis arcessere. epist. 99, 13 causas doloris. MELA 3, 27 causas ex libidine. SEN. epist. 11, 6. CVRT. 8, 13, 25 periculo gloriam. 10, 5, 33 honores. LVCAN. 1, 166 totoque accersitur orbe, quo gens quaeque perit. SIL. 1, 572 ite ... antiquaque domo meliora accersite fata (*cf. l. 29*). IVV. 11, 17 perituram accersere summam lancibus oppositis. SOL. 1, 90 scripta ... ex antiquitate memorias accersunt in fidem veri. PANEG. 10, 33 arcessenda gratulationi. QVEROL. p. 6, 4 siquid boni est, ultro accerso. AMBR. parad. 2, 10 affectus, qui sibi auxilium non norit accersire. MACR. sat. 1, 16, 38 ab Aegypto ... auctoritas. COD. Iust. 6, 59, 11 fraterno consortio ... arcessito.
proprie apud grammaticos: PORPH. in Hor. carm. saec. 69 hic quoque ex superiore per zeugma particula arcessenda est. epod. 4, 2 accersendum huc extrinsecus 'tanta'. VEL. Gramm. VII 78, 4 in abstinente 's' arcessitum est. *nota*: HEGES. 3, 10 *naturam* sibi in adiumentum accersivit. PANEG. 12, 28 ut latentia naturae bona in usum arcesseres. *cf.* in auxilium *p. 452, 8.*
IV deos: VERG. Aen. 6, 119 si potuit manis arcessere coniugis Orpheus. SEN. nat. 2, 49, 3 hospitalia *fulgura* quae sacrificiis ad nos Iovem arcessunt (*syn.* invitant). TERT. bapt. 8 sane humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere. CENS. 3, 4 omnes hi *dei* semel in uno quoque homine numinum suorum effectum repraesentant, quocirca non per omne vitae spatium novis religionibus arcessuntur. *alio sensu*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 2 totoque deos arcessere mundo. *cf. p. 451, 44 et sub III 3.*
part. **arcessītus**, -a, -um *cf. p. 453, 53*: CIC. de orat. 2, 256 est enim cavendum ne arcessitum dictum putetur. SEN. contr. 1, 6, 9 longe arcessito colore. SEN. epist. 75, 1 *syn.* fictum. PETRON. 139 (QVINT. inst. 12, 10, 40) accersito sermone. QVINT. inst. 2, 4, 3 arcessitis descriptionibus. 5, 13, 4 proprium sit eius iudicii an ad causam extra arcessitum. 8 prooem. 23 (*opp.* simplicibus). 8, 3, 56. 8, 6, 7. 9, 3, 74 (*opp.* innatam). 8, 6, 48 (*opp.* propriis). 9, 4, 147 numeri sponte fluxisse non arcessiti et coacti esse videantur. 10, 1, 78 (*coniunctum* inane). PLIN. epist. 3, 19, 10 accersita et inducta. SVET. Claud. 21 frigidis et arcessitis iocis. SEN. dial. 9, 1, 6 cibus ... nihil habens arcessiti pretiosive. PLIN. nat. 13, 3 (15, 16) accersita commendatione. PLIN. epist. 1, 12, 2 arcessita mors.
structurae: *cum* accusare *significat, structuram synonymorum sequitur. locus unde aliquid* (*aliquis*) *arcessitur nudo ablativo exprimitur apud* LVCAN. 1, 166 SIL. 4, 24 STAT. silv. 1, 3, 78.
synonyma: *ad I 1*: vocare, evocare, revocare, excire. *ad I 2*: accusare, in iudicium vocare. *ad III*: attrahere, expetere, admovere, advehere. *opposita*: *ad I 1*: prohibere, expellere. *ad I 2*: absolvere. *ad III*: fugere, reicere. *Bickel.*
Arcessus *nom. vir.* CORP. XII 5923 (*Nemausi*) d. m. Fusci Arcessi (*post* Arcessi *lapis fractus est*). *Otto.*
Arcestius *v. sub* Arcius. **Arcestus** *v. sub* Arcusa.
[arcetat] *v.* arietat.
Arcetius *sodalis Turni*. VERG. Aen. 12, 459 Arcetium (Arch-*Romanus*) Mnestheus *ferit. cf. aut Ἄρκετος, Ἀρκετίων aut Ἄρχετος, Ἀρχετίων*. *Otto.*
arceuthinum *scil.* vinum, *ἀρκεύθινον*. DIOSC. 5, 58 vinum arceutinum. VVLG. II par. 2, 8 arceuthina et pinea de Libano.
arceuthis, -dis *vel* -dos *f. ἀρκευθίς, acinus iuniperi*. DIOSC. 1, 25 arceutidis uncia una. 1, 94 de arceutidos id est ziniperu. 5, 90. ORIBAS. syn. 1, 28 aceutidas ... decoctas. 4, 19 arceotides mordent stomacum. 4, 20. 23. 31. *V.*
Arcevoturum vicus *in vicinia Nemausi, ut videtur*. CORP. XII 5894 (*Nemausi*) Augusto sacr. vicus Arcevoturu⟨m⟩. *Otto.*
Arch- *ἀρχ- stirps graeca, duplici significatu ordiendi et regendi, creavit tam derivata graeca quam composita modo* 'i' *vocali ante consonantem interiecta modo* 'e'. *illa exempla crebrius* 'regendi' *vel* 'ducendi' *habent vim quam* 'incipiendi' *alteri compositorum classi potius tribuendam. hic illic tam* 'e' *vocalis traditur quam* 'i' (*cf. ex. gr.* Archelaus). *ubi* 'o' *legis* (*v.* archisynagogus), *formam etymologicam* (*ab ἄρχων*) *esse puta. libri et tituli* arch- *et* arc- *promiscue exhibent. saepe Latini latinis terminationibus graeca suae ipsorum linguae adaptaverunt* (archiater archidiacon archigybernus architectus *al.*), *saepe ex graecis nova procreaverunt* (archidiaconatus archimandritissa archimima archisynagogiarius, *variaque quae pertinent ad* architect- *adde* Archelaianus Architectianus. Archippianus?). *nota hybride formata*: archipontifex archisacerdos. *coniuncta hic exhibemus nomina propria, appellativa in ordinem abecedarium digessimus.*
I *derivata*: **Archē**, -ēs *vel* -ēnis, *Ἀρχή*. **1** *Musa*: CIC. deor. nat. 3, 54 Musae primae quattuor Iove altero natae Thelxinoe Aoede Arche Melete. **2** *aeonem Valentinianorum v. s.* arche. **3** *cogn. mul. nomin.*: CORP. XI 2638 (*ca. a. u. c. 700*) Domitia Papei l. Arche. VI 5875 (*e columb.*) ⟨P⟩opillia Arche. 14380 Capellia (mulieris) l(iberta) Arche. 15974. 20377. 23244. V 1233 (*Aquileiae*) Gavia Arche (*eadem fortasse redit* VI 12285). IX 934 (*Arpis, periit*) ⟨Calpurnia⟩ L. l. Arche. *ibid.* Cal⟩purnio Primigenio et Calpurnio Prim⟨.... XI 4934 (*Spoletii*) Varia Arce. *gen.*: CORP. VI 24947 Primigenius Octaviae Arches verna. *dat.*: CORP. VI 12129 C. Apidius Prímus sibi et Aristiae Arche patrónae uxóríque suae. 10562. V 2669 (*Ateste*) Clodiae C. ⟨l.⟩ Arche. XI 1037 (*Brixelli*) Petroniae T. l. Arche matri. X 1267 (*Nolae, periit*) Caesiae Archeni concub(inae).
Archetius *v. sub* Arcetius. *ab ἀρχή derivatur ἀρχαιός* (**Arcaeus** *v. s.* Arcius), *quocum componitur πόλις*: **Archaeopolis 1** PLIN. nat. 5, 117 obiit et Archaeopolis substituta Sipylo (*Ioniae*). **2** *altera in Lazorum finibus prope Colchos. v. Tomaschek, PW. II 435.*
Archiās *et* **Archia,** -ae, *Ἀρχίας. nom. et cogn. vir.* **1** *Graeci varii*: NEP. Pelop. 3, 2 *Atheniensis et Thebanus. v. Iudeich, PW. II 462, 8 et 9.* MELA 1, 101 oppidi nomen Calchedon, auctor Archias, Megarensium princeps. TERT. pall. 2 Corinthii cum Archia muniunt Syracusas. *v. Niese, PW. II 461, 2. cf.* Archiacus. **2** *notissimus* A. Licinius Archias *poeta Antiochia Syriae, quem defendit Cicero.* CIC. div. 1, 79 noster ... Archias. Att. 1, 16, 15. TAC. dial. 37 Licinius Archias (QVINT. inst. 10, 7, 19). CIC. Arch. 18 Archiam.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Qvint. inst. 8, 3, 75 sublimius illud pro Archia 'saxa atque solitudines voci respondent' (*sunt verba Ciceronis*). *cf.* 5, 11, 25. *v. Reitzenstein, PW. II 463.* **3** *in titulis*: Corp. VI 5235 (*e columb.*) A. **Fannius** Archia. X 4292 (*Capuae*) Plotia L. l. Nica D. Livinius D. l. Arcia. VI 14305 diis manibus Camillo Archia|... et M. Camillo M. f. Prisco. Inscr. Rhen. Bramb. 645 (*a. 250*) Arcias Marinus sacerdos. *fortasse idem nomen osce scriptum est* Corp. IV 1608 arkiiai. *adi.* **Archiacus,** -a, -um, *Ἀρχιακός*. Hor. epist. 1, 5, 1 si potes Archiacis conviva recumbere lectis nec modica cenare times holus omne patella. *cf.* Porph. *ad l.*: Archias breves lectos fecit. **Archilis** *vel* **Archylis,** -īnis *et* idos, *Ἀρχυλίς? nom. serv. mul.* **1** *mulier in* Plavt. Truc. 479. 130 Archilinem (Archinam *P*). **2** *persona muta in* Ter. Andr. 228 *et* 481 *bis vocative, libri exhibent* -y-. *contra* Prisc. gramm. III 425, 24 finiendi sermonis causa, quem ad Archilida habuit. 425, 20 *adfert* Ter. Andr. 481: Archyllis *cod. Paris., cett.* -illis. *sed secunda syllaba omnino brevis est.* **Archītās** *v.* Archytas *l. 32.* **Archō,** -ūs, *Ἀρχώ nom. mul.* Liv. 40, 4, 2 Theoxena et Archo *filiae Herodici principis Thessalorum.* 40, 4, 4. **Archo** *vel* **Archōn,** -ontis, *Ἄρχων. nom. et cogn. vir.* Liv. 41, 24, 1 Arc⟨h⟩o, frater Xenarchi praetoris, *Achaeus quidam. v. Wilcken, PW. II 564, 6.* Ivst. 13, 4, 23 Babylonios *sortitur* Archon Pellaeus (*quod perperam exscr.* Oros. 3, 23, 13). *v. Kaerst, PW. II 564, 5. hinc derivatum fortasse femininum* **Archontis,** *Ἀρχοντίς*. Corp. XIV 974 (*Ostiae*) Euodo b. m. f. Arciontis (-iontis *vidit Dessau. idem* '*fortasse* Archontis'). **Archontus** *nom. semigraecum v. s. voce.* **Archūsa** *v.* Arcusa *sub ipsa voce.* **Archōnidēs** (-ās), -ī (-is, -ae), *Ἀρχωνίδης* (-ας), *nom. vir.* Ter. Haut. 1065 Archonidi (*sic A*, -is *cett.*) huius filiam (Prisc. gramm. II 247, 12 *male dativum interpretatus est*). Cic. Verr. 4, 129 homo nobilissimus, Archonidas Elorinus (5, 59). *cogn. vir.*: Corp. XI 3660 (*Caere*) L. Hatile(ius?) L. l. Arconides. *dubitans huc traho* Corp. X 440 (*Murone, periit*) C. Octavius Arcioni⟨.... **Archylis** *v.* Archilis. **Archytās,** -ae, *Ἀρχύτας. codd. saepe* -i-. *nota nominativum dactylicum* Archyta: Sidon. carm. 2, 176 Ven. Fort. carm. 7, 12, 25. *ad* -y- *cf.* Hor. carm. 1, 28, 2 Prop. 4, 1, 77. *philosophus celeberrimus. v. E. Wellmann et v. Jan, PW. II 600.* Cic. Cato 39 Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri (Lael. 88 rep. 1, 16. 1, 59, de orat. 3, 139 Archytam. Vitr. 1, 1, 16. 9 praef. 13 cogitata. Val. Max. 4, 1 ext. 1. 8, 7 ext. 3 Col. 1, 1, 7 Porph. Hor. *l. c.* Lact. de ira 18 Ambr. off. 1, 94 Hier. epist. 48, 19. 79, 9 adv. Rufin. 3, 40 Clavdian. Mam. stat. anim. 2, 7 p. 121, 5). Varro rust. 1, 1, 8 Pythagoreus (Apvl. Plat. 1, 3). Gell. 10, 12, 9 Archytam Pythagoricum (Porph. *l. c.* Boet. inst. arithm. 2, 41 Clavdian. Mam. *l. c.*). *varia*: Cic. Tusc. 5, 64 Platonis aut Archytae ... doctorum hominum et plane sapientium. 4, 78 illud laudatur Archytae *vilico irati* ... 'quo te modo ... accepissem, nisi iratus essem' (Val. Max. 4, 1 ext. 2 Lact. *l. c.* Ambr. *l. c.*). Hor. carm. 1, 28, 1 te maris et terrae numeroque carentis harenae mensorem..., Archyta. Prop. 4, 1, 77 Archytae suboles, Babylonius Orops, Horon *genuit. scripta eius et doctrinas memorant praeterea* Vitr. 7 praef. 14 Qvint. inst. 1, 10, 17 Apvl. apol. 15 Arnob. nat. 2, 9 Boet. ars geom. p. 393, 7 arithm. mus. *passim. laudatur inter auctores* Plin. nat. ind. 8. 10. 14. 15. 17. 18. *nom. vir.* Corp. inscr. sem. I 1, 58 לארכחא (*Archytae*).

II *composita*: **Archagathus,** -ī, *Ἀρχάγαθος. nom. et cogn. vir. innotuerunt varii, famosissimus medicus*: Plin. nat. 29, 12 primum e medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum, Lysaniae filium ... vulnerarium ... egregium. ... mox a saevitia secandi urendique transisse nomen in carnificem et in taedium artem omnesque medicos. *unde* Gloss. V 520, 1 Archagathi vocantur saevi a notissimo carnifice, cui hoc nomen fuit. Cels. 5, 19, 27 tertia *compositio emplastri* ad auctorem Archagathum refertur. *cf.* archagathion. *huc fortasse trahenda* Not. Tir. 58, 93 Arcagathus, *praecedentibus* Tantalus Acheron Acherusia. *v. M. Wellmann, PW. II 433. alii*: Cic. Verr. 5, 51 Archagathum Haluntinum hominem non solum domi, sed tota Sicilia in primis nobilem (5, 52). Cic. epist. 13, 32, 1 C. Clodios Archagathum et Philonem. Ivst. 22, 5, 1 *filius Agathoclis tyranni Syracusani* (22, 8, 1 *et* 10 *sqq.*). *v. Niese, PW. II 432, 1.* Corp. IV 2580 A⟨r⟩χaga⟨t⟩hi? **archagathion,** *n. ab* Archagatho *medico derivatum.* Cael. Avr. chron. 4, 1, 7 plurimi laudant argagathion appellatum medicamen. **Archangelus** *v.* archangelus *B 3.* **Archebūlus,** -ī, *Ἀρχέβουλος*. **1** *Theraeus poeta, v. Crusius, PW. II 438.* Mar. Victor. gramm. VI 126, 13 iam pes novus atque metron placet Archebuli. Ter. Mavr. 1919 generi datur auctor huic vetus Archebulus. *bis habes ipsum metri genus.* Caes. Bass. gramm. VI 264, 3. *v.* archebuleus. **2** Plavt. Asin. 116 apud Archibulum ego ero argentarium. *adi.* **archebūlēus** (-īus), -um, *ἀρχεβούλειος. ad* Archebulus 1: Mar. Victor. gramm. VI 111, 16 logaoedicam ... speciem quae et enoplios et archebulios dicitur. *cf.* 126, 16 archebulion (*neutr.*). Caes. Bass. *adhibet formas in* -eus, *ceteri in* -ius. Diom. gramm. I 514, 1 archebulium metrum ubi hexametro prima syllaba ablata est et ab ultima tertia. 501, 25 alia *metra nominantur* ab iis, qui frequentes in illis fuerunt, ut sunt aristophania archebulia .... *eadem fere* Mar. Victor. *l. c.* p. 126, 1 *sqq., adiectis*: a quibusdam anapaestus antidactylus dictus est...ab Archebulo archebulius dictus est (p. 75, 20 Caes. Bass. gramm. VI 256, 10) ..., proprium ... archebulium est, quod constat ionico *ἀπὸ μείζονος* insequentibus duobus dactylis et duobus trochaeis. Serv. gramm. IV 462, 12 *anapaestico.* Mar. Victor. *l. c.* p. 70, 18 *metrum* logaoedicum seu archebulium (Mar. Plot. gramm. VI 544, 6). Caes. Bass. *l. c.* p. 256. p. 269, 25 metro. Mar. Plot. *l. c.* p. 544, 11 hemiepi. **Archedēmus** *v.* Archidemus. **Archelaus,** -ī, *Ἀρχέλαος. nom. vir. historiographi adferunt multos, ex quibus notissimi sunt Macedoniae reges et Cappadociae, philosophus, Anaxagorae discipulus* (Cic. Tusc. 5, 10), *Herodis Magni filius* (Vvlg. Matth. 2, 22). *hunc interpretatus est* Hier. nom. hebr. p. 60, 14 agnoscens leo (Gloss. IV 20, 16). *in titulis multi, tam servi* (Corp. VI 8730. 9840. 9983. X 8043, 37. XI 6702, 1. 6712, 194. 6700, 34. VIII 12954) *quam liberti. primi aetate liberae rei publ.* (Corp. III 713 *a. u. c. 662? 624?* VI 22775) *et columbariorum, plures autem saec. III in. plerique sunt Romani. huic nomini* Arcesilaus *adsimilatur, cum eodem confunditur. v.* Arcesilaus. *codd. parum docent ad orthographiam nominis et formam veluti* Gran. Lic. (*cod. saec. V*) p. 32 B 12 (*ed. Bonn.*) Archelavo *et* 22 Archaelavus, *multa tituli*: Corp. III 713 (*v. l. 13*) Q. Hortensius M. l. Archelaos. Patr. Nicaen. 1, 58 (*prov. Syriae Coeles*) Archelaos Doliches (*ceteri laterculi latini* Archelaus). Corp. VI 8730 (*descr. Mommsen*) Archelavos M. Considi et Considiarum. 22775 (*liberae rei publ. aet.*) M. Musti M. l. Archelaví. 6900 (*e columb.*) híc ossa L. Víri Archelaví. 21614 N. Luci N. l. Archelavi. X 8043, 37 (*in tegula Anagniana*). XI 6702, 1 (*in vase Arretino*) ⟨A⟩rchilavi. *nota*: -av- *igitur extat semel ante* 'o', *5tem ante* 'i'. -ai *bis tantum* (Corp. VI 18749. XI 6712, 194). Corp. X 3699, 2, 4 (*a. 251, Cumis*) T. Flavius Archilaus *dendrophorus. v. l. 31. sic scripserunt* Not. Tir. 113, 100. 115, 18 Plin. nat. 37, 108 *cod. Bamberg.* Oros. 6, 2, 9 *cod. Donauesch. saec. VIII* Vvlg. Matth. 2, 22 *pars libr.* Corp. VI 9840 Arcelaus Psecas de porticu. Cic. Tusc. 5, 35 Arcelaum *cod. Paris.*, Arcaelaum *cod. Gud.* Corp. XI 6700, 34 (*in vase Arretino*) Arcilaus C. Anni. VIII 3131 (*Lambaesi*) C. Iulio Arclao mil. leg. III Aug. III 11240 (*Pann. sup. dictionis barbarae*) M. Vlpiu(s) Artlaus. Archelaus: Corp. VI 5632 (*e columb.*) L. Cornelius L. l. Archelaus. 2010 (*ca. a. 180*) ⟩Cornelius Archelaus (16163). 1057 (*a. 210*) 1, 150 C. Apollon(ius) Archel(aus). Acta Arv. a. 218 B 15 Fl. Archelaus flam. *saepius.* VI 2271 L. Septimius Auggg. lib. Archelaus. 9983 vílicus. 23876 C. Pedanius C. f. Archelaus (23877). 26244 L. Septimio Archelao ... Archelaus et Bacchis p(a)r(entes). 26801 St(atius) Archelaus et M. Stratonice par(entes). IX 4916 C. Crítonius ... Archelaus. X 3725 (*Volturni*) P. Aelio P. f. Aeliano Archelao Marco originis clarissimae viro. II 2408 (*Tarracone*) T. Flavius Archelaus Claudianus leg. Aug. III 10556 (*Pannon. inf.*) L. Sept. Archelaus. **Archelaīānus,** -ī, *derivatum latinum ab* Archelaus. Corp. VI 4776 (*e columb.*) ⟨I⟩ulia Bolae l. Glycera Dardani Ti. Caesaris Aug. et Augustae ser(vi) Archela|iani mulier: *margo lapidis dexter non plane integer.* **Archelais,** -idis, *Ἀρχελαΐς, f.* **1** *opp. Cappadociae, v. Hirschfeld, PW. II 445, nunc* Akserai. Plin. nat. 6, 8 Cappadocia intus habet coloniam Claudi Caesaris Archelaidem (Sol. 45, 3). Ravenn. p. 97, 20. p. 99, 6 Archelaida. Itin. Anton. 144 coloniam Arcilaida. Itin. Burdig. 576 mutatio Argustana *et* civitas Colonia. Corp. VI 32536 c 27 (*saec. III in., laterc. militum*) C. Marius Marianu(s) Arcela(ide). **2** *opp. Bithyniae*: Chronogr. a. 354 p. 147, 17 *Macrinus* occisus Arcelaida (*cf.* Capitol. Opil. Macrin. 10, 3 in vico quodam Bithyniae. 15, 1 in suburbano Bithyniae). *idem referunt*: Hier. chron. a. Abr. 2234 in Archelaide (Prosp. chron. min. I 435, 780 Cassiod. chron. min. II 145, 905). Iord. Rom. 278 Archilaide. Oros. 7, 18, 3 apud Archelaidem (Beda chron. min. III 289, 352). *v.* Arcelaio. **3** *opp. Palaestinae, v. Benzinger, PW. II 445.* Plin. nat. 13, 44 in Iudaea ... laudata et Archelaide et Phaselide. Tab. Peut. 10, 1 Arcelais. *quod sit oppidum non constat* Corp. III 11057 (*Pannon. super.*) T. Soranio T. f. domo Archel(aide) Felici. **4** *cogn. et nom. mul.*: Corp. VI 11165 Aimilius Anthus pater et Cl. Archelais mater. 12215 Apuleia Sex. f. Archaelais. XIV 2857 (*Praeneste*) Aulia Archelais. *christianae*: Pavl. Nol. carm. 16, 264 nomine prisco Archelais tam sancta fide, quam nomine clara. Corp. III 9586 (*Salonis*) Flavianus et Archelais parentes. **Arcelaiō** *abl. oppid.* Itin. Anton. 202 *in via a Dorylaeo Ancyram, prope fines Bithyniae. v.* Archelais 2. *?* **Archelaïlopolis,** *Ἀρχελαΐδος πόλις?* Ravenn. p. 94, 12. Tab. Peut. 10, 5 Arcilapopoli *abl. v. Hirschfeld, PW. II 602.* **Archemachus,** -ī, *Ἀρχέμαχος. nom. vir.* **1** *Priami filius*: Hyg. fab. 90 p. 86, 20 Dict. 3, 7. **2** *rerum scriptor*: Plin. nat. 7, 207 ind. 7 (*ex auctoribus*), *ubi* Archi- *codd. v. Schwartz, PW. II 456.* **Archemerus,** -ī, **Ἀρχήμερος. nom. vir.* Corp. II 4970, 42 (*in vasculo Tarracone reperto*) Archemer(i). **Archemorus,** -ī, *Ἀρχέμορος. nom. vir.* **1** Hyg. fab. 273 p. 147, 9 *ludi* facti sunt in Nemea Archemoro Lyci et Eurydices filio (Serv. georg. 3, 19 Serv. auct. ecl. 6, 68). 74 p. 79, 8 Archemorum sive Ophelten Lyci regis filium (Schol. Stat. Theb. 4, 717). Schol. Stat. Theb. 5, 738 iure fatali *Opheltes* postea Archemorus nominatus est (Mythogr. 2, 141, 32) graeca pronuntiatione sermonis. *ἀρχή* ... graece principium dicitur, *μόρος* mors (*hinc fluxit* Ps. Fvlg. sup. Theb. p. 184, 28 H.). Stat. Theb. 5, 738 puer, heu nostri signatus nomine fati, Archemorus *dicit Amphiaraus.* 7, 92 cinerem placabat Adrastus Archemori. Prop. 2, 34, 38 funera. Avson. 387, 4 Archemori Nemeaea colunt

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

funebria Thebae. 386, 3 sacra (*festa*). STAT. Theb. 6, 517 sepulchro. 4, 719. 5, 609. *v. Bethe, PW. II 456.* **2** SIL. 17, 426 Archemorum ... Mantua pubenti genetrix dimiserat aevo. **3** *v.* Archenor. **4** IVV. sat. 7, 235 *in codd. ex* Anchemoli *corruptum. cf.* VERG. Aen. 10, 388.

Archemoria, -ōrum, *n. ludi.* SCHOL. Stat. Theb. 3, 479 *Branchiadae* Archemoria in honorem Iovis celebrare volunt. **Archenōr,** -oris, *Ἀρχήνωρ. Niobes filius* HYG. fab. 11 p. 43, 13. *idem nomen in* Archemorus *corruptum est* SCHOL. Stat. Theb. 3, 191 MYTHOGR. 1, 156.

Archepolis, -is *et* -idis, *Ἀρχέπολις. nom. vir.* **1** *e coniuratis in Alexandrum* CVRT. 6, 7, 15 Archepolim. **2** COD. Iust. 6, 30, 13 (*a. 294*) idem AA. et CC. Archepolidi. **Archermus,** -ī, *Ἄρχερμος. nom. vir.* PLIN. nat. 36, 11 in Chio insula Melas scalptor ..., deinde nepos *eius* Archermus. 36, 12. *v. Robert, PW. II 457.* **Archestratus,** -ī, *Ἀρχέστρατος. nom. vir.* CORP. XIV 2710 (*Tusculi*) Hateria mater f⟨e⟩cit Archestrato f. pientissimo. **Archestrata,** -ae, *cf. Ἀρχεστράτη, nom. mul.* PLAVT. Curc. 643 *nutrix.* **Archistratēs,** -is, *nom. ficticium.* HIST. Apoll. 48 p. 107, 10 a Cyrenensi rege Archistrate. 13 p. 24, 9 rex ... *Pentapolidis* civitatis. *saepius appellatur.* **Archistratis,** -is, *nom. ficticium*, Archistratis *filia.* HIST. Apoll. 25ª p. 46ª, 9 cara coniux Archistratis et unica filia regis. 49ª p. 109ª, 1 levavit se Archistratis ... uxor ipsius. *ibid.* p. 109ª, 11 Apollonium ... uxorem suam Archistratem cognovisse. **Archetimus,** -ī, *Ἀρχέτιμος. philosophus saec. IV.* SYMM. rel. 5, 2 Celsus ortus Archetimo patre, quem memoria litteratorum Aristoteli subparem fuisse consentit. (*v. l.* Arce-). **Archibius,** -ī, *Ἀρχίβιος.* PLIN. nat. 18, 294 Archibius ad Antiochum Syriae regem scripsit, si fictili novo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates. ind. 18 (*ex auctoribus*).

Archibūlus *v.* Archebulus. **Archidēmus** (Arche-), **Archidāmus,** -ī, *Ἀρχίδημος, Ἀρχίδαμος.* **A** Archidemus (Arche-). *Graeci varii:* **1** CIC. ac. 2, 143 principes dialecticorum, Antipater et Archidemus (*Tarsensis*). SEN. epist. 121, 1. *num idem est atque* QVINT. inst. 3, 6, 33 ab Archedemo qualitas exclusa est. 3, 6, 31? *v. Brzoska, PW. II 440.* **2** *medicus laudatur inter auctores* PLIN. nat. ind. 12. 13. 29. 30. 33. 34. 35. *v. M. Wellmann, PW. II 470.* **3** *alii:* CIC. Flacc. 53 Tralianum. PLAVT. Asin. 865 ait sese ire ad Archidemum Chaeream Chaerestratum (*Athenienses*). **B** Archidamus: **1** LIV. 35, 48, 10 Aetolorum legatus Archidamus. 32, 4, 2. 35, 49, 1. 43, 21, 9 principem Aetolorum. 43, 22, 3. *al. v. Wilcken, PW. II 439.* **2** FRONTIN. strat. 1, 11, 9 Archidamus Lacedaemonius (IVST. 6, 6, 8 OROS. 3, 2, 3). *v. Niese, PW. II 467, 4.* **3** HIL. hist. frg. 2, 10 compresbyterorum nostrorum Archydami (*v. l.* Arcy-) et Philoxeni. **Archidēmīa,** -ae, *f. Ἀρχιδήμεια scil. πηγή.* Plin. nat. 3, 89 Syracusae cum fonte Arethusa, quamquam et Temenitis et Archidemia ... fontes in Syracusano potantur agro. **Archidēmidēs,** -is, *Ἀρχιδημίδης.* **1** PLAVT. Bacch. 345 hospes ... Archidemides (*Ephesius*). 284 (-is *codd.*). 257 Archidemidem *bis.* 250 ab hospite Archidemide (686). **2** TER. Eun. 327 patris cognatum atque aequalem Archidemidem novistin? (*Atheniensis*). **Archigenēs,** -is, *Ἀρχιγένης.* **1** *medicus celeberrimus Syriae, qui Romae versatus est sub Traiano, v. M. Wellmann, PW. II 484. in proverbium venit pro medico:* IVV. sat. 6, 235 corpore sano advocat Archigenen onerosaque pallia iactat. 14, 252 ocius Archigenem quaere. 13, 97 non eget Anticyra nec | Archigenē. *hinc* GLOSS. V 652, 27 Archigenem id est medicum. **2** *v.* archigenius. **3** *cogn. vir.* CORP. V 5225 (*ad lacum Larium*) I. o. m. P. Caesius Archigenes v. s. l. m. 5226. *adi.* **archigenīus,** -a, -um, *ἀρχιγένειος.* MAR. PLOT. gramm. VI 532, 25 de tetrametro (*anapaestico*) acatalecto pleno archigenio *sqq.* **Archilochus,** -ī, *Ἀρχίλοχος.* HIER. chron. a. Abr. 914 Archilocus. **1** *Parius poeta, v. Crusius, PW. II 487:* CIC. Tusc. 1, 3 *fuit* regnante Romulo. GELL. 17, 21, 8 Archilochum ... Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romae regnante iam tum fuisse poematis clarum et nobilem. CIC. Att. 16, 11, 2 Archilochi iambus. HOR. epist. 1, 19, 23 Parios ego primus iambos ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi .... 28 temperat Archilochi musam pede mascula Sappho. ars 79 Archilochum proprio rabies armavit iambo. *cf.* SIDON. carm. 9, 214 Archilochi feros iambos. QVINT. inst. 10, 1, 59. ISID. orig. 1, 38, 15. CIC. nat. deor. 3, 91 versu. VAL. MAX. 6, 3 ext. 1 libros. LVCIL. 655 CIC. orat. 4 HOR. sat. 2, 3, 12 VELL. 1, 5, 2. PLIN. nat. 7, 109 Archilochi poetae interfectores (SOL. 1, 117). TER. MAVR. 2244 *Aristophanes* metris multiformibus novis Archilochon arte est aemulatus musica. 2350 Archilochus auctor traditur talis metri. MACR. sat. 1, 17, 10 GRAMM. *passim.* **2** *alii: Troianus:* HOMER. 237 Antenore *cretus.* 787 Antenoriden (DARES 20). DARES 18 de Thracia Rhesus et Archilochus. SOL. 2, 10 Ariciam *constitutam* ab Archilocho Siculo, unde et nomen, ut Heminae placet, tractum. *adi.* **archilochīus,** -a, -um, *ἀρχιλόχειος.* **1** VARRO Diom. gramm. I 515, 19 archilochium Varro illud dicit, quod est tale (*sequitur versus*). MAR. VICTOR. gramm. VI 81, 21 dimetrum (MAR. PLOT. *ibid.* 520, 12). MAR. PLOT. *ibid.* 502, 8 *pentametram speciem* dipenthemimericam archilochiam dactylicam (*codd.* archiloicam). *cf.* 512, 10. 517, 10. 517, 19. 544, 2 encomiologicum. DIOM. gramm. I 507, 18 de iambico archilochio. iambicus colobus archilochius. MAR. VICTOR. *l. c.* 168, 21 hendecasyllabo iambico (ATIL. *ibid.* 299, 16). 166, 28 heroi tetrametri (165, 17. 170, 25). AVD. gramm. VII 332, 20 tetrametrum heroicum. MAR. PLOT. *l. c.* 544, 19 logaoedicum archilochium ithyphallium. DIOM. *l. c.* 529, 2 metrum (MAR. VICTOR. *l. c.* 115, 9. 122, 24. 163, 33 *al.* CAES. BASS. gramm. VI 270, 25). ISID. orig. 1, 38, 7 archilocha (*corr.* -ia, *an* -ica?) *metra.* CAES. BASS. *l. c.* 267, 3 ex archilochio quadrato. MAR. VICTOR. *l. c.* 84, 26 tetrametrum *trochaicum* catalecticum (85, 4. 134, 15 FRG. Bob. *ibid.* 622, 5). MAR. VICTOR. *l. c.* 143, 20 trimetro iambico (MAR. PLOT. *l. c.* 518, 3 FRG. Bob. *l. c.* 621, 14). RVFIN. gramm. VI 558, 25 trochaicum ... metrum. SERV. gramm. IV 469, 20 versus. **2** *translate pro* rabiosus *sim.:* CIC. Att. 2, 20, 6 comitia Bibulus cum Archilochio edicto ... distulit. 2, 21, 4 Archilochia in illum edicta Bibuli. *adi.* **archilochicus,** -a, -um, *ἀρχιλοχικός.* MAR. VICTOR. gramm. VI 73, 13 metrum. *eandem exhibet formam cod. Santen.* SERV. gramm. IV 458, 12 *et* 20. 459, 24; *saepius* -ius. **Archimēdēs,** -is, *Ἀρχιμήδης.* NOT. Tir. 115, 19 Archimetis. *ad declinationem notanda: gen.* Archimedi: CIC. rep. 1, 21. 1, 22; *ceteri* -is. *acc.* Archimeden: LIV. 25, 31, 9 VITR. 9 praef. 10 HYG. lim. grom. p. 184, 7 L.; *ceteri* -em. **1** *mathematicus Syracusanus, v. Hultsch, PW. II 507. epitheta:* CIC. Verr. 5, 131 summo ingenio hominem ac disciplina (*sim.* OROS. 4, 17, 1). Tusc. 5, 64 humilem homunculum. LIV. 24, 34, 2 unicus spectator caeli siderumque (*sim.* AMM. 26, 1, 8). HYG. lim. grom. *l. c.* virum praeclari ingenii et magnarum rerum inventorem. SOL. 5, 13 iuxta siderum disciplinam machinarius commentor fuit *ex* PLIN. nat. 7, 125. CASSIOD. var. 1, 45, 4 (*Theodericus rex Boetio*) mechanicum ... Archimedem Latialem (*i. lingua latina versum*) Siculis reddidisti. 7, 5, 4 subtilissimus exquisitor. APVL. apol. 16 Syracusanus, vir in omni ... geometria multum ante alios admirabilis subtilitate (SYMM. laud. in Valent. 2, 18 PHILARG. Verg. ecl. 3, 40 *cf.* PROB. ad l.) *cf.* VITR. 1, 1, 16. LACT. inst. 2, 5, 18 Siculus. *laudata:* LIV. 24, 34, 13 unica arte. CIC. de orat. 3, 132 geometriam Euclide aut Archimede ... tractante. PLIN. nat. 7, 125 grande et Archimedi geometricae ac machinalis scientiae testimonium. VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 industriam. FLOR. epit. 1, 22, 33 ingenio. CIC. rep. 1, 22 inventum (VITR. 9 praef. 9). VITR. 8, 5, 3 libros. PLIN. nat. ind. 2, 113 (*ex auctoribus externis*). AVG. util. cred. 13 geometricas litteras. OROS. 4, 17, 1 machinis. TERT. anim. 14 specta portentosissimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico. VITR. 7 praef. 14 praecepta symmetriarum *conscripsit. cf.* 1, 1, 7. SIDON. epist. 4, 3, 5 tenere non abnuit ... cum Archimede radium. CASSIOD. var. 1, 45, 7 sphaera (MART. CAP. 2, 212). LIV. 24, 34, 8 adversus ... navalem apparatum ... variae magnitudinis tormenta in muris disposuit. *proverbialiter:* CIC. Cluent. 87 non Archimedes melius potuit discribere *nummos. propter prosodiam hoc nomen epicis usurpari non potuit, ideo circumscribitur: locus praeclarus* SIL. 14, 341 *sqq.* AVSON. Mos. 303 qui laudatus ab hoste clara Syracosii traxit certamina belli. CLAVD. carm. min. 51, 6 Syracusius ... senex. CARM. de pond. 127 Syracusi ... magistri. **B** *cogn. vir.* CORP. VI 19851 Ti. Iulius Archimedes. *adi.* **Archimēdēus** (-īus), -a, -um, *Ἀρχιμήδειος. graece scriptum et proverbialiter* CIC. Att. 12, 4, 2 de Catone *πρόβλημα Ἀρχιμήδειον* est (*scil. quaestio difficillima*). *cf.* 13, 28, 3. MART. CAP. 6, 585 hanc (*domum altam deum*) mundo assimilem stupuit Trinacria tellus Archīmedea astrificante manu. MAR. VICTOR. gramm. VI 100, 23 loculus Archimedius e quattuordecim crustis eburneis ... compositus (CAES. BASS. *ibid.* 271, 26). **Archimedorus,** -ī, *nom. vir., nisi corruptum ad analogiam Artemidorus sim. formatum.* COD. Iust. 2, 4, 23 (*a. 294*) intentio creditorum Archimedori. **Archinicē,** -ēs, *f., cf. Ἀρχίνικος.* CORP. XI 100 (*Ravennae*) M. Titius Apulus III Arcin(ice). *adnotat Mommsen: 'fortassis trieris fuit* Archinice *dicta'.* 3735 Circenius Fron⟨t⟩o III Arci(nice). **Archippus,** -ī, *Ἄρχιππος. nom. vir. et cogn.* **1** *Graeci:* HIER. chron. a. Abr. 914 Filochorus *Homerum fuisse vindicat* emigrationis Ionicae tempore sub Archippo Atheniensium magistratu. LIV. 34, 40, 6 *Argivi* duce Archippo quodam praesidium expulerunt. VVLG. Philem. 4, 2 Archippo commilitoni nostro (Coloss. 4, 17). *hoc nomen interpretatur* HIER. nom. Hebr. p. 77, 5 longitudo operis sive insidiae oris vel insidiae dilatati (epist. Philem. v. 25 GLOSS. III 490, 15). TRAI. Plin. epist. 10, 58, 1 Flavius Archippus ... philosophus. 58, 3. 60. PLIN. epist. 10, 59. 81, 1. 81, 6 DOMIT. Plin. epist. 10, 58, 5. 58, 6. *num idem est atque Pythagoricus:* HIER. c. Ruf. 3, 39 Archippum ac Lysidem Pythagorae auditores .... Thebis scholas habuere. CLAVDIAN. MAM. 2, 7 p. 122, 2. *? v. v. Arnim, PW. II 543, 14.* **2** VERG. Aen. 7, 750 Maruvia ... de gente sacerdos ... Archippi regis missu, fortissimus Vmbro. *cf.* Archippe. **Archippē,** -ēs, *Ἀρχίππη. opp.* PLIN. nat. 3, 108 lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya duce Lydorum (SOL. 2, 6 Archippen) *cf.* Archippus 2. **Archippiānus** *v. sub* Arcipianus. **Archiptolemus,** -ī, *Ἀρχιπτόλεμος. nom. vir.* CORP. VIII 15905 (*Siccae*) Aemilia Arciptolemi (Arcipiolemi *lapis*) vixit annis LI. **Architectus,** -ī, **Architectiānus,** -ī, *cogn. vir., cf. ἀρχιτέκτων.* CORP. XIV 5 (*Ostiae*) P. Cornelius Thallus P. Corneli Architecti fil. mag. quinq. coll. fabr. tignar. lustrí XXVII nomine P. Corneli Architectiani fil. sui allecti in ordinem decurion Fidei signum dono dedit.

Archabis *fluv. Colchidis, Arriano Ἀρχαβις, Ptolemaeo Ἀρχαδις. nunc* Archawé, *fluv. et vicus.* TAB. Peut. 10, 4 Abgabes *opp.* RAVENN. p. 102, 2 *inter civitates* Arcavis. p. 367, 1 Arcabis (*civ.*). Guido p. 531, 25 Arrabis. AMM. 22, 8, 17 Arcadius ... in mare *Ponticum* ictu rapido *decurrens. v. Tomaschek, PW. II 432.*

Archad *vel* Archath *v.* Achad.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

archaeogonia, -ae, *f.*, *ἀρχαιογονία.* GLOSS. IV 310,29 arceogonia initium generis. V 342,44 archogoniam antiquitatem. V 342,30 archogonian antiquitatem vel principatum.

Archaeopolis *v. sub* Arch-.

archaeotera, -ōrum *n. pl.*, *ἀρχαιότερα.* LVCIL. Atil. gramm. VI 278,18 veteres lege musicos, id est, ut ait Lucilius, 'archaeotera (*sic Marx*, archeotyra *A et Ambros.*, archeotypa *B*, archetypos *Keil*) unde haec sunt omnia nata'.

archaeus, -a, -um *adi.*, *ἀρχαῖος.* DIOM. gramm. I 485,30 satira ... carmen ... archaeae comoediae charactere compositum. PORPH. Hor. epist. 2,1,148. SCHOL. Hor. epist. 1,19,1 Cratinus archaearum comoediarum scriptor (PORPH. Hor. serm. 1,4,1. *ibi paulo post* archeas comedias *M*).

Archagathus *v. sub* Arch-.

archaicus, -a, -um *adi.*, *ἀρχαϊκός.* FVLG. Virg. cont. p. 90,19 H. ut sciam me non arcaicis expromtare fabulam auribus, primi nostri libri continentiam narra (*pars libr. suprascr.* asininis. *edd.* Arcadicis. *v. p. 441,22*).

archaismos, -ī, *m.* *ἀρχαϊσμός. libri variant inter* -c- *et* -ch-. SERV. Aen. 1,3 'multum ille' ... 'ille' hoc loco abundat. est enim interposita particula propter metri necessitatem ... est autem archaismos. SERV. Aen. 2,541 'in hoste Priamo' aut archaismos est (*expectaveris* 'in hostem Priamum') aut 'in hoste' id est cum hostem gereret, cum ipse hostis esset. *sim.* 6,339. 9,441. 10,387. 10,807. 10,838. ecl. 8,83. SERV. ecl. 1,29 'longo post tempore' aut archaismos est, antiqui enim 'post' 'ante' 'circum' etiam ablativo iungebant. SERV. Aen. 11,686 'silvis' pro 'in silvis': et est archaismos. SERV. auct. Aen. 12,316 'faxo' id est 'faciam', confirmabo: et est archaismos. SERV. auct. Aen. 1,23. 4,98.

Archalius, -ī *nom. vir.* MART. 11,94,7 iuras ... per templa Tonantis. non credo: iura, verpe, per Archalium (*cod. Thuaneus, vulgo* Anchialum. *cf. Mus. Rhen. 48 p. 473*).

archangelicus, -a, -um *adi.*, *ἀρχαγγελικός.* HIER. in Is. 7,17,13 *diabolo* archangelicum fastigium pollicentur. epist. 12 ex archangelico fastigio ... ruit. ALC. AVIT. hom. 7 p. 114,35 leo (*diabolus*) ... omnis archangelicae potestatis dignitate nudatus est. *cf.* archangelus *l. 58.* *nota subst. fem.* GLOSS. III 553,10 archangelica (*scil. herba*) similis orticae.

archangelus, -ī *m.*, *ἀρχάγγελος.* ORIENT. trinit. 69 dat mundi dominum cognosci et archangelos omnes. *ad interpretationem*: TERT. adv. Marc. 2,10 ut eminentissimo angelorum, ut archangelo. HIER. Rufin. 1,23 archangelus ... prior est angelorum. *cf. l. 55.* ISID. orig. 7,5,6 archangeli graeca lingua, latina summi nuntii interpretantur (GLOSS. III 510,11). 7,5,12 archangelus mittitur (14). **A** *apud Valentinianos*: IREN. adv. Val. 1,5,2 paradisum supra tertium caelum exsistentem virtutem archangelum quartum dicunt esse (*τέταρτον ἄγγελον*). 1,5,1 *aeones* qui ab *unigenito filio* facti sunt angeli et archangeli (TERT. adv. Val. 19). **B** *apud Christianos*: **1** *nominati*: PS. AMBR. serm. 50,6 Gabriel (SED. op. pasch. 2,3 p. 199,6 ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 17,30). VVLG. Iuda 9 Michael (ALC. AVIT. hom. 17 inscr. GREG. M. epist. 5,50). *varii* ISID. orig. 7,5,10 *sqq.* **2** *absolute*: ITALA Tert. resurr. 24 in iussu et in voce archangeli *Michaelis* (41 VVLG. I Thess. 4,15 HIER. epist. 121,11. 119 *saepius*. AVG. civ. 20,20 epist. 140,78 ALC. AVIT. hom. 10 p. 121,3). *cf.* CORP. X 761 (*Surrenti*). TERT. anim. 55 tubam (HIER. epist. 119,10). ALC. AVIT. carm. 4,213 summus. hom. 17 p. 126,7. HIER. hom. Luc. 11 *Ioannis* nativitatem idem archangelus (*Gabriel*) qui et domini nuntiavit (*ibid.* 4 AVELL. p. 538,5). AVG. gen. ad litt. 11,26 *diabolus* cum sibi subditis angelis suis tanquam archangelus cecidit per superbam inpietatem (3,10 SECVNDIN. Aug. epist. vol. 25 Vind. p. 894,27 *cf.* HIER. epist. 124,3). AMBR. patr. 11,52 ultra solem lunam archangelos tamquam caeli lumen emicuit. LEO M. serm. 73,4 ultra archangelorum altitudines. *saepe* angeli et archangeli: *v. l. 40 sqq. 47.* TERT. anim. 34 HIL. in psalm. 51,24 *saepius*. AMBR. virginit. 11,63 HIER. epist. 109,1 AVG. serm. 120,1 *cf.* civ. 22,30 NOT. Tir. 60,16 *et* 17. **3** *absolute quasi nomen proprium, ut ἥρως Graecorum. cf. Usener, Götternamen p. 251,8. intellege* Michaelem: GREG. M. epist. 1,23 in oratorio sancti Archangeli ... quod in Luculano castro iuxta sancti Petri basilicam esse dinoscitur. 2,3 monasterium (9,172. 10,5). *cf.* CONC. Const. a. 536 (Mansi VIII p. 1056[e]). *Diehl.*

Archanticus *nom. vir.* COD. Iust. 1,18,6 (*a. 294*) Archantico stipulanti dare. *Otto.*

archē, -ēs *f.*, *ἀρχή.* **1** GLOSS. archia initium (*Nettleship, Journ. of Phil. XVII 120*). IREN. adv. Val. 1,11,3 principium omnium noeton et agenneton et aoraton, quam archen sermo monada vocat (TERT. adv. Val. 35). *nota*: GLOSS. V 267,38. 346,25 (*ubi* arce) eminentia, *nisi de* arce (*ab* arx) *cogitandum est.* **2** AVELL. p. 595,16 nemo ita rerum arbiter iniquus exstabit, qui passim vos aestimet arches in clitae accepisse titulos, cum negari nequeat digne vos meruisse imperii.

ab **Arche-** *incipientia nomina v. sub* Arch-.

archebion, -ī *n. vel* **archebios,** -ī *f. ab* ***ἀρχέβιος.** *herba.* PLIN. nat. 22,51 alia herba ... onochilon, quam aliqui anchusam vocant, alii archebion. ind. 22,25 *de* archebio.

archebūlius *v. sub* Arch-.

archegonos, -on *adi.*, *ἀρχέγονος.* IREN. adv. Val. 2,12,5 prima et archegonos ogdoas. 2,15,1 archegonos ... octonatio. *cf.* 1,11,5 (*vertit* 1,5,2 primogenitae). ATIL. gramm. VI 283,5 metra principalia quae a Graecis prototypa et archigona dicuntur.

Archenē *v.* Arzanena.

Archēnia *v. sub* Arcius.

archeotēs (-a*?*), -ae *m.*, *ἀρχειώτης. qui archio praeest.* ARCAD. CHARIS. dig. 50,4,18,10 qui custodes aedium vel archeotae vel logographi vel tabularii ... destinantur, muneribus personalibus adstringuntur.

archeotyra *v.* archaeotera.

archetypos, -on *et* **archetypus,** -a, um *adi.*, *ἀρχέτυπος.* **A** *adi.*: **1** *primitus, antiquitus formatus indeque verus, sincerus*: VARRO rust. 3,5,8 archetypon inventoris nostri ornithotrophion M. Laeni Strabonis. MART. 14,93 pocula archetypa (*a Mentore facta*). 7,11,4 archetypas ... nugas. IVV. sat. 2,7 archetypos pluteum servare Cleanthas (*imagines philosophi illius sinceras*), *unde* GLOSS. V 652,26 antiquos vultus. ATIL. gramm. VI 294,5 (*de saturnio*) cetera partim in Horatio recognosces, partim in archetypis auctorum libris. CASSIOD. cod. Bamberg. H. J. IV 15 fol. 67[v] saec. VIII Cassiodori Senatoris institutionum divinarum et humanarum rerum libri duo explicuerunt feliciter. codex archetypus ad cuius exemplaria sunt reliqui (*scil. codices*) corrigendi. *similiter n. plur. subst.*: TERT. adv. Val. 5 mihi ... cum archetypis erit limes principalium magistrorum, non cum adfectatis ducibus passivorum discipulorum. VEN. FORT. carm. 6,10,72 tonet archetypo (arcytipho *opt.*) barbitus inde sopho. *κατ' εἰρωνείαν*: MART. 12,69 sic tanquam tabulas scyphosque, ... omnes archetypos habes amicos. 8,34 archetypum Myos argentum te dicis habere. quod sine te factum est, hoc magis archetypum est. *nota n. plur. subst.*: MART. 8,6,1 archetypis vetuli nihil est odiosius Eucti ... argenti ... cum stemmata narrat. **2** *παραδειγματικός*: CHALC. transl. 38 archetypus *mundus* (*τὸ παράδειγμα τοῦ κόσμου*). 51 archetypa exemplaria rei sensilis. comm. 272 archetypa species. 349 rerum initia species archetypae. 278 exemplum (329). **B** *subst. exemplar, παράδειγμα* (*cf.* CIC. Att. 16,3,1 idem *σύνταγμα* misi ad te retractatius et quidem *ἀρχέτυπον* ipsum crebris locis inculcatum et refectum): PLIN. epist. 5,15,1 ab hoc archetypo (*i. versibus tuis*) labor et decido. 1,20,9 est ... oratio actionis exemplar et quasi *ἀρχέτυπον*. *cf. paulo post*: actio ... absolutissima, quae maxime orationis similitudinem expresserit. AMBR. fug. saec. 2,11 ut exprimas (*per virtutes tuas*) quasi imago archetypum. MACR. sat. 7,14,2 ut videatur imago archetypo suo grandior. 5,13,23 archetypum Iovis in his *Phidiam* ... Homeri versibus invenisse (*cf. Procl. in Platon. Tim. p. 81[cd] ed. Basil.*). 5,13,40 *Vergilius Homero* est ... usus archetypo. IREN. 2,7,4 mundi fabricator non a semet ipso fecit haec, sed ... de alienis archetypis transtulit.

archezostis, -is *f.*, *ἀρχεζῶστις. planta.* PLIN. nat. 23,21 vitis alba est, quam Graeci ampelon leucen ... alii archezostim ... appellant. ind. 23,16 *ex* archezosti. nat. 26,113 *comitiales* sanat et archezostis. 26,164 nigritiam dat *capillo* ... archezostis. PS. APVL. herb. 66 archezostin. DIOSC. 4,177 ampelos leuce ... aut arcedestin.

ab **Archi-** *incipientia nomina v. sub* Arch-.

Archī *v.* Arach.

archia *v.* arche.

archiater, -trī (***archiatrus,** -ī) m., *ἀρχιατρός.* CORP. VI 9563 (*christ.*) arciater. 9562 (*christ.*) arciatri. *item hic illic in libris.* GREG. TVR. hist. Franc. 5,14 archietro. PAVL. PETR. vit. Mart. 2,704 archiatri *choriambus v. p. 461,1* (miramur ... archiatri ,fomenta pii). *nomin. in* INSCR. *et apud auctores semper* -ter: SCHOL. Iuv. 10,221 HIER. hom. Luc. 13 AVG. epist. 227 GREG. TVR. hist. Franc. 10,15 GREG. M. epist. 1,66 GLOSS. II 246,47. CORP. VI 9565 *et* 9564 (*christ.*). X 1381 (*Nolae, christ.*). V 87 (*Polae*). 8741,1 (*Concordiae, christ.*). HIER. *l. c.* qui habeat summam in arte notitiam (*oppos.* medici). GREG. M. epist. 3,63 Theodoro archiatro. *idem appellatur* 5,46 medico imperatoris. *sic* archiatrum *interpretare*: SYMM. rel. 27,3 archiatrorum numero ... adiunctus (COD. Theod. 13,3,8). 27,2 epist. 5,36 (34). VINDIC. epist. Marc. med. p. 21 comitis archiatrorum (COD. Theod. 11,18,1 CASSIOD. var. 6,19 *inscr.*). MARC. med. 14,70. CASSIOD. var. 6,19,7 comitivae archiatrorum honore decorare. COD. Theod. 13,3 *saepius*. 6,16,1 archiatros intra palatium militantes (13,3,14. 13,3,16. 13,3,18. COD. Iust. 12,13,1). 13,3,12 qui intra penetralia regalis aulae ... floruerunt. COD. Theod. 13,3,2 archiatri ... et ex archiatris (COD. Iust. 10,53 (52),6 pr.). CASSIOD. var. 6,19,8. 4,41 *inscr.* HIPPOCR. prognost. lat. cod. Ambros. G. 108 inf. fol. 91 ex voce (*vix sana*) Agnello archiatro deo iuvante ego Simplicius medicus legi contuli et scripsi in Ravenna feliciter. *cf. Kühlewein Hermes 25 (1890) 120. singula docuit M. Wellmann, PW. II 464. Liebenam, Städteverwaltung im römischen Kaiserreiche, Leipzig 1900 p. 101 adn. 4.* *ceterum ab ἰατρός vix diversus*: FIRM. math. 3,7,6 Mercurius ... faciet sacerdotes magos archiatros mathematicos. AMBR. epist. 5,8 AVG. civ. 3,17 epist. 41,2 DARIVS Aug. epist. 230,6 RVRIC. epist. 2,35 p. 420,14 ENNOD. op. 2,21. CORP. IX 1655 (*Beneventi*) filio eq. Romani archiatri Benev(entani). *apud christianos animo aegro-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tantes curat: PAVL. PETR. vit. Mart. 2, 703 miramur ... archiatri fomenta pii, miramur et illam, quam meruit medicus Christo medicante medellam.

archiatria, -ae *f.*, *ἀρχιατρία*. COD. Theod. 13, 3, 8, 2 (*a. 370*) *archiatrorum* consortio et archiatriae ipsius dignitate ... dignus.

archibucolus, -ī *m.*, *ἀρχιβουκόλος*. *sacerdos Liberi*. CORP. VI 510 (*a. 376*) hierofanta Hecatar(um) dei Liberi archibucolus. *sim.* 504. EPHEM. epigr. VIII (ad CORP. X) 648 (*a. 385*) v. 13 hierofante Aecatae, arcibuculo dei Liberi. CORP. VI 1675 (*a. 385*) ierofante Aecate, arc(hi)b(ucolo) dei Lib(eri).

archidendrophorus, -ī *m.*, *ἀρχιδενδροφόρος*. *dendrophorum princeps*: CORP. III 763 (*Tomis*) C. Antonius Eutyches archidendroph(orus).

archidiaconātus, -ūs *m. archidiaconi officium*: LEO M. epist. 113, 1 ab officio archidiaconatus ... amovetur. GREG. M. epist. 2, 20 eo archidiaconatus loco summoto (2, 21. 2, 22). *ibid.* honore. 1, 10 ordinem.

archidiaconus, -ī *et* **archidiācōn,** -is *m.*, *ἀρχιδιάκονος*. VEN. FORT. vit. Mart. 3, 38 *in fine hexametri* archidiacon (arcediacon *libri fere omnes*). CORP. XI 5926 (*Iguvio*) arcediaconus. VIII 11117 (*Lepti*) arcediaco⟨nu⟩s. *praevalent omnino formae secundae declinationis*: *in* GREG. M. epist. *nom. gen. dat. semper secundae declin. acc. raro in* -um, *saepe in* -em: *utraque forma in una eademque epistula*: *cf.* 2, 20. 2, 21. 2, 22. *abl.* -one 9, 178. *plur. nom.* -ones 9, 234. *praeterea* -onem: LEO M. epist. 111, 2 CASSIOD. hist. 5, 48. *ibid. abl.* -one. *munus sacerdotii christiani*: GLOSS. IV 406, 10 maior minister. HIER. epist. 125, 15 episcopi ... archipresbyteri ... archidiaconi ... omnis ordo ecclesiasticus. SIDON. epist. 4, 25, 4 lector hic primum, sic minister altaris ... post archidiaconus. HIER. epist. 146, 1 diaconi eligant de se quem industrium noverint, et archidiaconum vocent. *eius officia*: ITIN. Silv. 29, 3 ut fiat missa, mittit vocem archidiaconus (30, 2. 35, 1. 43, 3). CONC. Carthag. a. 398 (Mansi III) 17 gubernationem viduarum ... per archipresbyterum aut per archidiaconum agat. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 5 admonet ... exspectare in ecclesia populum. AVELL. p. 320, 3 ecclesiae Romanae. p. 442, 4 urbis. p. 602, 24 Constantinopolitanus. GREG. M. epist. 2, 21 cum *episcopus* ... archidiaconem sedis suae ad ordinem presbiteratus vellet provehere. NOT. Tir. 55, 34. 60, 41. CONC. (Mon. Germ. leg. III *in indice*). GREG. TVR. hist. Franc. 1, 30. *saepe apud* ECCL. *cf.* diaconus. *v. A. Schröder, Entwicklung des Archidiakonats bis zum 11. Jahrh., Augsburg 1890.*

archiepiscopus, -ī *m.*, *ἀρχιεπίσκοπος*. ISID. orig. 7, 12, 6 summus episcoporum, tenet ... vicem apostolicam (*cf.* 10). GLOSS. III 510, 33 princeps episcopus. NOT. Tir. 55, 29ª. *saepe* ECCL. *imprimis* AVELL. GREG. M. AVELL. p. 159, 18 papa et archiepiscopus. p. 298, 10 archiepiscopi Romae Leonis (322, 7. 338, 20. 344, 10. 592, 9). 499, 11 archiepiscopo et patriarchae (*de papa, item* p. 710, 26). *sim.* p. 652, 18. 711, 23. 713, 7. GREG. M. epist. 13, 50 archiepiscopum et patriarcham dioceseos illius. AVELL. p. 614, 18 Hormisdae archiepiscopo universali ecclesiae (*οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ*). *cf.* p. 616, 3. AVELL. p. 472, 15 *Alexandrinae* civitatis archiepiscopos. VICT. TONN. chron. min. II 199, 28 archiepiscopus Romanus.

archiereus *m.*, *ἀρχιερεύς*. CORP. XIV 2977 (*Praeneste, saec. III in.*) pantomimo sui temporis primo ... parasito Apollinis, archieri (*dat.*) synodi. *quid sit docet* 2113: primo sacerdoti synhodi. VI 10117 Apollinis sacerdoti soli vittato, archieri synhodi. X 1602 (*Puteolis*) ⟨a⟩rchiereus. XII 3183 (*Nemausi*) archiereus synhodi. LAMPR. Alex. 28, 7 *conviciantes* Syrum archisynagogum eum (*Alexandrum*) vocantes ⟨et⟩ archiereum (*scil. Iudaeorum*). *apud Graecos significat* pontificem maximum *Romanorum. v. Brandis, PW. II 471.*

archierosynē, -ēs *f.*, *ἀρχιερωσύνη*. COD. Theod. 12, 1, 112 (*a. 386*) in consequenda archierosyne ille sit potior, qui patriae plura praestiterit, nec tamen a templorum cultu observatione christianitatis abscesserit.

archieunuchus, -ī *m.*, *ἀρχιευνοῦχος*. GLOSS. V 167, 48 archieunuchus id est princeps eunuchorum.

archifīnius *v.* arcifinius.

archigallus, -ī *m.* [*ab ἀρχι- et* gallus. *Th.*] FIRM. math. 3, 5, 24 archigallos ... et qui virilia propriis sibi amputent manibus (SERV. auct. Aen. 9, 115). 3, 6, 22 eunuchos aut abscisos archigallos. SCHOL. Iuv. 2, 16 archigalli cinaedi quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice inpudicitiam professus est. CORP. VI 2183 archigallus matris deum (X 3810 *Capuae*) magnae Idaeae et Attis populi Romani. XIV 34 (*Ostiae*) archigallus coloniae Ostensis (*ibid.* 385) imaginem matris deum argenteam ... d. d. (35). III 2920a (*Iaderte*) archig(allo) Salonitano, qui annis XVII usq. ad ann. LXXV integr(e) sacra confecit. VLP. frg. Vat. 148 qui in portu pro salute imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli, a tutelis excusatur (*cf.* TERT. apol. 25). ex vaticinatione archigalli: CORP. VIII 19981 (*Numidiae, Alex. Sev. aet.*). XII 1782 (*ad Rhodanum rep. a. 184*). XIII 1752 (*Lugudūni, a. 190*). PLIN nat. 35, 70 *Parrhasius* pinxit et archigallum. TERT. resurr. 16. CORP. VI 32466 archigallo Tus⟨culano⟩. V 488. II 5260 arcigallo Publicio Mystico. INSCR. Orelli 2321. *v. Cumont, PW. II 484. Marquardt, Staatsaltert. 3, 353⁶.*

archigerontes *pl. m.*, *ἀρχιγέροντες*. COD. Theod. 14, 27 *inscr.* de Alexandrinae plebis primatibus. 1 (*a. 396*) archigerontes et dioecetae ergasiotanorum numero deligantur (COD. Iust. 1, 4, 5).

archigonus *v.* archegonus.

archigubernus, -ī *m. cf. ἀρχικυβερνήτης*. IAVOL. dig. 36, 1, 48 archigubernus ex classe Britannica. CORP. X 3349 (*Puteolis*) nauarcho archigyberni cl(assis) pr(aetoriae) Misen(atium) *cf.* 3393 (*Miseni*). *contulit Mommsen* 3348 ex n(auarcho) princ(ipe) cl(assis). *lege quae idem docuit ad utrumque titulum et* 3340. CORP. X 7593 (*Caralibus*) archig(yberni).

Archilis *v. sub* Arch-.

archimagīrus, -ī *m.*, *ἀρχιμάγειρος*. GLOSS. V 615, 2 archimagirus est princeps coc[c]orum. *cf.* HIER. *paulo infra.* CORP. VI 8750 T. Aelius Aug. lib. Primitivus archimagirus. *paulo post* collegium cocorum. *cf.* 7458. 8751. IVV. sat. 9, 109 libarius archimagiri carptores. SIDON. epist. 2, 9, 6 ecce et ab archimagiro adventans, qui tempus instare curandi corpora moneret. HIER. quaest. hebr. in genes. 37, 36 (*vox hebr. significat* '*stipatores*') in plerisque locis archimagiros id est coquorum principes pro magistris exercitus scriptura commemorat. *similia* AVG. quaest. hept. 1, 127. 1, 136 (VVLG. magistro militum. *ἀρχιμαγείρῳ*).

archimandritēs *vel* **archimandrita,** -ae *m.*, *ἀρχιμανδρίτης*. archimandrites: EVTYCH. Leo M. epist. 21 *subscr.* presbyter et archimandrites. CANON. 42. *saepe* -a: FLAVIAN. Leo M. epist. 22, 3 AVELL. *saepius*. VICT. TONN. chron. min. II 184, 7 GLOSS. *acc.* -am: CANON. 42 (IVLIAN. epit. 7, 32). *ibid.* -em. *abl.* -e: CHRON. Gall. a. 452 p. 662, 135. COD. Iust. 1, 1, 8, 14 reverentissimi archimandritae sacrorum monasteriorum. VICT. TONN. *l. c.* p. 195, 33 universi archimandritae et monachi (AVELL. p. 565, 18. 565, 22). SIDON. epist. 8, 14, 2 Palaestinos archimandritas. GLOSS. V 267, 25 princeps ovilium. II praef. p. XIII princeps baiulorum et nutritiorum sive princeps virorum. andros enim vir est. V 410, 15 arcimandritis *cf.* LEO M. epist. 32. ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 16, 6 copiosae monachorum multitudini praepositus fuit. cuius officii personas episcopi orientales archimandritas appellant.

archimandritissa, -ae *f. ut* abbatissa *formatum.* IVLIAN. epit. 7, 32 monasterium tam monachorum quam sanctimonialium, archimandritam habens vel archimandritissam.

archimartyr, -is *m. ab ἀρχι- et μάρτυρ*. MAXIM. Aug. epist. 16, 2 archimartyrem Namphamonem. *Diehl.*

Archimea *oppidum quod videtur non procul afuisse ab Aquileia.* CAPITOL. Maximin. 31 plerique dicunt Hemonam, alii Archimeam, certe quae deserta a civibus venienti Maximino patuit. *Otto.*

archimima, -ae *f. v. p. 454, 54.* CORP. VI 10107 Fabia M. et (mulieris) lib. Arete archimim⟨a⟩ temporis sui prima diurna (*cf. Mommsen ad* CORP. III 7343 '*quae conducta est non in certum tempus, sed in perpetuum diurnam mercedem accipiens*'). 10106 archimimae sui temporis primae.

archimimus, -ī *m.*, *ἀρχίμιμος*. *v. Mommsen, Hermes III 462.* SEN. frg. 36 H. doctus archimimus, senex iam decrepitus, cotidie in Capitolio mimum agebat. SVET. Vesp. 19 in funere Favor archimimus personam eius ferens imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi. PORPH. Hor. sat. 2, 6, 72 *archimimus* iucunde et molliter et saltaret et eloqueretur. IVL. dig. 38, 1, 25 pantomimum vel archimimum (*ὀρχηστὴς ἢ μῖμος graec. vers.*). *cf.* NOT. Tir. 106, 73 *et* 74. CORP. XIV 2408 (*Bovillis, a. 169*) L. Acilio L. f. Pompt. Eutyche⟨ti⟩ nobili archimimo, commun(i) mimor(um) adlecto, diurno parasito Apoll(inis), tragico, comico et omnibus corporib(us) ad scaenam honor(ato). 2988 (*Praeneste*). III 7343 (*Philippis*) archimim(us) latinus et oficialis (*cf. Mommsen ad l.*). VI 1063 *et* 1064 (*a. 212*) *saepius* arch(imimus) *et* arc(himimus). 1064, 3 arc. grecus. 4649 (*e columb.*). NOT. Scav. 1888 p. 62, 857 archimimo diurno. VICT. VIT. 1, 47. *v. Habel, PW. II 540.*

archimystēs (-a), -ae *m.*, *ἀρχιμύστης*. CORP. III 7437, 7 (*Nicopoli, a. 227*) *ex Bacchio vernaculorum* arc(hi)mys(tae) Ant(onius) Antoni(nus?), T. Ae(lius) Felix bul(euta), fil(ius).

archineaniscus, -ī *m.*, **ἀρχινεανίσκος*. CORP. VI 2180 Ti. Cl(audio) Domnioni Suciniano archineanisco.

[**archioretis**] GLOSS. V 346, 47 libros duo (*contulit Goetz* HIER. vir. ill. 13 libros ... duos *ἀρχαιότητος et* GLOSS. V 342, 43 arcoretos conflictos *et Mai, Auct. class. VI 509* archioritas conflictus).

archios *v.* arcios.

archiotipa, -ae *f. estne ἀρχαιότυπα ad ἀρχέτυπα formatum? significat* 'imago', *εἴδωλον*. ITIN. Silv. 19, 6 archiotepam *Aggari regis* ingens, simillimam ..., marmoream. *ibid.* archiotipa. 19, 15 *Magni* archiotipa vides iuxta patre posita.

Archipeta, -ae *nom. vir.* EPHEM. epigr. VIII 208 (*Interamniae*) d. m. Archipetae eunucho merenti domini.

archipherecitae, -ārum *pl. m.*, *ἀρχιφερεκῖται*. NOVELL. 146, 1, 2 qui ab *Hebraeis* maiores omnibus archipherecitae aut presbyteri forsitan aut magistri appellati.

archipīrāta, -ae *m.*, *ἀρχιπειρατής*. QVINT. inst. 9, 4, 97 *creticus et spondeus*: archipiratae. *aliter* DIOM. gramm. I 469, 15 anapaestum et trochaeum ... 'archipirata' et 'parricidarum'. NOT. Tir. 48, 48 archipyrata. 1 GLOSS. IV 406, 11 princeps piratarum (V 339, 30).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cic. Verr. 6, 77 *al.* praedonum ducem *appellat eundem quem saepius* archipiratam. Lact. inst. 3, 17, 41 archipirata quispiam vel latronum ductor. Cic. Verr. 6, 64 a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. 6, 136. off. 2, 40 qui archipirata dicitur, nisi aequabiliter praedam dispertiat..., interficiatur a sociis. Sen. contr. 1, 6 thema: *captum* a piratis ... archipiratae filia iurare ... coegit (exc. contr. 1, 5, 6 *cf.* Qvint. decl. 342 p. 348, 19 *sqq. R.*). 7, 1 pr. delatus ... ad piratas archipirata (arci- *optt.*) factus est. exc. contr. 7, 1, 1. Cic. Verr. 6, 63 *sqq. saepe.* Cic. Quint. inst. 9, 4, 64 Liv. 37, 11, 6 Sen. contr. 1, 2, 4. 1, 6, 2 exc. contr. 7, 1, 25 Frontin. strat. 3, 3, 7 Paneg. 5, 12 (p. 141, 3) Oros. 5, 18, 10. 6, 3, 2. 6, 3, 5 Sidon. epist. 8, 6, 13. 2 *pro convicio adhibetur*: Cic. dom. 24 archipirata cum grege praedonum impurissimo (*Clodius*). Phil. 13, 18 hoc archipirata — quid enim dicam tyranno (*Antonio*). p. red. 1, 13 a latrone archipirata (*Clodio*). Verr. 6, 70 Apronium, terrestrem archipiratam (*opp.* maritimi praedonis). Petr. 101 Lichas Tarentinus ... Cyclops ... et archipirata, cui vecturam debemus. Treb. trig. tyr. 26, 2 *Trebellianum* cum alii archipiratum vocassent, ipse se imperatorem appellavit.

archipīrāticus, -a, -um *adi. ab* archipirata. Not. Tir. 48, 48[a].

archipontifex, -ficis *m. vox hybride formata ab ἀρχι- et* pontifex. Avell. p. 614, 3 domino ... sanctissimo Hormisdae primae archipontifici et papae urbis Romae.

archiposia, -ae *f.*, *ἀρχιποσία. munus regis convivii*: Porph. Hor. carm. 2, 7, 27 archiposian in convivio talorum iactu sortiri solebant. sat. 2, 2, 123 libere potare ... id est sine archiposia. Schol. Hor. sat. 2, 6, 69 'insanas leges' archiposiam dicit, nam qui ad legem bibunt, tantundem bibunt.

archipresbyter, -terī *m.*, *ἀρχιπρεσβύτερος. in codd. saepius* 'i' *pro* 'y': Greg. Tvr. glor. mart. 77 virt. Iul. 22 Not. Tir. 55, 32. 60, 39. Corp. X 1365 (*Nolae*) Adeodatus indignus archipresviter. scē. Nol. eccl. XIII 1352 (*saec. VI*) arceprb. Vita Vedastis 9 arcepresbytero. X 1229 (*Abellae, periit*) archo⟨.... Hier. epist. 125, 15 *et* Conc. Carthag. a. 398 *invenies sub* archidiaconus. Acta synh. Rom. (Mon. Germ. antiq. XII) p. 410, 1 Caelius Laurentius archipresbyter tituli Praxidae. Cassiod. hist. 10, 10 Alexandrinae ... ecclesiae. Greg. M. epist. 9, 197. 14, 2 archipresbyterum. Conc. (Mon. Germ. leg. III *in indice*).

archipresbyterium, -ī *n. munus archipresbyteri.* Conc. Latun. a. 673—675 (Mon. Germ. leg. III) p. 218, 15 in arcepresbiterii honore (*opp.* laici homines).

archisacerdōs, -ōtis *m. vox hybride formata ut* archipontifex. *cf.* archiereus. Ven. Fort. carm. append. 34 culmen honorificum, patrum pater, archisacerdos, pontificale decus *episcopus Treverensis.*

Archisarmī, -ōrum *gens Aethiopica.* Plin. nat. 6, 192.

[**archisterium**]. Gloss. V 168, 1 archisterium monasterium graece. *fluxisse opinor ex* Evagr. vit. Anton. (Migne graec. 26) 84 p. 962 cum iudices, qui ad interius archisterium propter asperitatem itineris et ob sequentium multitudinem et horridam solitudinem ire non poterant, precario quaererent, ut eius fruerentur aspectibus. *videtur antiquitus corruptum ex* asceterio, asciterio, *quod conferatur. Athanasii vita archetypa nil docet. v. Ducange, Gloss. lat. sub voce.*

archistrategus, -ī *m.*, **ἀρχιστρατηγός.* Chron. Alex. p. 120, 266 archistratigus David.

archisubdiaconus, -ī *m.* Conc. Autiss. (Mon. Germ. leg. III) p. 180, 7 ad archidiacono suum archisubdiaconum transmittat.

archisynagoga, -ae *m. videtur formatum ad analogiam* synagogae. Not. Tir. 120, 30. 124, 31 archisinagoga. Comm. apol. 645 archisynagogae (-e *cod.*) filiam deprecatus a patre. Ambr. Is. 5, 45 archisynagogae filia surrexit a morte. *contra* exc. fratr. 2, 82 archisynagogi filia *idemque alii ad* Vvlg. *v. sub* archisynagogus. Cassiod. complex. in acta ap. 44 archisynagogam Crispum.

archisynagogiārius Not. Tir. 6, 38[b].

archisynagogicus Not. Tir. 6, 38[a].

archisynagogus, -ī *m.*, *ἀρχισυνάγωγος, praefectus synagogae.* Not. Tir. 6, 38. Corp. X 3905 (*Capuae*) ...⟩ Alfius Iuda arcon arcosynagogus. VIII 12457[b] Rustici arcosinagogi. *ibid.* * sancta(m) sinagoga(m) Naron(itanam). *ad formam cf.* Corp. IX 6201 (*Venusiae*) *ἀρχοσ σιναγωγοῦ (quasi unum).* 6232 *ἀρχοσηνωγουγοῦ. contra* 6205 *bis ἀρχησυναγωγ-.* Gloss. V 338, 2 Ariopagita archisinagogus. Vvlg. Marc. 5, 22 quidam de archisynagogis (Matth. 9, 18 princeps unus). 5, 35. 5, 36. 5, 38 Luc. 13, 14 act. 18, 8. Hier. epist. 108, 23 archisynagogi filiae (Ambr. exc. fratr. 2, 82 Greg. Tvr. glor. mart. 2). Mar. Merc. contrad. 11, 4. Cod. Theod. 16, 8, 4 (*a. 331*) hiereos et archisynagogos et patres synagogarum et ceteros, qui synagogis deserviunt. 16, 8, 13 (*a. 397*) patriarcharum ditioni *subiectis* archisynagogis patriarchisque ac presbyteris. 16, 8, 14 (*a. 399*) archisynagogi sive presbyteri Iudaeorum. Hadr. epist. Vop. Saturn. 8, 2. *nota*: Lampr. Alex. 28, 7 Syrum archisynagogum eum (*Alexandrum*) vocantes ⟨et⟩ archiereum (*pro conviciis*). *v.* archon *2. Diehl.*

architecticus, -a, -um. *ab* architectus. *ad architecturam pertinens*: Cassiod. var. 3, 52 in astronomicis rebus et in musicis ... et in architecticis.

? architectio, -ōnis *f. cf.* architectonia Itala cod. Wirceb. exod. 35, 35 facere omne opus architectionis varietatis (*ἀρχιτεκτονίας ποικιλίας*). *vide tamen ne sit corruptum ex* -tonie *cf. sub* architectonia.

architectōn, -onis *m.*, *ἀρχιτέκτων. acc. plur.* -onas *cf. infra l. 9.* Plavt. Most. 760 nam sibi laudavisse hasce ait architectonem nescio quem exaedificatas insanum bene. Varro Men. 249 harum aedium summetria confutabat architectonis. Sol. 32, 41 quam *Alexandriam* metatus Dinocrates architecton (*cf.* architectus). Itin. Alex. 20 ubi solum describi conveniret, eius scientiae opificibus, quos architectonas vocant (*cf.* Carm. epigr. 26 adn. ora gratus architec(toni) s. p. s. ego felix mei). *translate: auctor consilii*: Plavt. Poen. 1110 me quoque dolis iam superat architectonem. *inter ablativos recenset* Char. gramm. I 122, 18 architectonis *et adfert* frg. Titin. com. 129 incensus architectonis *vix recte.*

architectonia, -ae *f.*, *ἀρχιτεκτονία.* Itala cod. Wirceb. exod. 35, 32 per omne opus architectoniae (*τῆς ἀρχιτεκτονίας*). *cf.* architectio.

architectonicus, -a, -um *adi. ab* architecton. *cf.* architectonice. *ad architecturam et architectonem pertinens*: Vitr. 9, 4, 1 per rationes architectonicas circinique descriptiones. Plin. nat. 1 ind. 16, 80 teredinum genera. 16, 81 de materiis architectonica. 16, 82 de materiis fabrilia. Sidon. epist. 8, 4, 1 ad concinentiam ... architectonicam. Itala exod. (Aug. loc. in hept. 2, 156 Vind. 28, 2 p. 569, 17) facere omne opus architectonicum varietatis (*cf.* architectonia). *de quo* Avg. *non accurate et hic* in rebus textilibus architectonicum opus appellat *et* quaest. hept. (28, 3 p. 200, 15 Vind.) 2, 169 novo more hic ars architectonica perhibetur opificum ex auro et argento et quocunque metallo, cum illa dici soleat architectonica, quae pertineat ad fabricas aedificiorum.

architectonicē, -ēs *et* -a, -ae *f.*, *ἀρχιτεκτονική (τέχνη).* Plin. nat. 1 ind. 35, 59 Metrodoro, qui de architectonice (*scripsit*). Qvint. inst. 2, 21, 8 aliae quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice. Mart. Cap. 9, 891 cui (*superum patri*) Delius Medicinam suggerit Architectonicamque in praeparatis adsistere.... Sidon. 5, 2, 1 (*de Mamerti Claudiani libro*:) lector inveniet veriora nomina Camenarum ... illic enim et grammatica dividit et oratoria declamat ... architectonica struit .... Serv. Aen. 6, 43 Vitruvius, qui de architectonica scripsit (architectonia *FS*), *v.* architectura.

architectonizo, -āvī, -āre. *cf. ἀρχιτεκτονεῖν.* Itala cod. Monac. exod. 38, 1 hic Eliab architectonizavit omne opus de ligno imputribili (*graece ἠρχιτεκτόνησε*). *cf.* architectonor *et* architector.

architectonor, -ātus sum, -ārī, *cf. ἀρχιτεκτονεῖν.* Itala exod. (Aug. quaest. hept. 2, 138 Vind. 28, 3 p. 180, 2) 31, 4 quid est, quod Beseleel ... dixit, eum se 'replevisse spiritu divino ... in omni opere, excogitari et architectonari ...' (*ἀρχιτεκτονῆσαι*; Vvlg. fabrefieri). *cf. Rönsch, Itala p. 154 et 248.* Itala exod. (Aug. loc. hept. 2, 158 Vind. 28, 2 p. 570, 7) 38, 23 et Eliab ... qui architectonatus est textilia et consutilia et diversicoloria ... *ubi* Avg. *non accurate* novo more dicuntur architectonari textilia (LXX *ἠρχιτεκτόνησε*). *cf.* architectonicus.

architector, -ātus sum, -ārī. [*ab* architectus. *Th.*] Gloss. (ancitectari *cod.*) componere. Non. 70, 13. Prisc. gramm. II 279, 4 multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur et maxime ea, quae apud Graecos activa et passiva: architector. 434, 7 itaque ex nominibus ipsis habent verba apud Graecos, unde nos quoque 'philosophor' 'architector' ... in usu habuimus. *proprie*: *aedificium construere*: Vitr. 1, 1, 12 Pytheos, qui Prienae aedem Minervae nobiliter est architectatus .... 6 praef. 5 ceteri architecti rogant et ambiunt, ut architectentur (architectent *cod.*). *cf.* 7 praef. 15. 17. 9, 1, 2. Corp. III 6588 architectante Pontio (*ἀρχιτεκτονοῦντος*). *passive*: Nep. frg. 13 aedis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio (*cf.* Prisc. gramm. II 383, 6 *ἀρχιτεκτονευθεῖσα*). *translate*: Rhet. Her. 3, 19, 32 *de locis orationis*: cogitatio enim quamvis regionem potest amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari. Cic. fin. 2, 52 an quod (*sapientia*) ita callida est, ut optime possit architectari voluptates?

architector, -ōris *m.* [*mutatum e forma graeca ἀρχιτέκτων vel latina* architectus. *Th.*] Gloss. instructor fundamenti. Ivl. Val. 1, 23 adhibitis ... architectis (architectoribus *cod. A*). Exc. Barb. p. 266, 12 F. Aristofanus architector (*κωμῳδός*).

architectulus, -i *m. deminutive ab* architectus. Corp. IV 2000 *inscriptio parietaria*: architectulum.

architectūra, -ae *f.* [*ab* architectus. *Th.*] *ars et scientia aedificandi*: Cic. off. 1, 151 in quibus ... artibus ... utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum. Vitr., *cuius liber est inscriptus* de architectura, 1 praef. 1 non audebam ... de architectura scripta ... edere. 1, 1, 11 non puto posse ⟨se⟩ iuste repente profiteri architectos, nisi qui ab aetate puerili his gradibus disciplinarum scandendo ... pervenerint ad summum templum architecturae. 1, 2, 1 architectura ... constat ex ordinatione, quae graece *τάξις* dicitur, et ex dispositione, hanc autem Graeci *διάθεσιν* vocitant, et eurythmia et symmetria et decore et distributione, quae graece *οἰκονομία* dicitur. 1, 3, 1 partes ipsius architecturae sunt tres, aedificatio, gnomonice, machinatio. 6 praef. 7

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

profiteri architecturam (*cf.* 10 praef. 2). 7 praef. 14 Terentius Varro de novem disciplinis unum de architectura, P. Septimius duo *edidit. passim apud Vitruvium.* PLIN. nat. 1 ind. 7, 38 geometria, architectura. *de araneorum specu*: PLIN. nat. 11, 82 specus ipse, qua concamaratur architectura.

architectus, -ī *m.* [*tractum a gr. ἀρχιτέκτων. Th.*] GLOSS. *ἀρχιτέκτων*, magister fabricarum. PRISC. gramm. II 434, 6 'grammaticus' et 'philosophus' et 'architectus'... graeca sunt. VEN. FORT. carm. 3, 7, 11 hic petra firma manens, ille archītectus habetur. ARATOR 2, 218 qui fundamentis manet archītectus in illis. *forma* arcitectus *saepius legitur in inscriptionibus*: CORP. V 2095. VI 2725. 9153. VII 1062. 1614. 4587 (*v. Ruggiero, diz. epigr. I 643*) *et in codicibus, cf.* PLAVT. Mil. 901. 902 (*codd. CD*) *saepius.* a *aspiratur in* INSCR. Not. d. scavi. 4, 2 (1888) p. 570 harchitecto fabro nabali. arch(i)tecti *sculptum legitur* INSCR. Rev. archéol. 38 (1901) p. 335, 47 (*Rumania*). CORP. IX 5279 arte tecta. salve (*pro* architecte? *Bücheler. τέκτης putat Mommsen*). *usurpatur vocabulum inde a Plauti aetate.*

I ***proprie*: a** *is, qui artis et scientiae architecturae peritus est.* VITR. 1, 1, 1 architecti est scientia pluribus disciplinis et variis eruditionibus ornata... nascitur e fabrica et ratiocinatione. *inde passim libro primo, ubi pronuntiat* 'quid oporteat esse in architecto'. CIC. Mil. 46 Cyrum architectum. 74 Varius ... qui cum architectis et decumpedis villas multorum hortosque peragrabat. ac. 2, 126 ego me quasi malis architectis mensurae vestrae nego credere. *cf.* ad Att. 14, 3, 1 epist. 7, 14, 1. VITR. 6 praef. 5 ceteri architecti rogant et ambiunt, ut architectentur... *saepius.* SEN. epist. 90, 9 mihi crede, felix illud saeculum ante architectos fuit, ante tectores. PLIN. nat. 36, 67 a Satyro architecto. MART. 5, 56, 10 si duri puer ingeni videtur, praeconem facias vel architectum. FRONTIN. aq. 25 per Vitruvium architectum. TAC. hist. 1, 27 exspectari eum (*Galbam*) ab architecto et redemptoribus (*cf.* SVET. Otho 6). VLP. dig. 11, 6, 7, 3 adversus architectum et redemptorem actiones dandas decrevit. *cf.* TARR. PAT. dig. 50, 6. 7 SIDON. epist. 8, 6, 10 CASSIOD. var. 2, 39. VVLG. Sirach 38, 28 (*ἀρχιτέκτων*). Isai. 3, 2. *saepissime in* CORP., *cf. Ruggiero p. 643 sqq.* **b** *is, qui aedificandi diagramma scribit et aedificia construit et privata et publica*: *cf.* GLOSS. magister fabricarum. fabricator aedis. PLAVT. Truc. prol. 3 Athenas quo sine architectis conferat (*cf.* APVL. flor. p. 84 Oud. PRISC. gramm. III 421). VARRO rust. 3, 17, 9 in Baiano ... aedificans *Lucullus* tanta ardebat cura, ut architecto permiserit vel ut suam pecuniam consumeret. CIC. dom. 48 neque operum architectis neque pontificem. adhibere quem velles (potuisti). nat. deor. 1, 72 quod ei (*Epicuro*)... facile... crederem, sicut mali aedificii domino glorianti se architectum non habuisse. 2, 141 ut in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribusque *taetra.* VITR. 6, 2, 1 nulla architecto maior cura esse debet, nisi uti proportionibus ratae partis habeant aedificia rationum exactiones. *al.* VELL. 2, 14, 3 cum aedificaret domum... promitteretque ei (*Druso*) architectus ita se eam aedificaturum, ut liber a conspectu... esset. COLVM. 1 praef. 4 qui aedificare velint, fabros et architectos advocent. *cf.* 5, 1, 3 PLIN. nat. 16, 222 LACT. opif. 6, 5 AMBR. exam. 5, 21. 69 VVLG. II Macc. 2, 30 AVG. civ. 12, 26 SIDON. epist. 2, 2. 8 EVGIPP. Sev. 4. architecti *aedificiorum publicorum*: VITR. 10 praef. 1 architectus cum publicum opus curandum recipit, pollicetur, quanto sumptu id sit futurum. 4, 3, 1 nonnulli architecti negaverunt Dorico genere aedes sacras oportere fieri. *cf.* 7 praef. 15. PLIN. nat. 34, 148 magnete lapide architectus Timochares Alexandriae Arsinoes templum concamarare incohaverat. *cf.* 36, 96. FRONTIN. grom. p. 28, 1 sicut ... architecti delubra in occidentem recte spectare scripserunt. *cf.* HYG. grom. p. 169, 17. *theatrorum*: VITR. 5, 3, 8 architecti... theatrorum perfecerunt gradationes. *cf.* 5, 5, 8. 5, 6, 7. 5, 9, 1. PLIN. nat. 36, 102 cum theatrum ante texerit Romae Valerius Ostiensis architectus. PLIN. epist. 10, 39, 6 ob theatrum... mittas architectum. *aliorum aedificiorum publicorum*: CIC. de orat. 1, 62 Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit. *cf.* VAL. MAX. 8, 12 ext. 2 *p. 466, 7.* PLIN. nat. 36, 83 in ea (*turri*) permiserit Sostrati, Cnidii architecti, structura ipsa nomen inscribi. 36, 90 architecti fecere Zmilis et Rhoecus et Theodorus (*labyrinthum*). PLIN. epist. 10, 39, 4 *gymnasii.* CORP. II 2559 *pontis et templi.* X 8093 *porticus.* XII 186 *arcus?* *de aquis et similibus*: QVINT. inst. 2, 21, 18 *in* faciendo portu Ostiensi ... opus erat ratione architecti. FRONTIN. aq. 100 placere huic ordini eos, qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa extra urbem essent, lictores binos et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas [et] librarios, accensos praeconesque totidem habere .... *cf.* 119. PLIN. epist. 10, 37, 3 necessarium est mitti a te vel aquilegem vel architectum. *cf.* 10, 39, 6. 10, 40, 3. 10, 41, 3. SPART. Car. 9, 4 *thermarum* cellam solearem architecti negant posse ulla imitatione. *navium architecti*: PLAVT. Mil. 901 hic noster architectust. salve, architecte. 915 ubi probus architectus, bene lineatam si semel carinam conlocavit, facile esse navem facere .... *cf.* 919. 1139. DAR. 1 Pelias ... architectum vocari iussit et ei imperavit, ut navim aedificaret (*cf.* VEG. mil. 4, 35). *cf.* CORP. X 5371 architectus navalis. XII 723. *cf. supra l. 14. v. Ruggiero p. 465.* *architecti publici potissimum militares*: CASSIOD. var. 7, 15 formula ad praefectum urbis de architecto faciendo in urbe Roma. 7, 15, 2 datum architectum esse (AVG. conf. 6, 9, 15 architectus, cuius maxima erat cura publicarum fabricarum). VITR. 10, 16, 3 *Diognetus, Callias, Epimachus architecti. cf.* 10, 16, 10. 12 AMM. 24, 4, 28. 25, 6, 15. *in titulis nominantur*: architectus Augusti: CORP. X 1757 Q. Cissonio Q. f. Hor(atia) Aprili veterano coh(ortis) II pr(aetoriae) architecto Augustor(um) Patulcia Trophime viro bene merenti. *cf.* VI 33763. XI 630. architectus armament(arii) imperatoris: CORP. VI 2725. architectus equitum singularium: CORP. VI 3182. architectus classis praetoriae: CORP. X 3392. architectus ordinatus: CORP. XI 20. *v. Ruggiero p. 645/6.*

II ***translate*: a** *i. q. artifex*: CIC. Brut. 118 *de Stoicis*: sint ... architecti paene verborum, idem traducti a disputando ad dicendum inopes reperiantur. epist. 9, 2, 5 non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam. AVG. c. Iul. 6, 11, 36 Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. *de deo*: PLAVT. Amph. 45 deorum regnator architectus⟨t⟩ omnibus. CIC. nat. deor. 1, 19 quemadmodum autem oboedire et parere voluntati architecti aer, ignis, aqua, terra potuerunt? 2, 90 *philosophi* intellegere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ... domo, sed etiam ... tamquam ... architectum tanti operis. APVL. Plat. 1, 11 quem (*deum*) patrem et architectum huius divini orbis ... ostendimus. IREN. 2, 11, 1 cum sit *deus* omnium fabricator, ut sapiens architectus et maximus rex. *de Christo*: AVG. civ. 18, 48 ipse ... architectus *ecclesiae.* *de Paulo*: VVLG. I Cor. 3, 10 secundum gratiam dei, ... ut sapiens architectus fundamentum posui, alius ... superaedificat. *cf.* HIER. epist. 48, 2 fundamentum Christi, quod Paulus architectus posuit. adv. Iovin. 1, 3 ENNOD. epist. 2, 19 VEN. FORT. carm. 3, 7. 11. *de Petro*: AVG. praed. sanct. 7, 12 ARATOR 2, 18. **b** *auctor*: CIC. leg. agr. 1, 11 architecti huiusce legis. Cluent. 60 principem atque architectum sceleris. S. Rosc. 132 omnium architectum et machinatorem unum esse Chrysogonum. fin. 1, 32 illo inventore veritatis et quasi architecto beatae vitae (*sc. Epicuro*). APVL. apol. 74 simulationum architectus. HEGES. 1, 40, 1 architectus omnium, quibus appeterentur fratres, Antipater erat. 1, 40, 11 totius scaenae architectus.

synonyma: *ad I*: architecton, architector. *iuxta posita*: *ad I*: praeco, redemptor, faber, librator, aquilex, tector. *ad II*: rector, moderator, fabricator, machinator. *opposita*: *ad I*: legum scriptores, pontifex, orator, miles, cultor, agricola, idiotes. *ad II*: faber, habitator. *Ausfeld.*

architriclinium, -ī *n.* NOT. Tir. 100, 51.

architriclinus, -ī *m.*, *ἀρχιτρίκλινος*. GLOSS. III 510, 32 princeps domus. 489, 77 princeps convivantium. IV 406, 12 *et* V 591, 14 maior domui (*haustam puto ex* MAX. TAVR. app. hom. 2). GAVD. serm. (Migne 20, 908[b]) 9 architriclinus id est triclinii praepositus. ITALA cod. Palat. Ioh. 2, 8 *et* 9 archetriclinus. VVLG. Ioh. 2, 8 haurite nunc et ferte architriclino (GAVDENT. *l. c.* p. 908[a]). 2, 9 gustavit architriclinus aquam vinum factam (HIER. in Is. 1, 1, 22 MAX. TAVR. homil. 17). 2, 9 vocat sponsum architriclinus (GAVDENT. *l. c.*). *cf.* FAVST. REI. serm. 7 p. 251, 7 *et* p. 252, 1 Vind.

archium (i *longam fere servavit*) *vel* **archīvum,** -ī *n.*, *ἀρχεῖον*. GLOSS. arciva armaria. V 168, 6 arciva tabularia ubi cartae publicae sunt. *ad etymologiam falsa affert* ISID. orig. 20, 9, 2 arca dicta quod arceat visum ... hinc et archivum hinc et arcanum, id est secretum, unde ceteri arcentur. **1** *forma vetustior* archium: FRONTO p. 16, 16 N. testamenta ... proferebantur *ex* ⟨t⟩hecis aut archieis aut opisthodomis. VLP. dig. 48, 19, 9, 6 *in* archio ... vel grammatophylacio *instrumenta deponuntur.* PAVL. sent. 4, 6, 1 signo publico obsignatum in archium redigatur *testamentum.* VOP. Tac. 10, 3 *Taciti librum* archiis iussit et in bibliothecis poni. **2** archivum: DAMAS. carm. 57 archibis (GREG. M. epist. 8, 28). CONC. Araus. (Mon. Germ. leg. III) p. 53, 6 arcivo. GREG. TVR. Franc. 9, 42 archevo. **a** *ethnicorum* (*vide 1*): TERT. adv. Marc. 4, 7 Romana. AVG. epist. 43, 25 publicis (129, 4 post coll. c. Don. 16, 20 NOVELL. 49, 2, 2). Cresc. 3, 61, 67 proconsularia. coll. c. Don. 3, 7, 8 archivo proconsulis (*cf.* 3, 19, 37). AVELL. p. 127, 2 palatii. TERT. apol. 19 antiquissimarum ... gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, Phoenicum (Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 143). *nota* MART. CAP. 1, 65 Clotho ... Lachesis Atroposque ... utpote librariae superum archivique custodes ... stilos acuunt. **b** *Iudaeorum et Christianorum*: HIER. praef. in Esth.: librum Esther ... de archivis Hebraeorum relevans. Ps. AVG. serm. 157, 1 in antiquis Iudaeorum archivis. HIL. frg. hist. 3, 3 in archivo ecclesiae (VICT. TONN. chron. II p. 192, 3 GREG. TVR. *et* GREG. M. *et* CONC. *l. c.*). ARNOB. conflict. 2, 14 in archivis ... Alexandrinae ecclesiae. AVG. post coll. c. Don. 15, 19 ecclesiastica. *cf. Rossi, Codd. Palat. latini I p. XXXVIII.*

archogoniam *v.* archaeogonia. [*Diehl.*

Archoitoth Aegyptiorum lingua Augustus mensis dicitur GLOSS. V 168, 7. *Otto.*

Archolyōn *cogn. vir.* CORP. VI 14938 (*periit*) Ti. Claudius Optati lib. Archolyon.

archōn, -ontis *m.*, *ἄρχων*. CORP. X 3905 arcon. *v. infra. sim.* GLOSS. GRAMM. suppl. 123, 3 masculina ut ... hic mons, montis, hic archons, archontis. **1** *Atheniensium*: GLOSS. IV 482, 40 arcontes principes (V 267, 37 arch-). V 337, 4 arcontus princeps. TERT.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. Herm. 19 archontes dicunt principes et magistratus *Graeci*. TREB. Gall. 11,3 Gallienus apud Athenas archon erat, id est summus magistratus. CIC. fat. 19 archonte Pytharato. VELL. 1, 2, 3 *Codri* filius Medon primus archon Athenis fuit. *ibid.* archontes. **2** *archisynagogus*: TERT. cor. 9 levites aut sacerdos aut archon. adv. Marc. 3,13 archontas Sodomorum. 3,22 presbyteris et archontibus et sacerdotibus Iudaeorum. CORP. X 3905 (*Capuae*) ...› Alfius Iuda arcon arcosynagogus. **3** *princeps in universum*: ITALA (Tert. adv. Marc. 4,42) psalm. 2,2 astiterunt reges terrae et archontes congregati sunt (VVLG. principes. ἄρχοντες).

archontici, -ōrum *m. haeretici*. AVG. haeres. 20 archontici, a principibus appellati, universitatem, quam deus condidit, opera esse principum dicunt (*similia* ISID. orig. 8,5,13 *scribendo* archontiaci). *v. Wetzer und Welter, Kirchenlexikon s. voce.* *Diehl.*

Archontius *v. sub* Arcius.

Archontus *nom. vir. semigraecum*. INSCR. christ. Rhen. Kraus I 135 quiescit in pace Ipsychius quae vixit ..., Archontus coniugi. *vide etiam* Arcontia *p. 469, 11 et* arcontus *p. 466, 84.* *Otto.*

Archous, -ī *m. fluv. Babyloniae*. PLIN. nat. 6,132 *Sittacene* dividitur Archoo (*v. l.* Archon). infra est Susiane. *Diehl.*

Archylis, Archȳtās *v. sub* Arch-.

Arcia *locus in vicinia Aquileiae*. CAPITOL. Maximin. 28,8 in luco, qui est ‹inter› Aquileiam et Arciam.

Arciāca *opp. Galliae Lugudunensis, hodie* Arcis-sur-Aube, *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 225.* ITIN. Anton. p. 361 (*inter Tricasses et Durocatalaunos*) Arciaca (*sed* Artiaca *codicum pars maior*). FREDEG. chron. (Mon. Germ. Merov. II) 3, 71 Sigybertus ... Arciaca resedens. VITA Genovef. (Mon. Germ. Merov. III) 36 cum Arciaca (Archiaco, Arciacum, Artiacum *pars codd.*) oppidum fuisset ingressa. 39. VITA Fidoli (Mon. Germ. Merov. III) 9 Arciacas castrum transire volens. *adi.* **Arciācēnsis.** FREDEG. chron. 4, 19 in Arciacinsem campaniam. VITA Genovef. 35 ut Genovefa in Arciacinse opido ... proficisceretur. *cf.* Arciaco.

Arciaco deus. CORP. VII 231 (*Eburaci*) deo Arciacon(i) et n(umini) Aug(u)st(i) Mat. Vitalis ord(o) v. s. l. m. *cf.* Arciaca.

Arciade *ablat., locus in Bruttiis, cf. Hülsen, PW. II p. 602.* TAB. Peut. 7, 2 Arciade. RAVENN. p. 331 Arciades. p. 263 Arciadis.

Arciania *nom. mul.* CORP. II 289 (*Olisipone, periit*) Iul. Atil. f. Arciania. *Otto.*

Arcidava *opp. Daciae. Ptolemaeo* Ἀρχίδαvα. TAB. Peut. 7,3 Arcidava. RAVENN. p. 204,4 Arcidaba. *v. Tomaschek, PW. II 602.* *Diehl.*

arcifer [*derivatum ab* arcus *et* ferre. *Th.*] τοξοφόρος GLOSS. II 457, 15. arcum regis portans (arcum manibus gerens *a*) II 568, 19. sagittarius V 491, 54.

arcifīnālis, -e [*cf. c.* arcifinius *Th.*] *v.* arca finalis *sub* arca VI. *de* archifinalis *v. l. 50.* *vox gromaticorum.* SIC. FLACC. grom. p. 138, 3 occupatorii ... dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. 137,25. 138,9 ut quisque virtute colendi quid occupavit, arcendo vicinum arcifinalem dixit. GROM. p. 284, 8 arcifinales (archifinales *B*) agri .... 350, 12. 284, 7 possessionibus vicinis ... Domitianus ... profudit, ... ut eis (*sc. subsecantibus*) lineis arcifinalem vel occupatoriam licentiam (ex linearia finalem vel occupatorium licentia *B*) tribueret.

arcifīnium, -ī *n. signum terminale gromaticorum*: BALB. grom. p. 250, 32 spatula cursoria, arcifinium, quadrifinium (*in nominibus lapidum finalium*).

arcifīnius, -a, -um [*de vocabuli formatione non satis constat; cf. c.* arcifinalis *Th.*] *ferme cum* 'ager' *coniunctum apud* GROM., *sed v. l. 76. in libris hic illic legitur* archifinius. FRONTIN. grom. p. 6,1 ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus. p. 5,6 ager est arcifinius (arce- *A*, arti- *E*), qui nulla mensura continetur. finitur secundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, arboribus ante missis, aquarum divergiis et si qua loca a vetere possessore potuerunt optineri (p. 1, 5. 41, 9 AGENN. grom. p. 72, 17 ISID. orig. 15,13,11). p. 12,4 per flexus quibus arcifinii (-nes *A*) agri continentur. BALB. grom. p. 98, 9 per flexus ... ut in agris archifiniis (arcifinariis *V*) solet. 107, 6 species ... formae, per quam frequenter archifiniorum agrorum quadratura concluditur ex rectis angelus [ex] pluribus quam quinque (*cf.* GROM. p. 255, 20). 99, 8 in *flexuosae lineae* similitudinem et arcifiniorum (archi- *I V*) agrorum extremitas finitur (PS. BOET. geom. p. 394,12 Fr.). FRONTIN. grom. p. 43,22 haberi ordinem legis Mamiliae excessum plurimum, praecipue in agris archifiniis (*item* AGENN. p. 74,18). p. 24, 4. p. 42,20 fundamento tenus in agro arcifinio possessio servari debeat (AGENN. p. 73, 27). HYG. grom. p. 204,16 agrum arcifinium (archi- *B*) vectigalem. 179,17 terminata in extremitate more arcifinio per demonstrationes et per locorum vocabula. *substantivum est* (*omisso* 'ager') GROM. 410,20 arcifiniorum extremitas (*primus auctor additum habet* 'agrorum' *v. l. 70*). *cf. Mommsen, Hermes 27 (1892) 83. 86 sqq.* *Kempf.*

Arcinātīnus, -a, -um. CASSIOD. var. 2,11,2 casam Arcinatinam. 4, 40, 2 possessio Arcinatina.

Arcino *nom. vir.* CORP. III 6010, 246 (*in vase cretaceo Raetiae*) Arcino of. *Otto.*

arcio *v.* accieo.

arcion *n.*, ἄρκιον *pro* ἄρκτιον. *herba.* PLIN. nat. 25,113 persollata, quam nemo ignorat, Graeci arcion vocant. ind. 25,66 persollata sive arcion. nat. 26,30 bechion tussilago dicitur ... quidam eandem esse arcion (*v. l.* archion) et alio nomine chamaeleucen putant. ind. 26,16 bechion sive arcion sive chamaeleuce. DIOSC. 4,102 de arcion. arcion prosopida aut prosopion dicunt. *cf.* arction.

Arciotis *statio Persidis.* TAB. Peut. 12, 3. RAVENN. p. 52,6 Archedotis. *v. Tomaschek, PW. II 602.* *Diehl.*

Arcipiānus fundus. INSCR. christ. Rossi II p. 413, 23 olibet. in fund. Arcipiano. *cf.* Archippus. *Otto.*

arcipotēns, arquipotēns, -tis *adi.* *cf.* arcus *p. 478,12 et* sagittipotens. VAL. FL. 5,17 arquipotens adverte, precor, ... Apollo.

arcirma genus plaustri est modici, quo homo gestari possit. PAVL. FEST. 15, 11. *cf.* arcerma. *Kempf.*

ins. Arcirse TAB. Peut. 12, 5 *in Oceano orientali.* *Diehl.*

arcisellium, archisellium, -ī *n.* [*ab* arcus *et* sella *derivatum esse videtur, cf. c.* sella arcuata. *Th.*] GLOSS. III 197, 20 larnax arcisell‹i›um. PETRON. 75 arcisellium (arti- *cod.*) de suo paravit et duas trullas. NOT. Tir. 101, 8 archisellium. Bern. 36, 20. *cf.* arcisolium *et* arquata sellula *p. 473, 82.* *Kempf.*

Arcīsius, -ī, Ἀρκείσιος. *pater Laertae.* OV. met. 13, 144 mihi Laertes pater est, Arcisius illi (Arcesius *edd. vett.*). APVL. Socr. 24 p. 177 Oud. (arcissius *libri*). HYG. fab. 173 p. 28,16 Laerta Arcesii (*trad.* Arcippa). 189 p. 121, 4 Cephalus habuit filium Arcesium (*trad.* Archium). *v. Wagner, PW. II 1161.* **Arcīsiadēs**, Ἀρκισιάδης. Arcisii *filius, nepos.* DIOM. gramm. I 321, 29 praenomen est, ut ait Ibycus, Olixes, nomen Arcisiades, cognomen Odyseus et ordinantur sic: Olixes Arcisiades Odyseus polytlas. *Diehl.*

arcisolium, -ī *n. cf.* arcisellium. CARM. epigr. 656 cubiculum duplex cum arcisoliis et luminare iussu p(a)p(ae) ... Marcellini ... Severus fecit (*circa a. 300*). *Kempf.*

arcistes, arcister, arcites *v.* **arques.**

?arcisum *herba.* GLOSS. III 535,46 agnidros (*?*) id est arcisum. *V.*

Arcisus *nom. vir. barbaricum.* CORP. II 733 (*in Lusitania*) Arcisus Arenteri f. 2520 (*in Hisp. Tarrac.*) Medamus Arcisi f. hic situs est castel‹l›o Meidunio. *Otto.*

arcitenēns, arquitenēns, -entis *adi. et nom. propr.* [*compositum ex* arcus *et* tenens.] arquitenens *forma traditur una apud* NAEV. HOST. ACC. VERG. SEN. ARNOB AVS. GLOSS., *optimis codicibus apud* CIC. (*in Arat.* arqui- *H*, arci- *D*) OV. met. 1, 441 (*v. l. 49*) STAT. Theb. 4, 749. Ach. 1, 682 AVIEN. (arqui- *V vel* V^1); arcitenens *traditur apud* SIL., STAT. silv. 4, 4, 95, CORIPP., *in poetis minoribus* (*v. l. 63. 67*), *optimis tantum codd. apud* OV. met. 6, 265 GERM. 566 MAXIM. anth. *cod. Voss. Q. 86.* arquitenēs: ACC. trag. 52 (*cf.* GLOSS. *l. 46*).

I *epitheton deorum*: *Apollinis* GLOSS. IV 430,40 arquitene‹n›s quod arcum Apollo teneat. *adi.* NAEV. ep. 32 pollens sagittis arquitenens ... Pythius Apollo. HOST. frg. 6 Apollo arquitenens Latonius. OV. met. 1,441 deus arquitenens (arqui- *opt. codd.*). STAT. silv. 4,4,95 arcitenens ... pater. ARNOB. nat. 1,36 arquitenentes Diana et Apollo. 4, 22 arquitenens Delius et silvarum agitatrix Diana. *subst. modo nominis proprii*: ACC. trag. 167 antistitam Arquitenens suam tutetur. VERG. Aen. 3,75 pius Arquitenens (SIL. 5,177). OV. met. 6,265 motus erat ... Arcitenens (arqui- *M, corr. N.*) STAT. Ach. 1, 682 audiit Arquitenens. CORIPP. Ioh. 1,458 Arcitenens ... ferret fata sagittis. *cf.* SIDON. carm. 1,7. 23,266. *Dianae*: NAEV. ep. 61 tu arquitenens, sagittis pollens dea. ACC. trag. 52 SEN. Phaedr. 709. STAT. Theb. 4,749 arquitenens (*P*, arcytenens *B*, arci- *M*) ... Latonia. **II** *nomen Sagittarii*: CIC. Arat. 405 Nepa et Arquitenens invisant lumina caeli. 182. 272ª. MANIL. 2,504 nec non Arcitenens ... parere Leoni auribus. 2, 523. 5, 357 *Centaurum* subit Arcitenens (*cf.* MAXIM. anth. 621, 5 semivir Arquitenens: arci- *V*, arqui- *CP*). 2, 245 currentia quaedam ut Leo et Arcitenens. 2,408 cadit ... Geminis orientibus orbe (CARM. de XII signis poet. min. V p. 350B. 2,3). 5,364. 4,561 pectora clara dabit bello. 708 femina ... amavit (*i. in tutela habet*). GERM. 566 Scorpios Arcitenensque (arqui- *fere deter. class.*) et ... Capricornus (*versus interpolati. cf.* CARM. de XII signis poet. min. V p. 352, 4. 8. de sphaera cael. *ibid.* p. 380, *v.* 15). AVIEN. Arat. 684 cunctatur *in ortu* Arquitenens. 1048. 1144 spicula caelo exerat et ... vibret bellator. AVSON. 382, 12. **III** *epitheton hominum*: CORIPP. Ioh. 6, 522 Geisirith arcitenens. *nota*: QVINT. inst. 8,6,33 dure ... iungere arquitenentem (arqui tollentem *codd.*) et dividere (videre *codd.*) septentriones videmur.

(arcitus, -ūs) *m. actus arcendi: propter originationem fictum.* PRISC. gramm. III 445, 1. 128, 33 quartae declinationis sunt, quae per syncopam a supra dictis incorporalibus proferuntur, ut portatus portus, artatus artus, arcitus a verbo arceo arcus. *Kempf.*

Arcius *nom. gent.* CORP. VIII 9683 (*in Mauretania Caes.*) Q. Arcius Severus. **Arcaeus**, -a *nom. gent.* CORP. X 793 (*Pompeis, sub finem aetatis liberae rei publ.*) N. Arcaeus N. f. Arellian. Caledus d. v. i. d. II 5799 (*in Hispan. Tarrac.*) Arceae Longine C. f. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 420, 150 (*ibid.*) Arcea ‹T?›amauca Ambati Terenti f. *v. etiam* CORP. II 2860. **Arcēius** *nom. gent.* CORP. V 2308 (*in reg. X*) Coattenus Lamirus aurifex sibi et Popilie Varsae uxori et filiis duo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus Venusto et Egdoto et Arceio Eutycho v. f. (*periit*, Arcesio *exemplum alterum.*) III 6634 (*in ansa amphorae Alexandrinae*) Archeia.

Archēnia *nom. mul., cf. etrusc.* arcnalisa. CORP. V 1101 (*Aquileiae*) L. Atílius T. f. Primus, Pompeia M'. f. Rufa, Iulia Cal⟨l⟩isti l. Archenia. **Arcentius,** *cf. etrusc.* arcenzioś. SYMM. epist. 6, 7 Arcentium et Euangelum. 7, 112 Arcentio spectabili viro, quem mihi iungit adfinitas. *vide etiam* Arcens. **Arcontius, Archontius** *nom. gent., cf. etrusc.* arcnti? VOP. IV tyr. 2 nummos eius (*Firmi*) Severus Arcontius protulit. CORP. VIII 11031 (*in provincia Tripolitana, litt. aevi inferioris*) T. Archontio Nilo v(iro) p(erfectissimo) p(raesidi) et comiti p(rovinciae) T(ripolitanae). *si huc pertinet* Arcontia, *falsus est qui scripsit* CARM. epigr. 1355 (*a. 442*) ast haec Graiugenam resonans Arcontia (*natione Galla*) linguam nomina virgineo non tulit apta choro. *v. etiam* Archontus. **Arcusinus, Arcusinius, Arcosinius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 704 (*Bononiae*) d. m. C. Arcusini Gaudentis milit. coh. III pr. equitis ... C Arcusinus Agricola. 722 (*ibid.*) C. Arcusino Nepote ... q(uaest.). VI 15008 Ti. Claudio Doro Arcusinia Demetria coniugi. 2524 Q. Arcosinius Super vet. **Arcutio** *nom. vir., cf. etrusc.* arcutu. CORP. V 6226 (*Mediolanii*) Arcutio libertus. Arqut. *legitur in titulo fracto* XI 6709, 30. **Arcumenna** *nom. gent.* CORP. VI 12286 Arcumenn⟨i⟩ae Pietati ... Arcumenna Trophimus lib. item coniugi. **Arcestius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 23322 P. Octavia Threpto fec. Arcestia Secunda coniugi. *vide etiam* Arquius, Arquinius, Arquitius.

Arcius *nom. vir. barbaricum.* CORP. II 5556 (*in Hispania Tarracon.*) Trites Mebdi h(ic) s(itus) est, ... Arcius et Vrtinus p(osuerunt). *Otto.*

arcīvus, -a, -um. [*ab* arcere. *Th.*] GLOSS. II 286, 35 *εἰρκτικὸς ὅ ἐστι κωλυτικός* arcivus. 357, 32 *κωλυτικός* arcivus. V 440, 62 arciva aves vetans. 561, 48 arciva aves et vetat, *utrobique* arciva avis *esse lemma videtur.* *V.*

arcla *v.* arcula.

Arclese *genetivo, nomen.* CORP. XV 4350 (*in amphora, a. 161*) Arclese Soranae. *cf.* Arcese.

Arco, -onis *nom. vir. barbaricum.* CORP. II 668 (*in Lusitania*) Quinta Butrionis f. ... Arco coniugi. 671 (*ibid.*) Cilia Arconis f. 948 (*ibid.*) Annius Arconis heic si⟨t⟩u⟨s⟩. 5223 (*ibid.*) Aleba Arconis f. L. Iulio Regulo mater ponendum curavit. 5307 (*ibid.*) Maxsuma Teia Tur⟨g⟩al⟨i⟩e(nsis) Arconi(s?) ⟨f(ilia)⟩. 644 (*ibid.*) Arcco Tancini f.

Arcobriga *oppida Hispaniae Tarraconensis et Lusitaniae, cf. Hübner, PW. II p. 603, Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 184.* PAVL. FEST. p. 118 Lacobrigae nomen conpositum a lacu et Arcobriga Hispaniae oppido (*neglegenter haec ex Festo exscripta esse apparet*). *in Hispania Tarraconensi*: PTOL. 2, 6, 57 *Κελτίβηρες, ἐν οἷς πόλεις ... Ἀρκόβριγα.* ITIN. Anton. p. 437, 1 *et* 438, 13 Arcobriga (*trad. etiam* Arcobrica, Artobriga, Artobrica, Acrobriga). RAVENN. p. 309 Arcobrica. LATERC. cod. Florentini Laurentiani Librianorum 1554 (chron. I p. 573) provincia Cartaginis: ... civitas Arcabica. Ps. ISID. hist. 8 (chron. II p. 382) quarta metropolis est in Cartagine terra Malava et Lurca; ... submetropoles eius ... Archabico. **Arcobrigēnsis** *incola.* PLIN. nat. 3, 24 Caesaraugusta colonia immunis ... recipit populos LV, ex his ... stipendiarios ... Arcobrigenses .... CORP. II 765 (*in Lusitania*) Aemilius Marcellus M. f. Arcobrigensis. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 401, 115 (*in conventu Bracaraugustano*) ⟨Ce⟩licus Fronto Arcobrigensis. CONC. Mansi (*concilia Toletana*) IX p. 1001 (*a. 589*) Petrus Arcavicensis Celtiberiae ecclesiae episcopus. X p. 478 (*a. 597*) Petrus in Christi nomine Arcavicensis ecclesiae episcopus. p. 672 (*a. 638*) Domarius presbyter Arcavicensis ecclesiae. p. 1222 (*a. 653*) Balduigius Arcavicensis epis c. *Otto.*

arcoleōn, -ontis, *m. ab ἄρκος et λέων.* CAPITOL. Gord. 33, 1 fuerunt sub Gordiano Romae ... arcoleontes decem. POL. SILV. laterc. chron. I 543, 11 *inter spirantia et quadrupedes* arcoleon.

arcomus. *animal.* POL. SILV. laterc. chron. I 543, 10 *inter spirantia et quadrupedes, sequitur* arcoleon.

Arconesus, -ī *f.*, *Ἀρκόνησος.* **1** *Propontidis insula.* Plin. nat. 4, 74 Arconesus (*sic Barb.*, arr. *libri*). 5, 133 in Arconneso oppidum Ceramus. **2** PLIN. nat. 5, 142 oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arctonnesos (*E*, arconensus *F*, artonensus *R*). *v. Hirschfeld, PW. II 1170.* *Diehl.*

Arcosinius *v. sub* Arcius.

Arcotamia *illustris femina, Ennodii consanguinea.* CASSIOD. var. 4, 12, 2 Arcotamia (Arch- *et* Arcoth- *pars codicum*) ... illustris femina. ENNOD. epist. 6, 24 Ennodius Archotamiae (Arc- *unus codex*). 7, 14 Ennodius Arcotamiae (Arch- *unus codex*). VITA Apollin. (Mon. Germ. Merov. III) 10 Arcutamia senatrice *Massiliensi* (*v. Kruschii adnot.*). *Otto.*

arctātio, arctus *v.* artatio, artus.

arcticus (-os), -um *adi.*, *ἀρκτικός.* **1** *ab* *Ἄρκτος.* GLOSS. septemtrionalis. HYG. astr. 1, 6 p. 24, 11 circulus arcticos appellatur, quod intra eum Arctorum simulacra ut inclusa perspiciuntur. *leguntur nom. acc. abl., raro* (HYG. astr. 1, 8 p. 27, 27) *genet.* AMPEL. 1, 4 *circulum* arcticum et antarcticum. HYG. astr. *passim* circulus, finis. 4, 3 p. 102, 26. 103, 9 *et* 4, 6 p. 104, 29 orbis. 3, 29 p. 94, 1 polus (*fluctuant codd. inter graecam et latinam declinationem, cf. Bursian, S.-B. d. bayer. Ak. 1876 p. 38, Kauffmann, Bresl. phil. Abh. 3, 4 p. XLVI*). CARM. de sphaera (poet. min. V 68) 43 circulus. MART. CAP. 8, 823 apicem. *ibid.* verticem. SCHOL. Germ. Bas. p. 77, 7 (*cf.* Strozz. p. 137). 95, 15 inter hiemale tropico et arctico subterraneo, quod notium vocatur. SCHOL. Arat. lat. p. 103. 213. 113, 1 *rec. A* arcticus circulus (*rec. B* septentrionalis c.). [SEN. Med. 315 arctica .... plaustra *A*, Attica *E*]. **2** *ab ἄρχω.* TER. MAVR. 1166 in tantum vegeta est et vivida littera sexta (*sc. σῖγμα, sexta inter semivocales*), cum prior est, et muta loco subiecta secundo. arcticon idcirco stoechion Graecia dixit. *cf.* 911 *et* 994, *ubi graece scribitur.* DIOM. gramm. I 519, 29 constat ... versus ('solvitur acris hiems' *eqs.*) ex tetrametro heroo arctico et ex tribus trochaeis. 520, 16. *ad 1*: *compositum* antarcticus. *synonymum* septentrionalis. *cf.* arctous.

Arctinus, *Ἀρκτῖνος. poeta epicus.* DIOM. gramm. I 477, 9 *ex coniectura Scaligeri* (arctinius *AB*, artinius *M*).

arction, *ἄρκτιον. herba.* PLIN. nat. ind. 27, 16 arction sive arcturon. 27, 33 arction (art- *VR*[1]*d*) aliqui potius arcturum (-on *E*) vocant (*natura, usus in medicina. item* 26, 129, *ubi abl.* arctio). 27, 11 caulem quandriangulum, scabrum, similem arctio. DIOSC. 4, 100 hasta quadra et aspera, simile ... arcto (*Paris.*, arcio *Monac.*) 4, 101 de arction. arction (arcion *Monac.*) aut asturon (*ἀρκτοῦρον*). *cf.* arcion.

Arctonesos *v.* Arconesus.

Arctophylax, -ācis *m.*, *Ἀρκτόφυλαξ. sidus* (*saepius audit* Bootes). GLOSS. Arcti custos, custos aquilonis. SCHOL. Arat. lat. p. 280, 17 Arctophylax, id est Arcturi (*i.* Arcti) custos. 285, 12. HYG. astr. 2, 4 *Arcas* Arctum servans Arctophylax est appellatus. *vocabulum fere poetarum. primum legitur in* CIC. Arat. *nomin.* (*passim hexametri initio et ante semiquinariam*) *semel* (MANIL. 1, 316) *ante semiseptenariam. acc.* -āca: MANIL. 1, 565 (*vers. spur.*) CARM. de sphaera (poet. min. V 68) 8. HYG. astr. 2, 1 p. 29, 8 *et* 31, 2. 2, 2 p. 33, 3. *gen.* -acis: PROB. georg. 1, 229. -acos: MART. CAP. 8, 832. CIC. Arat. frg. 16 Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes. OV. fast. 3, 405 MANIL. 1, 316 GERM. 91 AVIEN. Arat. 257. *sideris fabula* (*cf. Catast. 8*): OV. fast. 2, 181 *sqq. cf.* met. 2, 496 *sqq.* AVIEN. Arat. 258 HYG. astr. 2, 5 SERV. auct. georg. 1, 67 SCHOL. Germ. Bas. p. 64 SCHOL. Stat. Theb. 3, 685 SCHOL. Arat. lat. p. 197. *positio, figura*: OV. fast. 2, 190 *Vrsae* terga sequentis (GERM. 90 *cf.* AVIEN. Arat. 260). MANIL. 1, 316. GERM. 90 senior, baculoque (iaculoque *dett.*) minatur (AVIEN. Arat. 259). HYG. astr. 3, 3. *plaustro* (*cf.* Bootes) *nec ursae coniungitur* SEN. Thy. 873 custosque sui tardus plaustri ... Arctophylax. *cf.* AVIEN. Arat. 261. *stellae*: GERM. 93 AVIEN. Arat. 265 *sqq.* HYG. astr. 3, 3. SCHOL. Germ. SCHOL. Arat. *l. c.* PROB. Verg. georg. 1, 229. *ortus, occasus*: CIC. Arat. 359 OV. fast. 3, 405 GERM. 594 HYG. astr. 3, 3 ('sero' occidere dicitur *cf.* CIC. Arat. 363). *tempestatem significat*: OV. epist. 17, 188. *observatur a nautis*: LVCAN. 8, 179. *significatur*: OV. fast. 2, 153 custodem ... Vrsae (*oritur*). trist. 1, 4, 1 custos ... Erymanthidos Vrsae (*occidit*), *item* 1, 11, 15 (*tempestatem significat*). VITR. 9, 4, 1 custos Arcti (*ibid.* custos, *item* 9, 4, 5 SCHOL. Germ. Sang. p. 224, 12). SCHOL. Arat. lat. p. 117[b], 6. 123[a], 15 Arcturi (*i.* Arcti) custos (*utroque loco altera rec.* Septentrionis custos). 123[b], 9. 134, 9. 197, 8. STAT. Theb. 1, 693 portitor Vrsae (*Ophiuchum intellegit* SCHOL. *aperte falso*). *incertum an huc pertineat* VAL. FL. 5, 370 Arcas. *cf. p. 439, 71*). *nota* OV. fast. 6, 235 Lycaon. *cf.* Arcturus, Bootes.

arctophyllon *herba.* Ps. APVL. herb. 104 Graeci paederota vocant, alii bootes (*?*), alii arctophyllon, Latini cerefolium.

Arctos (-us) -ī *f.*, *Ἄρκτος. sidus caeleste.* GLOSS. septemtrio. PROB. Verg. georg. 1, 233 Arctos, id est Vrsas. *cf.* GERM. 25 sive Arctoe seu Romani cognominis Vrsae Plaustraque. AVIEN. Arat. 101. VITR. 9, 4, 1 Septentrio, quem Graeci nominant Arctum sive Helicen. HYG. astr. 1, 6 p. 24 Arctorum simulacra ..., quae signa a nostris ursarum specie ficta Septentriones appellantur. arcth-, archt-, arth-, art- *passim scribitur, item in derivatis. non leguntur dat. sing. plur., abl. plur. formae graecae*: *sing.*: Arctos: OV. Ib. 474 trist. 1, 3, 48 *et passim* (*firmatur lusu elementorum* PORF. OPT. 18, 31). Arcton: VERG. georg. 1, 138 (-um *M*). HOR. carm. 2, 15, 16 *et passim. plur.*: Arctoe: CIC. Arat. 441 nat. deor. 2, 105 VITR. 9, 4, 5 GERM. 25. 63 CARM. poet. min. V 58, 4, 1 HYG. astr. 3, 1 (-os *Bursiani codd.*). *formae latinae*: *sing.*: Arctus (PRISC. gramm. II 162, 3. III 445, 17): STAT. silv. 4, 3, 153 (*M*). HYG. astr. 2, 2 *quater* (-os *dett.*). CLAVD. carm. min. 53, 11 (*R*). VEN. FORT. carm. 9, 1, 15 (-os *cod. Barb.*). Arctum: CIC. Arat. frg. 16 (nat. deor. 2, 109) VITR. 9, 4, 1 AVIEN. Arat. 1805 HYG. astr. 2, 1. 2, 2 *ter.* 2, 4. 3, 2 (*nusquam* Arcton). Arcti (PRISC. gramm. III 445, 17): CIC. Arat. frg. 23. 31. v. 79 VITR. 9, 4, 1 HYG. astr. 3, 8 PRISC. perieg. 117. *nota ablativum*: IORD. Get. 5, 31 ab Arctu, id est septentrionali (arctu *HPV*, arcto *AOB*, arcturo* *L*, arctoa *XYZ*). *plur.*: Arctos: VERG. Aen. 6, 16 georg. 1, 245 *et passim.* Arctorum: HYG. astr. 1, 6 p. 24, 11. *vocabulum fere poetarum. primum legitur in* CIC. Arat., *saepe* HYG. astr.

1 ***proprie*:** OV. fast. 3, 107 esse duas (VERG. georg. 1, 245) Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. MANIL. 1, 283 binas Arctos. 296 maiorem ... Helice maior decircinat arcum ... angusto Cynosura brevis torquetur in orbe. *singularis epitheto non addito significat maiorem*: CIC. Arat. frg. 16. 23 *al. minorem* (*?*): CLAVD. 15, 501 per aequora ... non Plaustris Arctove regor (*cf. p. 471, 16*). *sed cf.* STAT. Theb. 3, 685 CLAVD. 1, 26. 26, 246. *distinctio per epitheton facta est* CIC. Arat. frg. 31 Cynosurae ... Arcti. v. 79 Arcti ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minoris (Hyg. astr. 2, 2. 3, 2. 3, 8. 4, 3). Germ. 55 maiorem (Hyg. astr. 2, 2. 3, 2. 2, 1 maxima). Hyg. astr. 2, 2 p. 33, 12 prior (*i. maior, ante minorem notata*). *fabulae* (*cf. Catast. 1. 2*): Ov. fast. 2, 189 (*cf.* met. 2, 507). Germ. 32 *sqq.* Avien. Arat. 105 *sqq.* Serv. auct. georg. 1, 246 Hyg. astr. 2, 1. 2 *cf.* Schol. Germ. Bas. p. 58. 59 Schol. Arat. lat. p. 181 *sqq. al.* *maioris memoria*: Hyg. astr. 2, 2 p. 32. *ibid.* p. 33 quibus de causis minor Arctus Phoenice appelletur (*a Thale primum notata*). *cf.* Schol. Germ. Schol. Arat. *l. c.* *positio, stellae*: Manil. 1, 294 *sqq.* 451. 502 Vitr. 9, 4, 5 Germ. 24 *sqq.* Hyg. astr. 3, 1 *cf.* Schol. Germ. Schol. Arat. *l. c.* *non occidunt*: Cic. nat. deor. 2, 105 Verg. georg. 1, 246 Ov. met. 13, 293. 727 Ib. 474 *iteratur a poetis. fabulose explicatur* Ov. fast. 2, 191 Hyg. astr. 2, 1 Serv. georg. 1, 246. *observantur a nautis*: Verg. georg. 1, 138 Ov. met. 3, 595. Val. Fl. 1, 419 adsidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto. 5, 46 agentes (*sc. naves, cf.* Sen. Herc. f. 7) noctibus Arctos. *cf.* Lvcan. 8, 175. *maior a Graecis, minor a Phoenicibus* (*Arat. 37 sqq.*): Ov. fast. 3, 107 *v. p. 470, 17* epist. 17, 149 Manil. 1, 298. 300 Germ. 40 Sen. Herc. f. 7 Hyg. astr. 2, 2 p. 33. *cf.* Ov. trist. 4, 3, 1 Sen. Med. 697 Val. Fl. 1, 17. *circuitu significant processum noctis*: Prop. 2, 22, 25 Iuppiter Alcmenae geminas requieverat Arctos (*cf.* Manil. 1, 278 caelumque et sidera torquent. 1, 444). Ov. trist. 1, 3, 48 nox praecipitata . . . versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat. *sidera excelsa*: Manil. 1, 275 consurgit ad Arctos . . . axis. 3, 382 *circulus* geminas ascendit ad Arctos. Val. Fl. 5, 155 in gelidas consurgens Caucasus Arctos. 6, 613 Caucasus in summas abiit hibernus in Arctos. *pro polo stellifero* (*cf.* Arcturus *p. 473, 25*): Clavd. 1, 21 tacitam Luna regnante per Arcton. *septentrionem indicant* (*significatione ad 2 subinde declinante*): Verg. Aen. 6, 16 *Daedalus a Creta Cumas fugiens* gelidas enavit ad Arctos (Serv. si ad fabulam, contra septemtrionem . . . si ad veritatem, ad septemtrionis observationem). Stat. silv. 3, 5, 19 si gelidas irem mansurus ad Arctos. Avien. orb. 759 si quis . . . in . . . Lycaonias cumbam procul urgeat Arctos. Sidon. carm. 22, 217. Ov. met. 4, 625 ter gelidas Arctos, ter Cancri bracchia vidit: saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus. 2, 132 *zodiacus* polumque effugit australem iunctamque aquilonibus Arcton. fast. 3, 793 stella Lycaoniam vergit (Prisc. perieg. 260) declinis ad Arcton (Clavd. 26, 246 *cometes* Lycaoniam . . . expulsus ad Arcton). met. 13, 726 ad Arctos aequoris expertes spectat boreamque Peloros. Manil. 1, 237 pars eius (*terrae*) ad Arctos eminet (*opp.* austrinis . . . oris). Sil. 1, 198 qua diversas clementior aspicit Arctos *Libye*. 15, 227 gelidas . . . sedet sublimis ad Arctos urbs. Avien. orb. 231 eminus ista (*cautes*) notum videt, Arctos eminus illa. 835 rigidam suspectat *sinus* Arcton. Clavd. 15, 511 quae (*pars*) respicit Arcton. 26, 329 sublimis in Arcton prominet . . . Raetia. Lvcan. 1, 458 populi, quos despicit Arctos. *saepe* sub Arcto: Hor. carm. 1, 26, 3 Ov. trist. 3, 10, 11 Lvcan. 1, 252. 10, 48 *al.* Avien. orb. 971 rigidas Scytha degat ad Arctos. Ov. trist. 1, 2, 29 sicca . . . boreas bacchatur ab Arcto. 5, 5, 39 Sil. 1, 590 Stat. Theb. 3, 526 Prisc. perieg. 117. *frigoris sedes*: Lvcan. 10, 220 non Arctos in illis montibus aut boreas. Stat. silv. 4, 5, 5 ad Arctos Parrhasias hiems concessit. Theb. 6, 422 gelida . . . exilit Arcto grando. 5, 78 Arcton . . . prementem (fre- *B M*). 8, 408 Rhodopen . . . nive verberat Arctos. Avien. orb. 1290 *Scythae* dura pulsantur desuper Arcto. Stat. Theb. 12, 653 ventosa . . . sibilat Arctos. **2** ***translate*** (*proprie multa accipi possunt*): **a** *caeli regio septentrionalis*: Hor. carm. 2, 15, 15 opacam porticus excipiebat Arcton (Porph. porticum septemtrioni obiectam). Lvcan. 4, 70 *et* 9, 539 *opponitur* notus. Homer. 866 quantum Arctus ab austro, . . . occasus . . . distaret ab ortu. Apvl. mund. 13 meridies et Arctos. Avien. Arat. 1805 si . . . caput *pecudum* tendatur in Arctum (*Arat. 1083 ἀνέμοιο βορῆος ἀντία*). orb. 242 boreali . . . in Arcto. 1340 Lycaonia. Sedvl. carm. pasch. 5, 194 (op. pasch.: limes . . . arctous). Iord. Get. 5, 31 (*v. p. 470, 72*). Ven. Fort. carm. 7, 12, 57 Arctos, meridies, orions, occasus. *item* 9, 1, 15. 10, 7, 9 Mart. 3, 492. **b** *terrae plaga septentrionalis, sedes gentium barbararum*: Lvcan. 2, 586 me victorem gelidas ad Phasidos undas Arctos habet. 3, 74 Arcto . . . subacta. Val. Fl. 4, 211 qui . . . per Arcton . . . pontus iacet. 5, 272 omnem . . . quatit rumoribus Arcton. 6, 147 nec clarior ullis Arctos equis. Stat. silv. 4, 3, 153 iuravit tibi iam nivalis Arctos. 5, 1, 88 quae laurus ab Arcto *ferat*. Mart. 7, 7, 1 hiberna . . . Arctos *tenet Caesarem*. 9, 84, 6 nescia . . . nostri nominis Arctos. Clavd. 3, 325 *Scythas* alit. 8, 51 deserta. 24, 93 fecunda. 28, 455 gelida. rapt. Pros. 2, 63 Arcton populata virago Hippolyte. *plur.*: Val. Fl. 3, 359 Arctos ad patrias avibus . . . revectis. *audacissime idem* 6, 38 aeterno quamquam Maeotia pubes Marte cadat, pingui numquam tamen ubere defit, quod geminas Arctos magnumque quod impleat Anguem. Stat. silv. 5, 1, 127 tecum gelidas comes illa per Arctos *iret*. Clavd. 21, 246 domitas Arctos. 28, 336 indignantes in iura redegerat Arctos. Sidon. carm. 7, 320 barbaries totas in te transfuderat Arctos.

epitheta: Sen. Thy. 476 aetheriae. Oed. 508 alta. Manil. 1, 283 binae. Prisc. perieg. 117 celsa. Avien. orb. 451 *et* 1290 dura. Manil. 1, 314 frigentes. Anth. 426, 6 frigida. Manil. 1, 275 fulgentes. 566. Verg. Aen. 6, 16 gelidae. Ov. met. 4, 625 Manil. 3, 344 Lvcan. 1, 252 *passim*. Prop. 2, 22, 25 geminae. Ov. met. 3, 45 Manil. 3, 382 *passim*. Sil. 1, 590 glacialis. Mart. 7, 7, 1 hiberna. Stat. Theb. 4, 384 horrens. Lvcan. 6, 342 lucens. Verg. georg. 1, 138 claramque Lycaonis Arcton. Germ. 226 Lycaonis. Ov. fast. 3, 793 Lycaonia. Avien. orb. 759. 1340 Clavd. 26, 246. Ov. fast. 2, 192 Maenalia. Stat. silv. 4, 3, 153 nivalis. Avien. orb. 1232 nivosa. Hor. carm. 2, 15, 16 opaca. Stat. silv. 4, 5, 5 Parrhasiae. Ov. trist. 1, 3, 48 Parrhasis. Avien. Arat. 693 pruinosae. orb. 835 rigida. 971. Sidon. carm. 7, 280 Scythica. Ov. trist. 1, 2, 29 sicca (*cf. p. 471, 10 sqq.*). Manil. 1, 610 Sen. Med. 404. Stat. Theb. 3, 287 Sithonia. 3, 523 Strymonia. 12, 653 ventosa. *nota*: Manil. 1, 443 latentes. 1, 590 austrinae (*quas fingit Manilius*).

custos Arcti *v.* Arctophylax *p. 470, 46.*

synonyma: Vrsa (fera), *cf.* Callisto, Helice, Cynosura, Arcera, Plaustrum, Temo, Septemtrio. *nota* Clavd. 1, 26 *plenilunio* Plaustro iam rara intermicat Arctos (*i. septem solae stellae principales clarent, ceterae languent. cf.* Manil. 1, 469).

arctōus, -a, -um, *ἀρκτῷος*. Iord. Get. 1, 9 in parte arctoa, id est septentrionali. Schol. Stat. Theb. 7, 35 (arctoae . . . portae:) portas septentrionis. *non legitur ante* Sen. trag. *vocabulum fere poetarum est*: *habent* Sen. Lvcan. Val. Fl. Sil. Stat. Mart. *alii. inter scriptores deamavit solus* Amm. **1** *de zona septentrionali*: Sen. Herc. O. 1107 polus. Mart. epigr. 15, 4. Sil. 3, 614 axis. Carm. de ventis (poet. min. V 70) 4. Amm. 23, 6, 13 cardo. Pacon. Diom. gramm. I 500 (frg. poet. p. 360) Plaustrum. Stat. Theb. 5, 529. Sidon. carm. 6, 26 rotae. Avien. orb. 698 arct⟨o⟩i . . . plaustra Bootis. Amm. 22, 8, 11 sidus. Prvd. cath. 12, 13. *cf. l. 34.* Amm. 27, 4, 12 stellae. Mart. Cap. 6, 605 lumina. 6, 593 conversio. Serv. auct. georg. 1, 246 circulus. Chalc. comm. 66 *circulos* (*sc. arcticum et antarcticum*). Hyg. astr. 2, 11 arctoum circulum *D, sed cf. Bursian, S.-B. d. bayer. Ak. 1876 p. 40.* *de hemisphaerio septentrionali*: Clavd. 7, 170 convexa. **2** *latiore significatione de plaga septentrionali*: *de natura caeli*: Sen. Med. 683 Taurus . . . frigore arctoo rigens (Octavia 234, *ubi* frigido *codd.*). Lvcan. 10, 250 Paneg. 12, 4 p. 274, 6. Sen. Herc. O. 1286 nives. Oed. 606. Lvcan. 8, 363 pruinae. Stat. silv. 3, 3, 71. Sil. 15, 49 glacies. Stat. Theb. 1, 685 Arctois si quis de solibus horret. Mart. 10, 6, 2 solibus Arctois (*i. Germaniae*) sideribusque. Sen. Tro. 395 Boreas. Prisc. perieg. 454 venti. Lvcan. 9, 422 imbres. *de locis*: Sen. Herc. O. 1565 sedis arctoae spatium. Herc. f. 1326 mare (*i. Maeotis*, Clavd. 20, 262 *Euxinum, item* Val. Fl. 5, 619 aequora. Avien. orb. 718 sal. Iord. Get. 3, 16 Oceanus). Lvcan. 1, 53 orbis. 5, 344 orbis Hiberi . . . et arctoi (*i. Gallici*). 1, 301 arva *Galliae* (Val. Fl. 6, 330 *Scythiae*). 1, 482 fines *Galliae*. Porf. Opt. 16, 23 Avien. orb. 236. Sedvl. op. pasch. 5, 15 limes. Lvcan. 1, 534 partes (Amm. 21, 13, 1 Prisc. perieg. 291 *Histri*. Amm. 27, 10, 10 montium partem. Iord. Get. 1, 9 *pelagi*. 3, 19 *insulae*). Lvcan. 5, 267 terra (*i. Gallia, Germania*). 8, 424 imperii . . . latus. Amm. 30, 4, 1 Sidon. epist. 2, 2, 18. Val. Fl. 3, 499 arctoo de carcere (*i. Thracia*) quanta tollat se nubes. Stat. Theb. 7, 35 (*de Mercurio Martis domum Thraciam petente*:) arctoae labentem cardine portae. 3, 319 Ossa. Avson. 298, 7 Haemus. Stat. silv. 5, 2, 133 amnes. Avson. Mos. 453 amnis (*i. Mosella*). Mart. 4, 11, 8 aquae *Rheni*. Lvcan. 1, 371 arctoo spumantem vertice Rhenum. Amm. 14, 11, 11 provinciae. 17, 5, 15. 19, 11, 3. 26, 7, 12. 31, 16, 7. *de incolis, animalibus, frugibus*: Lvcan. 5, 661 gentes (*i Gallos, Germanos*). Mart. 5, 68, 1 Amm. 31, 4, 2 Clavd. 26, 299. Stat. Theb. 12, 635 turmae *Amazonum*. Amm. 25, 6, 13 arctois Sarmatis (areto isarmaris *V, corr. Valesius*). Pavl. Nol. carm. 17, 17 Daci. Clavd. 20, 158 advena (*Gruthungus*). Sidon. carm. 5, 535. Merob. carm. in Aet. 26 milibus arctois *Vandalum*. *substantive*: Avien. ora 672 cum . . . umbra noctis arctoos habet. Clavd. 8, 629 pisces (*in Histro*). 18, 403 fruges *Galliae*. Heges. 3, 26, 2 nuces. *de rebus, actionibus*: Lvcan. 3, 89 bellum (*Gallicum*). Mart. 8, 65, 3 (*Sarmaticum*). Val. Fl. 6, 295 arma (*i. exercitus Scythicus*). Mart. 9, 31, 1 arctois Caesaris armis. Stat. silv. 1, 4, 89 arctoas acies Rhenumque. Clavd. 5, 501 Mars. 8, 24 classica. Stat. Theb. 1, 18 triumphi *Domitiani*. Clavd. 7, 26 strages. Rvt. Nam. 2, 36 minae. Martin. Dvm. Alc. Avit. carm. app. 22 (Inscr. christ. Rossi II p. 269) 5 arctous . . . in extrema (*sc. in Germaniam*) recessus. *nota substantivum*: Ven. Fort. carm. 6, 10, 40 Arctoi (*i.* Arcti) gelida sub regione.

opponuntur: Clavd. 18, 403 australis. *cf.* 20, 262. Sedvl. op. pasch. 5, 15 medius (*i. meridionalis*). *synonymum*: septentrionalis. *cf.* arcticus.

arcturum (-on), *ἀρκτοῦρον. herba.* Plin. nat. 27, 33. ind. 27, 16. Diosc. 4, 101 (*v. sub* arction).

Arctūrus, -ī *m.*, *Ἀρκτοῦρος*. Serv. Aen. 1, 744 Arcturus . . . quasi *Ἄρκτου οὐρά*. **1** Gloss. stella Bootis; sidus in caelo. *sidus (Arctophylacis) sit an stella, plerumque diiudicari nequit. stella certe indicatur* Cic. Arat. frg. 17 v. 186. 395 Manil. 1, 318 Vitr. 9, 4, 1 Germ. 95 Avien. Arat. 270 Hyg. astr. 3, 3 Serv. Aen. 1, 744 georg. 1, 204 Schol. Germ. Bas. p. 65, 1. 5. *sidus* Varr. rust. 3, 16, 34 antequam totus exoriatur Arcturus. Plin. nat. 18, 271 medius occidit. Avien. Arat. 1091 iam minor in superis, iam viscera plurimus. 1306 neque . . . totus ab aethra labitur Arcturus, manus olli quippe sinistra *non occidit*. Mart. Cap. 8, 840 manus ⟨s⟩in⟨is⟩terior Arcturi. 838 quem alii Booten appellant. Serv. auct. georg. 1, 67 Arcturus . . . idem Arctophylax, . . . idem Bootes. Schol. Stat. Theb. 3, 685 Carm. poet. min. V 68, 48. *cf.* Verg. georg. 1, 204 Arcturi sidera. Colvm. 10, 413

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gravis Arcturi ... sidus. PLIN. nat. 2, 106. 124. 8, 112. 10, 30. 18, 287 frigidum. SOL. 11, 25. 19, 10. PLIN. nat. 18, 278 ab horridis sideribus, ... velut Arcturo. VEG. mil. 4, 39 Arcturus, vehementissimum sidus. SERV. auct. georg. 1, 67. *in Plauti Rudente prologus inducitur* (5 nomen Arcturo est mihi): 3 splendens stellā candidā. 70 signum (4. 8 COLVM. arb. 22, 1) omnium acerrimum: vehemens (VEG. mil. 4, 39) sum exoriens, cum occido vehementior. *ortus, occasus*: VARR. rust. 1, 35, 2. 2, 1, 18. 2, 2, 13. 3, 16, 34. HOR. carm. 3, 1, 27 saevus Arcturi cadentis impetus. MANIL. 5, 358 COLVM. 2, 10, 21. 9, 14, 10. 17. 11, 2, 21. 43. 45. 58. 63. 65. 78 PLIN. nat. 2, 124. 178. 6, 98. 8, 187. 9, 53. 11, 41. 43. 102. 15, 9. 16, 99. 188. 17, 131. 134. 135. 18, 137. 237. 255. 271. 287. 310. 311. 313 VEG. mil. 4, 39 SERV. georg. 1, 67 MART. CAP. 5, 593. *tempestatem significat* (*cf. l. 1. 2. 3. 6. 7. 9*): COLVM. 11, 2, 21. 43 *al.* PLIN. nat. 2, 106. 18, 310 vehementissimo significatu. AMPEL. 2, 6 SCHOL. Germ. Bas. p. 67, 8 SERV. auct. georg. 1, 67. *mare turbat*: PLAVT. Rud. 69 fluctus movi maritimos. OV. Pont. 2, 7, 57 MANIL. 5, 358 SOL. 11, 25 VEG. mil. 4, 39. *observatur ab agricolis*: VERG. georg. 1, 204 VARRO COLVM. PLIN. (*cf. de ortu et occasu*). *a nautis*: VERG. Aen. 3, 516 (= Aen. 1, 744) AMBR. fid. 5, 196. sub ipsum Arcturum: VERG. georg. 1, 67 (SERV. 'circa'). sub Arcturo: PLIN. nat. 16, 170. circa Arcturum: PLIN. nat. 31, 50. per: PLIN. nat. 13, 59. 18, 311. post: PLIN. nat. 16, 114. 17, 230. 21, 25. 58. *valet in astrologia*: MANIL. 5, 358 FIRM. math. p. 106^{r} col. 1 *ed. pr.* *pro polo stellifero* (*cf.* Arctos *p. 471, 26*): STAT. Theb. 2, 58 *Mercurius* per Arcturum mediaeque silentia Lunae arva super populosque meat (SCHOL. per septentrionem *cf. 2*). *fabulae* (*cf.* Bootes, Arctophylax): AMPEL. 2, 6 Icar⟨i⟩us ... Arcturus nominatur (SCHOL. Germ. Bas. p. 67, 8 stella Arcturus). HYG. fab. 130 p. 113. 224 p. 132. SCHOL. Stat. Theb. 3, 685 *Arcas* Arcturus et alio nomine Arctophylax vocatur.

2 GLOSS. septemtrio. VVLG. Iob 37, 9 egredietur ... ab Arcturo frigus *cf.* HIER. in Iob ad v.: Arcturus ... in sinistro mundi est constitutus, de cuius climate ventus aquilo gelidus spirat. VVLG. Iob 38, 31 numquid ... gyrum Arcturi poteris dissipare? HIER.: Septentrionis ... sive Arcturi circuitum, quem indesinenti gyro per sinistram plagam mundi in se feci recurrere (*aliter* Iob 9, 9 qui facit Arcturum et Oriona et Hyadas. Amos 5, 8 *cf.* HIER. in Amos 2, 5 ad v.: Arcturi ... quem vulgo Bootem vocant). ISID. nat. 26, 3 Arcturus est ille quem Latini Septentrionem dicunt. SCHOL. Arat. lat. (SCHOL. Germ. Sang.) *passim ita vertunt* Ἄρκτος: p. 104, 1. 180, 2. 3. 5. 186, 7. 200, 19. 309. 310, 3 *al. cf. s. v.* Arctophylax *p. 470, 47*. *Dittmann.*

? **arquāmentum** dixl (*anglos. i. q. temo*) GLOSS. II 568, 4. *videtur esse* arcuamentum; *cf. tamen* armamentum. *V.*

arcuārius, -a, -um. *ab* arcus. *forma* arcarius *v. l. 47. 45. 53.* **1** VEG. mil. 2, 11 habebant ... fabricas scutarias loricarias arcuarias. NOT. dign. occ. 9, 28 Ticenensis (*fabrica*) arcuaria. *masc. subst.* GLOSS. III 309, 46 arcarius τοξοποιός. LYD. mag. 1, 46 ἀρχοντάρεις *i. q.* τοξοποιοί. TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 *habent vacationem munerum graviorum* cornuarii, arcuarii, plumbarii .... **2** *sagittarius*: IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 201 vir efficax animo bellator, super omnes arcarius (arcarios *vel* archarios *codd., graece* τοξότης) ... valde praecipuus. antiq. 12, 14 gestabant ... elephanti turres ... et arcarios in eis; *item* 17.

arcuātilis, -e *adi.* *cf.* arcuatus. SIDON. epist. 2, 2, 11 *hiemale triclinium* arcuatili camino saepe ignis animatus pulla fuligine infecit. ALC. AVIT. hom. 1 p. 137, 16 dum se per totum scripturae arquatilis nisus obiectu mutuo propellit ac sustinet.

arcuātim *adv.* *cf.* arcuatus. FEST. 352, 1 ⟨tullios ...⟩ ... dixerunt ... vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis. PLIN. nat. 29, 136 milipeda ... animal est ... multis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens se.

arcuātio, -ōnis *f.* *cf.* arcuatus. FRONTIN. aq. 18 *aquae* substructionibus arcuationibusque traiciuntur. *ibid. Anio vetus* erigeretur. 121 fere aut vetustate aut vi ⟨tempestatium eae⟩ partes ductuum laborant, quae arcuationibus sustinentur ... et ex arcuationibus eae, quae per flumen traiciuntur.

arcuātūra *vel* **arquātūra,** -ae *f.* *ab* arcuātus arquātus. *dubium* FRONTIN. aq. 5 supra terram substructio et arcuatura (*sic C*, opus arcuatum *Bücheler*) proximum portam Capenam. ITALA cod. Mon. exod. 38, 31 fecerunt ex eo (*sc. aere*) bases columnis, velorum ansolas et arquaturas illarum. 37, 17 arquaturae (VVLG. sphaerulae). ITALA cod. Leg. III reg. 7, 9 a fundamentis usque ad arcaturam (τῶν γεισῶν; VVLG. ad summitatem parietum). NOT. Tir. 100, 80 arquatura. GLOSS. arquaturae forfices, fornices.

arcuātus, -a, -um. *ab* arcus. PRISC. gramm. II 263, 11 arcuatus arcus. arquatus *forma legitur in significatione I apud* ARNOB. (*v. l. 81*), *in II per coniecturam apud* STAT. LACT. (*v. p. 474, 9 cf. 6*), *ubique in III.* arcatus *est varia lectio apud* OV. AVIAN. (*v. p. 474, 6. 18*). *cf. etiam* arcuo *et gr.* ἀρκᾶτος.

I GLOSS. ἀψιδωτόν. LIV. 1, 21, 4 ad id (*sc. Camenarum*) sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi. ARNOB. nat. 2, 23 arquata ... sellula, acus strigilis pollubrum siliquastrum trulla (*cf.* arciselium *p. 468, 17*). GLOSS. III 366, 6 sella arcuata θρόνος. FRONTIN. aq. 76 Claudiam opere arcuato ... exceptam. 11 (PLIN. epist. 10, 37, 2 perduci). 10 substructione rivorum ... opere arcuato. 14. 15 (*bis*). *cf.* 3. 7. 9. SIDON. epist. 2, 2, 8 (*de basilica*:) triplex ... parietis aditus per arcuata intervalla reseratur. *inde* **arcuātum,** -ī *n. i. q. arcus, fornix*: ISID. orig. 10, 110 *fornicatrices* sub arcuatis prostabant, quae loca fornices dicuntur. **II** GLOSS. ἐπικαμπές, τοξωτόν (*i. in modum arcus curvatum*): OV. met. 11, 590 *Iris* arcuato (*sic M*, arcato *N*, *multi* ς) caelum curvamine signans. MELA 3, 40 *Araxes* incurvus arcuatoque amne descendit. *cf.* GILD. exc. Brit. (chron. III) 3 *promontoria* arcuatis oceani sinibus ambiuntur. STAT. Theb. 5, 369 aequor ... arquato (aequato *dett.*) ... prope sidera dorso frangitur. LACT. Phoen. 139 arquata est (aequataque *B*, aequat aq; *C*) ... capiti (*sc. Phoenicis*) radiata corona. TERT. scorp. 1 series ... nodorum ... arcuato impetu insurgens, *sc. de scorpione. inde* HIER. c. Vigil. 8 *volumen* Scorpiacum vocat *Tertullianus*..., quia arcuato vulnere in ecclesiae corpus venena diffundit *haeresis Caina*. epist. 124, 15 ne ... arcuato scorpii vulnere verberetur (*legens haereticorum libros*). 50, 4 fortis est et in disputando nodosus et tenax et qui obliquo et arcuato pugnet capite. AVIAN. fab. 15, 8 sparserat arcatum (arc(h)anum *codd.*) sursus ... iubar (*sc. pavo*). **III** GLOSS. arquatus: ictiricus. morbus regius ab arcu dictus, quod viridis faciat. morbi genus. NON. 425, 3 unde (*sc. ab* arquus *i. q.* iris) et arquati dicuntur, quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. *v.* arcus *p. 479, 14*. 35, 10 arquatus morbus dictus ..., quod arcus sit concolor, de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat. *l. 36.* AFRAN. com. 425 arquato med⟨etur ... affecto vert⟩igine *suppl. Bücheler*. LVCIL. (?) Non. 35, 13 nos esse arquatos? VARRO Men. 148 ut arquatis et lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur, sic insanis sani et furiosi videntur esse insani. *v. l. 21*. LVCR. 4, 308 SCRIB. LARG. 126. 170. PLIN. nat. 20, 115. 27, 111. 22, 114 Varro regium cognominatum arquatorum morbum tradit. COLVM. 7, 5, 18 pecori arquato. CELS. 3, 24 (*init.*) *morbum* interdum arquatum, interdum regium nominant (ISID. orig. 4, 8, 13). 2, 4 *extr.* post arquatum morbum febrem oriri. 2, 8 SCRIB. LARG. 110. *inde* **arquātus,** -ī *m. i. q.* arquatus morbus. SCRIB. LARG. 127 auruginem, quod vitium arquatum quidam vocant. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 50 color saepissime aeruginosus sive arquati similis, quem Graeci icteron appellant. 3, 4, 67 variae ... speciales passiones, ut arquatus sive aurigo, quam Graeci ἴκτερον vocant. *nota*: *dubius est sensus* DIOSC. 3, 109, semen *leuces* lene et non arquatu.

synonyma: *ad I*: (fornicatus). *ad II*: (curvus), incurvus, (recurvus, inflexus), obliquus. *ad III*: (auruginosus) ictericus. *opposita*: *ad II*: (rectus, derectus).

arcuballista, -ae *f.* [*compositum ex* arcus *et* ballista. *Th.*] [*francog. vet.* arbaleste. *M.-L.*] VEG. mil. 2, 15 tragularii, qui ad manuballistas vel arcuballistas (-balistas *opt. codd. ε et SP*) dirigebant sagittas. 4, 22 obsessos defendere consueverunt ballistae onagri scorpiones arcuballistae (arcoballistae *AGQL*, arcobal- *MΠ*) fustibali [sagittarii] fundae. *cf. extr.* arcuballistas (arcob- *opt. codd.*). HEGES. 2, 15, 8 bello necessaria, arcuballistae arietes ceteraque instrumenta, in excidionem urbis advecta.

arcuballistārius, -ī *m.* VEG. mil. 4, 21 sagittarii iaculis, manuballistarii vel arcuballistarii (-balistarii *MQL Π*) sagittis ... e muris submovent homines.

arcubius, -ī *m.* *ex* arcicubius *contractum*. PAVL. FEST. 25, 6 arcubii, qui excubabant in arce. *inde* GLOSS. V 589, 41 arcubius qui cubat in arce. *Kempf.*

arcula, -ae *f.* GLOSS. ab arca diminutive, κιβωτός, λάρναξ, κιβώτιον. VARRO ling. 9, 74 *cf. p. 431, 42. ibid. v.* PAVL. FEST. 25 DIOM. gramm. I 326, 6 MART. CAP. 3, 233. arcla GLOSS. III 197, 19. *cf.* ἄρκλα.

1 *cista qua quid servatur*: *servantur ornamenta, myra, sim.*: PLAVT. Most. 248 cedo mi speculum et cum ornamentis arculam actutum Scapha, ornata ut sim. CIC. off. 2, 25 scrutantur arculas muliebres. PAVL. FEST. 18 alii dicunt *acerram* arculam esse turariam. MART. 2, 47, 4 sic micat innumeris arcula synthesibus. APVL. met. 3, 21 arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. 3, 24. *pecunia*: VARRO Men. 492 viaticum ex arcula addere⟨m⟩ in bulgam. PAVL. dig. 32, 53 argento legato constat arculas ad legatarium non pertinere (*an sunt ornamenta argentea dicta?*). *colores*: VARRO rust. 3, 17, 4 *pictores* loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint cerae (cetera *cod.; deminutiva vis ad singulas thecas spectat, attributum* magnas *ad totum instrumentum*). CIC. Att. 2, 1, 1 meus autem liber totum Isocrati myrothecium atque omnis eius discipulorum arculas ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. *vestis*: SEN. dial. 9, 1, 5 placet ... non ex arcula prolata vestis. epist. 92, 13 quis ... vestimenta aestimavit arcula? COLVM. 12, 47, 5 arculae faginae vel etiam tiliagineae, quales sunt in quibus vestimenta forensia. *cf.* AFRAN. com. 410 tamne arcula tua plena est aranearum? (*an spectat ad cruminam?*) *poma*: COLVM. 12, 47, 6 ut unum quodque genus separatim propriis arculis reponatur. *ibid.* cum diligenter mala fuerint composita, operculis arcularum contegantur. *sagittae*: QVINT. inst. 12, 3, 4 qui velut ad arculas sedent et tela agentibus subministrant. VLP. dig. 33, 9, 3, 11 nec frumenti nec leguminum thecae — arculae forte vel sportae — vel si qua alia sunt ... non continebuntur. CAPITOL. Ver. 8, 2 de templo Apollinis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex arcula aurea ... spiritus pestilens evasit. **2** *hydrauli pars*: VITR. 10, 8, 2 supra autem cervicula⟨m⟩ eius coagmentata arcula sustinet caput machinae, quae graece *κανὼν μουσικὸς* appellatur. *et* 4 ad nares quae sunt in arcula. *ibid.* cum recipit arcula animam. **3** *sarcophagus*: CARM. epigr. 997, 2 (*Romae, aevi Tiberi*) Nicen et Phoeben arcula ace⟨rba tenet⟩. CORP. VI 10229, 46 (*a. 108 p. Chr.*) iu⟨beo ... in a⟩rculis pusillis componi. MARCIAN. dig. 11, 7, 39 si in arcula conditum hoc animo sit *corpus*, ut non alibi transferatur. 48, 13, 12, 1 cum inventus esset arculam in templum ponere. VIR. ill. 3, 3 arcula *Numae* cum libris exarata. PAVL. NOL. epist. 32, 17 vers. hic simul una pium conplectitur arcula coetum *sanctorum*.

arculārius, -ī *m. ab* arcula. PLAVT. Aul. 519 *inter opifices enumerantur* textores limbularii, arcularii. *Klotz.*

arculātum, -ī *n. cf.* arculum. PAVL. FEST. 16, 9 arculata dicebantur circuli, qui ex farina in sacrificiis fiebant. *Kempf.*

Arculfus *episcopus gente Gallus, quo adiuvante Adamnanus libros de locis sanctis scripsit.* ADAMN. itin. Hier. p. 221. 224 *et passim.* BAEDA itin. Hier. p. 312. 323. *Otto.*

arculus, -ī *n. deminutivum ab* arcus. PAVL. FEST. 16, 6 arculum appellabant circulum, quem capiti inponebant ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur. *errore, ut videtur, neutrum exhibet* SERV. auct. in Verg. Aen. 4, 137 flaminicam habere praecipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam.... arculum ... est virga ex malo Punica incurvata, quae fit quasi corona et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo, quam in sacrificiis certis regina in capite habebat, flaminica autem Dialis omni sacrificatione uti debebat. *cf.* inarculum. GLOSS. V 441, 3 arculus: circulus que⟨m⟩ in capite habent, quae gerunt vasa. IV 406, 14 arculus: circulus quod ubique arceat. V 591, 16 arculis: circulis. *falso traditum est apud* COLVM. 4, 24, 15 iuxta articulum (arculum *SAR*) sarmentum recidunt.

arcul(us), -a, (-um) *adi. ab* arcere. PAVL. FEST. 16, 10 arcula dicebatur avis, quae in auspiciis vetabat aliquid fieri. *cf.* arciva. *Kempf.*

Arculus putabatur etiam deus qui tutelam gereret arcarum PAVL. FEST. 16. *sed vide etiam* arcula avis. *Otto.*

***?* arcūmen**, -inis *n. ab* arcus. ISID. orig. 17, 9, 9 iris Illyrica a similitudine iris caelestis nomen accepit; unde et a Latinis arcumen (arcumentum, argumentum, argumen *codd.*) dicitur, quod flos eius coloris varietate ... arcum caelestem imitatur (*in herbis aromaticis*).

Arcumenna *v. sub* Arcius.

arcumterebra (*i.* arcut-) *ϛραξι inter instrumenta ferrea* GLOSS. III 368, 79 *ubi ὄρυξ Heraeus. cf. Hesych. κέραξ.*

arcuo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* arcus *vel ab* arcuatus *ductum. Th.*] *de* arquo *v. l. 56.* VARRO rust. 3, 5, 15 ad extremum, ubi orbile solet esse arcuatum (*sic Gessner*, acuitum *codd.*), tabula cavata sit ut tympanum ...., PLIN. nat. 29, 136 *milipeda* non arcuatur (*cf. p. 480, 60*). MELA 3, 40 Araxes ... incurvus arcuatoque amne descendit. CHIRON 113 quodcumque iumentum genua arcuaverit. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 138 tormentum dictum est ..., quod vehementia dolorum supra eas partes, quae patiuntur, aegrotantes arcuati convolutique plicentur. 3, 8, 83 ea, quae nodorum spinae evulsione arcuata videntur. ISID. orig. 5, 27, 18 virga ... scorpio rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in corpus infigitur. NOT. Tir. 100, 79 arquat.

arcus, -ūs *m.* [*cf. c. anglosax.* earh *got.* arhwazna '*sagitta*'. *Th.*] ISID. orig. 15, 9, 5 arcus vocatur eo, quod arceat adversarium (*cf.* PAVL. FEST. 15, 9, *idem etiam ab* arrigere *derivat ibid.*). 15, 8, 9 arcus dicti, quod sint arcta conclusione curvati; ipsi et fornices. *de* a *brevi*: POMP. gramm. V 126, 7 non possumus dicere ārcus. PS. PRISC. gramm. III 521, 15 acuto accentu pronuntianda est *syllaba*, ut arma arcus (*cf.* DONAT. gramm. IV 368, 25). *genus*: PRISC. gramm. II 169, 9 *veteres confuderunt genera* ut 'hic' et 'haec' ... arcus. *femin. gen. est apud* ENN. *v. p. 479, 1*, VITR. *v. p. 479, 53, verisimillime etiam p. 479, 52. forma*: NON. 425, 1 arcus ... omnis suspensus fornix appellatur; arquus non nisi qui in caelo apparet, quam Irim poetae dixerunt. unde et arquati dicuntur quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. CIC. nat. deor. 3, 51 LVCR. 6, 526. arquis (*i. q. fornicibus, dat.*) TERT. nat. 2, 15 diva arquis et Iana. *nom.* arcu *v. p. 480, 24. declinatio*: *quartae dativus sing.*: arcui: HYG. fab. 276 p. 152, 15 VVLG. Is. 41, 2. arcu: SIL. 4, 18. *gen. plur.*: arcuum: SERV. georg. 2, 448 Aen. 7, 164 VVLG. psalm. 75, 4 HIER. in Is. 21, 14. arcum: HIL. in psalm. 63, 7 (*sic opt. codd.*, arcuum *P T*). *acc.*: arcuus: CORP. V 85. VIII 587 (*v. p. 480, 35*). 1309. *dat. vel ablat. ubique* arcubus *legitur, enuntiandum esse ita existimat* VEL. gramm. VII 68, 10 ut nec nimis i littera exilis sit nec, u litteram ⟨si⟩ scripseris, enuntiationis sono [cum] nimis plena. CARM. epigr. 1381, 6 (*Lugduni, VI p. Chr. saec.*) arcobus. *secundae*: *sing. gen. v. l. 69 et p. 479, 2. 3. plur. nom.*: arci: VARRO Non. 77, 11 (GLOSS. V 638, 37) SVET. Dom. 13 (*v. p. 480, 1*) POL. SILV. laterc. chron. I p. 545. *gen.*: arcorum: GREG. TVR. glor. mart. 37. *dat.*: *v. l. 70. acc.*: arcos: CARM. epigr. 299, 3 (*v. p. 480, 31*). 900, 11 (*v. p. 479, 73*) LEX Visig. Recc. 8, 4, 23. *significationes I et II apparent iam apud* PLAVT. *et* ENN., *III primum a. 115 a. Chr. n.* (*v. p. 479, 67*). *vis propria familiarissima est poetis, qui inde a* PROP. *saepe plurali poetico qui dicitur utuntur, cf.* PROP. 3, 12, 35 OV. met. 5, 382. 9, 114. 12, 309. 564. 605 fast. 2, 157 SEN. Herc. O. 430. 1401. 1453. 1468 SIL. 2, 116. 139 HOMER. 40 STAT. Theb. 1, 12. 4, 563. 9, 864 silv. 2, 1, 143 *passim.* [*val.* arc, *ital.* arco, *francog.* arc, *hisp.* arco. *M.-L.*]

I GLOSS. **arcus** *τόξον.* **A** ***proprie*: a** *instrumentum bellicum vel venatorium*: PLAVT. Trin. 725 arcum ... et pharetram et sagittas sumpsero (*cf.* OV. met. 9, 231 APVL. met. 5, 22 *Amoris*). CIC. nat. deor. 1, 101 dant *dis.* VERG. Aen. 1, 187 arcum ... sagittas corripuit (*v.* TIB. 2, 5, 105). VAL. MAX. 9, 3, 7 frangi. SEN. Oed. 469 laxavit. PLIN. nat. 7, 201 Scythen Iovis filium ... invenisse. 8, 114. STAT. Theb. 10, 261 quid ... arcus et Herculeae iuvissent sagittae. VEG. mil. 2, 15 erant ... sagittarii ... cum ... sagittis et arcubus. *v.* VVLG. Is. 7, 24 NOT. Tir. 77, 76. VERG. Aen. 11, 575 spicula ... ex umero ... suspendit et arcum (*cf.* 7, 164 SIL. 15, 681). HOR. carm. 1, 22, 2 non eget Mauris iaculis neque arcu nec ... pharetra. *cf.* PROP. 3, 4, 17. OV. met. 3, 166 *et* 5, 620 *sc. Dianae* (*cf.* VERG. Aen. 12, 815). trist. 4, 1, 77 habens arcus *et* tela. 5, 7, 15 coryton et arcum telaque ... gerat. MANIL. 5, 300 CVRT. 6, 5, 28 SEN. Herc. f. 1153. OCTAVIA 559 armat ... telis manus (*sc. Amoris*) arcuque *mortalis error.* STAT. Theb. 4, 302. 6, 725. 9, 588 silv. 3, 1, 34 *saepius.* OV. trist. 3, 14, 38 arcus et arma sonant (STAT. Ach. 1, 352 Theb. 9, 864). met. 2, 615 arcumque manumque odit (STAT. Theb. 9, 772 saevire *v. l. 38*). SEN. Herc. O. 1453 stipitem atque arcus date. VAL. FL. 3, 161. SIL. 7, 296 clipeus ... loricaque et ensis et arcus et telum Baliare ... quiescunt (STAT. Theb. 9, 799 ferrum ... et arcus). 16, 200 arma ... cornipedum frena atque arcus. VVLG. IV reg. 6, 22 cepisti eos gladio et arcu tuo. *cf.* gen. 48, 22 Ios. 24, 12 I reg. 18, 4 Os. 1, 7. 2, 18 II Esdr. 4, 13. 16. PROP. 4, 6, 55 pharetrae pondus consumit in arcus. OV. Pont. 1, 2, 85 dant ... animos arcus plenaeque pharetrae. met. 9, 231. GRATT. 124 arcu ... Diana pharetra armavit comites. *cf.* SIL. 15, 681 STAT. Ach. 1, 347. OV. met. 10, 108 *Apollo* citharam nervis et nervis temperat arcum. Pont. 4, 8, 75 (*cf.* LAVS Pis. 171). am. 3, 9, 8 *Amor* fert eversamque pharetram et fractos arcus et sine luce facem (2, 9, 5 rem. 139 her. 2, 40 *cf.* STAT. silv. 1, 2, 80). 1, 15, 27 erunt ignes arcusque Cupidinis arma. Pont. 3, 3, 33. ars 3, 29 femina nec flammas nec saevos discutit arcus. *cf.* APVL. met. 5, 29 *l. 9.*

1 *cum additamentis*: *α cum adiectivis*: *indicatur materia*: ENN. trag. 30 intendit ... Apollo arcum auratum. VERG. Aen. 11, 774 aureus ex umeris erat arcus ... vati (11, 652 *et* OV. met. 1, 697 *Dianae.* SIL. 7, 443 *Cupidinis*). HOR. carm. saec. 61 fulgente decorus arcu Phoebus. OV. am. 1, 8, 48 corneus. met. 1, 697. VEG. mil. 1, 15 pars iuniorum ... arcubus ligneis sagittisque lusoriis ... exercenda est. VVLG. II reg. 22, 35 componens quasi arcum aereum bracchia. *cf.* Iob 20, 24. *forma et vis tensionis*: VERG. Aen. 11, 874 laxos referunt umeris ... arcus (HOR. carm. 3, 8, 23. OV. rem. 702 [*sc. Amoris*]. SIL. 3, 612 laxos ... summittet. STAT. Theb. 4, 163 reclinaverit. AMM. 23, 6, 37). 1, 318 habilem suspenderat (FRONTIN. strat. 4, 7, 30 madentibus nervis inhabiles factos). OV. am. 3, 3, 29 flexibiles curvantur Apollinis arcus (*cf.* AMM. 25, 1, 13). her. 4, 39 dea ... arcu praesignis adunco. met. 9, 114 curvos. am. 1, 1, 23 lunavit ... sinuosum *Amor* (HOMER. 436). met. 8, 30 patulos sinuaverat. 2, 420 lentos ... retendit. Pont. 1, 2, 21 intentus ... levis arcus ... canet (VAL. FL. 3, 523). SEN. Herc. f. 992 vastum. PLIN. nat. 8, 26 ingentes. STAT. Ach. 1, 487 *Apollinis.* Theb. 4, 327 nil ... tela iuvabunt nec teretes arcus (CORIPP. Iust. 4, 55). FRONTO p. 208, 14 N. imbribus enerves. AMM. 23, 4, 15 emissa arcu invalido *sagitta. cf. p. 477, 48. genus effectus*: VERG. Aen. 9, 628 sonat ... fatifer (letifer *P*) arcus (SIL. 2, 116). 10, 169 letifer. (LVCAN. 3, 500 VAL. FL. 4, 524 AVIEN. orb. 1241). PROP. 4, 3, 65 subdolus ... increpat (*v. p. 478, 39*). 1, 7, 15 te ... certo *Amor* ... concusserit arcu. SEN. Phaedr. 278 tela ... certo moderatur arcu. OV. met. 12, 564. LVCAN. 8, 373 incerto debilis arcu. VAL. FL. 1, 401 intendens dubium ... arcum. STAT. Theb. 1, 658 intende sonoros. 9, 864 surdos expedit. *addito quis utatur*: *c. pronom. poss.*: OV. am. 2, 9, 5 met. 1, 463 STAT. Theb. 19, 620. 5, 380 CLAVD. 10, 118 VVLG. psalm. 57, 8. OV. Pont. 3, 5, 45 Getico violatus ab arcu. 1, 1, 79 in ... locum Scythico vacuum mutabor ab arcu. AMM. 22, 8, 37 Scythici *et* Parthici *describuntur.* HOR. carm. 1, 29, 10 sagittas tendere Sericas arcu paterno. OV. met. 12, 309 ad Herculeos ... servaberis arcus (IVV. 13, 82). SIL. 11, 393 arcu puerili spicula ... fundimus (*Amores*). STAT. silv. 5, 2, 49 Cleonaeus ... acies impelleret arcus. FLOR. 1, 24, 17 *imber* Persicos arcus corruperat. MART. CAP. 5, 425 Deliacos poscens arcus. *inde significantur genera arcus*: OV. Pont. 1, 5, 50 contendere ... Sarmaticos (CVRT. 10, 1, 31 Scythicos. TREB. XXX tyr. 10, 12). HOR. carm. 4, 9, 18 tela Cydonio derexit. OV. met. 7, 778 Gortyniaco. MANIL. 2, 241 Cretaeo *v. p. 478, 21.* STAT. Theb. 6, 725 Gnosiacos (*cf. p. 478, 29*). LVCAN. 8, 221 Armenios ... arcus Geticis intendite nervis. *v. l. 70. item per comparationem*: SALL. hist. frg. 3, 63 speciem efficit Scythici arcus *Pontus* (MANIL. 4, 755 MELA 1, 102 PLIN. nat. 4, 76. 86 VAL. FL. 4, 728 AMM. 22, 8, 10 AVIEN. orb. 238). VERG. georg. 2, 448 Ituraeos taxi torquentur in arcus. SIL. 15, 570 Achaemenio velocior arcu. 8, 494 Lycios damnant hastilibus arcus. *poetice affectus vel virtutes utentium transferuntur ad instrumentum*: VERG. Aen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7,164 acrīs tendunt arcus (9,662 intendunt. VAL. FL. 3,161 exercet). TIB. 2,1,69 indocto ... se exercuit. OV. epist. 19,115 movere feros *Dianae* arcus. *v.* saevos *p. 476,38.* STAT. Theb. 4,268 trux ... sonat (silv. 3,1,34 pone truces). 1,629 *Apollo* iniquo ... arma iacit. 4,333 segnior arcus difficilesque manus. silv. 1,2,80 illam ... inerti strinximus (*sc. Amores*). 1,4,78 arcu ... horrenda fugaci Armenia. 2,1,143 Athamas insanos flecteret. *nota*: PROP. 3,12,35 veteres arcus ... renovasse. VAL. FL. 6,123 ubi iam ... notus ... refutat arcus ... inceptus ... eriles. HOMER. 40 posce sacros (*Apollo*). MART. 8,65,8.

β c. gen.: VERG. ecl. 3,12 Daphnidis arcum fregisti. PROP. 3,4,17 braccati militis arcus (LVCAN. 9,267 Parthi). OV. ars 2,191 Hylaei contentum. met. 15,284 Herculis. Pont. 4,3,52 arcu ... feriare Getae. SEN. dial. 5,14,4 in quem omnium suorum arcus verterentur. VAL. FL. 6,686 ad ... Lexanoris horruit arcus. VIR. ill. 53,1 hostium. *v.* VVLG. gen. 49,24 Ier. 51,56 I reg. 2,4. *nota*: VVLG. Zach. 9,10 dissipabitur arcus belli. 10,4 proelii. PROP. 1,9,21 pueri (*Amoris*) ... arcum sentire. OV. am. 2,7,27. 1,11,11 sensisse Cupidinis arcus. rem. 139 periere. SEN. Phaedr. 203 animus ... finxit ... arcus dei. OV. her. 8,83 vitasset Apollinis arcus. *cf. p. 476,50.* fast. 2,157 deae (*Dianae*) tangens arcus. *v. l. 3.* MART. CAP. 2,170 Dictynnae.

3 *in alto positus*: *in monte, colle, sim.* (*cf.* SERV. Aen. 3,703 *l. 76*) *subintellige aditu, ascensu difficilis*. *de rebus*: COLVM. 5,8,5 neque depressa loca neque ardua magisque modicos clivos amat *oleum* (CATO Non. 195). PALLAD. 1,1,5 situs . . . terrarum . . . neque obrutus . . . neque arduus. OV. fast. 1,243 ubi nunc Roma est, tunc ardua silva virebat. SEN. contr. exc. 8,6 erat in summis montium iugis ardua divitis specula. LVCAN. 1,397 Vosegi curvam super ardua ripam *castra*. VAL. FL. 1,664 nemora ardua Pisae (STAT. silv. 2,2,55). STAT. silv. 1,1,7 domus ardua Daci (Ach. 1,106). 5,1,199 nunc ardua tendit in loca. *de oppidis*: VERG. Aen. 3,703 arduus . . . Acragas ostentat . . . moenia (SERV. in monte positus). 6,515 cum fatalis equus . . . super ardua venit Pergama (*cf.* ENN. trag. 61). HOR. carm. 3,4,21 Sabinos. SIL. 14,238 Henna. STAT. silv. 4,4,14 moenia Romae. Ach. 2,21 Scyros. SERV. Aen. 7,412 Ardea quasi ardua dicta est, id est magna et nobilis (*quae nota si vera est, subest hic quoque interdum nota nobilitatis*). SIL. 3,556 *prolept.* castraque praeruptis suspendunt ardua saxis. *de hominibus*: OV. met. 5,289 stetit arduus arce *Pyreneus*. AVIEN. orb. terr. 740 gens ardua *sacri montis*. SIL. 12,486. *prolept.* arduus ipse (*Hannibal*) Tifata insidit. *de avibus*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SERV. Verg. georg. 1, 364 ardea dicta quasi ardua. quae cum altius volaverit significat tempestatem. ISID. orig. 12, 7, 21 ardea vocata quasi ardua id est propter altos volatus. *de rebus incorporeis*: *quasi in alto situs ideoque difficilis aditu*: HOR. carm. 3, 24, 44 virtutisque viam deserit arduae. OV. trist. 5, 14, 32 LVCAN. 4, 576 STAT. Theb. 10, 845 silv. 5, 2, 98 FRONTO p. 21, 17 N. AVG. civ. 10, 27. STAT. silv. 5, 3, 95 sapientia. PLIN. paneg. 69 exemplum. SVLP. SEV. dial. 1, 5, 1. AVSON. 322, 42 praemia Musarum. HIER. epist. 148, 7 culmen iustitiae. CLAVD. 7, 13 fortuna. CYPR. Gall. num. 377 promissa dei. RVT. NAM. 1, 263 ardua non solos deceant miracula Graios. *pro subst.*: SEN. benef. 2, 18, 2 omne ... honestum in arduo est. SYMM. epist. 9, 8 arduum laudis adnititur. *addito ablativo*: TAC. hist. 5, 11 urbem *Hierosolyma* arduam situ. PRISC. (poet. min. V) Anast. 88 castella ... praeruptis ardua saxis (AVIAN. fab. 26, 3 praeruptis ardua saxis linque). LVCAN. 1, 434 montibus ardua summis gens. *altus de rebus corporeis*: VERG. Aen. 3, 665 necdum fluctus latera ardua *Polyphemi* tinxit. 5, 831 ardua torquent cornua *mali* detorquentque (OV. met. 11, 482). 7, 624 arduus altis ... equis. 9, 57 campo sese arduus infert *Turnus eques*. VAL. FL. 3, 462 tabulata. SIL. 14, 634 signa *militaria*. STAT. Theb. 8, 706 coni gloria. 9, 41 galea. 10, 840 culmina. PRVD. ham. 368 proscenia. ARATOR (Migne 68, 165) 1, 878 cenacula. *sublimis*: *de rebus*: VERG. georg. 1, 324 arduus aether. Aen. 10, 102 OV. met. 1, 151 Pont. 2, 8, 61 LVCAN. 2, 290 STAT. Theb. 9, 30 CORIPP. Ioh. 1, 290. HOR. carm. 3, 29, 10 nubibus. VERG. Aen. 12, 892 astra. STAT. silv. 1, 4, 116 sidera. PAVL. NOL. carm. 10, 312. MART. CAP. 2, 98 plaustra *Helices*. LVCAN. 5, 632 axis. ANTH. 466, 1 fulmina. VICTORIN. carm. 25 pars ardua (*i. caelum*). *neutr. pro subst.*: VERG. Aen. 7, 562 super ardua linquens (ANTH. 17, 362). SEN. Thy. 167 totus in arduum autumnus (*i. fructus*) rapitur. dial. 9, 17, 11 sublime quicquam et in arduo positum. STAT. silv. 2, 7, 91 cur plus ardua casibus patetis? 5, 3, 19. TAC. ann. 2, 47 visa in arduo quae plana fuerint. PAVL. NOL. carm. 21, 544 paucis iter *Christi* ardua pandit. PRVD. ham. 82 ardua visere non est. *translate*: FRONTO p. 54, 10 N. τὸ ἐπιδεικτικὸν in arduo positum (*opp.* campestria). GELL. 14, 3, 11 cum simul iunctae *duae eminentiae* in arduum nituntur. *genetivo addito*: NEM. cyn. 34 ardua mundi ... temptantem ... Phaethonta (MART. CAP. 8, 849). *translate*: GILDA (chron. min. III) 24 arduis caeli. PRVD. Symm. 1, 281 in ardua famae. *de deis*: VERG. Aen. 10, 3 unde (*de Olympo*) arduus (*Iuppiter*) omnes ... adspectat. VAL. FL. 5, 163 Iuppiter arduus. STAT. Theb. 9, 642 *Diana*. CYPR. GALL. Ios. 549 deus arduus. PAVL. NOL. carm. 21, 230 conditoris ardui. PRVD. cath. 11, 50. apoth. 83 ardua ... vis (*i.* deus). psych. 73. *proleptice*: OV. met. 2, 306 summam petit arduus arcem *Iuppiter*. 4, 712 arduus in nubes abiit *Perseus*. GERM. 317 (*v. p. 492, 42*).

4 *elatus, cum nota arrogantiae et superbiae*: GELL. 4, 1, 1 disserens cum arduis superciliis. AMM. 16, 10, 12 elatus in arduum supercilium. 16, 12, 4. 29, 2, 12. *elatus, in altum tendens*: HIL. carm. gen. 97 colles tumor arduus effert. *translate*: OV. trist. 4, 3, 74 ardua per praeceps gloria vadit iter (CLAVD. 26, 11). STAT. silv. 2, 7, 76 furor arduus Lucreti. 2, 7, 102 dum pugnas canis ardua ... voce (CYPR. GALL. exod. 519 ipsum vocibus arduis fatebor. VVLG. exod. 15, 2 exaltabo eum). 108 famae curribus arduis. ANTH. 377, 1 magnas fecit manus ardua Baias. PAVL. NOL. epist. 21, 3 in ipsum se creatorem *Iohannes* ardua mente direxit. CLAVD. 11, 4. *inest nota nobilitatis*: CLAVD. 10, 27 (*de Honorio*) nec ... ardua commisi falsae conubia cerae. 20, 316 promissa. 21, 295 responsa (24, 104).

5 *in astronomia*: *in superiore parte positus, borealis*: VERG. georg. 1, 240 mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces consurgit, premitur Libyae devexus in austros. PS. CENS. frg. 2, 2, 3 noster solistitialis aestivus est excelsus adque arduus (SCHOL. Germ. Sang. p. 106, 9). AVIEN. Arat. 852 Arcturum vertex levat arduus.

6 *gravis, aditu difficilis*: GREG. TVR. hist. Franc. 6, 36 arduae custodiae mancipatur. 9, 13.

II ***translate*** *(v. et dispersa sub I)*: **1** *difficilis, laboriosus, molestus*: GLOSS. difficile, laboriosus. GELL. 4, 15, 6 arduum Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci χαλεπὸν appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque et incommodum et intractabile. *res*: CIC. inv. 2, 163 rerum arduarum ac difficilium. off. 1, 66 res ... vehementer arduas plenasque laborum. HOR. carm. 2, 3, 1. OV. Pont. 3, 8, 23 corrigere ut res est ... ardua. PLIN. nat. praef. 15 res ardua vetustis novitatem dare. MART. 7, 28, 9. 11, 5, 3 QVINT. inst. 1, 1, 10. PLIN. epist. 6, 17, 5 res difficilis ardua fastidiosa. FRONTO p. 49, 16 N. COMM. apol. 131 AMM. 15, 1, 2. 20, 5, 3. 22, 9, 11 MACR. sat. 1, 1, 5 BENED. reg. 2 GLOSS. V 660, 1. *cum supino*: APVL. met. 8, 25 res cognitu non ardua. *opus*: CIC. orat. 33 magnum opus ... et arduum. 75 ORAT. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 38. PLIN. nat. 8, 54 capere eos ardui erat ... operis. TAC. hist. 2, 4 duro ... et arduo opere. HIL. in psalm. 118 Iod 2 AMM. 28, 2, 2 AVG. civ. 1 praef. *cum supino*: VAL. MAX. 4, 6 praef. opera ... ardua imitatu. ALC. AVIT. carm. praef. p. 202, 8. labor: SIL. 7, 237 non est arduus in pugnas ferri labor. VAL. FL. 5, 542 labor arduus. 6, 352. APVL. mund. praef. laborem arduum et profundum. IVST. praef. 2. *alia*: COD. Theod. 13, 6, 7, 1 ardua difficilisque molitio. TAC. hist. 1, 85 arduus rerum omnium modus. 5, 20 obpugnationem. ann. 1, 11 regendi cuncta onus. 4, 46 bellum impeditum arduum cruentum (MANIL. 5, 637). OV. met. 14, 453 victoria. CIC. Verr. 2, 136 aditus *ad istum*. LVCAN. 8, 282 fides. SEN. epist. 50, 9 initium ad illas (*virtutes*) eundi. AMM. 15, 5, 26 rei finis. SIL. 15, 654 coepta. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 4 propositum. 1, 17, 8 imperium. APVL. met. 11, 19 castimoniorum abstinentiam. EVGIPP. Sev. 36, 4 abstinentiae remediis. CIC. inv. 1, 86 magnae atque arduae cognitionis. leg. 1, 38 Aristonis difficilem atque arduam ... sectam. AVSON. 419, 60 dignationis. PLIN. nat. 10, 190 explanationis. 18, 206 spes. QVINT. inst. 11, 1, 75 persuadendi ratio. AMM. 15, 11, 14 discriminibus. 22, 10, 1 iudicialibus causis ... non minus arduis quam bellicis. 15, 8, 6 necessitates. 26, 9, 9. 14, 2, 9 difficultatibus. 24, 1, 1. 25, 3, 16 CASSIOD. gramm. VII 210, 21. *cum supino*: PLIN. nat. 17, 28 sŏlum ... arduum opere, difficili cultu. AMM. 24, 2, 2 munimentum arduum transcensu. *subicitur pronominibus*: CIC. Tusc. 3, 84 quid ... praeclarum non idem arduum? inv. 2, 114 quae rara et ardua sint CAES. Gall. 7, 47, 3 nihil adeo arduum sibi esse .... SEN. dial. 2, 1, 2 per quae vocamur. 4, 12, 3 nihil. epist. 91, 5 PETRON. 87 QVINT. inst. 4, 6, 6. 12, 3, 6 TAC. Agr. 18. 19 hist. 2, 58. 82 PLIN. epist. 1, 22, 10. 3, 9, 25. paneg. 35 GELL. 4, 15, 5 APVL. apol. 48 flor. p. 75 Oud. AMM. 23, 5, 25 FAVST. REI. grat. 1, 10. SIDON. epist. 9, 1, 2 quamquam ... hoc ... arduum existat. *cum supino*: LIV. 8, 16, 8 quia id arduum factu erat. TAC. hist. 2, 76 promptum effectu aut certe non arduum. APVL. met. 8, 3 arduum factu. AVR. VICT. Caes. 20, 20. *cum abl.*: PAVL. NOL. epist. 46, 3 si qua ipse scis in eis ardua sensu et digna cognitione. *cum praep. et subst.*: APVL. met. 1, 3 quae ... supra captum cogitationis ardua videantur. *impersonaliter*: *cum inf.*: SALL. Cat. 3, 2 arduum videtur res gestas scribere. LIV. 24, 22, 10 *facere et parare eam* difficile atque arduum esse. 37, 54, 16 VAL. MAX. 1, 8, 1. 5, 1 ext. 6. 5, 6, 6. 6, 8, 5 SEN. nat. 6, 20, 5. *sic* CVRT. COLVM. QVINT. inst. TAC. PLIN. epist. paneg. APVL. met. flor. SOL. AVR. VICT. HIL. AMM. HIER. AVG. CASSIOD. *al.* *cum* ut: SYMM. epist. 4, 4(7), 1 arduum est, ut unius sermo conpenset, quod. AMBR. exam. 5, 13, 40. *neutr. pro subst.*: OV. ars 2, 537 ardua molimur; sed nulla, nisi ardua, virtus. Pont. 2, 2, 13 tendit in ardua virtus. SEN. dial. 7, 20, 2 ardua adgressi. LVCAN. 8, 238 iubenti ardua. SIL. 16, 249 non ardua ... quaesumus. APVL. met. 11, 6 nec quicquam ... reformides ut arduum. TER. MAVR. 323 ardui laudem expetentes. DRAC. Romul. 2, 12 ardua non iubeo, quamvis magis ardua vincas. (*syn.* 15 sublimia manda). AVR. VICT. Caes. 42, 4 qua (*dicendi copia*) vel ardua proclivius ... conficiuntur. AMM. 16, 5, 6 ut ardua et seria terminata. 29, 1, 25 consarcinante nimis ardua. HIER. epist. 148, 15 totum illud divinae legis arduum totumque difficile. *ibid.* dura et ardua ... praecepisse. MART. CAP. 1, 22. SEN. benef. 4, 33, 2 quoniam in arduo est veri exploratio. QVINT. inst. 1, 10, 8 cuius etiamsi in arduo spes est. TAC. ann. 4, 7 primas dominandi spes in arduo. 12, 15. *cum supino*: PLIN. nat. 2, 117 tot viris curae fuisse tam ardua inventu. **2** *gravis, severus*: SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid heroicus arduum, comicus lepidum ... condiderunt.

synonyma: *ad I 1*: praeceps, prolixus, asper, acclivis, difficilis, erectus, iniquus, clivosus, excisus, lēvis, deruptus, praeruptus, rectus, abscisus (LIV. 25, 36, 6), invius, operosus, excelsus; altus, summus. *ad I 2 et 3*: altus, summus, sublimis. *ad I 5*: devexus. *ad II 1*: difficilis, fastidiosus, magnus, profundus, durus, molestus, longus, inmensus, sublimis. *opposita*: *ad I 1*: facilis, devexus, planus. proclivis, pronus, praeceps. *ad I 2 et 3*: depressus, obrutus, planus; terra, campus. *ad II 1*: bonus (HOR. carm. 2, 3, 2).

adv. **arduē**. *vix, aegre*: HIER. adv. Lucif. (Migne 23, 169) 15 indubitata ad deum fides ardue reperitur. CASSIOD. var. 8, 11, 3 quod mihi ardue potuissem optare. *Bannier.*

Ardys, -yis, Ἄρδυς, **Ardysus,** -ī *nom. vir. barb.* **1** HIER. chron. a. Abr. 1239 Lydorum primus rex Ardysus filius Alyattis a. XXIII. *alter* HIER. chron. a. Abr. 1354 Ardis. *v. D. H. Müller, PW. II 617, 3 et 5.* **2** LIV. 33, 19, 9 *Antiochus* praemissis terra cum exercitu filiis duobus, Ardye ac Mithridate, ... cum classe ... proficiscitur. *Diehl.*

āre *v.* arefacio.

ārea, -ae *f.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* arere. *Th.*] GLOSS. aria. *cf.* CORP. XI 3895. *passim. v. Ruggiero, diz. epigr. p. 652.* *scriptura* aera: DIOSC. herb. fem. 4, 129ᵇ folia in aeris colligi debent. *v. Schuchardt, Vocal. d. Vulgärlat. II 529.* [*val.* arie, *it.* aja, *francog.* aire, *hisp.* era. *M.-L.*] *legitur inde a* CATONE.

I *locus vacuus*: *fortasse primo locus circum aram cf. Skutsch, Bezzenb. Beitr. 21, 88 sqq.* GLOSS. σχολάζων τόπος, ὕπαιθρον. GLOSS. area vel aria altar. CORP. I 1488 (= XII 4338) aram Volcano Maceriaq. aream saepiendam ... probavit. VARRO ling. 5, 38 in urbe loca pura areae. PAVL. FEST. 11 area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit.... FLOR. dig. 50, 16, 211 locus ... sine aedificio in urbe area, rure ager appellatur. BELL. Alex. 19, 6 pugnabatur ... ex ponte ... ab illis ex area, quae erat adversus pontem. CIC. rep. 2, 21 *Romulus* ... aream sibi sumpsit, in qua civitatem extrueret. parad. 51 aestimatores prata et areas quasdam magno aestimant. OV. met. 15, 297 planissima campi area, nunc tumulus. fast. 5, 707 liber ab arboribus locus est, apta area pugnae. LIV. 2, 5, 4 insulam et aliis, quae fert temere flumen,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eodem invectis factam ... manuque adiutum, ut ... eminens area ... esset. SEN. nat. 5, 8, 2 *ventus* exit, ubi plurimum vacui est et magna ac patens area. MART. 8, 65, 2 ubi ... templa nitent, felix area ... erat. *cf.* OV. met. 10, 87 am. 3, 5, 5 TAC. ann. 15, 43, 4. 6 SVET. Vesp. 8 AVG. civ. 22, 8 CORP. I 1147 (= X 5971). V 1192 (= X 6108). X 5971. XI 6310 (VLP. dig. 6, 1, 27 area uxori donata. *cf.* POMP. dig. 24, 1, 31. IAVOL dig. 31, 39 areae legatae. CELS. dig. 32, 69 *passim ap.* ICTOS). MAR. VICTOR aleth. 2, 412 area duplex. *cf. Ruggiero, diz. epigr. p. 252 s. v.* area privata, adsignata *cet.* *locus ad aedificandum*: CIC. rep. 2, 21 *cf. p. 496, 80.* Att. 4, 1, 7 si sustulerint religionem, aream praeclaram habebimus. *cf.* 4, 2, 3. 4, 3, 2. 3. 12, 38, 4 ad Q. fr. 2, 5, 3 epist. 14, 2, 3. HOR. epist. 1, 10, 13 ponendae ... domo quaerenda est area primum. VITR. 2, 8, 17 cum recipere non possint areae planae tantam multitudinem ad habitandum. *cf.* 10, 8, 3 SEN. dial. 9, 10, 4 epist. 52, 5 COLVM. 1, 5, 9 PLIN. nat. 36, 112 PLIN. epist. 10, 70, 3. SVET. Iul. 26 forum de manubiis inchoavit, cuius area super sestertium milies constitit. IVL. dig. 12, 6, 33 si in area tua aedificassem. POMP. dig. 18, 1, 6 si aream tibi vendidi certo pretio et tradidi, ita ut insula aedificata partem dimidiam mihi retradas. *passim ap.* ICTOS. *praecipue locus, ubi aedificium describitur*: VITR. 1, 1, 4 circini tradit usum, e quo maxime ... aedificiorum in areis expediuntur descriptiones .... *cf.* 1, 2, 2. 1, 6, 1 moenibus circumdatis secuntur intra murum arearum divisiones. *cf.* 1, 7, 1. 2, pr. 5. TAC. hist. 4, 53, 11 (*de restituendo Capitolio*) lustrata suovetaurilibus area. PAVL. dig. 11, 6, 6 sive aream vel tignum vel lapidem metiendo mentitus fuerit. *saepius.* *locus, ubi aedificium constitutum est*: VARRO ling. 5, 95 standi fundamentum pes, a quo dicitur in aedificiis area pes magnus .... PAVL. dig. 46, 3, 98 non est his similis area, in qua aedificium positum est. IVL. dig. 7, 1, 34 in substantia ... bonorum etiam area est. 7, 4, 7 nisi sublato aedificio usum fructum areae mihi cesserit. PAVL. dig. 8, 2, 20 quamvis area pars est aedificii. *cf.* 13, 7, 21. 18, 1. 57. *saepius.* *locus, ubi domus diruta est*: LIV. 4, 16, 1 domum ..., ut monumento area esset oppressae ... spei, dirui ... iussit. *cf.* 7, 28, 5 VAL. MAX. 6, 3, 1 c. SEN. benef. 7, 31, 5 penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus. *cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 71 PAVL. dig. 20, 1, 29 *saepius.* *loci patentes Romae*: HOR. carm. 1, 9, 18 campus et areae repetantur hora ... composita. CASS. HEM. frg. hist. 23 in area in Capitolio signa quae erant, demoliuntur. OV. fast. 6, 478 area, quae posito de bove nomen habet. LIV. 25, 3, 14 ut multitudinem area Capitoli vix caperet. *cf.* VELL. 2, 3, 2 SVET. Cal. 22. 34 SIDON. ep. 1, 7, 8. GELL. 13, 25, 2 cum in area fori ambularet. 20, 1, 2 ad eum ... in area Palatina ... Favorinus accessit. VAL. MAX. 2, 5, 6 in area Marianorum monumentorum. PLIN. nat. 16, 235 in Lucinae area. *v. Ruggiero, l. l. p. 654.* *locus vacuus ante templa*: ANNAL. max. frg. 3, 4 Pet. in area Volcani (*cf.* LIV. 9, 46, 6. 39, 46, 5. 40, 19, 2 FEST. p. 238). VARRO Macrob. sat. 3, 4, 2 delubrum, in quo praeter aedem sit area. OV. fast. 6, 205 prospicit a templo summum brevis area circum. LIV. 1, 38, 7 aream ad aedem ... Iovis ... *siccat.* (*cf.* 1, 55, 2 PLIN. paneg. 52). LIV. 2, 41, 11 area ante Telluris aedem. 42, 3, 11 in area templi *Iunonis.* 43, 13, 5 palmam in area *Fortunae* enatam. VITR. 1, 7, 2 templis areae sunt distribuendae. VVLG. III Esdr. 9, 6 sedit multitudo in area (*εὐρυχώρῳ*) templi. *cf.* 9, 38. CORP. I 636 (= XIV 153) ex area Saturni. *cf.* VIII 9249. VI 32327 in area aedis Apollinis. X 6108 area ... *Isis et Serapis. cf.* I 577 (= X 1781) *saepius.* *ante vel ab utraque parte aliorum aedificiorum*: VELL. II 4, 1 cinctus multitudine in area domus suae cultello percussus ... decessit. PLIN. epist. 2, 17, 4 cuius (*villae*) in prima parte atrium ... deinde porticus ..., quibus parvola sed festiva area includitur. *cf.* 2, 17, 5. 6, 16, 14. 6, 20, 4. 7, 27, 10. VLP. dig. 10, 4, 5 si de ruina aliquid in tuam aream vel in tuas aedes deciderit. IAVOL. dig. 19, 2, 57 qui domum habebat, aream iniunctam ei domui ... locaverat. VLP. dig. 43, 23, 1 si area ab utralibet parte aedium sit. *et passim.* VEGET. 4, 7 ut hortorum cura in viridariis domorum vel areis exerceatur ... ratio persuadet. CORP. XI 5961 viam et aream macelli silice stravit. *media in domo*: FEST. p. 13 atrium proprie est genus aedificii ante aedem continens mediam aream, in quam collecta ... pluvia descendit. PLIN. epist. 5, 6, 25 in area piscina est. MART. 14, 4 caede iuvencorum domini calet area felix. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 1 in area, quae parva admodum tabernaculum illius ambiebat. *cf.* VARRO rust. 3, 5, 11. 12. *locus editus*: SIDON. epist. 2, 2, 11 in ... aream sive suggestum ... gradibus ascenditur. *locus circum sepulcrum vel sepulcrum ipsum*: CARM. epigr. 115, 1 aream at sepulchra cultor verbi contulit. CORP. XIV 28, 3 Liberum patrem in aria sua consecravit. *cf.* V 3072, 1. *v. Ruggiero l. l. p. 654, ubi multa exempla.* *inde translate de circo, de arena, de loco ludendi*: OV. ars 1, 39 haec nostro signabitur area curru (*de arte amandi*). AETNA 187 sedes tantarumque area rerum est *Aetna.* LIV. 33, 32, 4 ad spectaculum consederant, et praeco ... in mediam aream ... processit. LVCAN. 3, 513 stabilis navalibus area bellis. 6, 60 coit area belli. MART. 7, 32, 13 per varias artes, omnis quibus area servit, ludere. DECL. in Catil. 14 devolare in aream ipsam ... coniurationis. TERT. scorp. 10 demiurgus ... homines probabat, quos ... pulverem areae ... deputavit. CLAVD. 28, 621 haec et belligeros exercuit area lusus. SIDON. epist. 5, 17, 7 cum acceptus in aream *Filimatius* tam pilae coram praetervolantis quam superiectae nec intercideret .... BOET. consol. 2, 1 aequo animo toleres oportet, quidquid intra fortunae aream geritur. OV. am. 3, 1, 26 haec 'animo' dices 'area facta meost'. 3, 15, 18 pulsandast magnis area maior equis (fast. 4, 10). epist. 1, 72 patet in curas area lata meas. trist. 4, 3, 84 patet in laudes area magna tuas. AVSON. 396, 47 (*cum ludo; cf. l. 13*). MART. 10, 24, 9 vitae tribus areis peractis lucos Elysiae petam puellae. *locus ad aves alliciendas*: PLAVT. Asin. 216 auceps quando concinnavit aream, offundit cibum. 220 aedis nobis area est, auceps sum ego. Poen. 676 palumbem ad aream usque adduximus. *locus, ubi oves clauduntur*: COLVM. 7, 3, 18 obscuro et calido saepto custodiatur. postea luxuriantem virgea cum comparibus area claudi oportebit (*de agno*). *locus, ubi cochleae coluntur*: VARRO rust. 3, 14, 3 parvus iis (*cochleis*) cibus opus est, ... non solum in area reperit, sed ... parietes stantes invenit. 3, 14, 5 magnis insulis in areis factis magnum bolum deferunt aeris. *de calvitio capitis*: CELS. 6, 4 arearum quoque duo genera sunt ... haec genera arearum scalpello exasperant. PETRON. 109 nunc umbra nudata sua iam tempora maerent areaque attritis ridet adulta pilis. MART. 5, 49, 6 nudum est in medio caput, nec ullus in longa pilus area notatur.

II *locus, ubi frumentum trituratur*: GLOSS. *ἅλως, ἀλωή, ἅλων, ἅλω* (*?*) alo[n]a, alon⟨i⟩on; ubi excutiuntur fruges. ubi granum (grana*?*) triturantur. VARRO ling. 5, 38 ubi frumenta secta, ut terantur, arescunt, area. ISID. orig. 15, 13, 16 alii aream vocatam dicunt, quod pro triturandis frugibus eradatur. CATO agr. 129 aream, ubi frumentum teratur, sic facito. *cf.* agr. 91. SISENNA frg. hist. 16 frumento ..., quod ex areis in oppidum portatum est. POETA ap. Quint. 9, 4, 90 *tenet* area messem. VARRO rust. 1 capp. p. 6, 5 aream qualem esse oporteat. *cf.* 1, 13, 5. 1, 50, 2. 1, 50, 3. 1, 51, 1. 1, 51, 2. 1, 52, 1. 1, 52, 2. CIC. Verr. 4, 20 ut neque in segetibus neque in areis neque in horreis ... grano uno posset arator ... fraudare decumanum. *cf.* 4, 36. 37. 51. 54. 73. 6, 29. VERG. georg. 1, 178 area ... aequanda cylindro. *cf.* 1, 192. 298. 3, 133. HOR. sat. 1, 1, 45 milia frumenti tua triverit area centum. carm. 1, 1, 10 quidquid de Libycis verritur areis (SEN. Thy. 356 STAT. silv. 3, 3, 91). TIB. 1, 5, 22 area dum messes ... teret. PRIAP. 53, 3 magna ... cum messibus area desit. OV. met. 8, 292 area frustra et ... exspectant promissas horrea messes. *cf.* am. 3, 10, 8 fast. 3, 557. 4, 618. 5, 263 trist. 4, 6, 19. LIV. 34, 9, 12 id erat ... tempus ..., ut frumentum in areis Hispani haberent. SEN. nat. 1 pr. 10 si quis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas provincias divident? COLVM. 1, 6, 23 area ... ita constituenda est, ut vel a domino vel certe a procuratore despici possit. *cf.* 1, 4, 8. 1, 7, 6. 2, 9, 10. 2, 10, 1. 2, 10, 12. 2, 10, 13. 2, 10, 14. 2, 12, 1. 11, 2, 47. 11, 2, 72. 11, 3, 9. 11, 3, 62. 12, 52, 18. PETRON. 53 sublata in horreum ex area tritici millia modium quingenta. PLIN. nat. 15, 33 amurca subigi areas terendis messibus, ut formicae rimaeque absint. *cf.* 18, 61. 99. 135. 195. 295. 298. 21, 31. 23, 2. MART. 9, 90, 11 messis area cum teret crepantes. VLP. dig. 2, 2, 3 si horreum fuit conductum vel devorsorium vel area. PAP. dig. 6, 1. 62 si ... fructus aestimandi sunt, ut in taberna et area. VLP. dig. 20, 4, 6 si merces horreorum vel areae vel vecturae iumentorum debetur. 34, 1, 14 areae ... ad frumenta ceteraque legumina exprimenda. SCAEV. dig. 34, 1, 15 ... tempore messium et arearum. NON. 50, 2 subrigere, quo verbo rustici utuntur, cum tritae fruges ad ventilandum in areis eriguntur. PALLAD. 1, 36 area longe a villa esse non debet. *cf.* 7, 1. HIL. in psalm. 131, 11 locus templi locus areae fuit, ubi fruges congestae, ubi tritae ... separandae sunt. VVLG. num. 15, 20 sicut de areis primitias separatis. 18, 27 reputetur vobis ... tam de areis quam de torcularibus. 18, 30 reputabitur vobis quasi de area. deut. 15, 14 dabis viaticum ... de area. *cf.* 16, 13. 25, 4. iud. 6, 37 ponam hoc vellus lanae in area. Ruth 3, 2 hac nocte aream hordei ventilat. *cf.* 3. 6. I reg. 23, 1 ecce Philisthiim ... diripiunt areas (*ἅλω*). II reg. 6, 6 venerunt ad aream Nachon. 24, 16 iuxta aream Areuna (*cf.* 24, 18. 21. 24 gen. 50, 10 I par. 13, 9. 21, 15. 18. 20. 21. 22. 28 II par. 3, 1 III reg. 22, 10 *cf.* I par. 18, 9). IV reg. 6, 27 unde te possum salvare? de area vel de torculari? 13, 7 tritura areae. Iob 39, 12 numquid credes illi, quod sementem reddat tibi et aream tuam congreget? *cf.* Isai. 30, 24 Dan. 2, 35 Os. 9, 1 Ioel 1, 20. 2, 24 Mich. 4, 12. LEG. Visig. Recc. 8, 4, 10 si ... animalia trituris aree fatigentur, si quis ... animal in area miserit. LEX Burg. l. c. 23, 2 ... animal, dum de messe, prato aut area annonaria expellitur. *cf.* CORP. VIII 6339 Iovi optimo, Genio areae frumentariae Aug(usto) sac(rum) *v. Ruggiero l. l. p. 352.* *de locis, ubi alia siccantur*: VARRO rust. 1, 54, 2 uva ..., quae in aream in carnarium escendat. PLIN. nat. 12, 58 spuma pinguis (*arboris*) ... concreta densatur, ... tegete palmea excipiente, aliubi area circumpavita. VITR. 8, 3, 10 a solis et aeris calore cogitur congelari, ut etiam in areis salinarum videtur. COLVM. 2, 2, 16 in maritimis areis salinarum. *cf.* VVLG. I Macc. 11, 35. *inde translate*: IVVENC. 1, 343 purgabitur area frugum *cf.* VVLG. Luc. 3, 17. HIER. epist. 66, 2 Paula laboriosam viduitatis aream terit. 122, 3 donec veniat, qui habet ventilabrum in manu sua et purgabit aream. *cf.* VVLG. Matth. 3, 12 cuius ventilabrum permundabit aream suam (*cf.* EVCHER. area: ecclesia). IV Esdr. 4, 35 usquequo spero sic? et quando veniet fructus areae mercedis nostrae? Isai. 21, 10 cecidit Babylon ... tritura mea, filii areae meae. Ierem. 51, 33

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

filia Babylonis quasi area, tempus triturae eius. Os. 13, 3 *Israel* erunt ... sicut pulvis turbine raptus ex area. Avg. civ. 18, 48 quando et hi replent ecclesias, quos tamquam in area ventilatio separabit, non apparet tanta gloria domus huius. Mar. Merc. Procl. hom. 7 o area (*Maria*), in qua naturae agricola Christus ... sine semine pullulavit. Sidon. epist. 7, 6, 5 in hac area mundi variis ... flagellis trituretur exterior *homo*. Alc. Avit. epist. 16 p. 48, 12 ad separandum a tritico lolium in area domini. Ennod. epist. 1, 10 iam prope ad aream vota perveniunt. 2, 3 cum ... circa metas votorum summo labore petitus iam de area fructus effugit. 6, 16 caritas, quae ... messem gratiae perduxit ad aream. *de tempore metendi*: Sen. epist. 121, 15 herba ... cum flavescit et ad aream spectat. Flor. Vergil. or. an poeta 4/5 Italiae vites affectat et comparat areas — serotino non erubescit autumno. Dioscor. 4, 123^{c} radix fodiri debet tempore arearum (*περὶ τὸν πυριμητόν*) *cf.* 127^{d}. 129^{b}. Vvlg. IV Esdr. 4, 30 quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio et quantum ... generat usque cum veniat area. *de corona circum sidera*: *cf. ἅλως ap. Graecos*: Sen. nat. 1, 2, 2 omne lumen rotundum ... ab hoc tales splendores Graeci areas vocaverunt, quia fere terendis frugibus destinata loca rotunda sunt. non est ... quod existimemus istas, sive areae sive coronae sunt, in vicinia siderum fieri. *de agri vel horti partibus divisis*: Gloss. *πρασιαί*. Cato agr. 151, 3 areas facito pedes latas quaternos ... herbas de areis purgare ... ubi areae factae erunt, semen serito crebrum. *cf.* 161. Varro ling. 6, 64 nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic ... in oratione qui facit, disertus. Moret. 82 caepa rubens sectique famem domat area porri. Colvm. 2, 10, 26 in morem horti areas latas pedum denum ... facito. *cf.* 2, 9, 8. 5, 6, 6. 7. 5, 10, 21. 10, 152. 11, 3, 13. 56. 64 arb. 25, 2. 28, 3. 30, 1 Calp. ecl. 2, 49 Plin. nat. 17, 73. 76. 18, 260. 19, 60. 108. 152. 163 Pall. 1, 34, 7. Clavd. 10, 92 in medio glaebis redolentibus area dives praebet odoratas messes. Anth. 471, 5 Vvlg. Ezech. 17, 10. *translate*: Pavl. Nol. carm. 21, 100 floreat ergo novo mihi carminis area prato laudibus et domini. *nota*: *de marmore Phrygio*: Stat. silv. 2, 2, 89 candida purpureo distinguitur area gyro.

III *de planitie, praecipue in arte geometrica*: Vitr. 3, 1, 3 invenietur eadem latitudo uti altitudo, quemadmodum areae, quae ad normam sunt quadratae. 9 pr. 4 quadratus locus, qui erit longus et latus pedes denos, efficit areae pedes C. *cf.* 9 pr. 5. 6. 7. 6, 9, 4. Colvm. 5, 2, 7 esto area rotunda (*ager*), cuius diametros habeat pedes LXX. 5, 1, 4 modus omnis areae pedali mensura comprehenditur. Qvint. inst. 1, 10, 43 centeni et octogeni in quamque partem pedes idem spatium extremitatis, sed multo amplius clausae quattuor lineis areae faciunt. Frontin. aq. 26 omnis ... modulus colligitur aut ... aut areae mensura. 29 ratio, quae constat ex numero digitorum quadratorum, qui area, id est lumine, cuiusque moduli continentur. *cf.* 30. 65. Frontin. grom. 2 p. 32, 4 areas tangentium nostrarum postulationum podismis suis adaeramus. Nips. grom. p. 289, 23 et hi potius areae ponis et comprehensis signis limitibus tenebimus. Gell. 1, 20, 2 triquetra et quadrata, quae in area fiunt, sine altitudine. Chalc. comm. 9 hoc subputatum facit aream totius ... quadrati momentorum sex.... Ps. Boet. geom. p. 401, 17 formarum agrorumque emetiri areas. *cf.* 403, 17. 404, 18 trigoni isopleuri embadum, id est area. *inde varie de variis rebus planis*: *de rogi partibus*: Stat. Theb. 6, 57 ima virent agresti stramina cultu; proxima gramineis operosior area sertis; tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo ..., summa crepant auro. *de dorso*: Sidon. epist. 1, 2, 3 aream dorsi ... spina discriminat. *de facie*: Sidon. carm. 2, 257 tensa genarum non interiecto fit latior area naso. *de aqua*: Sil. 14, 378 sternitur effusis pelagi media area telis (*seq.* caerula ... spumantia). Cassiod. var. 11, 14, 3 rivi ... in aream laci ... descendunt. *de caelo*: Prvdent. cath. 5, 145 credas stelligeram desuper (*i. de lacunaribus sacrarii lucernatis*) aream ornatam geminis stare trionibus. ham. 878 praetenti cedit teres area mundi. *de terra*: Orient. carm. 4, 26 Oceane, cinctam qui coerces aream. *singulare et mirum*: Tab. Peut. 11, 2 areae fines Romanorum.

syn.: *ad III*: lumen. embadum. *opposita*: *ad I*: ager. *iuxta posita*: prata. viridarium. *ad II*: horrea. devorsorium. taberna. torcularia. *Ausfeld.*

Area, אֲרַד, *Ἄρας vel Ἠρά, nom. vir. hebr.* Vvlg. I Esdr. 2, 5 filii Area (II Esdr. 6, 18. 7, 10). I paral. 7, 39 *Aree*. *V.*

Areaagni *Theoderici filia, uxor Alarici II.* Consvl. Ital. chron. min. I 322, 45. *Diehl.*

āreālis, -e *adi. ab* area. [*raet.* iral 'area'. *M.-L.*] *ad aream, triturae locum, pertinens*: Serv. ad Verg. georg. 1, 166 mystica vannus: id est cribrum areale. Frg. Bob. gramm. VII 544, 24 *κόλινδρον*, arealem lapidem (*cf.* Verg. georg. 1, 178). *ad figuram geometricam pertinens*: Ps. Boet. geom. p. 415, 10 hanc summam complere areale huius trigoni pavimentum non ignora. 19 tetragonus normaliter constitutus latitudine longitudinem multiplicante arealem constituit planitudinem. *cf.* 424, 8. *Ausfeld.*

Areānī (areani), -ōrum. Amm. 28, 3, 8 *in Britannia* Areanos genus hominum a veteribus institutum ... a stationibus suis removit ... id enim illis erat officium, ⟨ut⟩ ultro citroque discurrentes vicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent.

Areapolītēs *v.* Areopolis.

Areatae, -ārum *gens Sarmata.* Plin. nat. 4, 41 Arraei Sarmatae, quos Areatas vocant. *Diehl.*

Arebba, חָרַבָּה, *Σωθηβᾶ, urbs in tribu Iuda* Vvlg. Ios. 15, 60 Hier. nom. hebr. p. 93, 23. *V.*

Arebla *v.* Rebba.

Arebrigium *oppidum situm in via ab Augusta Praetoria Bergintrum, cf. Ihm, PW. II 618.* Itin. Anton. p. 345 *et* 347 Augusta Praetoria, Arebrigium, Bergintrum. Tab. Peut. 3, 4 Arebrigium. Ravenn. p. 350 Arebribium (*sic*).

Arebrignus pagus *Aeduorum, ex eisdem vocabulis appellatus atque* Arebrigium; *cf. Ihm, PW. II 618.* Paneg. 8, 6 ille pagus Arebrignus.

Arecaippus *nom. vir. barbaricum.* Inscr. Rhen. 847 Arecaippo defuncto.

Arecarīi nautae *appellati a fluvio vel loco nescio quo Gallico.* Corp. XIII 1688 (*ad confluentem Araris et Rhodani*) patrono nautar(um) Araricor(um) et Rhodanicor(um), patron(o) Cond⟨eat⟩ium i⟨tem A⟩r⟨ec⟩arior(um) Lugu⟨d(uni)⟩ consistentiu⟨m⟩. 1709 (*ibid., periit*) patron(o) nautar(um) Araricorum et Ligericor(um) item Arecar⟨i⟩orum et Condeatium.

Arēcīnus *v.* Arrecinus.

Arecomicī Volcae *Volcarum pars ea quae septentrionem et orientem versus incoluit, cf. Holder, altcelt. Sprachsch. I 189.* Strabo 4, 1, 12 *Οὐόλκαι ... οὓς Ἀρηκομίσκους προσαγορεύουσι ... μητρόπολις δὲ τῶν Ἀρηκομίσκων ἐστὶ Νέμανσος.* Ptol. 2, 10, 6 *Οὐόλκαι οἱ Ἀρηκόμιοι.* Caes. Gall. 1, 35, 4 agros Volcarum Arecomicorum. 7, 7, 4 praesidia in ... Volcis Arecomicis (Aretomicis *codd. optimi*, Aretcomicis *Parisinus I*) ... constituit. 7, 64, 6 fines Volcarum Arecomicorum (Aremicorum *codd. optimi*). Mela 2, 75 Arecomicorum Nemausus. Plin. nat. 3, 37 Nemausum Arecomicorum. Volcae | Arec(omici) *in nummis Gallicis, cf. Holder.* *Otto.* [*V.*

Arecōn, חֲרֵקוֹן, *Ἰερεάχων, vicus in tribu Dan.* Vvlg. Ios. 19, 46.

Arectāi campī *Babyloniae.* Paneg. Mess. 140 nec qua ... Nilus ... profluit aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes ardet Arectais (*Scal.*, Aracteis *F*, creteis *A*) aut unda perhospita campis. *Diehl.*

Ared, אֶרֶד, *Ἀρέδ, nom. vir. hebr.* Vvlg. gen. 46, 21 (Arad Itala cod. Lugd.). num. 26, 40 Hered. *v.* Arad. Ared *fons v.* Harad. *V.*

Aredius, *secundum romanensem vocis pronuntiationem saepe scriptum* **Aregius,** *nom. vir. barbaricum inventum apud Burgundiones, Francos, Gallos.* **1** Greg. Tvr. hist. Franc. 2, 32 habebat tamen (*Gundobadus Burgundionum rex a Chlodovecho devictus*) secum virum inlustrem Aridium (Aredium *cod. Casinens.*). *deinde ter* Aredius *scriptum in codicibus plerisque.* Vita Remigii (Mon. Germ. Merov. III) 18 per Aredium consiliarium suum. **2** Greg. M. epist. 6, 56 Gregorius Arigio patricio de Gallia. 9, 211 Vantilono et Arigio Gallis. 5, 31 viro glorioso Arigio patricio. *cf.* Liber hist. Franc. 35 (Mon. Germ. Merov. II p. 301) *ubi additur in cod. Vindob. 473*: misit autem legationem Hilpericus (*rex Francorum*) ad Tiberium imperatorem (*a. 578—582*) Aregium comitem. **3** Aredius *abbas Lemovicinus, Attanensis monasterii conditor, qui obiit a. 591* (*v. de eo Krusch, Mon. Germ. Merov. I p. 457*): Greg. Tvr. hist. Franc. 8, 15 Aridio (Aredio *cod. Casinens.*) abbati. 8, 27 Aridio abbate. 10 index 29 beati Aridi (Aredii *cod. Casinens.*). 10, 29 Aredii. ad sanctum Aridium. *et passim in scriptis Gregorii;* Aredius *raro traditur.* Ven. Fort. carm. 5, 19 tit.: ad Aredium abbatem. v. 7 munera credo dei tribui mihi, pastor Aredi. 6, 7, 2 Aregium laetor quo reperisse patrem. *huius Aredii* Vita *edita est* Mon. Germ. Merov. III p. 581 *sqq.* **4** Aredius *episcopus Vapincensis*: Greg. M. epist. 9, 219 (Mon. Germ. epist. II p. 210) Gregorius Aregio episcopo Franciis. 11, 42 (II p. 315) Gregorius Aregio episcopo Galliarum. 11, 44 (II p. 317). 9, 218 (II p. 209) Aregio episcopo. Conc. Valent. a. 585 (Mon. Germ. leg. I p. 163, 21) Aridius ... episcopus ecclesiae Vapincensis subscripsi. Conc. Matiscon. a. 585 (I p. 173, 9) Aridius episcopus ecclesiae Vappicensis subscripsi. *huius* Vita *in* Act. Sanct. 1. Mai I p. 109. *alii*: Conc. Cabilon. a. 602 (Mon. Germ. leg. I p. 178, 15) Aridio Lugdunense episcopo. Conc. Paris. a. 614 (I p. 190, 18) ex civitate Lugdonum Aridius episcopus. Conc. Aurelian. a. 549 (I p. 110, 13) Aregius (Arigius, Aredius, Aridius *pars codd.*) episcopus ecclesiae Nevernensis subscripsi. *idem* Conc. Paris. a. 552 (I p. 117, 17) Aridius episcopus subscripsi. ⟨A⟩regius *legendum videtur in titulo Treverico christiano* Inscr. christ. Kraus I 156. *Otto.*

Aree *v.* Area. **Arefa** *v.* Arfa.

ārefacio, -fēcī, -factum. *pass.* ārefīo. [*cf. c.* arere *et c.* facere fieri. *Th.*] Gloss. *ξηραίνω φρύγω* sicco frigo torreo torrefacio arefio *ξηραίνομαι* areo aresco. Cato agr. 69 *et* 125 arfacito. 157, 12 arfacere. Lvcr. 6, 962 facit are (*anastropha in fine versus v. l. 81*). Chiron 9, 800 arficito. *de accentu formae* arefácis *v.* Gramm. suppl. 177, 9.

proprie: *formae activae*: Varro ling. 5, 38 qui arefacit, ardor est solis. Lvcr. 6, 962 principio terram sol excoquit et facit are. Vvlg. Iac. 1, 11 sol ... arefecit foenum. Macr. sat. 7, 16, 24 calor solis arefacit, lunaris humectat. 5, 19, 22 cum Siciliam sterilis annus arefecisset. Hier. vit. Hil. 32 clausum caelum illas terras are-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fecerat. PLIN. nat. 17, 232 hic (*Olympias ventus*) si flavit ..., frigore *arbores* exurit arefaciens. ITALA (Aug. Iob 15 p. 541, 21) Iob 15, 30 stirpem eius (*impii*) arefacit ventus (*τὸν βλαστὸν αὐτοῦ μαράναι ἄνεμος*. VVLG. Iob 15, 30 radices ... arefacit flamma). CATO agr. 69, 1 amurcam eximito et arfacito *dolia*. 157, 12 *brassicam* arfacere .. oportet. 125 murtam nigram arfacito in umbra. COLVM. 12, 30, 2 panes facito et in sole arefacito. PLIN. nat. 18, 116 grana *tritici* ... semicocta in ollis ... arefaciunt sole ad dimidium. 28, 201 lienem vituli ... iubent Magi ... arefacere in umbra. SCRIB. LARG. 13 oportet ... sumere ... coagulum et arefacere. CHIRON 9, 800 feniculum arficito. VITR. 2, 1 (3), 4 alii luteas glebas arefacientes struebant parietes. GELL. 12, 1, 8 mulieres fontem illum sanctissimum corporis (*sc. lac maternum*) ... arefacere et extinguere ... laborant. ITALA Nah. 1, 4 Tert. adv. Marc. 4, 20 *dominus* arefaciens illud (*mare*. VVLG. exsiccans). VVLG. Is. 42, 15 omne gramen exsiccabo (*ξηρανῶ*) et ... stagna arefaciam (*ξηρανῶ*). 44, 27 (*dominus dicit profundo*:) flumina tua arefaciam. PLIN. nat. 22, 68 cocleae ... caulem *asphodeli* ... sugendo arefaciunt. *formae passivae. de rebus ad varium usum hominis pertinentibus*: CELS. 5, 27, 7 p. 203 polii, quod Aegyptiae fabae magnitudinem aequet, arefactum. SCRIB. LARG. 60 radicis ... cortex sole arefacta. 92 rosae foliorum arefactorum in umbra (*cf.* PLIN. nat. 22, 69. 26, 49. 30, 31). PLIN. nat. 26, 103 fucus marinus ... priusquam arefiat (exarefiat *al. et edd. vett.*). 28, 193 pulmo cervinus cum gula sua arefactus in fumo. 30, 116 *vermibus terrenis* arefactis in sole (*cf.* 34, 133). 30, 127 *cocleae* arefactae sole. 32, 82 cetum in furno arefieri per noctem praecipiunt (*similia saepe apud* PLIN.). VITR. 7, 10, 4 si faex vini arefacta et cocta in fornace fuerit. 2, 3, (4) lateres ... ducti et arefacti. *de herbis*: SVET. Vesp. 5 *ramum quercus* exilem et cito arefactum *esse*. TERT. scorp. 11 parabola seminis post cespitem arefacti. ARNOB. 2, 74 post messes arefacta⟨s⟩. HIL. in psalm. 1, 4 *tabernacula ex frondibus texta* arefacta sunt et dissoluta. PALLAD. 7, 2, 1 grana arefactis spicis lapsa. VVLG. reg. 4, 19, 26 virens herba tectorum, quae arefacta est, antequam veniret ad maturitatem. Ezech. 19, 12 arefactae sunt virgae roboris *vitis*: ignis comedit eam. Matth. 21, 19 arefacta est ... ficulnea (*cf.* PAVL. NOL. epist. 43, 5). *de homine*: TERT. ieiun. 16 post manum ... regis *Hierobeam* arefactam et statim restitutam (*cf.* adv. Marc. 4, 12). AMM. 30, 6, 5 arefactis membris. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 29 caeci ... arefactis palpebris et glutino coniunctis. ORIBAS. syn. 2 *add.* (Bussemaker-Daremberg p. 841) quibus intestina arefacta non edocant (evocant*?*) stercora. PAVL. NOL. carm. 24, 634 triumphus fonsque nobis nascitur in arefactis ossibus. *de aqua*: HIL. in psalm. 65, 11 Iordanes ... arefactus. ZENO tract. (Migne 11, 514) 2, 59 arefactam profundi (*i. maris*) ... naturam. *de terra*: VVLG. gen. 8, 14 arefacta est terra. Ier. 23, 10 arefacta sunt arva deserti. *nota*: *de gelu*: SOLIN. 27, 48 cum arefactum inolevit *lac sirpicum* guttis stiriacis. ***translate***: HIER. comm. Matth. 4, 25 si quis ... habet animam virginalem et amator est pudicitiae, non debet mediocribus esse contentus, quae cito exolescunt et exorto caumate arefiunt (*v.* Matth. 25, 8). epist. 97, 4 ut haereseos rediviva plantaria per illius (*Anastasii*) studium longo tempore arefacta moriantur. VVLG. Sirach 10, 18 radices gentium superbarum arefecit (*ἐξέτιλεν*) deus et cessare fecit memoriam eorum. 10, 20 *deus* arefecit ex ipsis et disperdidit eos (*ἐξήρανεν ἐξ αὐτῶν*). 14, 9 non satiabitur *cupidus*, donec consumat arefaciens animam suam (*ἀδικία πονηρὰ ἀναξηραίνει ψυχήν*).

adduntur: sole, in sole, in umbra, in fumo, in furno, in fornace; ad dimidium; sugendo. *synonyma*: FEST. 355, 12 torreri (*sic*) ... proprie significat siccare, atque arefacere. aridum facio. exsicco, extinguo *v. etiam p. 500, 2* (coquo, exhaurio, uro). *opposita*: humecto, restituo (*i. sano*). *compositum*: exarefacio.

ārefactio, -ōnis *f.* GLOSS. II 594, 69 tabes arefactio. *Oertel.*

Arega *statio Cappadociae.* TAB. Peut. 11, 1. RAVENN. p. 94, 13 Arecha. *Ramsay Asia minor p. 66 minus recte eandem esse voluit atque* Arcas ITIN. Anton. *v.* Arca 1. *Diehl.*

Aregea *v.* Aegae *Ciliciae.* **Aregenua** *v.* Araegenue.

Aregisilus *v.* Charegisilus. **Aregius** *v.* Aredius.

Aregundis *v.* Charegundis. **Areī** *v.* Arii.

Ārēius, Ārēiānus *v.* Arrius.

Arelānum, Arelānēnsis *v.* Arelaun-.

1. Arelatē *v.* Arlape.

2. Arelate *indecl. n., aetate posteriore* **Arelatum, Arelatus, Arelas,** -atis *f., unde hodie* Arles, *opp. Galliae Narbonensis, cf. Hirschfeld, Corp. XII p. 83, Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 190, Ihm, PW. II p. 633. graece Ἀρελάτε, inde a Ptolemaeo τὸ Ἀρέλατον, posterius ἡ Ἀρέλατος (Ἀρήλατος).* CONSENT. gramm. V 346, 7 haec Arelas et hoc Arelate. 349, 2 hoc Arelate. *de prosodia*: AVSON. 292 (*tit.*) Arelas, pande duplex Ărĕlātĕ tuos, blanda hospita portus, Gallula Roma, Ărĕlas, quam Narbo Martius et quam accolit Alpinis opulenta Vienna colonis. duplex *dixit, quia utramque Rhodani ripam accolit.* 417, 81 utque duplex Arĕlās Alpinae tecta Viennae Narbonemque pari spatio sibi conserit. *cf.* 334, 480 duplicemque per urbem qui meat et Dextrae Rhodanus dat nomina ripae. VEN. FORT. carm. 8, 3, 40 temporibus nostris Ārĕlătense decus (*cf.* append. 13, 6). CORP. XII 594 (*imperante Pio*) fínibus Arelátensium col(onia) Iul(ia) paternā Areláte (*ablativo*). 701 (*litt. saec. II*) Arelátenses ⟨muni⟩cipés. *extrita* e: HONOR. geogr. A p. 79 *in codice Parisino saec. VII — VIII* Arlatę. HYDAT. chron. 163 *in epitoma Fredegariana* Arlato. RAVENN. p. 244 Arlaton (*codd.* Arlaton, Arcaton). AVSON. 292 tit. *in codice Tiliano* de Arletensi urbe (*vide supra p. 501, 77*). NOT. Gall. 11, 13 *in codicibus non paucis* Arlatensium. CORP. XII 5683, 347 (*in Amphora*) Potito Arlatensium (servo). ITIN. Hieros. 552 civitas Arellate. 553 Arillate usque. 558 ab Arillato. HYDAT. chron. 92 *in epitoma Hispana* Arellato. Arelate: *indecl. n. (fem. p. 502, 20. 21)*: CAES. civ. 1, 36, 4 *Caesar* naves longas Arelate ... facere instituit (2, 5, 1). *colonia civium Romanorum Arelate iussu Caesaris dictatoris aut a militibus legionis VI aut in eiusdem legionis honorem deducta est et nominata* colonia Iulia paterna Arelate Sextanorum. *tribui adscripta fuit Teretinae.* MELA 2, 75 Sextanorum Arelate. PLIN. nat. 3, 36 in mediterraneo coloniae Arelate Sextanorum .... *cf.* SVET. Tib. 4. VLP. dig. 14, 3, 13 servum merci oleariae praepositum Arelate. CYPR. epist. 68, 3 ad plebem Arelate consistentem. ITIN. Anton. p. 299 Arelate. 339 a Mediolano Arelate (*v. infra p. 502, 30*). PANEG. 7, 18 Arelate deserto. AMM. 15, 11, 14 *nom.* Arelate. GREG. TVR. hist. 4, 30 accedens Arelate et vallans eam. CHRON. Gall. a. 511 657 Arelate capta est (Arelato *cod. Matrit. qui solus superstes est*). 635 ex Arelate. CORP. XII 694 (*litteris saec. I*) c(oloniā) I(uliā) p(aternā) Arel(ate). *sic et* c. I. p. A., col. Iul. Arel., col. Arelate *sim. saepius in titulis neque unquam alio casu nisi ablativo.* 5701, 1 (*in fistula plumbea*) L. An(nius) Charithonianus A(relate) f(ecit). 5701, 4. 7. 9. 5494 (*a. 435*) de Arelate Ma⟨ssil(iam)⟩. III 4464 (*in Pannon. inf.*) L. Cornelius L. f. Firmus Teretina Arelate. Arelata: CORP. XI 3281 *et* 3283 (*itineraria Vicarelliana*) Vgernum—Arelata—Ernaginum. Vgerno—Arelata—Ernagin⟨o⟩. (*v. etiam infra p. 502, 37*). Arelatum, -ī *n.* ITIN. Anton. p. 289 a Roma ... Arelatum usque. 508. 396 ab Arelato Narbone. 497 ab Vrbe Arelato usque. TAB. Peut. 2, 5 Arelato. NOT. dign. occ. 42, 14 praefectus classis fluminis Rhodani, Viennae sive Arelati. AVG. epist. 105, 8 apud Arelatum Galliae civitatem. COD. Theod. 8, 7, 2 dat. III non. Nov. Arelato (*a. 326*) *al.* COSMOGR. geogr. p. 79 oceanus occidentalis habet famosa oppida: ... Mediolanum, Arelato (-um *cod. alter*). p. 22 egressi Arelatum. EXP. tot. mundi geogr. p. 122 civitatem ... quam dicunt Arelatum (Arelata *altera recensio*). IORD. Get. 165 occiditur Arelato. 244 Arelatoque degens. Rom. 324 apud Arelatum. VITA Caesarii Arelat. (Mon. Germ. Merov. III) 2, 8 Arelato ... pascebantur. 2, 24 Arelato ad basilicam apostolorum. 2, 29 venit Arelato (*intellege* Arelatum). ISID. hist. Goth. 35 obiit Arelato. FREDEG. chron. 2, 60 cumque Arelato obsederint. RAVENN. p. 238 Vgernon quae confinatur cum Arelaton (*i. Ἀρέλατον*) civitate provinciae Septimanae. 242 civitatem Arelaton. *v. etiam superius p. 502, 5.* Arelatus, ī. AVIEN. or. mar. 689 Arelatus illic civitas attollitur, Theline vocata sub priore saeculo, Graio incolente. CASSIOD. var. 8, 10 (*a. 526*) Arelatus est civitas supra undas Rhodani constituta. Arelas, -atis *f. et* Arelas *indecl.* AVSON. *posui supra p. 501, 77.* SVLP. SEV. chron. 2, 39, 2 apud Arelatem. VIB. SEQ. geogr. p. 150 Arelaten (*om. Vaticanus, habet recentiorum pars*). LEO M. epist. 65, 3 haec in tantum a gloriosissimae memoriae Constantino peculiariter honorata est, ut ab eius vocabulo praeter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acceperit. hanc ... Valentinianus et Honorius ... specialibus privilegiis et, ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. *cf.* CONSTIT. Honor. et Theodos. a. 418 (Corp. legum ante Iustinianum latarum ed. Haenel p. 238) ut constituto tempore in metropolitana id est Arelatensi urbe incipiant septem *Galliae* provinciae habere concilium ... in Constantina urbe iubemus annis singulis esse concilium. *quam constitutionem legat totam qui discere vult, quantis copiis quantoque honore illis temporibus floruerit Arelate.* OROS. hist. 1, 2, 65 Arelas civitas. 7, 42, 3 apud Arelatem civitatem. 7, 43, 11. SIDON. epist. 1, 11, 7 venio Arelatem. 5, 20, 4 Arelatem profecturo (Arelate *cod. Laudian. utroque loco*). VEN. FORT. carm. 5, 2, 69 qui fuit antistes Ărĕlas (*intellege casum locativum*) de sorte Lerini. 8, 3, 157 porrigit ipsa decens Ărĕlas pia dona Genesi astris. CONSVL. Ital. (auct. Havn. ordo prior) 476, 1 Gothi ... multas Galliae urbes vastant praecipuamque inter eas Arelas opibus exuunt. 486, 1 penes Arelas urbem. PROSP. 1290 Arelas nobile oppidum Galliarum a Gothis vi oppugnatum est (ISID. Goth. 23 *cum multis Prosperi libris* Arcilas). CHRON. Gall. a. 511 611 Arelatem (*accus.*). 633. CONC. Constantin. coll. VII a. 550 (Mansi IX p. 348) Aurelianum religiosissimum qui praesidet Arelati venerandae ecclesiae quae prima est sanctarum Galliae ecclesiarum. *adi.* **Arelatēnsis** *et incolarum vocabulum*: PLIN. nat. 10, 116 in Arelatensi agro. 33, 143 Arelatensis equitis Romani. SYMM. epist. 9, 20 in Arelatensi urbe. AVG. c. Parm. 1, 11 ad Arelatense oppidum. NOT. dign. occ. 11, 33 praepositus thesaurorum Arelatensium. 11, 43 procurator monetae Arelatensis. 11, 54, 75 PROSP. chron. 1243. NOT. Gall. 11, 13 civitas Arelatensium (*sic codd. plerique,* Arlatensium *pauci, cf. supra p. 502, 6*). SIDON. epist. 1, 11, 2 Arelatenses. 6, 12, 8. 7, 12, 3 CASSIOD. var. 3, 44. GREG. TVR. hist. Franc. 1, 34 apud Arelatinsim Galliarum urbem. *sic saepius.* 8, 30 Vgernum Arelatense castrum. 4, 5 Arelatensim provinciam. 4, 44. VEN. FORT. carm. *v. superius p. 501, 84.* VIGIL. PAPA epist. 9 (Conc. Mansi IX p. 43) his qui ex anti-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qua consuetudine ab Arelatensi (*sc. episcopo*) consecrati sunt vel consecrantur episcopis. GREG. M. epist. 11, 38 Vergilio episcopo Arelatensi Galliarum. 5, 59 Vergilio Arelatensis civitatis episcopo. VITA Aniani (Mon. Germ. Merov. III p. 110) 4 in partes Arelatensium civitatis. CORP. VI 1006 dívae Faustínae Aug(ustae) Sextaní Arelatenses (*cf. supra p. 502, 13*). XII 349 add. T. Domit(io) L. f. Ter(etina) Pedullo Arelatensi. 656 ⟨Fo⟩rtunae ⟨A⟩relaten(si) ⟨Nem*?*⟩ausen(si). 531 fines Arelat(ensium) *sim. vide etiam supra p. 502, 7.* *Otto.*

Arēlī, אַרְאֵלִי, Ἀρηλείς, *nom. vir. hebr.* VVLG. gen. 46, 16 (ITALA cod. Lugd.: Ariedis, cod. Ottob.: Ariadis). HIER. nom. hebr. 3, 15 Ariheli leo deus meus (15, 29). *cf.* Ariel. *V.*

Appenninus **Areliascus** *fundus.* CORP. XI 1147, 5, 20 (*Veleiae, imperante Traiano*) fundum Vorminianum Precele cum iure Apennini Areliasci et Caudalasci et communionibus qui est in Veleiate et Libarnensi pag(is) Domitio Eboreo.

Arelica *sita ad lacum Benacum, ubi hodie est* Peschiera, *cf. Mommsen, Corp. V p. 400.* CORP. V 4017 coll(egio) n̄(autarum) V̄(eronensium) A(relicae) consist(entium). TAB. Peut. 4, 3 Ariolica. RAVENN. p. 252 Ariolita. *adi.* **Arelicēnsis.** CORP. V 4015 G. Petroni C. f. Pob(lilia) Marcellini inter primos colleciato ín collegio navicul(ariorum) Arelicensium. 4016 coll(egio) naut(arum) Arilic(ensium). *Otto.*

Arelius *quintus Assyriorum rex.* CASSIOD. chron. II 121, 12. HIER. chron. a. Abr. 121 Aralius (IORD. Rom. 17). *Eusebio* Ἀράλιος. *Diehl.*

Arellius, Arelius, Arelliānus *v.* Arrius.

Arem, חָרִם, *nom. hebr.* VVLG. II Esdr. 7, 42 Ἠράμ. I Esdr. 2, 32 Harim Ἠλάμ.

Arethōn, -ontis, *Ἀρέθων.* **1** *Epiri fluvius v.* Aratthus. **2** *nom. vir.* CORP. V 3882 (*Veronae, non vidit Mommsen*) et hic Arethon libertus. **Arethūsa,** -ae, *Ἀρέθουσα.* SERV. ecl. 10, 1 'Arethusa' secundum latinitatem in paenultima habet accentum, secundum rationem graecam in tertia a fine, sicut Creusa et *Κρέουσα. ineptissime interpretatur* FVLG. myth. 3, 12 Aretusa . . . quasi arete isa, id est nobilitas aequitatis. **1** *fontium nomen satis vulgatum. a latinis auctoribus memoratur praeter Boeotiae fontem* (PLIN. nat. 4, 25 SOL. 7, 22 MART. CAP. 6, 653) *et Euboeae* (PLIN. nat. 4, 64) *et Bruttii* (CASSIOD. var. 8, 32, 1 ad fontem Arethusae in Scyllacino territorio constitutae) *celeberrimus fons Syracusanus*: GLOSS. V 268, 8 fons Siciliae. CIC. Verr. 5, 118 fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est (SERV. georg. 4, 351), incredibili magnitudine, plenissimus piscium (SIL. 14, 53). 6, 80. LIV. 25, 30, 6 ab Arethusa fonte (SOL. 5, 8 VIB. SEQ. geogr. p. 145, 19). LIV. 25, 30, 7 prope fontem Arethusam (PLIN. nat. 3, 89 ISID. orig. 14, 6, 33 RAVENN. p. 16, 7). SEN. dial. 6, 17, 3 celebratissimum carminibus fontem . . . nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem. MELA 2, 117 mirabilem. PLIN. nat. 31, 55 Arethusam Syracusis fimum redolere per Olympia (*sc. certamina sacra*). *v. l. 75.* FLOR. epit. 1, 22, 34 fons celebratus Arethusae. RAVENN. p. 405, 17 *inter Siciliae flumina. compellatur quasi persona*: SIL. 14, 294 testatus divos Siculorum amnesque lacusque et fontis, Arethusa, tuos. 14, 514 fleverunt freta, fleverunt Cyclopeia saxa et Cyane et Anapus et Orthygie Arethusa. *eiusdem fontis nympha et dea*: GLOSS. IV 406, 16 nympha Syracusae. VERG. ecl. 10, 1 extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborum. *cf.* SERV. *ad l.* per Arethusam . . . musam Siculam, id est bucolicum Theocritium invocat carmen *cf. Theocr. 1, 117. epitaph. Bion. 78.* georg. 4, 344 *inter Cyrenes famulas* positis velox Arethusa sagittis (SERV. Aen. 3, 694. *huc fortasse trahenda* GLOSS. IV 430, 27 una ex nymfis). 4, 352 summa flavom caput extulit unda. OV. fast. 4, 423 frigida. *quam nympham Alpheus Elidis amnis adamavit, qui subter mare fluendo in Siciliam pervenit* (VERG. Aen. 3, 694 SEN. dial. 6, 17, 3 PLIN. nat. 2, 225 [SOL. 5, 16]. 31, 55 SIL. 14, 53 SEN. nat. 3, 26, 5. 6, 8, 2 VIB. SEQ. geogr. p. 145, 19 AVIEN. orb. 1173 AMM. 15, 4, 6), *alii ferunt nympham de Elide ortam fugientem per maria in Siciliam persecutum esse Alpheum* (OV. met. 5, 409—642. 409 Pisaeae. VERG. ecl. 10, 4 HYG. fab. praef. p. 10, 20 *Nereis. cf.* 157 p. 14, 2 SERV. georg 4, 353 RAVENN. p. 16, 7 *sqq.*). *singula narrant* SERV. Aen. 3, 694 ecl. 10, 4 MYTHOGR. 1, 166. 2, 173 SCHOL. Stat. Theb. 1, 271. 4, 239. *translate dicitur pro Syracusis*: SIL. 5, 490. 14, 117. *v. p. 512, 29.* **2** *oppida varia*: *Macedoniae*: PLIN. nat. 4, 38. AMM. 27, 4, 8 cursualis est (*alii* convallis et) statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum. *cf.* ITIN. Burdig. 604 mutatio Euripidis. *v. Hirschfeld, PW. II 679, 8.* PLIN. nat. 6, 159 *inter Arabiae oppida. Syriae*: ITIN. Anton. 188. 194. TAB. Peut. 10, 4 Aretusa fl. RAVENN. p. 88, 6. p. 37, 18 ubi fluvius Orientis, qui venit de Syria, per civitatem Arethusam in mare ingreditur (NOT. Tir. 113, 99). CORP. VIII 2904 (*Lambaesi*) . . .⟩ Iulius C. fil. domo Arethusa Livianus vet. ex aquilif. leg. III Aug. Severiae translatus ex leg. III Gallic. PATR. Nicaen. 2, 65 Eustatius Aretusae. 4, 62 Eustadius Aretusa. 3, 64 Eustatius Arethusiae, *nisi est regio potius illius oppidi intellegenda.* ITIN. Anton. Placent. 46 Aristosa. CASSIOD. hist. 4, 20 Marcus *episcopus* Arethusae Syriacae, *cf.* HIL. hist. frg. 3, 29. CONC. Const. a. 536 (Mansi VIII 984ᵉ). *v. Benzinger, PW. II 680, 10.* **3** *canis Actaeonis* HYG. fab. 181 p. 37, 17. **4** *nom. mul. et cogn.* Aretusa: CORP. VI 12297 (= 6031). XIV 358, 2, 14 (*Ostiae*) Livia M. l. Aretusa. V 2498 (*Ateste*) Appuleia Aretusa. 7501 (*Cherii*) Valeria C. l. Aretusa. XII 3605 (*Nemausi*) *e codice traditur* Haretusae, *sed idem videtur esse titulus* 2839 *qui exhibet* Arethusae. Arethusa: PROP. 4, 3, 1 ANTH. 429, 3. GREG. M. epist. 11, 11 clarissima femina. CORP. VI 12296. IX 520 (*Venusiae*). II 5009 (*in Lusitania*). III 2186 (*Salonis*). 8890 (*ibid.*). 10244 (*Acuminci*). VI 9462 v(ivit) Aurunceía Arethusa. Arethusa Crustumino coniugi suó fecit et sibi. IX 5520 Calvia Arethusa. X 2901 (*Puteolis*) Pullia Arethusa. XI 3247 (*Sutrii*) Q. Hortensius Hymnus Nymphís dívínis v. s. compote factus l. a. et Cascellia Arethusa permissú Ti. Latíní Pandúsaé. 2990 Tettia Arethusa. V 4422 (*Brixiae*) Fabriciae Centoniae Arethusae. III 9042 (*Salonis*) Domitiae Arethuse. II 6155 (*in conv. Tarracon.*) Acília Arethusa.

derivata: *adi.* **Arethūsius,** -a, -um, *Ἀρεθούσιος.* SIL. 14, 356 Arethusia proles *i. Syracusani. v. p. 511, 83. plur. subst.* Arethusae *oppidi incolae*: **a** *Syriae*: PLIN. nat. 5, 82, *ubi libri exhibent* Arbethusios *sim.* CASSIOD. hist. 6, 12 Heliopolitani et Arethusii Syriam habitantes. **b** *Macedoniae*: PLIN. nat. 4, 35. *adi. latin.* **Arethūsiānus,** -a, -um. CONC. Const. a. 536 (Mansi VIII 920ᵉ) Esaias diaconus et ambasiator Arethusianae ecclesiae (*Syriae*) subscripsi. *adi.* **Arethūsis,** -idos, *Ἀρεθουσίς.* OV. fast. 4, 873 Syracusas Arethusidas. *adi.* **Arethūsaeus,** -a, -um, *Ἀρεθουσαῖος. ad Siciliae fontem*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 60 Arethusaei latices. *adi.* **Arethūsēnus,** -a, -um, *Ἀρεθουσηνός. ad Syriae oppidum pertinet*: PATR. Nicaen. 1, 64 Eustathios Arethusenus.

Aretidās, -ae, *Ἀρητίδας, cogn. vir. cf.* Aratus. CORP. VI 10781 (*periit*) d. m. P. Aeli Ptolemaei Aretidae bene merentís Sarapias coniunx.

aretillum *v.* arietillum.

Aretinus *v.* Arretium *et* Aritium.

Aretissa, -ae, *Ptolemaeo Ἄρσισσα. lacus Armeniae, nunc* Ardschisch. PLIN. nat. 6, 127 *Tigris* influit in lacum Aretissam omnia inlata pondera sustinentem (SOL. 37, 6 in Aretisam lacum. *ibid.* in stagnum . . . Aretisae). 2, 226 in Armeniae maioris Aritissa. *v. Baumgartner, PW. II 1290 sub* Arsissa. *Diehl.*

Aretius *nom. gent.* CORP. V 2523 (*Ateste*) T. Aretius T. C. L. l. Apiolus IIIIIIvir idem Augustalis sibí et Aretiae Modestae lib(ertae) suae et T. Aretio Proculo spurio Modestae lib(ertae) fil(io). INSCR. Rhen. 750 Cn. Aretio. *male lecta esse potest* CORP. XII 5696, 2 (*in urna, periit*) Aretius. Areti⟨. . .⟩ *legitur in amphora montis Testacei* CORP. XV 4413. *ex eodem fortasse genere est* Aretullus Aretylla, *quae vide. cf. etiam* Aratrius *et Messapiorum* artahiaihi *al.* *Otto.*

Aretullus, -ī, *Ἀρέτυλλος? nom. vir.* CORP. XII 4128 d. m. Omullae Aretulli f. Maximus Marcini f(ilius) matri pientisumae. *cf.* Aretylla.

Arētus, -ē *v.* Aratus *et add.*

Aretylla, -ae, *Ἀρετύλλη? nom. mul.* CORP. VI 28165 (*periit*) Valeria (mulieris) l. Aretylla. *cf.* Aretullus *et* Aretius. *Diehl.*

Areva, -ae *m. fluvius Hisp. Tarraconensis.* PLIN. nat. 3, 27 Arevacis nomen dedit fluvius Areva. **Arevacī** *vel* **Aravacī** *vel* **Arvacī,** *Ἀρανάκαι, Ἀραιούακες, Ἀρουακοί, gens Tarraconensis. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 179; Hübner, PW. II 682.* LIV. 91 M. Marium quaestorem in Arevacos et Cerindones misit. PLIN. nat. 3, 19 Celtiberi Arevaci. 3, 27 *v. supra.* 4, 112 per Arevacos Vaccaeosque. SIL. 3, 362 iamque Ebusus Phoenissa movet, movet Arbacus arma. HIER. c. Vigil. 4 de Vectonibus Arebacis (Arvacis *cod. Bonon.*) Celtiberisque descendens. CORP. III 3271 decurioni alae II Aravacorum domo Hispano. 3273 (= 10258) mis(s)icius alae II Arava⟨corum⟩. 3286. 4373. 5629. CORP. III p. 1963 (*dipl. a. 84*) *cohors* II Arvacorum. p. 1971 (*dipl. a. 99*) *cohors* II Hispanorum et Arvacorum. CORP. V 4095 praef. alae Arvaco⟨rum⟩. VI 1607. *V.*

Areuagni *v.* Areaagni.

Arevaniās *nom. vir.* VITR. 2, 8, 12 cum . . . Melas et Arevanias ab Argis et Troezene coloniam communem eo loci deduxerunt, barbaros Caras et Lelegas eiecerunt.

Areugi. CORP. VIII 1611 (*Musti*) L. Valerius Rogatianus Areugi Areugi *Wilmannsio signum est.* *Diehl.*

Areuna, אַרְנָה *vel* אָרַוְנָה, *Ὀρνά, nom. vir. hebr.* VVLG. II reg. 24, 16. 18. 20. 22. 23. *V.*

Areus *et* **Arēus** *v.* Ares.

Arfa, *Iosepho bell. Iud. 3, 3, 5 Ἄρφα.* EVCHER. Itin. Hier. p. 134, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a vico ... Arfa initium longitudinis *Iudaeae*, quae usque vicum extenditur Iuliadem (ISID. orig. 14, 3, 21). NOT. dign. or. 32, 17 *et* 39 sub dispositione ... ducis Foenicis ala secunda Salutis, Arefa. *Diehl.*

ārfacio *v.* arefacio.

Arfacus *nom. vir. barbaricum.* INSCR. Rhen. 1819 Mansuetus Arfaci. *Otto.*

Arfaxat *v.* Arpaxad.

arferi(us?), -a, (-um?) *adi.?* [*ab* ar *vel* ad *et* ferre, *cf. c. umbr.* adfertur arfertur *'flamen'. Th.*] PAVL. FEST. 11 arferia aqua quae inferis libabatur, dicta a ferendo, sive vas vini, quod sacris adhibebatur. *ex duabus glossis compilata, ut videtur; ad partem alteram redeunt, sed pleniorem (cf.* ad aras, *quo prava substituitur originatio)* GLOSS. IV 208, 11 arceria (*sic*) vas vinarium cum quo vinum ad aras fereba⟨n⟩t. V 491, 55 arseria vasa, cum quibus vinum ferebant ad aras. 441, 28 arseria vas vinarium, quod vinum ad ara(s) fert. *huius partis lemma fuisse olim* **adferial** *probabilis est coniectura Nettleshipii (Contributions p. 270), cum in priore parte glossae Paulinae bis legatur hoc lemma, cf.* GLOSS. II 462, 26 *ὕδωρ τὸ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον* adferial. 564, 48 adferial aqua, qua mortuus labatur (quae mortuis libatur *recte Loewe*). *V.*

arficio, arfīnis, arfor *v. sub* aff-.

vicus Arfuaris. CORP. III 3490 (*Aquinci, a. 228*) Surus ex regione Dolica vico Arfuaris. *Diehl.*

Arga ... *nominis virilis fragmentum.* CORP. III 4021 (*in Pannon. sup., lapis fractus*) C. Antonius Arga⟨...⟩. *Otto.*

? **Argadamia** *opp. Phrygiae.* CASSIOD. hist. 12, 8 Optimus ab Argadamia Phrygiae in Antiochiam Pisidiae migratur. *Socrati Ἀγδαμία. utraque forma videtur corrupta.* *Diehl.*

Argaeī *v.* Argei.

Argaelī, -ōrum *gens Hispaniae Tarraconensis, cf. Hübner, Corp. II 387 et PW. II 684.* CORP. II 5762 (*in Hispania Tarracon., tessera hospitalis*) Caisaros Cecciq(um) pr(inceps*?*) Arcailo(m). *hinc adsumpto cognomine ab* Vxama *cognomine* Barca *distinguebatur* Vxama *altera, cf.* PTOL. 2, 6, 55 *Οὔξαμα Ἀργαῖλαι (vel Ἀργέλαι, Ἀργέλα, Ἀργέλλαι)*: CORP. II 696 (*in Lusitania*) Cornelia G. f. Vxamesis Argelorum. 2907 (*in Hispan. Tarrac.*) T. Magilius Rectugeni f(ilius) Vx(ama) A⟨r⟩gaela (*traditur* Aigaela). INSCR. Ephem. epigr. VIII 1406 (*ibid., saec. I*) Anni⟨us ... Vxama⟩ Arga⟨ela ...⟩. *quid fuerit in titulo fracto* CORP. II 5695 *incertum.* *Otto.*

Argaeus, -ī, *Ἀργαῖος. in libris fere semper* Argeus: **A** *subst.*: **1** *mons Cappadociae*: PLIN. nat. 6, 8 sub monte Argaeo Mazacum (SOL. 45, 4 AMM. 20, 9, 1 MART. CAP. 6, 690). SOL. 45, 4 Argaeus nivalibus iugis arduus ne aestivo quidem torrente pruinis caret. CLAVD. 20, 114 Cappadocum tepidis Argaeus acervis aestuat. 5, 31 Cappadocum volucrumque parens Argaeus equorum. 18, 248 Caucasias captiva bibunt armenta pruinas et Scythicis mutant Argaei pabula silvis. *nota plur.* TERT. anim. 25 si aeris rigor thesaurus est animae, extra Germanias et Scyth⟨i⟩as et Alpes et Argaeos (algeos *Agobardinus*) nemo debuit nasci. *v. Hirschfeld, PW. II 684 sub Ἀργαῖον ὄρος.* **2** *nom. vir.*: **a** *Macedones*: HIER. chron. a Abr. 1333 Maced. V Argaeus a. XXXVIII (GREG. TVR. hist. 1, 17). HIER. chron. a. Abr. 1624 post *Amyntan* Argaeus a. II. IVST. 7, 2, 5 Argaeus ... successorem filium Philippum reliquit (7, 2, 2). EPIT. Alex. Mett. 121 Argaeus imperator sit Paeonibus. **b** *in titulis*: CORP. VI 12299 d. m. Argaeo. X 6638 C 3, 5 (*Antii, Claudianae aetatis*) Argaeus guber(nator) Censorin⟨ianus*?*⟩. VI 22382 diis manibus Mummiae Myroni Argaeus et Ti. Claudius Anoptes coniugi carissimae. CORP. VI 7891 (*e columb.*) M. Allio Argaeo. 200 (*a. 70*) 5, 54 C. Iulius Argaeus. 16719 C. Nummius C. l. Ar⟨g⟩a⟨e⟩us (*trad.* ARCAFVS). 19795 Iulia Beroes l. Olympias C. Iulius Polybii l. Argaeus. 23716 M. Vlpii Aug. lib. Argaei. XIV 3798 (*Tiburi*) C. Marcio Argaeo. III 4021 (*Poetovione*) I. o. m. C. Antonius Arga⟨eus*?*⟩. *cf.* Argeus *sub* Argivus *et* Arcaeus. **B** *adi.*: *ad A 1*: CLAVD. carm. min. 48, 5 sive *equum* Armeniis aluerunt gramina campis turbidus Argaea seu nive lavit Halys. 47, 4 seu te (*sonipedem*) Cappadocum gelida sub valle natantem Argaeae lavere nives. 30, 191 *equos* Phrygiae matres Argaeaque gramina pastae semine Cappadocum sacris praesaepibus edunt.

Argaeis *ab* Argaeus. *cf. Ἀργαΐς. nom. mul.* CORP. VI 12298 d. m. Argaei|s Argia fil(ia). *'num genuinum sit exemplum non omnino certum est' editor.*

Argaithus, -ī, *Gothorum dux.* IORD. Get. 91. *idem appellatur* CAPITOL. Gord. 31, 1 Arguntis (*v. l.* Argunt) Scytharum rex. *Müllenhoff in indice Iordaniano*: 'Argaithus *verum esse nomen*, Arguntis *inde detortum, docet Langobardus* Argait *vel* Argaid *apud Paulum 6, 24*'.

argallicum *v.* alium Gallicum *et* anagallicum.

Argalus, -ī, *Ἄργαλος cf. ἀργαλέος, ut Ἄρπαλος, ἁρπαλέος.* DICT. 1, 9 ex *Lacedaemone* Amyclam natum et ex eo Argalum, patrem Oebali. *v. Hiller v. Gärtringen, PW. II 685.*

Argamonica *gentis nomen videtur esse.* CORP. II 2856 (*Larae*) Ambata Paesica Argamonica Ambati uxor f. c.

Arganthōn, -ōnis, *Ἀργανθών, cogn. vir.* CORP. VI 2997 d. m. Aeli Aug. lib. Arganthonis.

Arganthōnius, -ī, *Ἀργανθώνιος. Tartessiorum rex, v. F. Cauer, PW. II 686.* CIC. Cato 69 expectemus Tartessiorum regis aetatem, fuit *enim* ... Arganthonius (*codd.* argant- *et* archant-) quidam Gadibus, qui octoginta regnaverat annos, centum viginti vixerat. *sim.* VAL. MAX. 8, 13 ext. 4 PLIN. nat. 7, 154. 7, 156. CENS. 17, 3 Arganthonion. *cf.* AVSON. 399, 5. *adi.* **Arganthōniacus**, -ī, *Ἀργανθωνιακός.* SIL. 3, 396 Arganthoniacos armat Carteia nepotes. **Argentōnius**, -a, *nom. gent. et cogn.* CORP. VI 12304 d. m. Argentonio Martiali Ovilavis (*Norici*) ... posuit patronus liberto optimo. 2702 C. Cattio C. f. Aniensi Luciliano Vercellas mil. coh. VIIII pr. (centuria) Argenton. mil. ann. VI. III 5621 (*inter Iuvavum et Ovilava*) Romanus Materni f. vius si(bi) et Romanae Argentoniae con.

Arganthus, -ī, *apud Graecos Ἀργανθών, Ἀργανθώνη, Ἀργανθώνειον ὄρος. mons Bithyniae.* PROP. 1, 20, 33 Arganthi ... sub vertice montis. *v. Hirschfeld, PW. II 686. cf.* Arganthon *et* Arganthonius. *Diehl.*

Argantomagus, -ī *m. celt. nom. vici, hodie* Argenton-sur-Creuse, *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 207.* TAB. Peut. 2, 3 Argantomago. ITIN. Anton. 460, 2 Agrantomago (*sic codd.*). 461, 2 a Burdigala Argantomago (-um *pars codd.*, argentomagum *unus*). 462, 3 Argantomago (-ent- *multi codd.*). VITA Aridii (Mon. Germ. Merov. III 597, 16) 44 adpropinquans cuidam vico Argentomaco. RAV. 4, 40 Argentine. FREDEG. cont. (Mon. Germ. Merov. II p. 189) 129 castra cui nomen est Argentonus in pago Bytorivo. *cf. Krusch ad l. adi.* **Argantomagēnsis**, -e. NOT. dign. occ. 9, 31 Argentomagensis (arm- *cod. V*) armorum omnium *sc. fabrica. fortasse cognatum*: **Argentiolum**, -ī, *hodie* Torienzo *Hispaniae.* ITIN. Anton. 423, 4 Argentiolum. PTOLEM. 2, 6, 28 *Ἀργεντέολα. de aliis* (Argentueil) *v. Holder p. 208.* *V.*

Argaone *abl. flumen Histriae, nunc* Dragogna, *prius* fiume d'Argogna. RAVENN. p. 291, 5. *v. Tomaschek, PW. II 687.*

mons Argaris *Syriae, Gazae vicinus et Anthedoni.* PLIN. nat. 5, 68. *Diehl.*

? **Argassis** *numen Pyrenaeum.* INSCR. Bull. épigr. par Movat V p. 104 Argassi (*potest etiam* Alcassi *esse vel* Aegassi) Geminus Q. Iul. Balbi ser(vus) v. s. l. m. *Otto.*

Argatēs, *Ἀργάτης, cf. Ἀργᾶς. cogn. vir.* CORP. VI 16164 (*periit*) P. Cornelius Argates. *Diehl.*

Argē, Argeadae *v. sub* Argos.

Argeades *fluvius prope Rhegium.* PROB. in Verg. buc. p. 326 H. Varro ... Humanarum XI sic: iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem: Latapadon, Micotes, Eugiton, Stacteos, Polie, Molee, Argeades (Argendes *Vaticanus et ed. princ.*). *Otto.*

Argedudeas *nom. barbarum.* CORP. VIII 454 (*Ammaedarae, christ.*) Argedudeas ⟨...*?*⟩ vixit .... *pro muliere habuit Wilmanns.* 11525 *in memoriam revocaverunt editores* Nargeudud (11477 *christ., vir?*) *et* Nargu(dud) (18587 b 7 *vir*). *Diehl.*

Argēī, -ōrum, *Ἀργεῖοι, graeci homines lustrandae Vrbis causa olim immolati, pro quibus postea scirpeas effigies sacrificare soliti erant. quorum loca aut* Argei *et ipsa appellata aut* Argea. *horum sacrorum quae fuerit origo, alii aliter explicabant, cf.* OV. fast. 5, 621 *sqq.* DION. ant. 1, 38 quaest. Rom. 32 *al.* (*vide Wissowa, PW. II 689*). ENN. ann. 127 libaque fictores Argeos et tutulatos *Numa constituit.* VARRO ling. 5, 45 reliqua urbis loca olim discreta, cum Argeorum sacraria in septem et viginti partis urbi⟨s⟩ sunt disposita. Argeos dictos putant a principibus, qui cum Ercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt. 47 primae regionis quartum sacrarium. 48 Subura, quod sub muro terreo Carinarum; in eo est Argeorum sacrarium sextum. 50 in sacris Argeorum scriptum sic est. 52 dictos enim collis pluris apparet ex Argeorum sacrificiis, in quibus scriptum sic est. 7, 44 Argei ab Argis; Argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXVII; ea quotannis de ponte sublicio a sacerdotibus publice deici (duci *F*) solent in Tiberim. PAVL. FEST. 15 Argeos vocabant scirpeas effigies, quae per virgines Vestalis annis singulis iaciebantur in Tiberim. FEST. 334 sexagenarios ⟨de ponte⟩ ... ⟨alii dicun⟩t morante in Italia ⟨Hercule, quod quidam ei⟩us comitum habitave⟨rint secundum rip⟩am ⟨Tiberis⟩ atque Arga⟨eos se a patria voca⟩verint ⟨Argis*?*⟩, quorum pro⟨pagatam memori⟩am redintegrari eo ge⟨nere sacri. alii, e Graeci⟩a legatum quondam Arga⟨eum temporibus antiqu⟩is Romae moratum esse. ... sunt qui dicant post urbem a Gallis liberatam ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero unus filii pietate occultatus saepe profuerit ⟨pa⟩triae consilio sub persona filii. ... latebras autem eius, quibus ar⟨c⟩uerit senem, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas ideoque arcaea appellata. GLOSS. IV 207, 49 Arg⟨e⟩i simulacra. *sacraria, sacra*: OV. fast. 3, 791 itur ad Argeos (qui sint, sua pagina dicet) hac, si commemini, praeteritaque die. LIV. 1, 21, 5 multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quae Argeos pontifices vocant, dedicavit. GELL. 10, 15, 30 *flaminica Dialis* cum it ad Argeos ... neque comit caput neque capillum depectit. PAVL. FEST. 19 Argea loca Romae appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum inlustres viri. *corrupta* GLOSS. II 19, 15 argiarra *ἀφιδρύματα (ubi* argei *dg*, arae *g*). *Otto.*

Argeia, -ae *v. sub* Argos *p. 533, 25.*

Argela *v.* Argaeli.

Argelius, -ī, *cf.* Argilius. VITR. 7 praef. 12 Argelius *edidit vo-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lumen de symmetriis Corinthiis et Ionico Trallibus Aesculapio, quod etiam ipse sua manu dicitur fecisse. *num idem est qui traditur* 4, 3, 1 Tarchesius? *cf. Fabricius, PW. II 1169 sub* Arkesios. *Diehl.*

argema, (-matos) *n.*, *ἄργεμα, oculorum vitium. casus non inveniuntur nisi* argemata *(l. 11) et vulgariter acc. plur.* argemas *(l. 13).* PLIN. nat. 20, 40 cicatrices oculorum et albugines et argema. 20, 61 omnia oculorum vitia ... argema nubiculas cicatrices adustionesque omnes. 20, 206 argema iumentorum. 22, 55. 159. 25, 144 argema rubens. 28, 65. 95 argema, scabritias, excrescentia in oculis. 28, 171 pterygia et argema. 29, 123 (argemata R^2). 128. 31, 117. MARC. med. 8, 151 leucomata et cicatrices et quae Graeci argemata appellant... extenuat atque persanat *medicina.* PS. PLACIT. 4, 8 argemata. DIOSC. 2, 163 argemas purgat.

argemōn, -onis *f. herba.* PLIN. nat. 24, 176 quae canaria appellatur lappa ... haec est herba argemon, quam Minerva repperit subus remedium. 21, 165 *anemonen silvestrem* errore ducti argemonem putant multi. *v.* argemonion *l. 29.*

argemonia, -ae *f. herba. cf. ἀργεμώνη. traditur* argimonia MARC. med. 8, 79. 15, 91. 16, 42. 20, 115 *passim* PS. GARG. app. 62 p. 210 GLOSS. III 623, 24. *saepius* agrimonia GLOSS. (*vide et nos sub* acrimonia *I p. 431, 66 et sub* acrinomium), *corrupta sunt* amomia *et* agrimina GLOSS. *varia substituuntur nomina, plerumque σὐπατώριον* GLOSS., sarcocolla PS. APVL. herb. 32 MARC. med. 8, 163, arsella PS. APVL. herb. 32. *cf.* ORIB. eup. 2, 34 argimonia, quam rustici lappa inbersa vocant, *cf. tamen* PLIN. *sub* argemon. CELS. 5, 27, 10 p. 204 D. PLIN. nat. 25, 102. 26, 23. 76. 101. 112. 127. 130. 146. 150. *in usu medicinali sunt radix foliaque.*

argemonion, -ī *n. herba.* PLIN. nat. 26, 92 inguinalis, quam quidam argemonion vocant. *cf.* 1 ind. 26, 59 inguinalis sive argemo.

Argendes *v.* Argeades. [*V.*

Argenē superiōris *Persidis provinciae.* TAB. Peut. 12, 2. *Diehl.*

Argenia *v.* Arginna. [*V.*

argennon argentum percandidum PAVL. FEST. 14. *cf. ἀργεννός.*

Argennos, *Ἄργεννος.* **1** PLIN. nat. 5, 135 Mycalae *vicinas insulas* Trogilias tres, Philion, Argennon, Sandalion. **2** *dubitans huc traho* PLIN. nat. 6, 97 *in Carmania* Argennus (argeruus *Paris. 6795*, argenuus *rell.*) portu salubri. *v. Tomaschek, PW. II 705.* **3** *haud magis certa sunt nominis virilis exempla:* CORP. IX 5280 (*ad Truentum*) d. m. s. Anchariae C. ⟨l.⟩ Successae Argenus C. Anchari Perseí ser(vus) conlibertae ⟨b.⟩ m. VIII 17099 (*in provincia proconsulari*) dis manibus sacr(u)m Iul(iae) Amasi(?) Argeni (*lapis* Arceni) f(iliae). *an latet* Arge? **Argennē,** *Ἀργέννη.* CORP. X 6787 (*in Aenaria insula*) Argenne Poppaeae Augustae Augusti liberta Apollini et Nymphis votum l. d. *cf.* CORP. XV 4742 (*in amphora, lectionis incertae*) Arguennae. *cf.* Argynnos. *Diehl.*

Argenta *n. plur. castellum Thessaliae.* LIV. 32, 14, 3 qui Argenta quique Pherinium ... habent aliaque castella iuxta ignobilia.

argentālis *v. sub* argentarius *p. 516, 17.*

Argentānum *opp. in Bruttiis.* LIV. 30, 19, 10 ad Cn. Servilium consulem, qui in Bruttiis erat, Consentia,... Ocriculum, Lymphaeum, Argentanum, Clampetia ... defecere.

Argentaria *v.* Argentorate *et* Argentovaria.

Argentaria *opp. Dalmatiae, cf. Tomaschek, PW. II 705.* TAB. Peut. 7, 1. 2 Argentaria. *Otto.*

argentārius, -a, -um. *primum legitur apud* PLAVT. *Voigt, Über die Bankiers ... der Römer, Abh. d. sächs. Ges. d. Wiss. phil.-hist. Cl. 10 (1888) 515—577. Marquardt, Staatsverw. II 63 sqq. Ruggiero, diz. epigr. p. 657 sqq.*

I *ad argentum signatum i. rem pecuniariam pertinens:* **1** *res:* VARRO Non. 532, 13 ex tabernis lanienis argentariae factae. LIV. 26, 11, 8 tabernas argentarias, quae circa forum Romanum essent. 26, 27, 2 VITR. 5, 1, 2 FLOR. 1, 22, 48 VLP. dig. 18, 1, 32. VARRO Non. 180, 24 ex argentaria trutina. FRONTO p. 74, 19 N. in omnibus argentariis mensulis, perguleis, taberneis, protecteis .... ED. Vlp. 2, 13, 4, 1 argentariae mensae exercitores. COM. inc. Varro Men. 8 nec (haec *codd.*) spes est auxili argentaria. PLAVT. Pseud. 105 auxilium argentarium. 300 inopia argentaria. Epid. 672 opes argentarias. Pseud. 424 commeatum volui argentarium. Epid. 158 de re argentaria iam senatum convocabo in corde consiliarium. Men. 377 ita sunt hic meretrices: omnes elecebrae argentariae (FEST. 76 elecebrae argentariae: meretrices ab eliciendo argento dictae). TER. Phorm. 886 curam ... argentariam. CATO agr. 2, 5 rationes putare argentariam, frumentariam, ... vinariam, oleariam. SVET. Vesp. 1 coactiones argentarias factitavit. IMP. SEV. Vlp. dig. 17, 2, 52, 5 quod quisque socius (*argentariae*) non ex argentaria causa quaesiit. LEX metalli Vip. (Corp. II suppl. 5181) tab. III 1 centesimae argentariae stipulationis (*cf. Mommsen, Hermes 12, 101*). CARM. epigr. 512, 3 Praecilius Cirtensi lare argentariam exhibui artem. *inde appellatur vicus:* AVG. in psalm. (Migne 36, 423 med.) 38, 12 forte non crederes domui tuae propter domesticos tuos: commendares *divitias* ad vicum argentarium. conf. 6, 9, 14 cancellos plumbeos, qui vico argentario desuper praeminent. *cf. etiam p. 516, 35.* **2** *homines:* SCAEV. dig. 40, 7, 40, 8 argentarius coactor (*i. πράκτωρ ἀργυρικῶν* CORP. VI 1923. XI 5285. XIV 2886 *saepius. cf. Mommsen, Hermes 12, 94 sqq.*). CORP. XIV 405 stipulator argentarius. V 5892 P. Tutili Callifontis ... neg(otiatoris) stip(is) arg(entarii) (*'negotiator stipis argentarius scilicet κολλυβιστὴς ἀργυραμοιβός mihi facilius ferri posse videtur quam negotiator stipis argentariae' Mommsen ad h. l.*).

II *ad argentum metallum pertinens:* **1** *res:* PLIN. nat. 34, 177 invenitur autem *sandaraca* et in aurariis et in argentariis metallis (*i. fodinis*). 33, 86. 33, 111. 33, 119. 37, 70 SOL. 4, 3 ISID. orig. 12, 3, 4. INSCR. Bull. archaeolog. munic. Rom. 1887 p. 318 societ. argent. fod. mont. Ilucr. Galena. *at* TERT. apol. 6 video ... in lances ... argentaria metalla producta *i. q. argenti metalli genera.* LEX metalli Vip. (Corp. II suppl. 5181) 47 ⟨scau⟩rias argentarias (*i.* scorias, *σκωρίας cf. Hübner, Eph. epigr. III 180*). *vix recte:* APVL. met. 4, 8 aureorum argentariorumque nummorum ac vasculorum. PLIN. nat. 35, 199 alia creta argentaria appellatur nitorem argento reddens. 17, 45. 35, 44. ind. 35, 58 THEOD. PRISC. eup. faen. 14 APIC. 2, 53. CASS. FEL. 17 p. 24 (argentalis *duo codd.*). PLIN. nat. 34, 97 plumbi argentarii pondo duodena *i. argento similis propter colorem.* 34, 95. 34, 98. ind. 34, 48. 34, 160 fit et alio modo *stagnum adulterinum* mixtis albi plumbi nigrique libris; hoc nunc aliqui argentarium appellant. CORP. VI 43 officinatores monetae aurariae argentariae. VI 298 officinarum argentariarum. VI 282 pondera auraria et argentaria *i. quorum est usus in auro et argento ponderando.* AVG. in psalm. 67, (v. 31) 39 (Migne 36, 836 extr.) in arte argentaria exclusores vocantur, qui de confusione massae noverunt formam vasis exprimere. in psalm. 54, 22 (Migne 36, 643 in.). CORP. XIII 2024 (*Lugud.*) arti(s) arge⟨nt⟩(ariae) exclussor⟨i⟩. *cf. etiam l. 30.* **2** *homines:* IAV. dig. 34, 2, 39, 1 faber argentarius. AVG. conf. 6, 9, 14 in psalm. 85, 12. 134, 23 LEX Burg. lib. const. 10, 2 CORP. III 1652. VI 2226. XII 4474 (*saepius*). AVG. de spir. et lit. 10, 17 exclusores dicuntur quidam artifices argentarii. LEX Burg. lib. const. 21, 2 servum ... aurificum, argentarium, ferrarium. CORP. VI 9950 tritor argentarius. V suppl. it. ed. Pais 215, 4 excúsor argentarius. INSCR. Eph. epigr. VII 518 argentarius caelator. CORP. XIII 1948 negotiator argentar(ius) vasculari(us). *inde appellatur vicus:* AVG. civ. 7, 4 tamquam opifices in vico argentario, ubi unum vasculum, ut perfectum exeat, per multos artifices transit. *cf. etiam p. 515, 79.*

subst. m. **argentārius,** -ī. *ad I 2: scil. negotiator; trapezita:* PLAVT. Curc. 679 argentariis male credi. Pers. 434 faceres, quod partim faciunt argentarii: ubi quid credideris, ... a foro fugiunt. Aul. 527 putatur ratio cum argentario. Asin. 116. 126 Pers. 442 Cas. prol. 25 Curc. 377. VARRO ling. 6, 91 (*e commentario anquisitionis Sergiano*) argentarii tabe⟨r⟩nas occludant. RHET. Her. 2, 19 id, quod argentario tuleris expensum, ab socio eius recte petere possis. CIC. Caec. 16 pecuniam argentario promittit Aebutius. 17 argentarii tabulas (QVINT. inst. 11, 2, 24). 27 argentarius Sex. Clodius. off. 3, 58 qui esset ut argentarius apud omnes ordines gratiosus. VERS. pop. Suet. Aug. 70 pater argentarius *fuit* (*de patre Augusti. cf.* Aug. 3). SEN. contr. 1 praef. 19 omnes res *auctionis cuiusdam* et pretia et emptores ordine suo argentariis recognoscentibus. PLIN. nat. 21, 8 L. Fulvius argentarius ... cum corona rosacea interdiu ⟨e⟩ pergula sua in forum prospexisse dictus. QVINT. inst. 5, 10, 105 argentarius ab argentario solidum petit (*ibid. ter*). SVET. Nero 5 ut ... argentarios pretiis rerum coemptarum ... fraudaverit. VLP. dig. 2, 13, 4, 1 argentarii rationes conficiunt. HERM. dig. 26, 7, 50 argentarius ... celeberrimus. VLP. dig. 17, 2, 52, 5 duo erant argentarii socii. SCAEV. dig. 46, 3, 88 res vendendas per argentarios dedit (*cf.* 5, 3, 18 pr.). GAIVS inst. 4, 126ª si argentarius pretium rei, quae in auctionem venerit, persequatur. CALL. dig. 2, 13, 12 feminae remotae videntur ab officio argentarii (*et saepius apud* ICTOS). SCHOL. Hor. serm. 1, 6, 85 sunt autem argentarii, qui habent summam rerum venalium. *ibid.* argentarium dicimus eum, qui habet summam olivarum (*corruptum procul dubio*), a quo accipiunt foranei; coactorem qui exigit nummos a circumforanis. CORP. VI 9178 L. Suestilius L. l(ibertus) Clarus argentarius ab sex areis sibi et L. Suestilio Laeto nummulario. VI 363 M. Canuleius M. l(ibertus) Philonicus ⟨ar⟩gen⟨t⟩ar(ius) post aedem Castoris. *ad II 2: scil. faber:* GLOSS. argentarius *ἀργυροκόπος.* SCAEV. dig. 44, 7, 61, 1 argentarium vascularium (CORP. VI 9958. V 3428 argent(arius) vasclarius. II 3749). LAMPR. Alex. Sev. 24, 5 claustrariorum, argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal... instituit. VVLG. sap. 15, 9 aurificibus et argentariis. iud. 17, 4 Is. 40, 19 act. 19, 24 AVG. de gen. c. Man. 1, 6, 10 NOT. dign. occ. 11, 74 COD. Theod. 13, 4, 2 (*anni 337*). 12, 1, 37 (*anni 344*). SIDON. epist. 4, 8, 5 COD. Iust. 10, 66 (64), 1. 12, 23 (24), 7, 18 LEX Visig. Recc. 7, 6, 4 LEX metalli Vip. (Corp. II suppl. 5181) 56. CORP. VI 9209 ⟨Ti. Cla⟩udius Hymeneus ⟨au⟩rarius argent(arius). XI 3821. VI 348. VI 4328 *saepius. incertum trapezita an faber an ἀργυροφύλαξ* (*cf.* GLOSS. II 244, 14 argentarius: *ἀργυροφύλαξ*). CYPR. epist. 22, 3 opto vos, Alexium et Getulicum et argentarios et sorores bene valere. CORP. I 1087. VI 5184. IX 4793. X 1914. X 1915. XI 6077 *saepius.*

synonyma: ad I 2: (trapezita, nummularius, mensarius, mensularius; *cf. Marquardt, Staatsverw. II 63 sqq. inprimis p. 65 not. 7*).

f. **argentāria,** -ae. *ad I 1: scil. taberna:* PLAVT. Epid. 199 per myropolia et lanienas circumque argentarias. Truc. 66 circum argen-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tarias scorta ⟨et⟩ lenones qui sedent cottidie. Liv. 9,40,16 dominis argentariarum (-orum *codd.*). 40,51,5 basilicam post argentarias novas. *scil. ars*: Cic. Caec. 10 qui ... Romae argentariam non ignobilem fecit (off. 3,58 Verr. 6,155. 6,165 maximam. Vlp. dig. 2, 13,4,3 Avr. Vict. vir. ill. 72,2). 11 argentaria dissoluta. Vlp. dig. 5,1,19,1 si quis ... argentariam ... administravit. 2,13,4,2 argentaria exercetur (*ibid. saepius*). 2,13,4,5 instrumentum argentariae. Imp. Sev. Vlp. dig. 17,2,52,5 argentariae societas. Vlp. dig. 2,13,6,4 sed et quod solvi constituit, argentarius edere debet: nam et hoc ex argentaria venit. *ad II 1*: *scil. fodina*: Liv. 34,21,7 vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque. Tac. ann. 6,19 aurarias ⟨argentarias⟩que eius ... sibimet Tiberius seposuit. Corp. III 7127 proc(uratori) argentariarum Pannoniarum et Dalmaticarum. III 6575 proc(urator) argentariarum. *n.* **argentārium,** -iī. Gloss. III 313,1 argentarium *ἀργυρωματοφυλάκιον*. Vlp. dig. 34,2,19,8 quod non in argentario pater familias reponebat. Not. Tir. 77,21 argentarium. *Prinz.*

1. Argentārius, -a *nom. gent. ortum ex artis sive collegiorum vocabulo.* Argentasius *v. infra.* Argentarius *homo graecus, rhetor, L. Cesti Pii auditor et imitator*: Sen. contr. 9,3,12 *sq. et passim in* Sen. contr. *et* suas. *idem fortasse est* M. Argentarius *qui epigrammata graeca scripsit, cf. Reitzenstein, PW. II p. 712.* Argentaria Polla, *Lucani uxor*: Stat. silv. 2 praef. genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria, rarissima uxorum, ... imputari sibi voluit. Sidon. epist. 2,10,6 saepe versum Corinna cum suo Nasone complevit, ... Argentaria cum Lucano. carm. 23,165 quid quos duplicibus iugata taedis Argentaria pallidat poetas? Corp. VI 2941 (*titulum neglegenter scriptum descripsit Mommsen*) Ar⟨ge⟩ntasiae (ARGENTASIAE *in lapide*) Nymficeni Septimius Eutychianus mil. cho. XIIII urb. coniuci. 1975 T. Statílius Vol(tinia) Proculus accensus velatus et Argentaria Eutychia parentes. 12300 A⟩rgentario (mulieris) l. ⟨A⟩lexandro. 12301 T. Argentar⟨i⟩us T. f. Ser(gia) Rufus. 12302 d. m. Argentariae Optatae Argentarius Euhodus. IX 1748 (*Beneventi*) Argentaria L. f. Maximilla. II 3283 (*in Hispan. Tarrac.*) L. Argentarius Celsinus, ... L. Argent(arius) Valens. 5493 (*in Baetica*) L. Argentarius Nymphio L. Argentario patri, Arescusae sorori. 614 (*in Lusitiana*) P. Arg. Famelius. 1562. Argentarius *nom. serv.* Corp. IX 715 (*Teani Apuli*) L. Pontio L. l. Argentario.

2. Argentārius *mons Etruriae, hodie* Monte Argentaro. Rvt. Nam. 1,315 tenditur in medias mons Argentarius undas ancipitique iugo caerula curva premit. transversos colles bis ternis milibus artat, circuitu ponti ter duodena patet. ... vix circumvehimur sparsae dispendia rupis. Greg. M. dial. 3,17 e monte qui Argentarius vocatur. ab eodem monte Argentario. *mons Hispaniae, cf. Hübner, PW. II p. 712*: Strabo 3,2,11 *τὸ ὄρος ἐξ οὗ ῥεῖν φασι τὸν Βαῖτιν, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ.* Avien. or. mar. 291 at mons paludem incu⟨m⟩bit Argentarius sic a vetustis dictus ex specie sui: stagno iste namque latera plurimo nitet, magisque in auras eminus lucem evomit, cum sol ab igni celsa perculerit iuga.

argentātus *v.* argento.

Argentea *nom. mul.* Corp. VI †8401 (*a. 577*) Argentea mat(er). 16950 (*fragmentum*) Argentea (*nomen*). Inscr. christ. Rossi II p. 118, 102 (= Carm. epigr. 1336) v. 1 sors tibi sub teneris, Argentea, contigit annis, cuius fausta patrum saecula nomen erant. v. 11. Corp. III 11971 (*in Raetia*) Ar. Tacitus torquatus ... fec. mater karissima et coius Argentia dulcissima. **Argentius** *cogn. vir. et signum.* Avg. epist. 29,12 apud Asnam (*Africae*) ubi est presbyter frater Argentius. Not. Maur. Sitif. 20 Argentius (*episcopus*) Zallatensis. Greg. M. epist. 1,82 (*a. 591*) ab Argentio eiusdem (*sc. Lamigensis, Africae*) civitatis episcopo. 9,37 (*a. 598*) praesentium portitorem Argentium colonum ecclesiae nostrae (*Romanae*). Corp. VI 1058,3,118 (*a. 210*) C. Ligurius Argentius *vigil.* 10268 Argenti have. L. Arrio Horato (*sic*) Eutycheti Acilia Carnus coiugi ... f(ecit). Argentí tu nobis bibes. XV 4177 *et* 4178 (*in amphoris, a. 149*) Callisti Argentius. X 3846 (*Capuae*) Argentii. Brittio Praetextato v. cl. curatori Capuae .... V 6796 (*Eporediae*) d. m. M. Voluseni Marcellini questori, edili ... M. Argentius contubernalis pos. VIII 10891 (*in prov. Numidia*) Arcentium (*nisi corruptum est aut male descriptum*). †18539 Arcentius diacon(us). **Argentillus,** -a *nom. servile.* Argentillus: Corp. VI 15700 L. Clodi L. l. Argentilli ... sibi et suieis (*sic*). 26864 P. Stlaccio Argentillo Stlaccia Salvilla. XI 4245 (*Interamnae*) ⟨T. Antifa⟩no T. l. Argentillo. 4402 (*Ameriae*) T. Travius T. l. Argentill⟨us⟩. 5067 (*Mevaniae*) Cn. Marcius Cn. T. l. Argentilus ovarius. V 1820 (*Gemonae*) ⟨Se⟩x. Lisinius Sex. L(isini) Das⟨i⟩ l. Hilarus v. f., Sex. Lisinius Sex. l. Argentillus. 1829 (*Iulii Carnici*) ⟨Se⟩x. ⟨V⟩otticio Sex. l. Argentillo mag. víc. *idem* 1830. XII 6006 (*Narbone*) ⟨P *?*⟩etroniu⟨s⟩ L. l. Argentillu⟨s⟩. Argentilla: Corp. IX 1749 (= VI 12303, *Beneventi*) d. m. Argentillae coiugi ... Alexander. V 1001 (*Aquileiae*) C. Petronius T. f. IIIIvir ... Petronia C. l. Argentilla. 1846 (*Iulii Carnici*) Argentillae. 7298 (*Segusione*) Iulia Argentillae l. Mucia. 4586 (*Narbone*) Annia L. lib. ⟨A⟩rgentilla. *Otto.*

? **argenteclum** est argenti theca Gloss. V 619,9 (*cf.* argentarium). *videtur esse* argen(ti)thecium.

argenteolus, -a, -um, *postea* argentiolus, *ab* argenteus. Plavt. Rud. 1169 sicilicula (insicula *CD*, insicilicula *B*) argenteola. Fronto p. 157,1 N. lamminae interdum argenteolae in cloacis inveniuntur. *substantive positum*: Schol. Iuv. 14,291 *ad verba* concisum argentum *adnotat* in argentiolos sive nummos.

argenteus, -a, -um. *ab* argentum. Gloss. argenteus *ἀργυροῦς*. argentius *legitur* Corp. XIV 35,5 imaginem Attis argentiam. Qvint. inst. 1,7,16 in iis, quae proximam ab ultima litteram e habebunt et i longa terminabuntur, illam rationem (*Lucilianam*) sequentes utemur e gemina, qualia sunt haec 'aureei argenteei' et his similia: idque ... impedimento erit.

1 *ex argento factus sive totus sive ex parte*: **a** *proprie*: Liv. Andr. carm. 5 argenteo polubro, aureo eclutro. Plavt. Truc. 53 aliquod vasum argenteum. Aul. 343 vasa (Rhet. Her. 1,20. 1,22 Cic. Verr. 5,1. 5,62 Phil. 2,73 inv. 2,116 or. 152 Hor. sat. 2,7,72 Liv. 10,23,12. 26,47,8 Plin. nat. ind. 33,49 *passim*). Varro Gell. 3,14,3 scyphus (Vvlg. I Esdr. 1,10). ling. 9,66 quae ex hisce (*plumbo, argento*) fiant, dicamus plumbea et argentea. Cic. Cat. 1,24 aquila (2,13). Verr. 3,47 hydrias. 3,115 Cupidinem (*sc. statuam.* 6,142. *cf.* Mart. 14,179 Minerva. Svet. Claud. 21 Triton). 5,93 litteris. 5,42 eculeos. Mur. 40 scaenam (Plin. nat. 33,53). nat. deor. 3,84 mensas (Val. Max. 1,1 extr. 3 Petron. 73 Alf. dig. 34,2,28 Gaivs 4,47). 3,30 ut ... nihil esset cereum, ..., item nihil argenteum. Verg. Aen. 8,655 auratis volitans argenteus anser porticibus (*caelatus in scuto*). Ov. met. 10,114 bulla. Liv. 10,44,5 armillis (Val. Max. 8,14,5 Phaedr. append. 15,11). 25,39,13 clupeum (Plin. nat. 35,14). 34, 52,6 clipea (Plin. nat. 8,221). 29,9,2 poculo (Sen. contr. 9,2,6). 37,46,4 supellectilem (Vlp. dig. 34,2,19,8 *saepe apud* Ictos). Vitr. 9 praef. 11 massa. 7,3,9 speculum (Plin. nat. 34,160. 33, 130 Vlp. dig. 34,2,19,8). Mon. Ancyr. 4,51 statuae (Petron. 50 Plin. nat. ind. 33,54 nat. 33,151 Sen. Aug. 52 Dom. 13). 3,5 parmis et hastis (Flor. 1,33,14). Fest. 238 porcam auream et argenteam ...; alteram (-um *cod.*) ex auro, alteram (-um *cod.*) ex argento factam. Val. Max. 7,6,4 templorum ornamenta. Phaedr. 4,3,22 lavationem. Sen. benef. 5,13,3 pyxidem (Plin. nat. 29,126). epist. 76,13 rostrum *navis.* 86,6 epitonia. Cvrt. 4,7,24 pateris (Plin. nat. 8,186). 3,3,9 altaribus (5,1,20). 8,5,4 lamnas (Svet. Cal. 32 Vvlg. exod. 27,17). 8,8,9 lectis (Pap. dig. 33,10,9,1 Vvlg. Esth. 1,6 lectuli). 8,9,22 turibula. 8,9,26 effigies. Mela 3,70 altera (*insula, sc. Chryse*) aurei soli ..., altera (*sc. Argyre*) argentei (Plin. nat. 6,80 Sol. 52, 17). Petron. 27 matellam. 31 craticulam (70). 70 pelve (Pavl. dig. 33,10,3,3). 34 larvam. 33 pinna. 97 lance. 50 corona (Plin. nat. ind. 21,3 coronas foliis argenteis. Acta Arv. a. 81). 29 lares. Plin. nat. ind. 33,10 donis militaribus. nat. 33,151 currus. 33,152 anulos. 33,152 solia (Svet. Nero 30). 33,52 trabes et columnae (Vvlg. cant. 3,10) atque parastaticae. 33,53 apparatu harenae (*sc. ludorum circensium. cf. l. 20*). 33,146 triclinia. 37,105 bratteis. 28,126 cyathus. 33,37 torquibus. 34,163 staticula (Ephem. epigr. V 405, 756 statuncula). 8,12 phaleris. 28,83 bracchiali. 30,138 claustrum. Mart. 14, 120 ligula. Ivv. 6,538 serpens. 11,128 pes *mensae.* Svet. Claud. 16 essedum. Vesp. 2 pocillo. Acta Arv. a. 87 II 37 palmis et coronis (a. 105 II 25). Corp. VI 10229 (*a. 108*) ⟨aure⟩a et argentea omnia. Flor. 1,11,7 armis. 1,37,6 carpento. 2,7,10 baculo. Pavl. dig. 33,10,3,3. *ibid.* 5 crater. Vlp. dig. 34,2,19,12 caccabus. Pap. dig. 33,10,9,1 candelabrum. Vlp. dig. 34,2,19,12 sartago. Marcell. dig. 34,2,6,2 imago (Tert. idol. 4 Corp. XIV 35,5). Scaev. dig. 34,2,38,2 signum. (*praeterea apud* Ictos *commemorantur argentea haec*: apsis, calix, cymbium, donum, iunctura, lucerna, massa, materia, miliarium, pediculi, sigillum, situlus, vasculum, *de quibus v. vocab. iurisprud.*) Apvl. met. 11,10 sistris. 10,18 frenis (Carm. c. pag. 105). 5,1 caelamine (Vvlg. exod. 27,10 caelatura. 38,19 *saepius*). 8,28 stipes. Tert. scorp. 2 deos (8 Vvlg. exod. 20,23 Baruch 6,29 *saepius*). Itin. Silv. 37,1 loculus argenteus deauratus. Amm. 27,12,3 catenis. 16, 5,4 pilam. 19,2,1 urnam. 22,13,3 figmentum. Vvlg. num. 7,13 acetabulum (*saepe*). 10,2 tubas. I par. 28,17 leones. I Esdr. 1,9 phialae. I Macc. 6,12 spolia. II Macc. 2,2 simulacra. act. 19,24 aedes ... Dianae. Avg. civ. 21,26 aedificium. *de nummis*: Varro Non. 520,12 lateres (Plin. nat. 33,56). Varro Charis. gramm. I 105,6 nummum argenteum (argentum *N*). Plin. nat. 33,47 Svet. Aug. 93 Gaivs 1,122 Gell. 16,4,2 (*bis*) Amm. 24,3,3 Vvlg. I reg. 2,36. Pomp. dig. 7,1,28 nomisma. Avg. civ. 4,21 pecuniam (4,28). Colvm. 7,8,2 argentei pondus, denarii. Petron. 33 aureos argenteosque denarios. Plin. nat. 19,38. 19,110. 21,185. *de lithargyro*: Scrib. Larg. 45 spumae argenteae pondo dua. 81. 183 (*passim*). Plin. nat. 28,140. 29,90. 32,85. *nota enallagen*: Ov. met. 2,108 radiorum (*currus solis*) argenteus ordo (Stat. silv. 2,4,12 virgarum argenteus ordo). Liv. 10,39,13 auream olim et argenteam Samnitium aciem. **b** *translate*: Plavt. Pseud. 100 nisi tu illi (*puellae*) lacrumis fleveris argenteis. 45 salutem nusquam invenio ... quam illi (*puellae*) remittam. :: quam salutem? :: argenteam. :: pro lignean salute vis argenteam remittere illi? 347 amicam tuam esse factam argenteam (*i. veniisse*). Most. 621 iuben homini argento os verberarier? :: perfacile ego ictus perpetior argenteos. Ov. met. 1,114 subiit argentea proles. Ivv. 6,24 viderunt primos argentea saecula moechos (Clavd. 22,448).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *argento similis*: PROP. 4,4,25 argentea lilia. OV. met. 10,213 color ... argenteus esset in illis (*liliis; de gemma*: PLIN. nat. 37,146; *de lapide*: PLIN. nat. 36, 137). 2, 536 nam fuit haec quondam niveis argentea pennis ales (*corvus*). epist. 17,71 fulges radiis argentea puris (*luna*). met. 3,407 fons erat inlimis, nitidis argenteus undis (CARM. epigr. 250, 6). PLIN. nat. 24,172 *rodarum* habet .. florem argenteum. 16,77 argenteo folio *herbae*. 4,31 argenteis *aquis* (*sc. Penei; cf. Iliad.* 2, 753 *Πειν*ε*ιῷ ... ἀργυροδίνῃ*). 37,147 argenteo nitore fulgentem *gemmam* (SOL. 33,21). 2,90 candidus cometes argenteo crine. 35,4 aerei ponuntur clipei argentea facie (argenteae facies *codd.*). SIL. 6, 135 est argenteus illis (*frenis*) fulgor. APVL. met. 4,6 undas (MART. CAP. 1, 14). ITIN. Silv. 19, 8 fluvius. ZENO tract. 38 (Migne 11, 485) lac. MART. CAP. 9, 918 plumis. *nota*: HIER. epist. 40,2 quasi non et lucus ideo dicatur, quod minime luceat ... et vulgo Aethiopes vocentur argentei.

subst. m. **argenteus,** -ī. *i. q. nummus argenteus.* [*hisp. vet.* arienzo '*moneta quaedam*'. *M.-L.*]

LIV. 38, 11, 8 pro argenteis decem aureus unus valeret. SEN. benef. 6, 5, 2 pecuniam dicimur reddidisse, quamvis numeraverimus pro argenteis aureos. TAC. Germ. 5 numerus argenteorum. PRISC. metrol. 10 drachma sive argenteus scripuli tres *esse dicitur*. EPIPHAN. metrol. 30 C vero denaria argyrus, id est argenteus existebat. ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat. 39 argenteorum ... multae ... figurae percutiebantur. *ibid.* bis aureum antiqui vocabant argentei medietatem. VOPISC. Aurel. 9, 7 aureos Antoninianos ..., argenteos Philippeos minutulos. CHIRON 911 argentei pondus. AMBR. Ioseph 3, 14 diversitas ... triginta aureorum vel argenteorum. HIER. epist. 14, 5. 22, 33. 57, 7 VVLG. gen. 20, 16. 37, 28 cant. 8, 11 IV reg. 6, 25 Matth. 26, 15 (*saepe*). SVLP. SEV. dial. 2, 1, 8. CASSIAN. inst. 7, 23 *et saepius apud* ECCL.

subst. n. **argenteum,** -ī. VARRO ling. 9,66 aliud enim cum argenteum *dicamus*; nam id tum, cum iam vas; argent⟨e⟩um enim, si pocillum aut quid item; quod pocilla argentea multa, non quod argentum multum. EPIPHAN. metrol. 37 apud Alexandrinos argentea aerea nominantur. CORP. VIII 6983 argenteum in Kapitolio ex sestertium CCC XII mil. *i. thesaurus ex argento.* NOT. Tir. p. 77, 20 argenteum. *Prinz.*

Argenteus *fluvius Galliae Narbonensis, hodie* Argens, *cf. Ihm, PW. II 712.* PTOL. 2, 10, 4 *Ἀργεντίου ποταμοῦ*. LEPID. Cic. epist. 10, 34 ad flumen Argenteum. d. XI K. Iun. ex castris, ex Ponte Argenteo. 10,35 a Ponte Argenteo. PLIN. nat. 3, 35 amnis ... Argenteus.

Argentia *v.* Argentea.

mutatio **Argentia** *in Gallia cisalpina, cf. Hülsen, PW. II p. 713.* ITIN. Burdig. p. 558 mutatio Argentia. *Otto.*

(**argentifex,** -icis) *m. vocabulum inusitatum.* VARRO ling. 8, 62 neque ut aurificem sic argentificem *dici*.

argentifodīna, -ae *f. ex* argenti fodina *hic illic coaluit.* VARRO ling. 8, 62 ubi fodiatur argentum, argentifodinas dici neque, ⟨ubi⟩ fodiatur ferrum, ferrifodinas. 5, 1, 7 quis enim non videt unde argentifodinae (aretofodinae *cod. an* cretofodinae*?*) et viocurus sint derivata. VLP. dig. 27, 9, 3, 6 si cretifodinas, argentifodinas vel quid aliud huic simile *habuit*. GAIVS dig. 3, 4, 1, 1 corpus habere vel aurifodinarum vel argentifodinarum. NOT. Tir. p. 77, 24 argentifodina. GLOSS. IV 167,46 Scaptensulas argentifudinas. *v. etiam sub* fodina.

argentile, -is *n.* GRAMM. suppl. 109, 15 in e correptam omnia nomina latina desinentia neutra sunt, ut sedile ... argentile. *Prinz.*

? **argentilla** *v. sub* apiatus *p. 233, 50.*

Argentilla, Argentillus *v. sub* Argentea.

Argentina *v.* Argantomagus *et* Argentorate.

Argentīnus *deus argento praepositus.* AVG. civ. 4, 21 commendare *homines* ... deo Aescolano et filio eius Argentino, ut haberent aeream argenteamque pecuniam. nam ideo patrem Argentini Aescolanum posuerunt, quia prius aerea pecunia in usu coepit esse, post argentea. miror autem quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea subsecuta est. 4, 28. *Otto.*

argentiolus, Argentius *v.* argenteolus, Argenteus.

Argentiolum *v.* Argantomagus.

Argentius *v. sub* Argentea.

argento, -āvī, -ātum, -āre. *ab* argentum. LEX Corn. Paul. sent. 5, 25, 5 quive aes inauraverit, argentaverit (*sic codd. praeter cod. 31, qui exhibet* inargentaverit). *part. perf. pass.* **argentātus,** -a, -um. 1 *proprie: i. q. argento tectus, ornatus*: ELEG. in Maec. 1, 65 argentata tuos ... talaria talos vinxerunt. VAL. MAX. 2, 4, 6 argentatis choragiis. LAMPR. Hel. 4, 4 sella. 29, 1 *vehiculis*. Alex. Sever. 43, 1 carruchas ... et redas. VOPISC. Aur. 46, 3 carruchas. VEG. mil. 2, 16 cristis. CORP. X 1598b 8 pr⟩omu⟨l⟩sidaria argentat(a). *inde de militibus, quibus scuta sunt argento caelata*: LIV. 9, 40, 3 tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae. 2 *translate*: PLAVT. Pseud. 312 semper tu ad me cum argentata accedito querimonia *i. accedens cum querimonia semper adferas argentum, pecuniam. compositum*: inargentatus. *Prinz.*

Argentomacus, Argentonus *v.* Argantomagus.

Argentorate *vel* **Argentoratus,** -ī *f. Vangionum oppidum, hodie* Strassburg, *Ἀργεντοράτη vel Ἀργεντόρατον. v. Corp. XIII 2 p. 144. Holder I 211.* CORP. inscr. Rhen. 1955 (*Offenburgi*) iter de⟨rectum ab Arge⟩ntorate in R⟨aetiam⟩ A⟨rgentorate m. p. *tot*⟩. TAB. Peut. 3, 4 Argentorate. *cf.* ERMOLD. NIG. (poet. aevi Carol. II p. 84) in laud. Pipini 1, 141 urbs populosa nimis Romano nomine dicta est Argentērāta, nomine digna suo, prosperitate nova Strazburg vocitata manet nunc. AMM. 15, 11, 8 Argentoratus barbaricis cladibus nota. HIER. epist. 123, 16 Argentoratus. *acc. in* -tum: AMM. 16, 2, 12. 16, 12, 1. 17, 1, 13. 17, 8, 1. 20, 5, 5. EVTR. 10, 14, 1 apud Argentoratum Galliae urbem. HIER. chron. a. Abr. 2372 apud Argentoratum (argentarium *cod. F*) oppidum Galliarum (CASSIOD. chron. II 152, 1095). *dat. vel abl. in* -to: AMM. 16, 12, 70 ab Argentorato. COSMOGR. geogr. p. 79, 61 (-tum *cod. Laur.*). ITIN. Ant. 239, 2 (-ata *pars codd.*). 241, 5. 252, 5. 346, 10. 350, 3. 354, 5. 368, 4. 372, 2. 374, 1 *et* 8 (-aco *passim codd.*). (NOT. dign. occ. 12, 27 Argentoratum *restituit Hirschfeld, Corp. XII p. 831*). *adi.* **Argentoratēnsis,** -e. AMM. 17, 1, 1 post Argentoratensem pugnam. NOT. dign. occ. 1, 34 *comes rei militaris* tractus Argentoratensis (5, 130). 27 comitis Argentoratensis. PS. AVR. VICT. epist. 42,13 in campis Argentoratensibus. GREG. TVR. Franc. 10, 19 ad Argentoratensem (-censem *pars codd.*) urbem, quam nunc Stradeburgum vocant. CONC. Mett. a. 590 (Mansi X 461[a]) ad Argentoratensem urbem, quam nunc Strataburgum vocant. CORP. XIII 5966 (*in lamna aurea*) g(enio) c(astrorum) Argent(oratensium) Phrunicus. NOT. Gall. chron. I 592, VII, 2 civitas Argentoratensium (argentoratum, argentariacensium *codd. aliquot*) id est Strateburgo. *idem oppidum nominatur* **Argentaria,** -ae *f.* RAVENN. p. 231, 7 Argentaria, quae modo Stratisburgo dicitur. *quem puto* Argentoratum *et* Argentovariam *confudisse. aliud adi.* **Argentīnus,** -a, -um. ACTA Theodardi (*saec. VIII*) 2, 15 (Acta sanct. 10. sept. III 591[e]) civitatis Argentinae. VITA Deodati (*saec. XI*) 1, 4 (Acta sanct. 19. iun. III 873[b]) Argentinae civitatis. VITA Fridol. (Mon. Germ. Merov. III p. 363) 19 urbem quae apud Latinos Argentina vocitatur *an Straszburg sit maxime dubito. V.*

argentōsus, -a, -um. *ab* argentum. PLIN. nat. 33, 93 ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant. *Prinz.*

Argentovaria *opp. Rauricorum, hodie* Horburg, *cf. Corp. XIII 2 p. 57, Ἀργεντοουαρία.* ITIN. Anton. p. 354 Argentovaria (Argant- *pars codicum*). TAB. Peut. 3, 4 Argentovaria. *eadem* Argentaria: PS. AVR. VICT. epit. 47, 2 apud Argentariam oppidum Galliae. AMM. 31, 10, 8 apud Argentariam. HIER. chron. a. Abr. 2393 Alamannorum XXX circiter milia aput Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata. PROSP. chron. I 460. 1160 CASSIOD. chron. II 153, 1126. IORD. Rom. 312 (*ubi* Argentarium). OROS. hist. 7, 33, 8. *adi.* **Argentariēnsis,** -e. NOT. Gall. chron. I 598, 7 in provincia maxima Sequanorum ... castrum Argentariense (*admodum variant codd.* argentoriense, argentoratinse, argentorate *aliquot*) [id est Argentorato (-te *unus cod.*)]. Argentaria *dicta est etiam* Argentorate, *q. v.* Argentaria *altera in Dalmatia.* *Otto.*

argentum, -ī *n.* [*i. q. osc.* aragetud *abl.* 'argento', *hibern.* argat, *med.* ərəzatəm 'argentum', *cf. c. gr. ἄργυρος, armen.* arcat' 'argentum' *et c.* arguere, *gr. ἀργής. Th.*] VARRO ling. 9, 66 in plumbo, oleo (*del. L. Spengel*), argento, cum incrementum accessit, dicimus [enim] multum oleum (*del. L. Spengel*), sic multum plumbum, argentum; non multa olea (*del. L. Spengel*), plumba, argenta. DIOM. gramm. I 328, 12 item metallica sunt semper singularia, ut aurum, argentum *eqs.* (*cf.* CHAR. gramm. I 550, 23 ASPER gramm. suppl. 43, 26 DONAT. gramm. IV 376, 29 *al.* GLOSS. II 244, 8). *masc.* argentus *v. sub* argentum vivum *p. 528, 70. in quinta versus heroici sede, ut dactylus potius quam spondeus existeret, pronuntiandum ex suae aetatis consuetudine* arigenti *docet* BEDA gramm. VII 250, 24 *sqq. Blümner, Technologie IV 142 sqq. Marquardt, Staatsverw. II 1 sqq. Ruggiero, diz. epigr. p. 662 sqq. Kubitschek, PW. II 714.* [*val.* argint, *it.* argento, *francog.* argent. *M.-L.*]

I ***metallum*:** GLOSS. argentum *ἄργυρος. ἄργυρος ἄσημος.* PLIN. nat. 33, 95 ab his argenti metalla dicantur. 36,199 argenti metalla et auri (36, 195. 37, 202 OROS. hist. 4, 22, 4). VVLG. exod. 35, 24 argenti aerisque metalla. **1** ***natura metalli*:** *terra abditum*: TRAG. inc. 151 argentum penitus abditum. CIC. nat. deor. 2, 98 reconditas auri argentique venas (2, 151 penitus abditas). HOR. carm. 2, 2, 1 argento ... abdito terris. OV. am. 3, 8, 35 Saturnus ... aeraque et argentum cumque auro pondera ferri manibus admorat. SEN. benef. 4, 6, 1 argenti, aeris, ferri immane pondus omnibus locis obruit (obrutum *N*) *deus*. 7, 10, 2 video ferrum ex isdem tenebris esse prolatum, quibus aurum et argentum (epist. 92, 31). 7, 10, 4 possum de rerum natura queri, quod aurum argentumque non interius absconderit ...? (*cf.* epist. 94, 57). epist. 94, 56 pedibus aurum argentumque subiecit calcandumque ac premendum dedit *natura*. frg. de amicit. 3 (97 Haase) in alto latet aurum argentumque. PLIN. nat. 33, 95 non nisi in puteis reperitur *argentum* nullaque spe sui nascitur, nullis, ut in auro, lucentibus scintillis. LVCR. 6, 808 argenti (-a *codd.*) venas aurique secuntur *homines* (CIC. div. 1, 116 nat. deor. 2, 98. 2, 151 PLIN. nat. 33, 95. 33, 98 argenti vena in summo reperta crudaria appellatur. TAC. Germ. 5 nullam ... venam argentum aurumve gignere. VVLG. Iob 28, 1). VERG. georg. 2, 165 haec (*terra*) ... argenti rivos aerisque metalla ostendit venis. AETNA 277 argenti semen. *natura non commutabili*: CIC. nat. deor. 3, 30 si commutabilis esset na-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tura argenti et aeris. *color* (*cf.* HOR. carm. 2, 2, 1 nullus argento color est... abdito terris... nisi temperato splendeat usu): PAVL. FEST. 14 argentum percandidum (AVG. civ. 21, 7 candidum). PLIN. nat. 33, 127 (*p. 524, 22; cf. etiam* CARM. epigr. 1552, A 22 argenti ... candor). 31, 61 decolor species aeris argentive. 33, 58 qui (*color*) clarior in argento est *quam in auro*. 37, 56 pallor argenti. 37, 126 aurum albicare quadam argenti facie cogunt. SIDON. epist. 1, 2, 6 liventis argenti *cf.* MART. 1, 115, 2 candidior puella cygno, argento, nive, lilio, ligustro. APVL. met. 1, 19 fluvius ... ibat argento vel vitro aemulus in colorem. *splendor*: HOR. sat. 1, 4, 28 argenti splendor (*cf. l. 2* MART. CAP. 2, 208). OV. Pont. 3, 4, 23 nitor (SEN. nat. 1, 17, 6 PLIN. nat. 35, 199. 37, 144 HIL. in psalm. 140, 14). met. 2, 4 lumen. SEN. dial. 5, 35, 4 argento parum splendido. PLIN. nat. 37, 99 pusulis argenti modo relucentibus. TAC. Agr. 32 auri fulgor atque argenti. APVL. mund. 26 cuius (*regiae*) tecta fulgerent eboris nive, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. *lentum, molle, ductile*: VERG. Aen. 7, 634 lento ... argento. LVCR. 5, 1269 nec minus argento facere haec (*tela*) auroque parabant *homines* ... nequiquam, quoniam cedebat victa potestas nec poterat pariter (*atque aes*) durum sufferre laborem. PLIN. nat. 33, 98 aurum argentumque quo mollius, eo pulchrius. *inde dictum est*: QVINT. inst. 10, 1, 30 qualis auri argentique, imbellis et potius habenti periculosus *fulgor*. *de argenti diducendi facilitate fusius* TERT. anim. 37. *ducit lineas*: PLIN. nat. 33, 99 lineas ex argento nigras praeduci plerique mirantur (33, 60). AVG. civ. 21, 7 nigrae lineae de candido inprimuntur argento. *calorem permanare patitur*: LVCR. 1, 494 permanat calor argentum penetraleque frigus. 6, 948 frigus item transire per aes ... sentimus ... atque per argentum. *calore liquescit*: LVCR. 5, 1255 manabat venis (venit *codd.*) ferventibus ... argenti rivus et auri *calore liquefacti*. SEN. nat. 2, 31, 1 loculis integris conflatur argentum *fulmine*. PLIN. nat. 2, 137 quo (*fulmine*) ... argentum liquatur (34, 162 liquescat). STAT. Theb. 6, 207 immane liquescit argentum *flammis rogi*. *igne replumbatur, probatur*: *cf. p. 524, 15*. *pondus*: LVCR. 5, 1241 repertumst ... argenti pondus plumbique potestas. VITR. 9 praef. 11 invenit, quantum [ad certum] pondus argenti ad certam aquae mensuram responderet *Archimedes*. *iungitur stagno*: PLIN. nat. 33, 94 plumbum nigrum albo iungitur ... item ... stagno argentum. *rebus variis varie afficitur*: PLIN. nat. 33, 158 argentum medicatis aquis inficitur atque adflatu salso, sicut in mediterraneis Hispaniae. 33, 131 id (*fulgor excaecatus argenti*) autem fit hoc modo: miscentur argento tertiae *sc. partes* aeris Cyprii tenuissimi *eqs.* 33, 132 nigrescit *argentum* et ovi luteo, ut tamen aceto et creta deteratur. 33, 125 hydrargyro argentum inauratur. VVLG. Iac. 5, 3 argentum vestrum aeruginavit. *cf.* prov. 25, 4 aufer rubiginem de argento (*τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον*).

2 ***res pretiosa*** (*argentum sive factum sive infectum*): *numeratur cum rebus variis in divitiis*: RHET. Her. 4, 43 ut si quis aurum aut argentum aut ebur nominet, cum divitias velit nominare. CIC. rep. 1, 27 agros vero et aedificia et pecudes et inmensum argenti pondus atque auri qui bona nec putare nec appellare soleat (HOR. epist. 1, 16, 75 HIER. epist. 66, 11 VVLG. gen. 24, 35 deut. 8, 13). epist. 7, 13, 2 Treviros vites censeo: audio capitalis esse; mallem aere argento auro essent (*cf. p. 524, 52 sqq.*). HOR. epist. 2, 2, 179 gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas, argentum, vestis Gaetulo murice tinctas. LIV. 10, 46, 5 omne aes argentumque in aerarium conditum. 31, 17, 8 aurum, argentum vestemque ... in mare deicerent (*cf.* 31, 17, 5 CVRT. 5, 6, 3 SVET. Aug. 75 COMM. instr. 1, 34, 11 VEG. mil. 1, 13 VVLG. I Macc. 11, 24). VITR. 8 praef. 3 difficilia et cara, uti sunt margaritae aurum argentum (*cf.* PHAEDR. append. 8, 5. 15, 3 SEN. dial. 11, 9, 1. 11, 11, 5 epist. 90, 45 VVLG. I Cor. 3, 12 apoc. 18, 12 HIER. epist. 48, 2 SIDON. epist. 4, 18, 5 *vers.* 15). VAL. MAX. 4, 3, 6 domus eius ... aere et argento et mancipiis Samnitium vacua (*ibid. iterum.* 4, 4, 11 FLOR. 2, 30, 25). 4, 3, 4 donis militaribus et agri centum iugeribus et decem captivorum electione et totidem ornatis equis, centenario boum grege argentoque, quantum sustinere valuisset, donaretur. SEN. dial. 2, 12, 2 his *avaritia est* auri argentique et urbium PETRON. 117 loquatur aurum et argentum fundosque. PLIN. nat. 33, 1 divitiis foditur *tellus* quae rente vita aurum, argentum, electrum, aes. SVET. Ner. 11 *in variis missilibus enumeratur*. VVLG. I Macc. 4, 23 acceperunt aurum multum et argentum et hyacinthum et purpuram marinam et opes magnas. *sic saepe aurum argentumque coniuncta leguntur*: PLAVT. Stich. 374 argenti aurique advexit nimium. :: nimis factum bene. Rud. 396. 546. 1188. 1257. 1295. 1309. CIC. Sull. 25 contemnere omnis libidines, non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere (*cf.* agr. 1, 22). parad. 48 nulla vis auri et argenti pluris quam virtus aestimanda est. epist. 7, 7, 1 in Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti. SALL. Iug. 76, 6 aurum atque argentum et alia, quae prima ducuntur (*cf.* SEN. benef. 1, 5, 2 pro ⟨ma⟩ximis accipiuntur). NEP. Epam. 4, 2 non habet auri atque argenti satis (*cf. subsequentia* orbis terrarum divitias). VERG. Aen. 1, 359 thesauros, ignotum argenti pondus et auri. LIV. 21, 14, 1 argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum conlatum in ignem ... conicientes (*cf.* 28, 23, 4). SEN. contr. 2, 1, 1 divitias putas aurum et argentum ...? VAL. MAX. 1, 6 ext. 2 onustis auro atque argento gazis (*cf.* 4, 3, 13. 8, 15, 10). 9, 4 ext. 1 non sustinuit mergere aurum et argentum. SEN. epist. 110, 14 quae pretium auri argentique vicerunt. dial. 3, 21, 2 acervis auri argentique incubat *avaritia* (*cf.* nat. 3, 15, 3 ex quibus *sc. metallis* petit aurum argentumquc avaritia). 5, 33, 1 extr. ut aurum argentumque in cinere urbium scrutentur. 7, 25, 1 pone in opulentissima me domo, pone ⟨ubi⟩ aurum argentumque in promiscuo usu sit (*cf.* epist. 104, 34) epist. 110, 18 turpe est beatam vitam in auro et argento reponere. 115, 11 admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt (CVRT. 3, 2, 15 studio. APVL. Plat. 2, 25 auri atque argenti habendi cupido). CVRT. 8, 8, 17 nos non auri aut argenti cupidos. 10, 1, 31 auro argentoque repletum esse crediderat *Alexander Cyri sepulcrum*. PLIN. nat. 6, 89 aurum argentumque et ibi (*in Taprobane insula*) in pretio. 33, 4 aurum argentumque caelando carius fecimus. 33, 49 interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet aut argentum. SIL. 11, 38 non largior ulli Ausoniae populo ... aurique argentique modus *quam Capuae*. IVV. 8, 123 tollas licet omne quod usquam est auri atque argenti. VVLG. act. 3, 6 argentum et aurum non est mihi (HIER. epist. 123, 15). HIER. epist. 22, 36 non dico aurum atque argentum et ceteras opes. AVG. civ. 1, 10 non excrucior propter aurum et argentum. *ibid. opp.* aeterna felicitas. *sunt in praeda, imperantur victis*: CIC. rep. 2, 44 maxima auri argentique praeda. LIV. 9, 37, 10 aurum argentumque iussum referri ad consulem, cetera praeda militis fuit. 45, 40, 1 summam omnis captivi auri argentique (21, 12, 5. 26, 49, 6. 27, 49, 6 CVRT. 5, 6, 6. 6, 11, 3 SIL. 13, 356 APVL. met. 7, 13. 4, 18 COMM. apol. 977). 26, 14, 8 iussi ... *sunt* ad quaestores deferre quod auri atque argenti haberent. 28, 36, 3. 45, 24, 12. 45, 34, 2. 45, 34, 4 PLIN. nat. 33, 51 *cf. l. 35*. *sunt in donis, muneribus*: SALL. Iug. 13, 6 OV. Pont. 3, 8, 3 SEN. benef. 1, 12, 2. 5, 6, 2 epist. 115, 5 MART. 5, 59, 1 (*syn.* magna dedit) *et saepius*. *inde translate dictum*: PLAVT. Asin. 155 nec recte quae tu in nos dicis, aurum atque argentum merumst. *argentum auro vilius*: HOR. epist. 1, 1, 52 vilius argentum est auro. OV. Pont. 3, 8, 3 dignus es argento, fulvo quoque dignior auro. PLIN. nat. 34, 1 ante argentum ac paene etiam ante aurum Corinthio *aeri pretium*. 33, 51 equidem miror populum Romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperasse, non aurum. 37, 204 auro ... decumum (demum *B*) vix esse in pretio locum, argento vero, quo aurum emitur, paene vicensimum. HIER. epist. 48, 2 numquid argentum non erit argentum, si aurum argento pretiosius est? AVG. civ. 9, 9 sicut aurum etiam sordidum argento seu plumbo, licet purissimo, carius aestimatur. *inde in imagine*: GERM. 120 postquam argenti crevit deformior aetas. HIER. epist. 48, 3 aurum virginitatem, argentum diximus matrimonium. *nota de argenti vi homini perniciosa haec*: MELA 2, 10 Satarchae auri argentique, maximarum pestium, ignari. PLIN. nat. 33, 95 argenti metalla dicantur, quae sequens insania est. TAC. Germ. 5 argentum et aurum propitiine an irati di negaverint dubito. *contra de utilitate*: CIC. off. 2, 11 quae ... ad vitam hominum tuendam pertinent ... ut aurum, argentum. *de pretio*: VVLG. III reg. 10, 21 non erat argentum *domi Salomonis* nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis (*cf. ibid.* 10, 27). *in comparatione*: DIOM. gramm. I 439, 22 (CHAR. *ibid.* 51, 4) neque aliter barbaram linguam ab erudita quam argentum a plumbo dissociat. *translate*: VVLG. psalm. 11, 7 eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum (*cf.* EVCHERIVS form. Vind. p. 47, 22 *et* GLOSS. IV 20, 17). prov. 10, 20 argentum electum lingua iusti.

3 ***argenti differentiae***: *secundum usum distinguitur argentum infectum, argentum factum, argentum signatum*. SERV. auct. Aen. 10, 526 quidam volunt tria genera argenti vel auri poetam complexum, signatum, factum, infectum: signatum, quod in vasis et signis, ut 'caelati argenti'; infectum, quod in massis, ut 'infectique mihi'. atqui talentum *eqs.* ISID. orig. 16, 18, 13 tria autem sunt genera argenti et auri et aeris, signatum, factum, infectum. signatum est, quod in nummis est, factum est, quod in vasis et signis, infectum, quod in massis est, quod et grave dicitur, id est massa. *argentum infectum*: LIV. 26, 47, 7 argenti infecti (facti *P*) signatique (37, 46, 3). 34, 10, 4 (*opp.* signatum Oscense). 34, 46, 1 (*opp.* bigatum, Oscense). 34, 52, 5 (*opp.* factum, signatum). 36, 40, 12 (*opp.* factum). VLP. dig. 34, 2, 19, 11 infecti ... argenti appellatio rudem materiam continet, id est non factam. 34, 2, 19, 1 (*opp.* factum, pecunia signata). OV. Pont. 2, 8, 5 argentum felix (*de statuis Caesarum argenteis*) ..., quod fuerit pretium cum rude, numen habet (*cf.* CVRT. 5, 2, 11 L milia talenti non signati forma, sed rudi pondere. TERT. anim. 37). ARNOB. nat. 6, 15 aes rude atque in opera nulla confectum, argenti massas indomiti infectumque aurum. *argentum factum*: GLOSS. argentum factum: *ἀργυροῦν σκεῦος*. VARRO ap. Non. 465, 20 argenti facti multitudinem (GELL. 4, 8, 7 IAV. dig. 32, 100, 2 POMP. dig. 33, 10, 1 FLOR. dig. 34, 2, 29 *al.*). CIC. Verr. 6, 63 navis ... plena argenti facti atque signati (*cf.* LIV. 27, 16, 7. 34, 6, 14. 34, 52, 5 SEN. dial. 9, 11, 3 benef. 1, 12, 2. CVRT. 3, 13, 16 *opp.* pecunia signata). 5, 39 optime factum argentum (5, 37). 5, 44 argentum bene factum (3, 83). LIV. 36, 40, 12 argenti infecti factique in Gallicis vasis ... duo milia trecenta quadraginta pondo. 26, 21, 8 argenti aerisque fabrefacti vis. VLP. dig. 34, 2, 27, 6 argentum factum recte quis ita definierit quod neque in massa neque in lamna neque in signato

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neque in supellectili neque in mundo neque in ornamentis insit. SERV. ap. Vlp. dig. 34, 2, 27, 3 aurum vel argentum factum id videri, quo commode uti possumus, argentum autem fractum et collisum non incidere in eam definitionem. VLP. dig. 34, 2, 19, 9 argento facto legato Quintus Mucius ait vasa argentea contineri veluti parapsidas, acetabula, ... non tamen quae supellectilis sunt. *alias* ICTorum *interpretationes vide* dig. 34, 2, 19 *et* 34, 2, 27. *argentum signatum sive numeratum* (*cf. etiam p. 525, 55*): GLOSS. argentum signatum ἀργυροῦν νόμισμα (*cf.* VARRO ling. 5, 169 pecuniae signatae vocabula sunt aeris et argenti haec). CIC. Verr. 6, 63 argenti facti atque signati (*cf. exempla p. 522, 78 sqq.*). LIV. 4, 60, 6 conferre ipsi primi (*patres*) et, quia nondum argentum signatum erat, aes grave ... convehentes ... (28, 38, 5 FEST. 237 CVRT. 8, 12, 15 PLIN. nat. ind. 33, 15 nat. 33, 42 TAC. ann. 6, 17 PAVL. dig. 16, 3, 29 VLP. dig. 34, 2, 27, 4. 47, 2, 19, 3). 24, 47, 14 aeris argentique signati aliquantum. 26, 36, 5 aurum, argentum, ⟨aes⟩ signatum omne (26, 36, 8). 26, 47, 7 argenti infecti (facti *P*) signatique ... pondo (34, 10, 4. 37, 46, 3). 34, 52, 5 aurum argentumque factum, infectumque et signatum. infecti argenti fuit decem et octo milia pondo et ducenta septuaginta, facti vasa multa omnis generis ...; signati argenti octoginta quattuor milia fuere Atticorum; tetrachma (tetrachiã *codd.*) vocant; trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. LIV. 26, 21, 11 extra numeratum *argentum* duodecim milia pondo argenti. *argentum nude positum opponitur pecuniae*: BELL. Hisp. 33, 3 pecuniam et argentum in praesentia familiae donavit. LIV. 28, 38, 5 argenti ... decem quattuor milia pondo trecenta quadraginta duo et signati argenti magnum numerum. 32, 16, 17 pecuniae aurique et argenti haud sane multum fuit. 32, 38, 7 praesentibus aurum atque argentum ablatum, pecuniae imperatae ingentes. 33, 27, 2 argenti viginti milia *pondo*, signati (*om. B*) denarium triginta quattuor milia. 44, 45, 12 pecunia ... et auro argentoque in lembos ... delatis. FRONTIN. strat. 1, 11, 2 quantum quisque numeratae pecuniae aut auri argentique haberet.

differentiae quantitatis: copiosum: APVL. met. 4, 18. grave: VARRO Men. 170 IVV. 11, 41. ingens: VERG. Aen. 9, 466. multum: PLAVT. Rud. 1295. 1309 VARRO ling. 9, 66 SALL. Iug. 13, 6 VVLG. I Macc. 3, 31. 10, 60. nullum aut admodum parvi ponderis: VAL. MAX. 4, 4, 11. omne: PLAVT. Rud. 546 Curc. 71. 491. 669 Pers. 324 CIC. Verr. 5, 36. 5, 50 *saepius*. solidum: VERG. Aen. 9, 355 SIL. 16, 445 LAMPR. Hel. 20, 4. tantum: PLAVT. Pers. 39. tenue: IVV. 9, 31. argenti cumuli: CLAVD. 26, 606. drach⟨u⟩ma: TER. Haut. 601 VVLG. II Macc. 12, 43. didrachma: VVLG. II Macc. 4, 19. gutta: [PLAVT. Pseud. 398]. lamellae: SEN. dial. 7, 21, 3. lammina: OV. fast. 1, 208. libella: PLAVT. Capt. 947 Pseud. 629. libra: VAL. MAX. 5, 1, 1[d] PLIN. nat. 18, 39. 33, 145. 33, 141 MART. 2, 76, 1. 3, 52, 4. 10, 57, 1 SALV. gub. 1, 11. massae: PLAVT. Mil. 1065 CLAVD. 24, 235. medimnum: PLAVT. Stich. 587. mina: PLAVT. Asin. 89. 364. 396. 532. 579. 633. 651. 725. 752 Epid. 114. 366. 467 Most. 1021 Pers. 665. 683 Poen. 467. 1287. 1353 Pseud. 117. 618. 718. 732. 753. 1149 Trin. 1082 Truc. 580. 739 Vid. 83. mna: VVLG. I Esdr. 2, 69 II Esdr. 7, 71. modius: IVV. 3, 220. montes: PLAVT. Mil. 1065. multitudo: VARRO ap. Non. 465, 20. numerus: VVLG. Sir. 51, 36 in multo numero argenti. nummus: PLAVT. Asin. 487. 852 Aul. 108 Most. 1080 Pseud. 97. 299. pars: PLAVT. Pseud. 1322 (de argento *A*). pondo: CAES. civ. 2, 18, 4 SALL. Iug. 62, 5 LIV. 1, 55, 8. 22, 23, 6. 30, 16, 12 *saepissime. v. Fügner, lex.* VAL. MAX. 2, 9, 4 PLIN. nat. 33, 17. 33, 55. 33, 53 MART. 7, 53, 12 QVINT. inst. 7, 6, 11 FLOR. 1, 13, 22 ICti *saepe*. VVLG. iud. 9, 4 AVG. civ. 5, 18 CORP. VI 10229, 127/128. XI 6481, 3. pondus: SIS. hist. 101 magnum (CIC. Att. 13, 45, 3 epist. 10, 32, 1 CAES. civ. 3, 96, 1). CIC. rep. 1, 27 inmensum (HOR. sat. 1, 1, 41). Verr. 2, 91 grande (Caecin. 12). 3, 176 maximum. Phil. 2, 66 permagnum. SALL. Iug. 29, 6 parvum. CVRT. 3, 11, 20 ingens (QVINT. decl. 252 p. 32, 23. 316 p. 245, 29). TAC. hist. 3, 58 ann. 2, 60. 3, 53 ICti. TERT. anim. 37 certum. HIER. epist. 66, 8 VVLG. deut. 17, 17 I par. 28, 14 *saepius*. PRISC. laud. Anast. 163. scripulum: CIC. Att. 4, 16, 7 VAL. MAX. 4, 4, 9. selibra: MART. 10, 14, 8. siclus: VVLG. gen. 23, 16 exod. 21, 32 *saepe*. stater: VVLG. I reg. 9, 8. summa: LIV. 38, 55, 8. talentum: TVRP. com. 36 PLAVT. Asin. 193. 500 Merc. 89 Most. 913 Rud. 1318. 1344. 1375. 1380 Truc. 952 TER. Phorm. 789 VERG. Aen. 5, 112. 5, 248. 10, 525. 10, 530 LIV. 1, 53, 3. 21, 61, 11. 22, 31, 2 *saepissime, v. Fügner, lex.* CVRT. 5, 2, 11 SIL. 11, 263 VVLG. exod. 38, 26 III reg. 20, 39 (*saepe*). OROS. hist. 4, 11, 2. vehiclum: PLAVT. Pers. 782. vis: CIC. Tusc. 5, 91 parad. 48 Manil. 22 prov. 4 LIV. 38, 59, 2. *per ellipsin*: LVCIL. 978 argenti sescentum ac mille reliquit. LIV. 31, 49, 2. 40, 38, 6. aliquantum: PLAVT. Most. 354. id: APVL. flor. p. 87 Oud. quantillum: PLAVT. Capt. 193 Pseud. 1192. quantum: TER. Phorm. 557. quicquam: PLAVT. Most. 302 LIV. 40, 34, 8. quid: LIV. 22, 52, 5. tantum: PLAVT. Epid. 309 Most. 211 TER. Ad. 192 Phorm. 955 LIV. 38, 59, 8. tantundem: PLAVT. Pseud. 1206 LIV. 39, 42, 4. *nota distinctionem argenti publici et privati*: LIV. 21, 13, 6 aurum et argentum omne publicum privatumque. LEX Iul. ap. Vlp. dig. 38, 13, 1 neve quis in aurum argentum aes publicum quid indat. *in nummis saepe occurrunt formulae* argento publico *sive* ex argento publico; *neque tamen eae nisi circa annum 670 in usu fuisse videntur; cf. Mommsen, Gesch. d. röm. Münzwes. p. 378 not. 36 et p. 453.*

4 ***usus***: *generalia*: PLIN. nat. 7, 197 argentum invenit Ericthonius Atheniensis, ut alii, Aeacus. HYG. fab. 274 p. 149 Indus rex in Scythia argentum primus invenit, quod Ericthonius Athenas primum attulit. CASSIOD. var. 4, 34, 3 argentum Indus rex Scythiae reperisse et humano usui summa laude tradidisse *dicitur*. TAC. ann. 3, 70 promiscum ad usum argenti (*cf.* HOR. carm. 2, 2, 1 SALV. gub. 1, 10). *eruitur*: VARRO ling. 8, 62 ubi fodiatur argentum (LIV. 28, 3, 3 VITR. 8, 3, 5 PLIN. nat. 2, 158. 6, 74). AETNA 277 quaeritur argenti semen (*cf.* TAC. ann. 11, 20). MANIL. 5, 532 *ille* venam ... latentem *argenti* eruet. PAVL. FEST. 331 argentum effoditur. SEN. dial. 11, 9, 1 non auri argentique venae eruuntur (PLIN. nat. 33, 52). CATO orig. frg. 93 argenti fodinae (VARRO rust. 1, 2, 22 VITR. 7, 7, 1 PLIN. nat. 33, 98). LIV. 45, 29, 11 metalla quoque auri atque argenti non exerceri (PLIN. nat. 6, 74. 33, 101. 33, 113. 33, 158 VVLG. I Macc. 8, 3). *igne replumbatur, probatur* (*de argento infecto v. etiam sub 3 p. 522, 65 sqq.*): MANIL. 5, 532 *ille* coquet argenti glebas. SEN. nat. 4, 2, 18 argentum replumbatur *calore* (*cf.* VLP. *ex Celso* dig. 34, 2, 19, 3). PLIN. nat. 33, 95 excoqui (*cf.* VVLG. Is. 48, 10) non potest nisi cum plumbo nigro aut cum vena plumbi. *ibid.* eodem opere ignium discedit pars in plumbum, argentum autem innatat superne, ut oleum aquis (*cf.* 34, 159). 33, 127 argenti duae differentiae. vatillis ferreis candentibus ramento inposito, quod candidum permaneat, probatur (VVLG. prov. 27, 21 in conflatorio. 17, 3 igne). proxima bonitas rufo, nulla nigro. *ibid.* est aliquod experimentum politi argenti. VVLG. psalm. 11, 7 igne examinatur (65, 10). Zach. 13, 9 uritur. Mal. 3, 3 emundans argentum. *cf. ibid.* colabit eos ... quasi argentum. *argentum excoctum nominatur*: electum (VVLG. prov. 8, 19. 10, 20), primum et purissimum (VVLG. prov. 3, 14), probatum (VVLG. I par. 29, 4), probum (LIV. 38, 38, 13), purum (*v. l. 28* OROS. hist. 4, 11, 2; purum putum: ALF. ap. Gell. 7, 5, 9; *alio sensu v. p. 525, 83*), pustulatum (SVET. Ner. 44 *cf.* MART. 7, 86, 7. ARIST. probl. 24, 9 p. 936 B 25 ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ἀργύριον ταὐτὸ (*sc.* ἐκπαφλάζει) καὶ τοῦτο καθαιρόμενον), pusulatum (ALF. dig. 19, 2, 31), putum (GELL. 7, 5, 9 argentum ... putum dictum est quasi exputatum excoctumque omnique aliena materia carens omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum et candefactum. ALF. *ibid.* 1 putum esse valde purum), replumbatum (VLP. dig. 34, 2, 19, 4); *cf. etiam sub 2 p. 522, 54. contra* argentum sordidum (*de scoriis*): VVLG. prov. 26, 23. reprobum: VVLG. Ier. 6, 30. PLIN. nat. 33, 69 argentum, quod exit a fornace, *in quo aurum coquitur*, sudorem *vocant* (*cf.* 33, 80 omni auro inest argentum vario pondere *eqs.*). 34, 132 in argenti fornacibus. *cf.* 34, 100. 34, 173. *quid, cum argentum excoquatur, efficiatur*: PLIN. nat. ind. 1, 35 de scoria argenti (*saepe; v. sub* scoria). *ibid.* de spuma argenti (*saepe; v. sub* spuma). nat. 33, 106 chrysitis ex vena ipsa fit, argyritis ex argento. *de scoriae vilitate translatum*: VVLG. Ezech. 22, 18 scoria argenti facti sunt *filii Israel*. Is. 1, 22 argentum tuum versum est in scoriam (*i. bona in mala*). *conflatur* (*de argento facto v. etiam sub 3 p. 522, 75 sqq.*): GAIVS dig. 41, 1, 7, 8 argentum conflaverunt (VVLG. II par. 34, 17 Ezech. 22, 22). PAVL. dig. 6, 1, 4 confundendum id argentum curavit. POMP. dig. 41, 1, 27, 1 si tuum scyphum ... alieno ... argento ferruminaveris. 1, 2, 2, 30 triumviri monetales aeris argenti auri flatores. CORP. VI 1283 IIIvir a(eri) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo). *cf.* VI 32412 (*saec. III in.*). XIV 3608 *et p. 521, 52. conflatur cum aliis metallis in unam massam*: VITR. 9 praef. 12 argenti in auro mixtionem (*cf. ibid.* 10). PLIN. nat. 37, 49 in Corinthiis aes placet argento auroque mixtum (*cf.* 33, 46 FLOR. 1, 32, 7 QVINT. inst. 8, 2, 8). 9, 139 argentum auro confundere, ut electra fiant (33, 80. 34, 5). *inde dictum* IVV. 9, 31 argentum ... venae secundae (SCHOL. 'aerosum'. *cf.* VVLG. prov. 3, 14 argenti et auri primi et purissimi.) *dolo malo*: SVET. Vit. 5 pro ... auro et argento stannum et aurichalcum supposuisse. FLOR. dig. 34, 2, 29 si quando alterius generis materia auro argentove iniecta sit.

specialia: *usus ad ornandum*: CAT. 64, 44 sedes ... fulgenti splendent auro atque argento. LVCR. 2, 27 nec domus argento fulget auroque renidet (*cf.* HOR. carm. 4, 11, 6). CAES. Gall. 6, 28, 6 haec (*cornua*) ... ab labris argento circumcludunt (*cf.* VEG. mil. 3, 5 cornu ... argento nexum). TIB. 1, 2, 67 ille (*vir*) ... totus et argento contextus, totus et auro. LIV. 26, 11, 9 multo auro argentoque id (*templum*) exornatum. VAL. MAX. 2, 4, 6 quam (*scaenam*) totam argento C. Antonius ... praetexuit. SEN. dial. 1, 6, 3 auro illos (*homines*) et argento et ebore adornavi. CVRT. 3, 3, 20 hastas argento exornatas (*cf.* 8, 5, 4 loricas. 8, 8, 16 arma. 10, 1, 24 currus). 8, 13, 7 arma ... argento distincta. TAC. hist. 1, 57 insignia armorum argento decora. SVET. Caes. 67 argento et auro politis armis. FLOR. 1, 24, 16 elephantis ... auro, purpura, argento et suo ebore fulgentibus. PAP. dig. 33, 10, 9, 1 Vlixem ex auro et argento lectum ... ornasse. *ibid. mensas* vel argenteas vel argento ... inclusas. VLP. dig. 34, 2, 19, 13 gemmas inclusas argento auroque. VVLG. exod. 38, 17 columnas ... vestivit argento. HIER. epist. 130, 14 ebore argentoque valvas ... distinguant.

ad varias res fabricandas: MANIL. 4, 249 quicquid et argento fabricetur (VVLG. Baruch 3, 18 qui argentum fabricant). SEN. epist. 110, 14 opes urbis caelatas et auro et argento. PLIN. nat. 33, 4 aurum argentumque caelando carius fecimus. 33, 154 mirum auro caelando

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neminem inclaruisse, argento multos (*cf.* 34, 85 argenti caelatores. 34, 91). STAT. silv. 1, 3, 50 quicquid ... argento primum vel in aere minore lusit ... manus *artificis*. QVINT. inst. 2, 21, 9 caelatura, quae auro, argento, aere, ferro opera efficit. CELS. dig. 33, 10, 7, 1 nunc ex ebore ... et argento *utuntur supellectili*. APVL. flor. p. 51 Oud. plurima auri et argenti ratio in lancibus, speculis, poculis et cuiuscemodi utensilibus. VVLG. exod. 35, 32 faciendum opus in auro et argento et aere. II par. 2, 7 qui (*vir*) noverit operari in auro et argento. VARRO ap. Gell. 3, 14, 3 argentum (-ti *codd.*) ..., quod in eo scypho inest. VERG. Aen. 5, 267 cymbia ... argento perfecta. 9, 261 argento perfecta atque aspera signis pocula (SIL. 14, 661). OV. met. 8, 668 caelatus eodem sistitur argento crater (*cf.* PERS. 2, 52 crateras argenti). LIV. 45, 33, 5 vasorum ex auro et argento ... factorum (PLIN. nat. 33, 140 GAIVS inst. 2, 79). 22, 52, 5 ad vescendum facto *argento*. CVRT. 8, 12, 16 convivalia ... ex auro et argento vasa (PLIN. nat. 33, 139). PLIN. nat. 33, 145 factae sunt lances e centenis libris argenti. 33, 146 repositoriis argentum addi ... coeptum. ALF. dig. 19, 2, 31 cum argentum pusulatum fabro daretur, ut vasa fierent. CIC. div. 1, 79 hanc speciem Pasiteles caelavit argento. VERG. Aen. 8, 673 argento clari delphines *caelati in clipeo* (*cf.* OV. met. 5, 188 STAT. Theb. 4, 169). OV. Pont. 2, 1, 37 argento versos imitantia muros ... oppida. 2, 8, 5 argentum felix (*de Caesarum statuis argenteis*). met. 2, 4 argenti bifores radiabant lumine valvae. LIV. 28, 45, 12 simulacra spoliorum ex mille pondo argenti facta (*cf.* SEN. epist. 31, 11 CVRT. 3, 3, 16 PLIN. nat. 35, 158 TAC. ann. 13, 10 PLIN. epist. 4, 7, 1 paneg. 55 SVET. Ner. 32 SCAEV. dig. 34, 2, 38, 2 APVL. met. 11, 17 TERT. spect. 2 idol. 3 nat. 1, 12 COMM. apol. 749. VVLG. Is. 2, 20 idola argenti sui; *cf.* 30, 22. 31, 7). FEST. 238 alteram (*porcam*) ex argento factam. PLIN. nat. 21, 6 Crassus ... argento auroque folia imitatus. APVL. met. 5, 1 qui magnae artis suptilitate tantum efferavit argentum. VARRO Men. 170 scuta caelata Hiberon argento gravi (*cf.* LIV. 9, 40, 2). LVCR. 5, 1269 nec minus argento facere haec (*tela*) auroque parabant *homines* ... nequiquam. VERG. Aen. 5, 307 caelatam ... argento ... bipennem (SIL. 16, 445). 7, 634 ocreas lento ducunt argento. 9, 355 multa solido argento perfecta ... armaque craterasque simul (*cf.* CVRT. 9, 3, 21). PLIN. nat. 33, 152 capuli militum ... caelentur argento. IVV. 11, 109 argenti quod erat, solis fulgebat in armis. *inde dictum* LIV. 9, 40, 4 horridum militem esse debere, non caelatum auro et argento. LIV. 22, 52, 5 quod (*argentum*) plurimum in phaleris equorum erat. SVET. Aug. 25 phaleras et torques, quicquid auro argentoque constaret. APVL. Socr. p. 173 Oud. ex auro et argento et gemmis monilia variegata. LIV. 22, 1, 17 Iunoni ... ex argento dona darentur. PLIN. nat. 19, 87 ut ... beta ex argento *dicaretur*. SEN. nat. 1, 17, 8 specula ... auro argentoque caelata sunt. *inde ludens verbi* argentum *ambiguitate* PLAVT. Most. 268 ut speculum tenuisti, metuo ne olant (oleant *codd.*) argentum manus: ne usquam argentum (*i. pecuniam*) te accepisse suspicetur Philolaches. PLIN. nat. 33, 144 lectos vero *scimus* iam pridem mulierum totos operiri argento, quaedam et triclinia. quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio. PLIN. nat. 33, 140 at nos carrucas argento caelare invenimus. FEST. 364 *et* CVRT. 3, 3, 12 vehiculum. CARM. c. pag. 103 iuga. PLIN. nat. 16, 172 ludicrae *tibiae* e loto ... et argento fiunt; *cf.* 33, 146. PLIN. nat. 33, 153 stratas argento mulierum balineas.

ad monetas cudendas (*de argento signato v. etiam sub 3 p. 523, 7 et p. 524, 51 sqq.*): VARRO ling. 5, 174 libella ... erat ex argento parva. CIC. leg. 3, 6 'aes, argentum aurumve publice signanto'. epist. 13, 29, 4 cum signaretur argentum Apolloniae (PLIN. nat. 33, 44 TAC. hist. 2, 82). LIV. 32, 2, 2 pecunia Romae mutua sumpta intertrimentum argenti expleverunt. FEST. 213 noxii pecore multabantur, quia neque aeris adhuc neque argenti erat copia. LVCAN. 6, 404 fudit et argentum flammis aurumque moneta fregit. IVV. 14, 291 concisum argentum in titulos faciesque minutas. *cf. etiam* TER. Haut. 740 argentum cudo (*in imagine*). *penditur pondere: cf. sub 3 p. 523, 40 sqq. et praeterea*: PLIN. nat. 12, 29 utrumque (*piper*) ... pondere emitur ut aurum vel argentum. 12, 117 *balsamum* duplo rependebatur argento (-tum *codd.*). 36, 129 pondus ... *magnetis Aethiopici* argento rependitur. VVLG. Is. 46, 6 argentum statera ponderetis. 55, 2 appenditis (I Esdr. 8, 25 *saepius*). Sirach 6, 15 ponderatio.

notabilia de usu: PLIN. nat. 33, 131 tinguit Aegyptus argentum, ut in vasis Anubim suum spectet, pingitque, non caelat argentum. TAC. hist. 4, 53 iniectae fundamentis *templi* argenti aurique stipes et metallorum primitiae, nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur. FLOR. 1, 31, 10 in armorum officinis aurum et argentum pro aere ferroque conflatum est.

II *opus argenteum*: GLOSS. argentum ἀργυρώματα. *de argento facto cf. etiam sub 3 p. 522, 75 sqq., de usu Marquardt, Privatl. II² p. 680 sqq. et 695 sqq. de verbi* argentum *ambiguitate cf. inprimis* CIC. top. 13 *et* 53 QVINT. inst. 5, 10, 62. 5, 14, 26. 7, 9, 9 *et* PAVL. dig. 32, 78, 4 cur argenti appellatione etiam factum argentum comprehendetur?

argentum factum est aut caelatum (*syn.* asperum; *cf. p. 526, 11*) *aut purum* (*sive leve sive rasile i. non caelatum*): CIC. Verr. 2, 91 argenti optimi caelati grande pondus. 3, 35. 3, 46. 3, 129. 5, 41. 5, 51. 5, 52 S. Rosc. 133 frg. orat. 8, 9 M. VERG. Aen. 10, 526 LIV. 45, 39, 5 PLIN. nat. 33, 148. 37, 12. *incertum an huc pertineat* PHAEDR. 5 prol. 7 adscripserunt ... trito Myronem argento, *quod sunt qui malint interpretari* 'consulto detrito, ut vetustatis speciem acquireret'; *at cf. Friedländer ad* MART. 4, 39, 2, *Blümner, Technol. IV 264.* CIC. Verr. 5, 49 cenabat apud eum; argentum ille ceterum purum apposuerat (5, 52). IVV. 9, 141 argenti vascula puri (10, 19). PLIN. epist. 3, 1, 9 in argento puro et antiquo. *cum ambiguitate*: MART. 4, 39, 9 argentum tamen inter omne miror, quare non habeas, Charine, purum (*cf.* 1, 77, 6 cunnum Charinus lingit). IVV. 14, 62 hic leve argentum, vasa aspera tergeat alter. VELL. 2, 56, 2 argento rasili.

secundum usum argenti facti distinguitur: argentum potorium: POMP. dig. 34, 2, 21 PAVL. dig. 34, 2, 32, 2 MODEST. dig. 33, 10, 8 CORP. VI 6716. 8729. 8730. 10229 *l.* 38. escarium: PAVL. dig. 34, 2, 32, 2 VLP. dig. 34, 2, 19, 12 CELS. dig. 33, 10, 7, 2. CORP. VI 10229 *l.* 38 ⟨argenti es⟩cari et potor(i). escale: MODEST. dig. 33, 10, 8. balneare: SCAEV. dig. 34, 2, 40, 1 ap. Paul. dig. 34, 2, 32, 7. mensale: VOPISC. Tac. 10, 9. viatorium: SCAEV. dig. 34, 2, 40 pr. quod in mundo est: POMP. dig. 34, 2, 1, 1. muliebre: VLP. dig. 33, 7, 12, 47. scaenicum: CORP. VI 8731 (*cf.* ALF. dig. 34, 2, 28 quod commodare ad ludos et ad ceteras apparationes soleret). venale: PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 id argentum, quod negotiandi causa venale proponi soleret. *inde in* INSCR. *saepe legitur* ab argento potorio, ad argentum potorium, *sim., praeterea* supra argentum, ab argento, ad argentum *de servis, quibus eae res custodiendae traditae erant; cf. Kubitschek, PW. II 713.*

de variis operibus argenteis (*de forma usuve non constat*): CIC. Tusc. 5, 62 plenum artis argentum. Verr. 3, 35 non solum Heraclium divitem, sed etiam ornatum supellectile, argento, veste, mancipiis (*cf.* 4, 9. 5, 34. 6, 80 Vatin. 31 de orat. 1, 161 Att. 11, 25, 3 *saepius*). BELL. Hisp. 33, 3 pecuniam et argentum in praesentia familiae donavit. VERG. Aen. 3, 466 ingens argentum Dodonaeosque lebetas. HOR. epist. 1, 6, 17 i nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artis suspice. LIV. 45, 42, 4 comites, pecuniam, argentum, instrumentum, quod haberet. VAL. MAX. 4, 4, 3. 5, 6, 8. PHAEDR. 5 prol. 7 adscripserunt ... trito Myronem argento (*cf. l. 2 sqq.*). SEN. benef. 6, 4, 5 argentum, quod non emeras, possides (*cf.* IVV. 7, 133 VLP. dig. 19, 5, 20, 2 AFR. dig. 17, 1, 34 pr.). epist. 5, 3. 95, 73. dial. 11, 11, 3 antiquis nominibus artificum argentum nobile. PETRON. 52 in argento plane studiosus sum. 37 SIL. 16, 554. MART. 8, 6, 3 argenti furiosa sui ... stemmata narrat. 8, 34, 1 archetypum Myos argentum te dicis habere. 11, 70, 7 si te delectat numerata pecunia, vende argentum, mensas, murrina, rura, domum. 4, 88, 3 argenti sex scripula Septiciani. 3, 62, 4. 3, 41, 2. 4, 39, 1. 5, 59, 1. 6, 50, 4. 7, 53, 12. 8, 71, 1. 10, 57, 1. 13, 48, 1. IVV. 1, 76 argentum vetus. 11, 41 grave. 9, 31 tenue ... venaeque secundae (*cf. p. 524, 58*). 12, 43 FLOR. 2, 20, 10. AFR. dig. 47, 2, 62, 7 si ... ei custodiam argenti ... vel nummorum commiserit. VLP. dig. 6, 1, 3, 2 meum et tuum argentum in massam redactum est. AFR. dig. 17, 1, 34 pr. pecuniam ex argento redactam. APVL. met. 1, 21 faenus ... sub arrabone auri et argenti crebriter exercens. NOT. dign. or. 13, 29 primicerium scrinii argenti (occ. 11, 95 *et* COD. Iust. 12, 23 (24), 7, 16 ab argento). CORP. VI 4231 Apollonius ab ar⟨gento⟩. 5186 *saepius*. VI 4426 Idaeus Valeriae Messalin(ae) supra argentum. VI 3941 Hilarus Liviae Gugetianus ad argent(um). *cf.* 4425. 5746 *saepius*. *de statuis*: PLIN. paneg. 52 omnes gradus totaque area hinc auro hinc argento relucebat. *de tibia*: PLIN. nat. 16, 170 ut venia sit argento iam potius cani. *de capsula*: PLIN. nat. 28, 261 spuma ... inclusa argento. *de fibula*: PLIN. nat. 33, 152 paedagogia in transitu virilitatis custodiantur argento. *de fistula aquaria*: STAT. silv. 1, 5, 48 argento felix propellitur unda. *de labro*: STAT. silv. 1, 5, 49 argento ... cadit *unda*. CLAVD. 18, 107 dominae ... lavanti ... in argento lympham gestabat. SIDON. epist. 4, 8, 5 *vers.* 12 candor in argentum mittitur e facie. *de supellectili*: PLAVT. Pseud. 162 tu argentum eluito, idem exstruito (*cf.* SEN. dial. 7, 17, 2 collocatur ..., struitur. 10, 12, 5 ordinent). VARRO ling. 9, 46 abacum argento ornari (CIC. Tusc. 5, 61 *cf.* MART. 12, 66, 7). RHET. Her. 4, 64 argentum, quod erat expositum, visit, triclinium stratum probat (*cf.* CIC. Verr. 5, 33. 5, 62 CAES. civ. 3, 96, 1 HOR. sat. 2, 3, 143). CIC. Verr. 5, 33 neque ab argento digitum discedere. Phil. 2, 66 *saepius*. VERG. Aen. 1, 638 instruitur ... ingens argentum mensis. SEN. Thy. 913 capaci ducit argento merum. epist. 119, 13 quali mensa, quali argento. 5, 6 dial. 11, 12, 3. 9, 1, 7 argentum grave rustici patris sine ullo nomine artificis. PETRON. 22 cecidit etiam mensa cum argento. 34. 67 argentum composuit *Fortunata*. PLIN. nat. 33, 143 eodem ... argento ... cenitavisse. PLIN. paneg. 49. VLP. dig. 13, 6, 6, 14 ut triclinium tibi sternerem et argentum ad ministerium praeberem. GAIVS dig. 44, 7, 1, 4 si ... argentum ... peregre proficiscens secum portare voluerit (GAIVS inst. 3, 196 LAMPR. Alex. Sev. 41, 4). APVL. met. 2, 19 argentum clarum. *nota*: PETRON. 56 'argentum sceleratum': allata est perna, super (supra *cod.*) quam acetabula erant posita.

III *pecunia*: GLOSS. argentum ἀργύριον.

1 *de nummis argenteis*: *de argento signato cf. etiam p. 523, 7 sqq.; de usu ad monetas cudendas cf. p. 525, 55.* argentum *de uno*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nummo argenteo nunquam dictum est. PLIN. nat. 33, 42 populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. 33, 44 argentum signatum *est* anno urbis CCCCLXXXV Q. Ogulnio C. Fabio cos., quinque annis ante primum Punicum bellum. *cf.* LIV. 4, 60, 6 (*de a. u. c. 348 = 406 a. Chr.*) quia nondum argentum signatum erat, aes grave quidam ad aerarium convehentes. *cf. Marquardt, Staatsverw. II p. 11.* argentum bigatum (PLIN. nat 33, 46 notae argenti fuere bigae atque quadrigae; inde bigati quadrigatique dicti. *cf. Marquardt l. l. p. 12*): LIV. 26, 21, 11. 33, 23, 7. 33, 23, 9. 33, 37, 11. 34, 46, 2. 36, 21, 11 (*ubi syn.* numeratum). 36, 39, 2; *cf. etiam* LIV. 34, 10, 7. argentum Oscense (*cf. Marquardt l. l. p. 22*): LIV. 34, 10, 5. 34, 10, 7. 40, 43, 6. argentum Illyricum (*de Victoriatis; cf. Marquardt l. l. p. 20 not. 9*): LIV. 45, 43, 5. argentum *genere monetae non indicato*: PLAVT. Poen. 1401 aurum argentum collum, leno, tris res nunc debes semul. VARRO ling. 10, 38 eandem rationem habere assem ad semissem quam habet in arg[um]ento libella ad simbellam (singulam *F*); *cf.* 5, 170. LVCR. 2, 626 aere atque argento sternunt iter omne viarum (ite omnia virum *codd.*). LEX vic. Furf. (Corp. IX 3513) 12 (*a. 696*) quod emptum erit aere aut argento. SALL. Cat. 33, 2 argentum aere solutum est. NEP. Hann. 9, 3 summas (*amphoras*) operit auro et argento (*antecedit* magnam enim secum pecuniam portabat). NVX 139 quilibet argentum prima de fronte tabernae (*argentariae*) tollat et ad gemmas quilibet alter eat. LIV. 26, 35, 5 si quid cui argenti aerisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum (*cf.* 32, 2, 1). 26, 36, 11 aurum ⟨et⟩ argentum et aes in publicum conferunt (*cf. etiam* 10, 46, 5 *p. 521, 55, ubi tamen nondum de signato argento intellegendum est; cf. Marquardt l. l. p. 12 not. 3*). 38, 11, 8 pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret. COLVM. 8, 8, 10 qui (*homines*) oblectamenta deliciarum ... gravi aere et argento pensent. PETRON. 56 nummularius, qui per argentum aes videt. PLIN. nat. 33, 46 Livius Drusus ... octavam partem aeris argento miscuit. MART. 14, 12, 1 hos nisi de flava loculos implere moneta non decet: argentum vilia ligna ferant. QVINT. decl. 345 p. 364, 10 accepisse se pecuniam et paulo ante gravem argento manum fuisse. TAC. Germ. 5 argentum ... magis quam aurum sequuntur ..., quia numerus argenteorum facilior usui est. *exempla qualia sunt* nummus argenti, talentum argenti *v. sub I 3 p. 523, 40.*

2 *deinde, cum argenteorum nummorum usus prae ceteris esset frequens, metalli ratione iam non habita argentum in universum dictum est pro pecunia*: *de verbi* argentum *ambiguitate cf.* CIC. top. 53 cum hoc sumpseris, pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit argentum omne legatum. *ibid.* 13 QVINT. inst. 5, 10, 62. 5, 14, 26. 7, 9, 9. PLAVT. Curc. 34 si argentum est, emas (Pseud. 313 TER. Phorm. 712. deest: TER. Phorm. 299 LIV. 22, 60, 4 si quibus argentum in praesentia deesset, dandam ex aerario pecuniam mutuam). 345 apud trapezitam situm est. Epid. 298 id non decem occupatum tibi erit argentum dies. Trin. 415 immortale rere esse argentum tibi. 419 argentum *οἴχεται*. TER. Phorm. 593 argentum opus esse. Haut. 678 fugitivom argentum. CIC. top. 16 non, si uxori vir legavit argentum omne, quod suum est, idcirco, quae in nominibus fuerunt, legata sunt: multum enim differt, in arcane positum sit argentum an in tabulis [debeatur]. APVL. met. 4, 18 argentum copiosum. argentum mutuum: NAEV. com. 97 (sumere). PLAVT. Pers. 5 (quaerere). 256 (argenti mutui opem). Pseud. 80 (invenire). 295 (rogare *cf.* Trin. 758). SALL. hist. frg. 97 (arcessere). LIV. 27, 51, 10 (dare). argentum multaticium: LIV. 27, 6, 19. 30, 39, 8. 31, 50, 2. 33, 25, 3. 34, 53, 4 CORP. XIV 2621 (*cf.* LIV. 10, 23, 13 pecunia multaticia). argentum creditum: LIV. 27, 51, 10. praesentarium: PLAVT. Most. 361. merum: PLAVT. Asin. 155. probum: LIV. 38, 38, 13. probum et numeratum: PLAVT. Pers. 526. *nota*: PLAVT. Rud. 726 si istas *puellas* amas, huc arido argento opus (*verba lenonis; ipse enim uvidus est*). PLAVT. Asin. 848 argenti feci copiam (75 Curc. 330). Curc. 334 inopiam (LIV. 23, 21, 6 (pecuniam). 561 mihi neque faenus (Most. 629) neque sortem argenti danunt. Capt. 1031 circumductio. Trin. 418 ratio. Most. 1099 hunc argenti condemnabo. C. GRACCH. Gell. 15, 12, 4 zonas, quas plenas argenti extuli (*ibid.* argento repletas). CIC. parad. 10 num ullam cogitationem habuisse videntur ii ... argenti ad avaritiam? prov. 4 quae *gentes*, ut pace uterentur, vim argenti dederant. HOR. sat. 2, 6, 10 o si urnam argenti fors quae mihi monstret (*syn.* thesaurus; PERS. 2, 11). 2, 3, 78 argenti ... amore. epist. 1, 18, 23 sitis ... famesque (*cf.* 1, 2, 44). LIV. 23, 21, 6 in stipendium quanti argenti opus fuit. IVV. 6, 355 argenti ... quodcumque paterni. APVL. flor. p. 87 Oud. id argenti daret. OROS. apol. 9, 1 argenti suffragio. PLAVT. Cas. 501 argento parci nolo. Most. 532 scelestiorem ego annum argento faenori nunquam ullum vidi. Pseud. 374 haec est praestituta summa ei argento dies. CATO agr. 146, 2 dies argento ex K. Nov. mensuum decem (*cf.* CIC. Att. 10, 5, 3 diem pecuniae Id. Novembres esse). HOR. sat. 1, 1, 86 argento post omnia ponas. SEN. epist. 5, 2 indictum argento odium. PERS. 3, 69 quis modus argento, quid fas optare, quid asper utile nummus habet? HIER. in Sirach 10, 19 (Migne 23, 1100) 'pecuniae' vel 'argento oboediunt omnia' (VVLG. pecuniae). argentum abutor: PLAVT. Pers. 262. accipio: CAECIL. com. 214 PLAVT Asin. 87. 765 Capt. 989 (*praeterea 16ies*) TER. Ad. 195 Phorm. 699. 829. adfero: PLAVT. Asin. 240. 361 Curc. 581 (*praeterea novies*). VVLG. gen. 43, 22 (*antecedit* pecunia; LXX *utroque loco ἀργύριον*). adnumero: PLAVT. Asin. 501 TER. Ad. 369. appendo: VVLG. Iob 28, 15 in commutatione. aufero: PLAVT. Curc. 704 Epid. 352 Pseud. 1316 (*praeterea quater*). TER. Phorm. 513. 850. cĕdo: TER. Phorm. 935. capio: PLAVT. Men. 219. comparo: PLAVT. Asin. 250. congrego: VVLG. I Macc. 3, 31 (*cf. ibid.* vidit quod defecit pecunia. LXX *utroque loco ἀργύριον*). condo: PLAVT. Pseud 354. condono: TER. Phorm. 947. conficio: TER. Phorm. 839. credo: PLAVT. Asin. 494. 501 Pers. 432. dato: PLAVT. Most. 602 (faenore) *cf. l. 17.* debeo: PLAVT. Epid. 71 Men. 930 Truc. 648 TER. Haut. 791 Phorm. 923 CATO agr. 144, 2 VVLG. I Macc. 13, 15. decutio: PLAVT. Epid. 309 argenti tantum *ex sene*. defero: PLAVT. Epid. 287 Truc. 661 TER. Haut. 822. 831. denumero: PLAVT. Epid. 71 (din- *codd.*). Asin. 453. disdo: CATO orat. Fronto p. 100 N. discribo: TER. Phorm. 923. divido: PLAVT. Aul. 180. do (*cf. l. 11*): PLAVT. Asin. 83. 712 Men. 54 Merc. 492 Pers. 327 Pseud. 508 Stich. 136 (*praeterea 33ies*). TER. Phorm. 532. 859 Haut. 893 (*praeterea sexies*). CATO agr. 144, 2 PAVL. dig. 45, 1, 140, 1 VVLG. I Macc. 13, 17. *coniecturae debetur* PLAVT. Most. 507 qui dedit ⟨argentum faenore⟩ *cf. l. 11.* effero: PLAVT. Bacch. 95 Epid. 633 TER. Haut. 804. efficio: TER. Haut. 584. egurgito: PLAVT. Epid. 582. elicio: PAVL. FEST. 76. enumero: PLAVT. Pers. 531. eripio: TER. Haut. 717. evolvo: PLAVT. Pseud. 317. exaequo: PLAVT. Rud. 1087. exigo: PLAVT. Pers. 423. expalpo: PLAVT. Vid. frg. 16. fero: PLAVT. Asin. 355 Epid. 295 Pseud. 598 (*praeterea sexies*). habeo: CAECIL. com. 215 PLAVT. Asin. 103 Curc. 530 Men. 270 Pseud. 1125. 1163 TER. Haut. 817. LIV. 33, 29, 4 (negotiandi ... causa ... in zonis). iacto: CAES. Gall. 7, 47, 5 (de muro). invenio: PLAVT. Pseud. 50. 80 TER. Phorm. 534. 540. 778 Haut. 512. lego: CIC. top. 16. mitto: VVLG. I Macc. 13, 18. nolo: PLAVT. Pers. 127. numero: PLAVT. Epid. 631 Pseud. 225 TER. Ad. 406. obicio: PLAVT. Asin. 814 (lenae). Most. 619 (ob os impurae beluae). TER. Phorm. 769 (ultro). LIV. 22, 42, 6 (temere per vias velut ... ad praedam). paro: PLAVT. Asin. 123 TER. Haut. 737. perdo: PLAVT. Asin. 244 TER. Ad. 410. peto: PLAVT. Curc. 68. 559 Epid. 55 Men. 1041 (*praeterea quinquies*). polliceor: TER. Haut. 329. 823. pollicitor: PLAVT. Rud. 929. posco: PLAVT. Pers. 425. promitto: PLAVT. Rud. 1378. 1384. promo: PLAVT. Epid. 303 Pseud. 355. 1245. quaerito: PLAVT. Asin. 429 (in faenus). quaero: PLAVT. Pers. 5 Pseud. 419. reddo: PLAVT. Curc. 612. 710 Most. 590. 671 Pseud. 1183 (*praeterea novies*). TER. Ad. 202 Haut. 792 NEP. Epam. 4, 3 (*quamquam antecedit* magno cum pondere auri; *cf. ibid.* nihil ... opus pecunia est). redigo: PLAVT. Pers. 324 tibi. refero: PLAVT. Curc. 723 Men. 1036. remitto: PLAVT. Asin. 336. reperio: PLAVT. Asin. 728 Pers. 133 TER. Phorm. 823. repeto: TER. Phorm. 695. rescribo: TER. Phorm. 922. resolvo: PLAVT. Men. 929. rogo: PLAVT. Pers. 39 Trin. 758. sumo: NAEV. com. 97 (mutuum). PLAVT. Pseud. 509 (abs te; a me). Most. 917 (*et* 1140. Epid. 53 faenore). solvo: TER. Ad. 628. trado: TER. Phorm. 829. vomo: PLAVT. Curc. 688. TRABEA com. 1 lena delenita argento. PLAVT. Asin. 198 haec argento non emo (673 Capt. 205 Epid. 704 Merc. 973 Men. 1101 SVLP. APOLL. Ter. Phorm. 11 VVLG. Is. 32, 25. 43, 24). 1 filio auxiliarier. 359 intervortam ... Sauream (Pseud. 541). Epid. 277 praestines *puellam*. Pseud. 430 filium ... circumducere. Most. 241 Iovi ... sacruficassem. Pers. 472 vicit. Pseud. 102 te conduxit. Most. 620 homini ... os verberarier. TER. Phorm. 682 emunxi ... senes. CIC. Cat. 2, 18 tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis. BELL. Hisp. 26, 2 argento prope tecti equites. SAIL. hist. frg. 1, 27 exercitum argento fecit (SEN. epist. 114, 17 id est pecunia paravit). LIV. 21, 45, 5 qui pecuniam quam agrum maluisset, ei se argento satisfacturum. 41, 6, 10 argento parata mancipia. MART. 9, 31, 9 quae litat argento pro te, non sanguine, Caesar, victima (*antecedit* vides ... pendere nomismata). PLAVT. Curc. 143 adventurum cum argento ad me. Most. 567 spes est de argento (TER. Haut. 671 sperem). CIC. Att. 11, 24, 3 tantum esse reliquum de argento. VVLG. Is. 52, 3 gratis venundati estis et sine argento redimemini. 55, 1 emite absque argento. Amos 2, 6 vendiderit pro argento iustum.

composita: argentifex, argentifodina, aequargentus.

argentum vīvum *n. metallum.* GLOSS. argentus vivus *ὑδράργυρος* (idruscerus *vel similiter codd.*). DIOSC. 5, 120 de argento bibo. argentu vibu quod ydrarguiros appellatur. ISID. orig. 16, 19, 2 argentum vivum dictum quod excidat materias ...; hoc et liquidum, quia percurrit. PLIN. *distinguit nomine* hydrargyri *argentum vivum arte comparatum ab eo quod sua sponte natura offert; cf.* 33, 64. 33, 123. *de argenti vivi natura, inventione, usu cf. inprimis* VITR. 7, 8 *et* PLIN. nat. 33, 99 *sqq.*

de natura et vi: PLIN. nat. 33, 99 est et lapis in iis venis, cuius vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur (*cf.* 33, 119). VITR. 7, 8, 4 argentum *vivum* per panni raritates propter liquorem extra labitur. 7, 8, 1 lacrimas argenti vivi. PLIN. nat. 33, 99 sudoris vice defluens. PLIN. nat. 33, 99 venenum rerum omnium est perrumpitque vasa permanans tabe dira. AVSON. 10, 3 argenti letalia pondera vivi. *remedia contra argenti vivi potum*: PLIN. nat. 20, 35.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

22, 31. 28, 129. 28, 158. 29, 105. PLIN. nat. 33, 99 omnia ei innatant praeter aurum. *idem* VITR. 7, 8, 3 *pluribus exponit.* VITR. 7, 8, 4 id (*argentum vivum*) ... omnes micas auri corripit in se et cogit secum coire. PLIN. nat. 33, 99 id unum (*aurum*) ad se trahit. ideo et optime purgat, ceteras eius sordes expuens crebro iactatu fictilibus in vasis. *de usu*: VITR. 7, 8, 4 id (*argentum vivum*) ... multis rebus est ad usum expeditum. neque enim argentum neque aes sine eo potest recte inaurari. *cf. sqq.* PLIN. nat. 33, 64 aes inaurari argento vivo aut certe hydrargyro legitimum erat. *Prinz.*

Argentumextenebrōnidēs *nomen ioculariter a Plauto fictum ad graecorum similitudinem nominum, ut* Nummosexpalponides *al.* PLAVT. Pers. 703 Nugiepiloquides Argentumextenebronides, *sic codd., i.* -terebr.-, *cf. Bücheler, Fleckeis. Jahrb. 105 (1872) 113.* *Otto.*

argentuōsus, -a, -um. GLOSS. V 616, 42 Croesus est argentuosus.

Argenus *v.* Argennos. [*Prinz.*

arger *v.* agger. **Argesis** *v.* Argiza.

Argestaeus *v. sub* Argos *p. 536, 13.*

argestēs, -ae (*abl. in* -e PLIN.), *ἀργέστης ventus, vulgariter* agrestis *v. l. 36. v. Kauffmann, PW. II 715.* VARRO Serv. auct. Aen. 8, 710 *Iapyga* Varro de ora maritima argesten (-em *F*) dicit, qui de occidente aestivo flat (SCHOL. Hor. carm. 1, 3, 4). OV. fast. 5, 161 frigidus argestes. VITR. 1, 6, 10 circa favonium argestes. SEN. nat. 5, 16, 4 a solstitiali occidente corus venit, qui apud quosdam argestes (ergastes *vel* ergates *codd.*) dicitur: mihi non videtur, quia cori violenta vis est et in unam partem rapax, argestes fere mollis et tam euntibus communis quam redeuntibus. PLIN. nat. 2, 119 zephyrum et argestem vocant. 2, 120 sciron paulo ab argeste deflexus. *ibid.* consuetudo omnibus his nominibus (*sciron, Olympias*) argesten intellegi. 12, 88 a promunturii ambitu argest⟨a⟩e deferunt. 18, 338 corus ... Graecis dictus argestes (*cf.* GELL. 2, 22, 12 APVL. mund. 13), ex frigidissimis et ipse. AMPEL. 4 Virgo *sedet* in argesten. APVL. mund. 11 thrascias et argestes (ergastes *codd.*) sunt indidem flantes. CARM. de ventis (poet. min. V p. 385) 27 *corum* argesten (agrestem *cod. Regin. saec. IX*) Grai vocitant cognomine prisco. ISID. orig. 13, 11, 10 caurum plerique argestem dicunt, non ut imprudens vulgus agrestem. *V.*

Argetīnī *gens Calabra.* PLIN. nat. 3, 105 Calabrorum mediterranei Aegetini, Apamestini, Argetini (Argentini *cod. Paris. lat. 6795*), Butuntinenses ....

Argēus, Argī, Argīa *v.* Argos.

Argiarra *v.* Argei.

Caecilius **Argicius** Arborius *Aeduus, Ausoni avus.* AVSON. 163 Caecilius Argicius Arborius avus. *patre natus est* Argicio: AVSON. 206, 5 (*de filio eius Arborio*) Arborium, Arborio patre et avo Argicio (Arsicio *cod.*). Agrycius (*i.* Agroecius) *legi iubet Mommsen. sed cf.* Argilicus.

argila *v.* argilla.

Argīlētum, -ī *n. pars urbis Romae, cf. Hülsen, PW. II p. 718.* Argi letum *Martialis pravam nominis etymologiam exprimens.* VARRO ling. 5, 157 Argiletum (Argeletum *codd.*) sunt qui scripserunt ab Argola seu (*corrupta haec sunt*) quod is huc venerit ibique sit sepultus, alii ab argilla, quod ibi id genus terrae sit. CIC. Att. 12, 32, 2 mercedes Argileti et Aventini (*scil. aedium ibi locatarum*). VERG. Aen. 8, 345 nec non et sacri monstrat nemus Argileti testaturque locum et letum docet hospitis Argi. SERV. *ad h. l.* Argiletum, quasi argilletum, multi volunt a pingui terra; alii a fabula. nam Euander Argum quendam suscepit hospitio. qui cum de eius cogitaret interitu, ... socii ... Argum necarunt. cui Euander et sepulchrum fecit et locum sacravit. ... ergo ab Argo illic sacrato et sepulto. SERV. auct.: ... alii Danaen cum duobus filiis Argo et Argeo, quos de Phineo habuit, venisse in Italiam ... *et* Argum Aboriginum insidiis interfectum loco nomen dedisse. ... alii quod Argillus senator post Cannense proelium suaserit a Poenis pacem postulari, ideo in senatu carptum domumque eius dirutam et locum Argiletum appellatum. *tum Argum Tusci haruspicis filium a patre ibi necatum esse narrat*: a cuius caede Argiletum. LIV. 1, 19, 2 *Numa* Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit. MART. 1, 117, 9 Argi nempe soles subire letum (*ubi bibliopolarum tabernae erant, cf.* Argiletanus). 2, 17, 3 Argique letum multus obsidet sutor. QVINT. inst. 1, 6, 31 continet autem *etymologia* in se multam eruditionem ... sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum locorum gentium urbium requiramus, ... quae Capitolium ... et Argiletum appellandi ratio. MART. CAP. 3, 273 sciendum etiam uni vocabulo accedere omnes tres accentus posse ut est Argiletum. PRISC. gramm. III 113 etiam divisa possunt coniungi, ut malefida, Argiletum, huiusmodi, malesana. SERV. Aen. 7, 607 circa imum Argiletum (Argelaetum *cod. Sangall.*, Argeletum *cod. Lipsiens.*) iuxta theatrum Marcelli. **Argīlētānus** *adi.* CIC. Att. 1, 14, 7 Argiletani aedificii. MART. 1, 3, 1 Argiletanas mavis habitare tabernas (*scil. bibliopolarum, cf.* Argiletum), cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent. SERV. auct. Aen. 8, 345 alii Argiletanam portam appellari *dicunt* quod eam Cassius Argillus sive fecerit sive refecerit; ⟨vel⟩ quod ibi Cassius Argillus bello Punico primo sit interfectus ob turbulentam et seditiosam naturam.

Argilicus *cogn. vir. barbaricum.* CORP. II 5615 (= 2468, *in Hispan. Tarracon., periit*) Septumius Argilicus. *cf.* Argicius. *Otto.*

Argilius, -ī, *Ἀργίλιος ab Ἄργιλος? cf. Ἀργιλίας, Ἀργειλίας et* Argelius. NEP. Paus. 4, 1 Argilius quidam adulescentulus, quem puerum Pausanias amore venerio dilexerat. 4, 4. 4, 5. 5, 1. *Diehl.*

argilla, -ae *f.* [*a gr. ἄργιλος tractum. Th.*] GLOSS. argilla *πηλός*; arcilla *πηλός, λευκή*; *cf.* ⟨g⟩ipsa (*i. γύψος*) id est argilla. argilla: terra in qua figuli operantur; terra vivida. ISID. orig. 16, 1, 6 argilla ab Argis vocata, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt. 20, 4, 4 argilla ... excocta testae vocabulum suscipit. *scriptum est* argila *apud* NOVAT. tract. 14 p. 160, 5 B. VEN. FORT. carm. 9, 15, 5. NOT. Tir. 96, 58. *primum legitur apud* CATONEM. *est vox propria terrae, qua figuli utuntur; hic illic eodem sensu cum alii tum poetae usi sunt verbis* lutum, humus, pulvis; *cf. Blümner, Technologie und Terminologie II p. 8.* [*it.* argilla, *hisp.* arcilla. *M.-L.*]

1 *proprie*: *definitio*: VARRO ling. 5, 158 argilla ... id genus terrae. rust. 1, 9, 2 in quis (*terrae partibus*) lapis, marmor, rudus, harena, sabulo, argilla, rubrica, pulvis, creta .... COLVM. 3, 11, 9 creta, qua utuntur figuli, quamquam nonnulli argillam vocant. *cf.* 12, 46, 5 PALLAD. 1, 34, 3. 10, 1, 4. *natura et vis*: VARRO rust. 1, 51, 1 argilla ... aestu peminosa. VERG. georg. 2, 179 difficiles ... terrae collesque maligni, tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis, ... gaudent silva ... olivae (*cf.* PLIN. nat. 17, 128). PLIN. nat. 17, 27 non semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum, non ... magis quam pinguis, adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. 37, 97 erui *carbunculos* ... magno labore ob argillam soli adusti (*cf.* 17, 33). 17, 25 argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt. *genera*: COEVM. arb. 3, 6 dulcis argilla. PLIN. nat. 17, 63 in argilla molli (*opp.* terra dura, pinguis, umida). 33, 72 terra ex quodam argillae genere glarea mixta — gangadiam vocant. 17, 42 leucargillon (leucargilion *codd.*) vocant candidam argillam. 36, 149 argillam suavem, candidam. PALLAD. 1, 8, 2 solida et constricta ... argilla. *ibid.* munda sine ruderum suspicione. *usus*: *ad opera figulina*: CAES. Gall. 5, 43, 1 ferventes fusili (fusilis *C. Wagener*) ex argilla glandes. PLIN. nat. 34, 46 ex argilla similitudinem insignem *colossi Neronis.* 35, 151 ex argilla similitudines Butades Sicyonius figulus primus invenit. 35, 153 ut nulla signa statuaeve sine argilla fierent. IVV. 4, 134 argillam atque rotam citius properate (*cf.* 135 figuli ... castra sequantur). TERT. nat. 1, 12 huic ... exordio et velut statumini argilla desuper intexta ⟨paul⟩atim membra complet. PRVD. ham. 190 viderat argillam simulacrum et structile flatu concaluisse dei. SIDON. epist. 7, 14, 5 quem (*decorem*) ... infigit argilla simulacris. *ad oblinendum*: CATO agr. 40, 2 argillam vel cretam coaddito (*in surculi insitione. cf.* PLIN. nat. 17, 111). VARRO rust. 1, 41, 3 argilla oblinendum *surculum.* SCRIB. LARG. 76 scilla argilla circumdata et furno cocta (122). PLIN. nat. 29, 98 in vase fictili novo argilla circumlito. 33, 123. 33, 131. PLIN. med. praef. p. 9 SORAN. 2, 10. PLIN. nat. 33, 94 auro glutinum est tale, argilla ferro. *ad aedificandum*: VARRO rust. 1, 57, 1 parietes et solum opere tectorio marmorato loricandum (-di *cod.*); si minus, ex argilla mixta acere e frumento et amurca. VITR. 5, 10, 2 eaeque (*pilae*) struantur argilla cum capillo subacta. 5, 10, 3. 10, 15, 1 PALLAD. 1, 39, 2. 1, 39, 5. *ad potiones mitigandas*: PLIN. nat. 24, 3 similis vis *aquae amarae mitigandae* Rhodiae cretae et argillae nostrati. 31, 70 marina aqua argillā percolata. 14, 120 Graecia argilla aut marmore aut sale aut mari lenitatem *vini* excitat. *ad vini dolia aspergenda*: PLIN. nat. 14, 134. *in imagine*: CIC. Pis. 59 hic homullus ex argilla et luto fictus Epicureus (Epicurus *V*). HOR. epist. 2, 2, 8 *servus* idoneus arti cuilibet, argilla quidvis imitaberis uda. **2** *translate*: *vas fictile*: PLIN. nat. 20, 16 ipsa (*colocynthis*) quoque tosta in argilla ... medetur. *synonyma*: *v. l. 14.* *compositum*: leucargillos.

argillāceus, -a, -um. *ab* argilla. PLIN. nat. 17, 43 est enim alba, rufa (rosa *codd.*), columbina, argillacea, tofacea, harenacea *marga.*

argilleus, -a, -um. *ab* argilla. FVLG. serm. ant. 51 Antidamas ... ait ... 'averruncassit d⟨eus⟩ tam aricinas hominum mentes'; ... dicitur ... averruncare eradicare, aricinas testeas vel argilleas.

argillōsus, -a, -um. *ab* argilla. **1** *argilla abundans*: VARRO rust. 1, 9, 2 argillosa aut lapidosa *terra* (PLIN. nat. 12, 53. 31, 48 PALLAD. 2, 13, 4 VVLG. III reg. 7, 46 II par. 4, 17). 1, 40, 3 in sicco et macro loco et argilloso (PLIN. nat. 21, 20 Ps. APVL. herb. 30). COLVM. arb. 17, 1 olea maxime collibus siccis et argillosis gaudet. PLIN. nat. 17, 80 in argilloso aut duro solo. VINDIC. med. 31. 33. **2** *argillae similis*: *colore*: Ps. APVL. herb. 60 radices exterius nigras, interius argillosas. *natura tenaci*: CAEL. AVR. chron. 3, 5, 68 ventris ... egestio albida atque argillosa; urina etiam crassior. *Prinz.*

Argillus *v.* Argiletum.

argimonia *v.* argemonia.

Argimundus, -ī *dux Visigothus.* IOH. BICL. chron. II 219, 590, 3 adversus Reccaredum regem tyrannidem assumere cupiens. *v. paulo post.*

Arginēs, *cf. τὸ Ἀργῖνον, nom. serv.* CORP. XI 6700, 436 (*in vasis Arretinis*) M. Perenni Argines. *cf. Ihm ad l. ibid.* 627 Arci(nes) Ses(ti) (XV 5585). *Diehl.*

Arginna *nom. gent. etruscum. fortasse huc pertinent etrusca quae-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dam ut arcnalisa, *quae sub* Arcius *exhibui*. CORP. VI 10027 C. Sufenati C. l. Anteroti ... arbitratu Arginnae C. l. Veranae. **Argenia** gentilitas: CORP. V 4871 (*ad lacum Benacum*) Severae Profuturus coniugi b. m. deditq(ue) nomin(e) eius gentil(itati) Argeniae (sestertium) n(ummum) .... **Arguetius** *nom. gent., cf.* Cisius Cissonius Cisuitius *al.* BELL. Hisp. 10 Arguetius ex Italia cum equitatu venit. [*Otto.*

Arginnus *v.* Argynnus.

arginum *v.* argivum *p. 535, 3.*

Arginusa, -ae *f. nom. graec. insularum.* **1** PLIN. nat. 5, 137 finitimae *Chio insulae* ... Arginusa cum oppido. *Steph. Byz.* Ἀργεννοῦσα. **2** *Phrygiae regio? cf. Hirschfeld, PW. II 718.* PLIN. nat. 8, 225 in Hellesponto in alienos fines non commeant cervi, et circa Arginusam Elaphum montem non excedunt. **Arginusae,** -ārum, Ἀργινοῦσαι (-σσ-). PLIN. nat. 5, 140 insulae *Lesbo* adpositae ... Arginussae (argen(n)usae *codd.*) ab Aege IIII pass. distant. CIC. off. 1, 84 ab Arginusis. VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 *decem praetores* apud Arginussas (-nn- *codd.*) Lacedaemoniam classem deleverant.

Argiodus, *cf.* ἀργιόδους *m. canis Actaeonis.* OV. met. 3, 224, *ubi codd.* Agriodo(u)s, *em. Haupt.* HYG. fab. 181 p. 37, 10. *cf. Homer. Λ 292* νύνας ἀργιόδοντας. *I 539* σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα. *al. v. Hiller v. Gärtringen, PW. I 895 sub* Agriodus. *Diehl.*

Argiona *Iani uxor.* MART. CAP. 1, 4 Ianusque Argionam utraque miratur effigie. *videtur corruptum.* *Otto.*

Argiopē, -ēs, Ἀργιόπη, *nom. mul.* HYG. fab. 178 p. 34, 12 Europa Argiopes et Agenoris filia Sidonia. *v.* Argus *p. 538, 16.* *Diehl.*

Argiotalus *nom. vir. celticum.* CORP. XIII 6230 (= INSCR. Rhen. 891, *in Germania sup.*) Argiotalus Smertulitani f. Namnis (*Gall. Lugudun.*) equ(es) ala Indiana. *Otto.*

Argiphontēs *v. sub* Argos.

Argipus, *cf.* ἀργίπους, *Argivus quidam.* STAT. Theb. 9, 266 flumineam rapiente vado puer Argipus ulmum prenderat.

Argirē, Argirius *sim. v. sub* Argyre, Argyrius.

Argissa, -ae, Ἄργισσα, *opp. Thessaliae.* DARES 14 Polypoetes et Leonteus ex Argissa (larisa *libri*). *cf. Homer. B 738 sqq. et Hirschfeld, PW. II 798 sub* Argura *1.*

Argithea, -ae, *opp. v. Hirschfeld, PW. II 721 qui contulit* Ἀργεθία *ex albo quodam proxenorum Delphico.* LIV. 38, 1, 4 Argitheam — id enim caput Athamaniae erat. 38, 1, 7. 38, 2, 5 ducere ad Argitheam. 38, 2, 4 Argitheae. *Diehl.*

argītis, -is *f.* [*vocabulum graecum non traditum. Th.*] *vitis species.* VERG. georg. 2, 99 argitisque minor, cui non certaverit ulla aut tantum fluere aut totidem durare per annos (*ubi* Ps. PROB. argites autem dicta est a candore; *at* schol. Veron. argitis Graeca quasi Argeotis, minor uva haec melior quam ulla maior). COLVM. 3, 2, 21 visula ... et minor argitis terrae mediocritate laetantur ..., amiciores iugo quam arboribus, sed argitis etiam in sublimibus fertilis vastis materiis et uvis exuberat. 3, 2, 27 arcelaca maior, a multis argitis falso existimata. PLIN. nat. 14, 35 arceraca Vergilio argitis dicta. ISID. orig. 17, 5, 23 argitis Graecula vitis, generis albi, fertilis. *V.*

Argīus, Argīvus, argīvum *v. sub* Argos.

Argiza, *Hierocli* Ἄργιζα, *opp. Hellesponti provinciae* (*olim Mysiae*). CORP. III 7084 (*saec. IV ex., Argizae rep., titulus barbarus*) civi⟨tas⟩ Arsis (*'extrema littera prope accedit ad Z' Mommsen*). *in gemino graeco* Ἀργι⟨ζ⟩ῶν πόλις. *M. contulit* CONC. Calch. Mansi VI 573c Πρόκλου Ἀργίζης. VII 151a Πρόκλος ἐπίσκοπος πόλεως Ἀργιζῶν. *eadem fortasse est statio* TAB. Peut. 9, 3 Argesis. *a Wesselingio ad Hieroclem conlati sunt* Eresi, *Adramyttii negotiantes*: PLIN. nat. 5, 123. *v. Hirschfeld, PW. II 721.* *Diehl.*

Argō *v.* Argos *p. 536, 16.*

Argob, ארגב, Ἀργόβ, *regio Arabiae Petraeae.* VVLG. deut. 3, 4. 3, 13. 14 III reg. 4, 13 IV reg. 15, 25. HIER. nom. hebr. 21, 19 Argob maledicta sublimitas (40, 23 *cf.* 44, 17). 88, 34 Argob regio Og regis Basan super Iordanem *seqq.* *V.*

Argola *v.* Argiletum.

Argolicus, Argolides, Argolis *v. sub* Argos.

[**Argolio**]. SCHOL. Stat. Theb. 1, 356 quinque montium cacumina Arcadiae regionis ostendit, id est Cylleni Lycaei Licornis Argolionis (*sic Tiliobrogae liber,* agolionis *cod. Mon. et Paris.*) Maenali. *velim conferri* PLIN. nat. 4, 21 montes in Arcadia Pholoe cum oppido, item Cyllene, Lycaeus in quo Lycaei Iovis delubrum, Maenalus. *Diehl.*

Argōn, Argonautae *v. sub* Argos.

Argona *nom. serv.; cf. c.* Arginna? CORP. VI 19077 Q. Grani Q. l. Argonae. *Otto.*

Argos (-ī) *n.*, τὸ Ἄργος, **Argī.** *sub huius oppidi nomine praeter derivata ab ipso* Argivus *sim.* Argolis Argolicus Argeades Argestaeus *simul digessimus* Argo Argous Argonautae, *praeterea* Argus *tam oppidi eponymum quam navis conditorem, custodem Ius alios, quippe cum inde ab Ennio et Varrone auctores latini adiectiva ab his ducta inter se permiscuerint et ipsa urbem navem heroes variis fabellis conexuerint.* VARRO ling. 9, 89 dicimus hic Argus, cum hominem dicimus, cum oppidum graece hoc Argos, cum latine Argi. *cf.* PROB. gramm. IV 8, 18 duo in numero plurali masculina, in numero singulari neutra, hi Argi, hoc Argos, hi porri hoc porrum (22, 14 SERV. Aen. 1, 24 MAR. PLOT. gramm. VI 473, 16). 22, 12 hoc Argos huius Argi declinationis secundae. *raro in libris* -us: LIV. 29, 18, 6 *cod. Put.* STAT. silv. 3, 1, 182 *cod. Matrit.* GLOSS. IV 208, 10. **A** *de utriusque formae usu haec observanda:* **1** *usque ad* APVL. Argos *nominativus invenitur 29ies, accusativus 8ies, vocativus bis.* Argi *10ies*, Argōs *20ies* (*15ies* STAT.), Argis *59ies*, Argeis CORP. III 531 (*Argis, a. u. c. 685*) *cf.* 532. *casus obliqui ad* Argos *praeter* CASTOR. Hier. chron. a. Abr. 166 persequemur reges Argi ab Inacho usque in Sthenelantum *et* PHOC. gramm. V 426, 31 hoc Argus hi Argi, *item* Argorum *nusquam leguntur. restant accusativi multi qui ab utro nominativo sint declinati haud plane constat; sed exemplis analogis discimus haec*: Argōs: VERG. Aen. 2, 326 (*propter* 2, 95. 6, 838. 10, 781, *ubi* -ōs, *quater praeterea* -is). LIV. 32, 40, 10. 34, 23, 10. 34, 25, 3. 34, 26, 7. 34, 31, 8 *et* 10 *al., quod* -i *vel* -is *aut eadem paragraphus aut vicina exhibent. praeterea* -ōs *legitur* 31, 7, 9. 34, 22, 10, *semel tantum* -os: 38, 10, 1 Argos Amphilochium. *accedunt 4* Argi, *19* Argis. *restant 16 accusativi qui quin ab* Argi *formati sint non dubito.* STAT. *cum semel accusative dicat* Argos (Theb. 12, 82), *septiens nominative* (Theb. 4, 672. 6, 15. 6, 515. 11, 211. 12, 549 Ach. 1, 419 silv. 8, 1, 182), *15ies* Argōs (Theb. 11, 731 *ante vocalem, ceterum in versus fine*), *6ies* Argis, *quater* Argi; *omnibus etiam aliis locis* (*14, ex quibus 10 in versus fine*) Argōs *intellegendum censeo.* Argos: OV. fast. 6, 47 paeniteat Sparten Argosque measque Mycenas. *cf.* met. 6, 414 Argosque et Sparte Pelopeiadesque Mycenae. *sed cf. etiam* STAT. Theb. 11, 731 *et* 12, 82. *de nominativi forma non discreverim:* ACC. trag. 283 NEP. Them. 8, 1 reg. 2, 2 FEST. 237 SEN. Herc. O. 1800 Thy. 298 Phoen. 283 (Argos: *nom.*: SEN. Herc. f. 1038 Ag. 729 Thy. 411. 627 Tro. 855 Oed. 485. 500. *acc.*: SEN. Ag. 353 Thy. 122. *voc.*: SEN. Ag. 808. 809. Argis, Argi *quater*). LVCAN. 7, 452. 10, 60 (6, 356 Argos *acc. ante voc.*). PLIN. nat. 4, 22. 6, 214 (Argos: *nom.*: PLIN. nat. 3, 104. 4, 5. 4, 17. 4, 18. 4, 28. 7, 195. 36, 14. *acc.*: PLIN. nat. 7, 194. *quater* Argis). SIL. 1, 26. *adicio reliqua exempla nominativi*: Argos: TRAG. inc. 29 VARRO rust. 1, 2, 7. 2, 1, 9 OV. rem. 166 met. 2, 240 MELA 2, 41 VAL. FL. 1, 359. *acc.*: Argŏs: HOR. carm. 1, 7, 9 OV. epist. 14, 34. Argōs: OV. met. 1, 601 *e coni* VAL. FL. 1, 239. **2** *post* APVL. *praeter* SOL. 8, 1 (*ex* PLIN. nat. 4, 28, *ubi nomin.*) TAB. Peut. 7, 5 RAVENN. p. 400, 16 MYTHOGR. 1, 141 Argos *et* Argos Hippium GRAMM. *v. p. 531, 83 sqq.* GLOSS. Argŏs *non iam invenitur*: *aut* Argōs *legendum, ut 6ies* SCHOL. Stat. Theb. *propter* 4, 672 in singulari ... 'saevum Argos' notandum neutri generis civitatem Argos dictam, *aut formae in* -i *et* -is *apud eundem auctorem acc.* -ōs *commendant*: AMPEL. 28, 3 (8, 3 *et* 8, 6 -is) DARES 10 (9 *et* 14 -is) DICT. 1, 15. 2, 9 *et* 10. 2, 26 (*1* -i, *3* -is) HYG. astr. 2, 14 p. 50, 18 B. (2, 18 p. 58, 23 B. -is) HIER. chron. a. Abr. 161. 534. 581. 619 (211. 271 *al. circiter 15ies* -is) IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 103. 2, 16 (1, 17 -is) AVSON. 419, 81 (223, 2 -is) CLAVD. 26, 576 (26, 611 *et* rapt. Pros. 2 praef. 9 -is). *restant incerta exempla haec*: SOL. 2, 11 IVST. 5, 9, 4 (OROS. hist. 2, 17, 8). 13, 5, 10 (OROS. hist. 3, 23, 16). 25, 5, 1 EVTR. 2, 14, 3 AVR. VICT. vir. ill. 35, 10 PAVL. NOL. carm. 27, 406.

B *oppida varia, celeberrimum Peloponnesi, caput Argolidis*: GLOSS. IV 208, 10 civitas Graeciae (VITR. 4, 1, 3 EVTR. 2, 14, 3). PLAVT. Amph. 98 Amphitruo natus Argis ex Argo patre. HYG. fab. 145 p. 24, 6 ex *Nioba* natus est Argus, qui suo nomine Argos oppidum cognominavit. *cf.* 275 p. 151, 16. SERV. auct. Aen. 2, 95 Argi ab Argo dicti, quem custodem vaccae, in quam Io fuerat commutata, Mercurius occidit. MYTHOGR. 1, 134 Danaus ... Argos profectus est et primus dicitur navem fecisse, a cuius nomine Argo dicta est navis. ... qui postquam Argos venerunt (2, 103 SCHOL. Stat. Theb. 2, 222). MELA 2, 41 in Argolide Argos et Mycenae. PLIN. nat. 7, 194 aliqui Argos a Phoroneo rege ... conditum volunt. PROP. 2, 26, 47 in Argis (HIER. chron. a. Abr. 1567). HIER. chron. a. Abr. 710 ab Argis. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 103 ad Argos (PAVL. NOL. carm. 27, 406). Argos *et* Mycenae *simul appellantur*: VERG. Aen. 6, 838 HOR. carm. 1, 7, 9 SEN. Tro. 245. 855 STAT. Theb. 11, 731. 12, 82 SIL. 1, 26. *cf. l. 23. ut fit oppidi nomen ponitur passim pro incolis.* NEP. reg. 2, 2 oppidum. LIV. 32, 39, 5 urbem (34, 32, 5. 45, 28, 3 OROS. hist. 4, 2, 7). *epitheta*: OV. met. 15, 164 Abanteis. SEN. Thy. 122 Achaicum. VERG. Aen. 7, 286 Inachiis (VAL. FL. 1, 107. 3, 666 STAT. Theb. 1, 660 CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 9). *cf.* PLIN. nat. 4, 18. STAT. Theb. 1, 225 Perseos. STAT. Theb. 2, 201 alacres. HOR. carm. 1, 7, 9 aptum ... equis. VERG. Aen. 1, 24 caris. VAL. FL. 4, 360 ditibus. STAT. Theb. 2, 112 dotales (AVSON. 223, 2). VERG. Aen. 10, 781 dulcīs (*citat* QVINT. inst. 6, 2, 33. STAT. Theb. 2, 743). SEN. Ag. 729 geminumque duplices Argos attollit domus. VARRO rust. 2, 1, 9 Hippion Argos. PLIN. nat. 4, 17 Argos Hippium cognominatum. *v. p. 533, 5.* STAT. Theb. 11, 211 infandum. 2, 180 infrenos. 7, 175 invisos. 10, 892 maternos. CLAVD. 26, 611 miseris. SEN. Ag. 808 Argos nobilibus nobile civibus, Argos iratae carum novercae. Thy. 119 nobiles. LVCAN. 6, 355 nobile (VAL. FL. 1, 359). VERG. Aen. 2, 95 patrios (STAT. silv. 3, 1, 23). STAT. Theb. 4, 671 saevum (8, 472). VARRO rust. 1, 2, 7 πολύπυρον. STAT. silv. 3, 1, 182 priscum. OV. epist. 14, 34 securum. SEN. Ag. 352 sollicitum supplexque tui numinis (*Iunonis*). STAT. Theb. 3, 337 veteres. *nota* STAT. Theb. 1, 259 cur hostes eligis Argos? (*verba Iunonis ad Iovem*). *alia oppida*: LIV. 38, 10, 1 Argos Amphilochium (PLIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 4, 5 Amphilochicum). MELA 2, 54 Argi Amphilochii. *cf.* AMPEL. 8, 3 Argis in Epiro quod Hippoboton appellatur. *v. Hirschfeld, PW. II 789, 4.* PLIN. nat. 4, 18 Coryphasium, appellatumque alias Inachium, alias Dipsium Argos. 7, 195 Dipsion (SERV. Aen. 7, 286 a siti . . . dictum est). PLIN. nat. 3, 104 *in Apulia* Arpi, aliquando Argos Hippium Diomede condente, mox Argyripa dictum. *cf.* AVSON. 223 *epitaphium Diomedis.* VERG. Aen. 11, 243 *sqq.* SERV. auct. *ad l.* 8, 9 (MYTHOGR. 1, 141) SERV. *ad ll. et* 7, 286 GLOSS. V 520, 12. *v.* Argivus *l. 69 et Hülsen, PW. II 1217 sub* Arpi *et p. 532, 75.* PLIN. nat. 4, 28 Haemonia, eadem Pelasgis et Pelasgicon Argos (SOL. 8, 1). *v. Hirschfeld, PW. II 789, 3.*

adi. **Argīvus, Argeia, Argēus, Argīus,** Ἀργεῖος. PRISC. gramm. II 17, 16 nos quoque hiatus causa interponimus 'v' loco ϝ, ut 'Davus' 'Argivus'. 74, 3 inveniuntur . . . quaedam . . . in quibus 'eī' dipthongus in 'i' longam convertitur sequente 'v' loco digamma Aeolici, ut Ἀργεῖος, 'Argivus'. dicitur tamen et 'Argeus'. PORPH. Hor. carm. 2, 6, 5 'Argeo' pro Argivo antique dicitur. SERV. Aen. 1, 24 derivatio nominis (*Argi*) Argivos facit, non Argos (argivus *et* argus *cod. Bern.*). *praevalet omnino* Argivus: *nota haec*: *nom.*: Argivos: *v. l. 18. acc.*: Argivum: CIC. Brut. 50 VERG. Aen. 2, 393. CVLEX 335. *gen. plur.*: Argivom: TRAG. inc. 79. Argivum: ENN. trag. 291. 322 ACC. trag. 165. 231. *sed cf. l. 52* TRAG. inc. 91 VERG. Aen. 1, 40. 5, 672 MANIL. 1, 694 STAT. Theb. 10, 540 PRISC. perieg. 419. Argivorum: CIC. div. 1, 88 CATVLL. 68, 87 MELA 1, 85 VAL. MAX. 5, 1 ext. 4 LIV. 35, 18, 5. 34, 41, 3 *saepius* (12^{iens}). Argeiae: CORP. XIV 3556. Argeus: HOR. carm. 2, 6, 5 (*v. l.* argaeo) OV. am. 3, 6, 46 PAVL. FEST. 121 *bis.* EPIT. Alex. Mett. 121 (*nom. propr.*) IVST. 7, 2, 2 *et* 7, 2, 5 (*nom. propr.*) HYG. astr. 2, 13 p. 48, 2 B. CVLEX 343 *e coni.* (argoa, argo re *codd.*). LIV. 28, 5, 5 Argeorum Σ, Argivorum *Put.* STAT. Theb. 8, 742 *e coni.* MART. 4, 57, 3 (argoi, argii *codd.*). Argius: CIC. nat. deor. 1, 82 Argia. Tusc. 1, 113 Argiae. LIV. 25, 25, 3 Argius *Put.* (34, 25, 7 *cod. Bamb.*). PLIN. nat. 3, 70 Argiae (*ubi* SOL. 2, 7 Argivae). 5, 133 Argiae *insulae.* 34, 50 Argius *nom. propr.* HOMER. 1050 Argia *codd. Mon.* PLIN. nat. 7, 198 Argius *Ricc. et Tolet.* (*sim. Paris. 6797*). STAT. Theb. Argĭă *nom. propr. v. p. 534, 66.* TAC. hist. 1, 49 *nom. propr.* AMPEL. 2 p. 2, 23. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 13 Argius (*prior codicum classis*). OROS. hist. 1, 7, 1 *v. l.* Argiorum. NOT. Tir. 95, 7. *nota*: CHRON. Alex. p. 114, 224 Argion. *gen. plur.* POL. SILV. chron. I 547, 7 Argis (GLOSS. IV 478, 45 *et* V 267, 15 Argis Graecis. IV 310, 38. 430, 28 Graecis Achivis). PS. FVLG. sup. Theb. p. 184, 6 H. Argi (GLOSS. IV 20, 49. V 268, 7 Argi Graeci *cf. p. 530, 9*). AVG. civ. 18, 6 *Api* filius Argus successit in regnum, ex cuius nomine et Argi et ex hoc Argivi appellati sunt (ISID. orig. 9, 2, 72). *inepte* PS. FVLG. sup. Theb. p. 184, 6 H. Argeos grece, providentia latine. unde Greci dicuntur Argi, id est providi.

I A *in mythis*: **1** *in Argonauticis*: *adi.*: ENN. trag. 208 *navis* nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea delecti viri. CATVLL. 64, 4 lecti iuvenes, Argivae robora pubis. VAL. FL. 4, 352 ⟨in⟩ terras Argivaque regna Pelasgum. 6, 201 sibila . . . cuspidis Argivae. *subst.*: MANIL. 1, 694 *gyrus caelestis obliquus* Argivumque ratem per aplustria summa . . . secat. *cf.* Argolicus *p. 535, 41.* VAL. FL. 6, 324. HYG. fab. 14 p. 48, 2 *ex Argonautis* Argus Polybi et Argiae filius . . . . ⟨hic fuit⟩ Argivus. **2** *ad Atridarum regnum*: *subst.?*: ACC. trag. 231 egone Argivum imperium attingam aut Pelopia digner domo? **3** *in Troicis*: *adi.*: STAT. Ach. 1, 915 bella (CORIPP. Ioh. 1, 184). SOL. 11, 25 classem (AVR. VICT. orig. 12, 2 AMM. 22, 8, 2). VERG. Aen. 2, 393 ensem. 1, 650 ornatus Argivae Helenae (AVSON. 353, 42). AVSON. 443 iuventus. CVLEX 334 Tantaleae generamen prolis Atrides adsidet, Argivum lumen. OV. am. 1, 9, 34 Argivas (*G*, Argoas *P*, Argolicas *codd. Heinsii*) . . . opes. VERG. Aen. 2, 254 phalanx. 12, 544 phalanges. SEN. Tro. 277 tellus. HOMER. 1050 tela. PROP. 1, 19, 14 viris. CVLEX 343 vis. *subst.*: ACC. trag. 364 o ingratifici Argivi immunes Grai inmemores benefici. VARRO ling. 7, 38. HOR. carm. 3, 3, 67 meis . . . Argivis (*dicit Iuno*). SEN. Tro. 444 SOL. 5, 8 AVSON. 232. 423 HYG. fab. 106 p. 97, 1. *laudantur*: VERG. Aen. 5, 671 inimica . . . castra. ENN. trag. 291 civitatem. VERG. Aen. 1, 39 classem. TRAG. inc. 69 moerus Argivom (ἔρκος Ἀχαιῶν, *Achilles*). AVSON. 433 navibus. ENN. trag. 322 res. ACC. trag. 165 reges. CATVLL. 68, 87 primores . . . viros. **4** *ad Graecos qui Troia capta in Italiam pervenerunt*: VERG. Aen. 11, 243 Diomedem Argivaque castra. LIV. 25, 12, 7 Diomedis Argivi campos. *cf.* Argos *l. 5.* HOR. carm. 2, 6, 5 Tibur Argeo positum colono *i. Catillo* (MART. 4, 57, 3). VERG. Aen. 7, 672 Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus (SOL. 2, 7). 7, 794 pubes. OV. am. 3, 6, 46 Tiburis. SOL. 2, 7 ab Haleso Argivo *conditam* Faliscam (*cf.* OV. am. 3, 13, 31 *sqq.*), a Falerio Argivo Falerios. Fescinninum quoque ab Argivis *conditum.* **5** *ad Herculis patriam*: SEN. Herc. f. 1124 Argiva . . . palaestra. AMPEL. 2, 5 terram. SEN. Herc. f. 1180 Argivae impotens dominator urbis. PLAVT. Amph. 208 si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere . . . abituros agro (*Teleboorum*) Argivos (*sub Amphitruone, quasi Achivos Helenam poscentes*). VARRO ling. 5, 45 Argeos dictos putant a principibus, qui cum Ercule Argivo venerunt Romam (*cf.* PAVL. FEST. 19). MELA 1, 103 in eo (*Euxino*) . . . Mariandyni urbem habitant ab Argivo . . . Hercule datam. CARM. epigr. 22 (*Romae*) Argive victor Hercules. **6** *in Thebaicis*: *adi.*: HOR. carm. 3, 16, 11 auguris (*Amphiarai*). STAT. Theb. 7, 551 castra. 10, 475 cohors. 12, 58 frater (*Eteocles*). 2, 253 Larisa (*i. Argi arx*). SCHOL. Stat. Theb. 12, 466 mulierum. STAT. Theb. 1, 561 plebs. 7, 621 Thebana Argivaque pubes. PROP. 1, 15, 22 pudicitiae (*Euadnes, Capanei uxoris*). STAT. Theb. 7, 498 rex Argive (*Polynices*). 8, 742 sanguinis. *subst.*: ACC. trag. 288. CIC. div. 1, 88 reges (SCHOL. Stat. Theb. 2, 258. *saepius*). STAT. Theb. 10, 540 Argivum exercitus. SERV. Aen. 6, 630 Argivorum muros (*cf.* STAT. Theb. 1, 630). **7** *in universum*: *adi.*: NOT. Tir. 95, 6—10 Argus Argius Argivus Argolicus argonauta. CIC. nat. deor. 1, 82 non est talis Argia nec Romana Iuno. ergo alia species Iunonis Argivis, alia Lanuvinis, ⟨alia nobis⟩. CORP. XIV 3556 (*Tiburi, periit*) Iunoni Argeiae C. Blandus procos. VERG. Aen. 3, 547 Iunoni Argivae (*contra* SERV. auct. *ad l.* inimicae Troianis). PLIN. nat. 3, 70 ager Picentinus fuit Tuscorum, templo Iunonis Argiae ab Iasone condito insignis (SOL. 2, 7). SCHOL. Stat. Theb. 10, 895. *cf.* APVL. met. 6, 4 inclitis Argivorum praesides moenibus (*Iuno*). TERT. nat. 2, 9 iuvenes (*Cleobis et Biton*). *cf.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 5 laudem (*eorundem iuvenum*). SOL. 7, 10 nobilitati. CIC. Tusc. 1, 113 Argiae sacerdotis Cleobis et Biton filii praedicantur. HYG. fab. 170 p. 34, 10 Danaides . . . viros duxerunt Argivos. *subst.*: PAVL. FEST. 121 Ceres ab Argeis Libyssa vocata est. HYG. astr. 2, 13 p. 48, 2 B. natione Argeum, Orsilochum nomine. 2, 5 p. 39, 10 B. Argivorum fines. HIER. chron. a. Abr. 166 Castor chronographus de Argivorum regno ita loquitur. 530. 541. 1445 *al.* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 103. AVG. civ. 18, 3 regnum . . . Argivorum simul cum Abrahae nepotibus ortum est, ubi primus regnavit Inachus. *saepe in hoc capite.* OROS. hist. 1, 7, 1. 1, 8, 10. 1, 11, 1. **B** *apud geographos*: **1** *spectat ad Argos oppidum*: *adi.*: LIV. 35, 27, 5 agri (PAVL. FEST. 121 AVIEN. orb. 576). AVSON. 345, 14 carcere. ARNOB. nat. 6, 23 civitate. SCHOL. Stat. Theb. 4, 47 montis. SIL. 11, 21 muros. SCHOL. Stat. Theb. 4, 47 regionis. CIC. Brut. 50 Argivum oratorem aut Corinthium aut Thebanum (VELL. 1, 18, 2). *subst. illius oppidi incolae laudantur*: LIV. 34, 35, 3 in Argivorum agro. 34, 25, 4 campum. 32, 25, 1 civitas (32, 39, 1. 34, 31, 6 SCHOL. Stat. Theb. 4, 123). MELA 1, 85 colonia. LIV. 32, 40, 2 contionem. 32, 38, 4 decreto. 32, 39, 9 exules. 28, 5, 5 fine. 34, 41, 3 libertas. PRISC. perieg. 419 tellus. LIV. 35, 18, 5 urbem (VAL. MAX. 5, 1 ext. 4). IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 13 Acusilaus Argivus. CVRT. 8, 5, 8 Agis. LIV. 34, 25, 7 Damocles. PLIN. nat. 7, 198 Phidon (HIER. chron. a. Abr. 1220). LIV. 25, 25, 3 Philodemus. TERT. nat. 2, 14 Socrates. spect. 9 Trochilus. CORP. II 3423 (*Carthagine nova, descr.*) L. Aemilius M. f. M. nep. Quir. Rectus domo Roma qui et Carthaginensis et Sicellitan(us) et Assotan(us) et Lacedaemon(ius) et Argivus et Bastetanus (*similes sunt* 3424 *et* 5941, *sed utrubique* Argius). CIC. div. 1, 37 Tusc. 3, 53 NEP. Ep. 6, 1. 6, 2 LIV. *saepe* MELA 1, 71. 1, 78 TAC. ann. 12, 61 TERT. apol. 47 SOL. 7, 9 HIER. chron. a. Abr. 1298 PRISC. perieg. 420. CLAVD. 20, 200 Argivae pulchraeque . . . Thessalides. **2** *Achaicus*: HYG. Gell. 10, 16, 17 Argivum . . . bellum id est Achaicum multis post annis a L. Mummio imperatore gestum est. **3** *Graecus*: *adi.*: AVSON. 388, 2 circi. *opp. Romanus*: OV. am. 3, 13, 31 Argivast pompae facies (*cf.* 3, 13, 27 more . . . Graio). PROP. 2, 25, 43 figurā. MART. 4, 55, 4 urbes (PAVL. PELL. euch. 414). *subst.*: TERT. test. anim. 6 non Latinis nec Argivis solis anima de caelo cadit. CHALC. comm. 170. *obscura*: GLOSS. IV 207, 47. 478, 46. V 268, 20 Argivi Graeci vel Medi.

II *nomen proprium*: **1** *virile*: SVET. Galba 20 dispensator Argivus (*idem qui* TAC. hist. 1, 49 Argius e primoribus servis). *cf. Suet. Galb. 28* Ἀργεῖος ἀπελεύθερος. PLIN. nat. 34, 50 Polyclitus discipulos habuit Argium, Asopodorum, Alexim *sqq. nisi* Argium Asopodorum *coniungenda. cf. Robert, PW. II 702, 18.* COD. Iust. 8, 25, 6 (*a. 286*) impp. Diocletianus et Maximianus AA. Argio. *in titulis*: CORP. VI 16048 P. Comini Argi (*trad.* Arci). XI 63 (*Ravennae*) ⟨I⟩ulio Argio (quadriere) Fort(una) ⟨n⟩ation(e) Ital. CORP. VI 5778 (*e columb.*) Maniliae Chelidoni . . . L. Manilius Argeus collibertae idem coniugi b. m. 3566 (= 7541) L. Annius Argeus Compsi l(ibertus) . . . . fecit L. Annius Argus patron. et heres. 9502 suc cura Argei. *vide ne pertineant nomina in* -eus *ad* Argaeus. *adde sub* Argiletum *p. 529, 60.* **2** *muliebre*: *celeberrima* Argia, Ἄργεια, *Adrasti regis filia, uxor Polynicis* (HYG. fab. 69 p. 76, 16. 72 p. 76, 2 MYTHOGR. 1, 151. 152. 1, 204 p. 64 *al.*). PS. FVLG. sup. Theb. p. 184, 12 H. Argiam filiam Adrasti, id est providentiam filiam philosophiae. *saepe laudatur a* STAT. Theb. 2, 203 egregiam. 12, 296 immeritam. 12, 303 Inachis. 12, 113 inops. 4, 195 potentis. *ad prosodiam haec observanda*: Argīă (*nomin.*): STAT. Theb. 12, 178. 255. 303. 373. 391. Argĭă: STAT. Theb. 2, 297. 3, 678. 11, 401. 12, 113. 326. 804. *vocat.*: STAT. Theb. 2, 266. 12, 247. *acc.* Argĭān: STAT. Theb. 4, 91 *ante* h. 2, 203 (-an *Bamb.*, -am *Put.*). *cf.* PRISC. gramm. II 72, 15 'Argia' et 'Argian' et 'Langia' *Statius* secundum Graecos producta paenultima 'i' profert in II Thebaidos (40, 17). SERV. Aen. 2, 261 Thessandrus Polynicis et Argiae filius. *altera* HYG. fab. praef. p. 11, 8 *Oceanitis.* 143 p. 23, 13 Inachus Oceani filius ex Argia sorore sua procreavit Phoroneum. 145 p. 24, 10 ex Inacho et Argia Io. HYG. fab. 14 p. 48, 3 Argus Polybi et Argiae filius. *in titulis nomen et cogn.*: CORP. X 4789 (*Teani Sidicini*) Flaviae Coeliae Anniae Argivae sacerd. Iunonis Populonae. 8362* (*Nuceriae*) Claudiae Argivai. CORP. VI 12298 ('*num genuinum sit exemplum non omnino certum est*') d. m. Argaeis Argia f. 12305

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d. m. Argiae. 20097 Iulia Argia. **Argīae,** -ārum. PLIN. nat. 5, 133 in Cariae ora *insulae sunt* quae vocantur Argiae, numero XX.

[argīvum], -ī *n. herba.* PELAGON. 14 argivi uncias III. 245 petrosilinum argivum cyminum. 327. *ad* 14 *Ihm emendandum censet* arcium *vel* arctium. CHIRON 217 argini (*sic*) semen. 419 argii semen.

Argeotis, *Ἀργειῶτις v. sub* argitis. **Argolis,** -idos, *Ἀργολίς.* **1** *adi. pertinet ad Argos, subst. quae incolit Argos*: STAT. Theb. 6, 138 Argolidum ... matrum. OV. met. 9, 276 Alcmene (313). STAT. Theb. 2, 228 Argolides. 4, 752 Argolidum thalamis. **2** *Peloponnesi prov.*: MELA 2, 39 in Peloponneso Argolis. 2, 41 in Argolide Argos et Mycenae. PLIN. nat. 4, 1 (MART. CAP. 6, 651). **3** *ad universam spectat Graeciam, opp. Troiana*: OV. rem. 735 Argolides ... puppes (*nomin.*). *subst.*: OV. epist. 6, 81 Argolidas timui: nocuit mihi barbara paelex. *hinc adi.* **Argolicus,** -a, -um, *Ἀργολικός.* **A** *apud mythographos*: **1** *pertinet ad* Argolis: STAT. Theb. 4, 686 amnes. 3, 462 gentibus. VAL. FL. 6, 462 oris. STAT. Theb. 6, 92 Argolicos inter saltusque educta Lycaeos *silva.* SEN. Thy. 185 tellus. Herc. O. 37 urbes (418. 1680 Herc. f. 59 STAT. Theb. 12, 280). 1891 Cleonae. SIL. 8, 474 Halaeso. SEN. Ag. 806 Iuno. OV. trist. 1, 9, 27 Orestis (amor. 2, 6, 15). ANTH. 392, 8 Teuthras. STAT. Theb. 9, 514 cui gentis origo Mycenae Argolicique lares. SEN. Herc. O. 1932 leoni. 1508 superba matres inter Argolicas eris (*Alcmene, nisi pro 'Graecas' sumendum*). Thy. 404 opes. LVCAN. 9, 367 tyranno (*Eurystheo.* MART. 9, 65, 5). **2** *ad Argos*: NOT. Tir. 95, 9. CLAVD. carm. min. 17, 39 fratres (*Cleobin et Bitonem*). VAL. FL. 6, 676 hospes (*Iason*). OV. fast. 4, 72 *Tibur* Argolicae ... posuere manus (*Tiburti Amphiarai nepotis*). STAT. Theb. 4, 207 maritas. OV. met. 1, 726 paelicis (*Ionis*). 3, 560 portas (STAT. Theb. 10, 270). STAT. Theb. 10, 49 templi. 11, 49 turris. 4, 192 vati (*Amphiarao*). OV. met. 4, 608 urbis. OV. met. 15, 19 Alemone. VAL. FL. 5, 2 Idmon. OV. met. 2, 524 Phoronide. AVG. civ. 18, 3 Phoroneo Argolico rege. *subst.*: OV. Ib. 576 miseris Argolicis (*ubi Ellis et Merkel* Argolisin, *sed cf.* GLOSS. IV 21, 9 Argolici Graeci). *opp. Thebanus*: STAT. Theb. 8, 105 Argolicas acies. 4, 543 Argolicas ... Thebanasque animas. 5, 643 armis (735). 5, 554 aures. 6, 732 Capaneus. SEN. Phoen. 58 catervas. STAT. Theb. 11, 136 cohortes. 10, 488 gener (*Polynices*). 11, 155 gentis. 1, 299 hospitiis. 10, 596 ignem. 4, 588 manes (12, 771). 10, 65 matres. 11, 110 nefas. SEN. Phoen. 576 nuribus. STAT. Theb. 11, 367 penates. 7, 490 proceres. 3, 489 pugnae. 3, 315 res (*acc. pl.*). 2, 426 regi (*Polynici*). 7, 688 turmae (8, 744). *nota* STAT. Theb. 10, 884 Argolici Tyriique dei (*qui a parte Argivorum Tyriorumque stant*). **3** *ad Argo sidus*: CIC. Arat. 277 Argolicam ... Navem. *cf.* Argivus *p. 533, 49.* **4** *ad totam Graeciam. opp. Troianus*: VERG. Aen. 2, 118 sanguine quaerendi reditus animaque litandum Argolica. OV. trist. 2, 317 armis. CIC. div. 2, 63 (*carm.*) classibus (*Homero B 303 νῆες Ἀχαιῶν.* SEN. Herc. f. 7 HOMER. 736). OV. met. 13, 659 classem (trist. 1, 1, 83 SEN. Tro. 813). CIC. fin. 5, 49 (*carm.*) decus (*i. Vlixes*). OV. met. 12, 627 duces (epist. 1, 25 HOMER. 115 STAT. Ach. 1, 772). 12, 149 fossas. VERG. Aen. 5, 314 galea. 2, 78 gente (HOMER. 79 STAT. Ach. 1, 775). 10, 56 ignes (*a Graecis incensos.* AETNA 18 OV. met. 14, 444). 2, 55 latebras *cf.* GLOSS. *l. 57.* STAT. Ach. 2, 78 litora. OV. epist. 8, 74 *Taenaris* (*Helena*) Argolicas pro se vertit in arma manus. 13, 71 milite. CVLEX 302 navibus. STAT. Ach. 1, 928 rates (2, 18). VERG. Aen. 8, 374 reges (AVSON. 436, 3). SEN. Ag. 395ª telluris ... Argolicae decus (*Agamemnon*). VERG. Aen. 2, 177 telis (GLOSS. IV 482, 39). 9, 200 Argolicum terrorem inter Troiaeque labores. SEN. Tro. 150 triumphi. 672 turmas. VERG. Aen. 3, 282 urbes (*citat* SEN. epist. 104, 10, *cf.* GLOSS. IV 482, 38. 430, 29 Argolicas Graecas). *in universum*: VAL. FL. 6, 334 colonis. 6, 286 manum. SEN. Herc. O. 400 nuribus Argolicis fui mensura voti (*Deianira*). SIL. 11, 440 populis (scopulis *Gronov.*). OV. met. 8, 267 urbes (VAL. FL. 1, 96). epist. 6, 80 urbe. **B** *geographice*: **1** *ad Argolidem, Argos pertinet*: OV. met. 15, 276 Argolicis ingens Erasinus in arvis (SEN. nat. 3, 26, 4 *citat* undis). *cf.* Argolica, -ae. IVST. prol. 3 bella. SOL. 23, 16 ab oppidis Adriaticum Argolicum Corinthium Tyrium *fretum dictum* (ISID. orig. 13, 16, 6). VERG. Aen. 5, 52 Argolicove mari ... et urbe Mycenae (*ubi tamen* SERV. Ionico et Adriatico). CLAVD. 26, 629 puellas. MELA 2, 50 sinus (PLIN. nat. 4, 17). SOL. 7, 10 tractum. *n. plur. subst.*: HYG. astr. 2, 5 p. 39, 8 B. qui autem Argolica conscripserunt, hanc afferunt causam. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 17 neque ... de Argolicis qui de Argis historiam protulerunt, alterutros consecuti sunt. **2** *ad universam Graeciam, Graecus*: VERG. Aen. 3, 637 clipei. MART. 4, 66, 9 Argolica ... de gente minister. SIDON. carm. 23, 237 linguae Argolicae rotunditate. PAVL. PELL. euchar. 117 Argolico pariter Latioque instante magistro. AVSON. 348, 1 dux elementorum studiis viget in Latiis A et suprema notis adscribitur Argolicis Ω. AMM. 24, 2, 12 scuti. OV. Pont. 1, 3, 70 urbe. AVSON. 348, 24 in Latio numerus denarius Argolicum X. *restant* GLOSS. IV 20, 47. 208, 19 Argolica Graecanica. V 267, 31 Argolicam Graecam, *quas tam ad A quam ad B trahere licet.* **Argolica,** -ae *f. regio Argolis*: PLIN. nat. 2, 225 subeunt terras rursusque redduntur Lycus in Asia, Erasinus in Argolica (VIB. SEQ. geogr. p. 148, 12). *cf.* OV. met. 15, 286. **Argolicum,** -ī *n. Peloponnesi prov.* MELA 2, 51 in Argolico sunt noti amnes Erasinus atque Inachus et notum oppidum Lerne. PLIN. nat. 4 56. **Argolicus,** -ī *nom. vir.* TAC. ann. 6, 18 *Pompeiae Macrinae* maritum Argolicum, socerum Laconem e primoribus Achaeorum. CASSIOD. var. 3, 11 inscr. Argolico v. ī. praefecto urbis Theodericus rex (3, 29. 3, 30 *al. cf.* 3, 12, 2. 5, 12, 2). *in titulis cogn.*: CORP. VI 1930 M. Trebellio Argolico tabulario viatorum quaestoriorum ab aerario. IX 1590 (*Beneventi*) Tullidio Argolico. VIII 14886 (*prov. proc.*) C. Lurius Argolicus Vabocu⟨t⟩i⟨e⟩ni ⟨f⟩i⟨l⟩. **Argolicē** (-a), -ae *nom. mul.* CORP. III 3024 (*in Dalmatia*) *traditur*: Argoliceae uxori | posterisque eius. **Argeades** (Argiades), -um, *Ἀργεάδαι. cf. Ἀργειάδας. ad* Argos *Macedoniae oppidum, de quo cf. Hirschfeld, PW. II 789, 5.* IVL. VAL. 3, 58 optatus ... constitutusque rex Argiadum regiam veteremque principatum servare debebit. EPIT. Alex. Mett. 121 ex eis imperiis excedant Argiades (*cod.* larciades). *v. Kärst, PW. II 688.* **Argestaeus campus,** *cf. ἀργεστής et Ἄργος Ὀρέστειον Macedoniae et* Argeades. LIV. 27, 33, 1 Dardanos in Macedoniam effusos Orestidem iam tenere ac descendisse in Argestaeum campum.

navis **Argō,** *Ἀργώ, -οῦς f. nom. saepe. gen.*: MART. CAP. 8, 841 Argonis (8, 843, *ubi tamen* B^1 argus). SCHOL. Germ. Bas. p. 98, 10 B. *et* SCHOL. Stat. Theb. 5, 412 Argo. *acc.* Argo: VARRO Men. 15 (CHAR. gramm. I 118, 8) CIC. nat. deor. 3, 40 MANIL. 5, 36 MELA 2, 44 SIL. 12, 399 AVIEN. Arat. 756 *alii.* MART. CAP. 8, 830 (*ubi* argŏnem *β*). 8, 833 argonem *β*, argon *R*). Argon: PROP. 1, 20, 17 OV. epist. 6, 65 (*G*) 12, 9 (*G*) trist. 2, 439. *abl.* CARM. poet. min. V 68, 75 Argo. *voc.* VAL. FL. 1, 648 Argo. **A** GLOSS. IV 406, 18 navis. SERV. auct. ecl. 4, 34 *Iason navem* ab Argo fabricatore Argo appellavit. ... quidam Argo a celeritate dictam volunt. *cf.* HYG. astr. 2, 37 *et* SCHOL. Stat. Theb. 5, 475 (MYTHOGR. 1, 134 *et* 2, 103 *cf.* 1, 24 *et* 2, 135). SCHOL. Stat. Theb. 2, 222 *Danaus* Argos profectus est et primum dicitur navem fecisse, a cuius (*scil. oppidi?*) nomine Argo dicta est navis. ENN. trag. 208 *navis* nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea delecti viri vecti petebant pellem. MELA 2, 44 Argo navem (PLIN. nat. 3, 128 AMM. 22, 8, 15 SCHOL. Stat. Theb. 5, 336 MYTHOGR. 2, 136). SCHOL. Stat. Theb. 5, 412 Tiphys gubernator navis Argo. CLAVD. 26, 2 audax. VARRO Men. 15 citiremem. SIL. 12, 399 infestam. OV. epist. 12, 9 Magnetida. LVCAN. 3, 193 rudis. OV. epist. 6, 65 sacram. SEN. Med. 365 Palladia compacta manu regumque ferens inclita remos. VAL. FL. 6, 317 te ... tui non inscia funeris Argo flevit. STAT. Theb. 5, 615 Argo (Argos *codd.*) sueta loqui (*cf.* SEN. Med. 349 vocem perdidit). CIC. top. 16, 61 ELEG. in Maec. 1, 107 OV. am. 2, 11, 6 met. 15, 337. trist. 2, 439 Phasiacas Argon qui duxit in undas (*intellege Varronem Atacinum. v. p. 537, 28*). LVCAN. 2, 717 SEN. Med. 238. PLIN. nat. 13, 119 Alexander Cornelius arborem leonem appellavit, ex qua facta esset Argo. VAL. FL. 1, 273 auratis ... reditura corymbis. 1, 441. 8, 194. 8, 296 DARES 1. *translate*: VERG. ecl. 4, 34 alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo delectos heroas (SERV. *ad l.* per Argo quamcumque navem *accipimus*). *circumscribitur exempli gratia*: STAT. Ach. 1, 156 pinus ... Thessala. Theb. 5, 336 Pelias ... pinus. LVCAN. 2, 715 Pagasaea ratis. STAT. Ach. 1, 65 puppis Pagasaea. Theb. 5, 363 ratis ... Pelasgae. [**B** *sidus*: CIC. Arat. 126. 134 vetus. 396. 466 nat. deor. 3, 40. MANIL. 1, 412 nobilis. 5, 36 HYG. astr. 2 praef. p. 29. 2, 37 *tit.* 3, 36 *tit.* CARM. poet. min. V 58, 4, 10. 68, 18 triremis. AVIEN. Arat. 756 Iasoniam (*Arat. 348 Ἰησονίς*). 765. 982 Thessala. 1126. 1247. 1250 MART. CAP. 8, 830. 833. 843. navis, ... quae nominatur Argo: VITR. 9, 5, 2. Argo navis (n. A.): COLVM. 11, 2, 24. 66 HYG. astr. 4, 6. 7 MART. CAP. 8, 838. 841. *significatur*: CIC. Arat. 277 Argolicam ... navem (390 Navis. *alii, cf. s. v.*). MANIL. 1, 623 ratis, quae vicerat aequor. 1, 694 Argivum ... ratem. 5, 13 ratis heroum. GERM. 622. 683 Argoae. AVIEN. Arat. 756 Thessala cumba. puppis *v. l. 69 sq.* *originatio* (*cf. supra*): MANIL. 1, 413 in caelum subducta, mari quod prima cucurrit. 415 servando dea facta deos. GERM. 350 quae pars violata fuit, coeuntia saxa ... cum fugit Iason, haec micat in caelo. HYG. astr. 2, 37 fab. 14 p. 49. *figuratio dimidiata* (*cf. Arat. 342 sqq.*): CIC. Arat. 126 *sqq.* VITR. 9, 5, 2 GERM. 344 *sqq.* HYG. astr. 3, 36 AVIEN. Arat. 756 *sqq.* *laudantur* malus: CIC. Arat. 136 *al.* (velum HYG. astr. 4, 12 fab. 14 p. 49 SCHOL. Arat. p. 255. 256 *i. graecum ἱστός prave conversum*). gubernaculum: CIC. Arat. 137 *al.* clavus: GERM. 355 *al.* aplustria: MANIL. 1, 694 GERM. *passim.* carina: GERM. 374 *al.* puppis: CIC. Arat. 127 *passim; pro ipso sidere* MANIL. 5, 38 GERM. *saepe* (345 *et* 620 Argoae. 373 aversam. 489 sacrae *al.*) CARM. poet. min. V 68, 73. AVIEN. Arat. 808 Iasoniae. 1133 Thessala. *ortus occasus tempestatem significant*: COLVM. 11, 2, 24. 66. *ortus valet in astrologia*: MANIL. 5, 38 *sqq.* (*ortus occasus Aratei: Arati interpretes in ortu Virginis Chelarum Sagittarii Capricorni*). *e figuratione sideris velut navigantis argute explicatur ortus cum Ariete* (*sc. Phrixi*): MANIL. 5, 36 ceu naviget (*cf.* 5, 13), *explicari videtur occasus in ortu Sagittarii et Capricorni* (*siderum navibus infestorum, cf. Arat. 287—302*): HYG. astr. 3, 36 ut in mari collocata. *Dittmann.*] **C** *ex canibus Actaeonis*: HYG. fab. 181 p. 37, 17. *adi.* **Argōus,** -a, -um *in libris raro traditur pro* Argeus, Argivus. *cf.* Argivus *p. 533, 28 et 30. adde* OV. am. 1, 9, 34 *Guelf.* PROP. *l. 83,* STAT. *p. 537, 3. Ἀργῷος*: **A** *ad* Argo *pertinet*: **1** *ad navem*: VAL. FL. 6, 731 auxilia. MART. 13, 72 carina. PROP. 3, 22, 13 columba (argea *dett.*). VAL. FL. 8, 294 Argoi cornua mali. 3, 3 manus (3, 430). CVLEX

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius. ann. 1, 9 *vitam.* Plin. epist. 3, 20, 5 competitoris ... annos ..., mores. Svet. Iul. 75 coniurationes. Vlp. dig. 29, 5, 3 servus ... caedem domini. Tryph. dig. 27, 2, 6 si ... nimia cessatio in administratione tutoris obiciatur, quae etiam ex hoc arguatur, quod. Pavl. dig. 4, 9, 6, 4 ut certi hominis factum arguamus. Vlp. dig. 5, 1, 15, 1 si evidens arguatur eius vel gratia vel amicitia. Pavl. dig. 9, 4, 4, 3. Papin. dig. 48, 5, 38 (37) adulterium in uxorem (*sc. commissum*). Pavl. dig. 34, 9, 5, 14 testamentum (*sc. falsum*). Tert. nat. 2, 5 quos tecta opprimunt, non tegulas ... arguunt, sed vetustatem. anim. 35 universis, quae arguunt eam (*vitam*), expunctis. Carm. poet. min. V 91, 2 *Petronius* iuvenum mores. Lact. inst. 1, 4, 7 peccata. 5, 3, 10 ex hoc ... insolentiam Christi. Rvt. Lvp. 1, 2 arguendi maleficii. 1, 16. Vvlg. Iob 21, 31 quis arguet coram eo viam eius? Ioann. 3, 20 opera. Hier. epist. 74, 5 calumniam. *nota* Sol. 33, 18 superficies eius (*Sardonyches*) probatur, si meracius rubeat, arguitur, si fuerit faeculentior (Plin. nat. 37, 89 inprobantur). Macr. sat. 7, 5, 28 voluptas ... fit ... vel honesta vel arguenda. *additur partic. vel adiect. ad significandum crimen:* Liv. 5, 17, 2 neglectas caerimonias dii arguerent. 5, 20, 5 largitionem inconsultam. 40, 24, 1 fuga ... praeparata arguebatur et corrupti quidam. Plin. nat. 26, 17 *Asclepiades* arguit ... medicamentorum potus stomacho inimicos. Tac. ann. 4, 19 Sacrovir ... dissimulatus, victoria ... foedata et uxor Sosia arguebantur. *nota* 6, 25 Tiberius ... impudicitiam arguens *Agrippinae* et ... Gallum adulterum eiusque morte ad taedium vitae conpulsam. Svet. Cal. 38 perperam editos census. Pavl. dig. 48, 10, 16, 1 testamentum alicuius subreptum. 34, 9, 5 pr. falsum. Inst. 3, 7, 3. 4, 18, 8 si ... armata vis arguatur. Corp. V 5050 (*edict. Claudii*) *Anaunorum* partem delator adtributam Tridentinis ... arguisse dicitur. *additur persona (res), in qua quid arguatur:* Liv. 24, 6, 9 levitatem ... in iuvene furioso. Vell. 2, 68, 4 in eo (*Caesare*) regni voluntatem. Sen. contr. 2, 4, 2 in me ... dementia arguitur (2, 7, 1). suas. 2, 13 in hoc versu soloecismum. Plin. nat. 2, 54 in luna veneficia. Qvint. decl. 245 p. 5 Hier. epist. 37, 4. 48, 1 Salv. gub. 4, 18. *obiectum est enuntiatum:* Liv. 40, 14, 5 nihil arguo, nisi quod ... venerunt. Tac. ann. 4, 8 posse argui, quod ... subierit oculos. Macr. sat. 6, 1, 4 quod plura sumpsisset. Heges. 4, 7 lin. 55 Web. non debent arguere, quod non possunt probare. Macr. sat. 1, 16, 28 quod ... dixi, potest argui. Liv. 5, 10, 6 *v. p. 553, 12.* b *arguunt res:* Tac. ann. 4, 33 gloria ac virtus ... nimis ex propinquo diversa arguens. Hier. epist. 98, 13 apostolorum acta ... Origenis stultitiam.

2 *additur causa arguendi:* Val. Max. 6, 8, 1 argui fortuna ... potest, quod ... inclusit. Iren. praef. 2 artificium arguere (*διελέγξαι*), quod subdole sit factum. Qvint. inst. 9, 3, 67 *παρονομασία* contrarium est, quod eodem verbo quasi falsum arguitur. decl. 264 p. 78 testamentum tamquam impium. Plin. epist. 2, 19, 8 leges ... ut contrarias (*cf.* 8, 21, 3). *nuda adiectiva (et partic.) v. supra l. 17.* Pavl. dig. 5, 2, 31 *testamentum* de inofficioso. Svet. Nero 23 pudorem ... pro tristitia. Cat. 64, 322 carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas. Tert. anim. 17 auditus fallaciae reus ... sic et odoratus et gustus arguuntur. Vvlg. eccles. 11, 3 vanitatis ... praeterita *tempora.*

III *ostendere, patefacere errorem: redarguere, convincere. homines arguunt* (*addito infinitivo i. q.* '*ad confessionem alicuius rei compellere*'): Tac. ann. 4, 11 mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit, ut claro sub exemplo falsas auditiones depellerem. Svet. Don. vita Ter. 2 quod (*sc. Terentium corporis gratia Scipioni et Laelio conciliatum fuisse*) ... Fenestella arguit contendens utroque maiorem natu fuisse. Iren. 3, 21, 3 volunt aliter interpretationes facere, quando ex ipsis scripturis arguantur a nobis. *cf.* 2, 30, 2 arguentes et evertentes ... insaniam. Macr. sat. 1, 13, 21 hoc (*i. hunc errorem*) arguit Varro scribendo *etc.* Vvlg. Iob 19, 5 arguitis me opprobriis meis. Hier. in Ier. 28, 5 (p. 1037 Vall.) Ionas ... arguitur a domino, utilius prophetae esse mendacium quam tantae ruinae multitudinem (multitudinis ruinam *Rhabanus*). *cf.* Cypr. Gall. exod. 205. *res arguunt:* Liv. 34, 54, 8 veteribus, nisi quae usus evidenter arguit, stari malunt. 45, 32, 7 *leges* ne usus quidem ..., qui unus est legum corrector, experiendo argueret. Sil. 5, 478 arguit asper exitus ... consulta timoris. *c. infin.* Liv. 4, 20, 6 titulus ... spoliis inscriptus illos meque arguit, consulem ea Cossum cepisse. *sim.* Tac. ann. 1, 12 ut sua confessione argueretur, unum esse rei p. corpus. Svet. Cal. 8 Plinium arguit ratio temporum. Cael. Avr. acut. 1, 15, 118 in luce ... intelligentiae visa debilia ... efficiuntur, cum sensualibus visis arguuntur.

IV *hebraismus: castigare, punire:* Vvlg. II reg. 7, 14 arguam eum (*populum*) in virga virorum. psalm. 93, 10 qui corripit gentes, non arguet? Is. 11, 4 iudicabit in iustitia pauperes et arguet in aequitate pro mansuetis terrae. 29, 21.

structurae: quomodo?: coram: Liv. 44, 5, 6 *al.* Amm. 16, 6, 1. durius: Bened. reg. 2. evidenter: Liv. 34, 54, 8. falso: Plavt. Bacch. 474. fidenter: Avg. civ. 10, 11 p. 419 D. honestissime: Avg. civ. 8, 14 p. 342 D. immerito: Ov. trist. 2, 327. merito: Val. Max. 6, 8, 1. publice: Vvlg. lev. 19, 17. severe: Hier. epist. 87. suspiciose: Cic. S. Rosc. 76. vehementer: Evgipp. Sev. 3, 2. Vvlg. num. 5, 13 testibus. IV reg. 19, 4 verbis. Hier. epist. 108, 19 contractione frontis. Vvlg. II reg. 7, 14 in virga virorum. Hier. epist. 112, 6 in faciem *cf.* 125, 19.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 1, 16, 4 tacitus. *ubi?* ad senatum: Liv. 33, 47, 6. apud aliquem: Tac. dial. 5 ann. 4, 12. 14, 41 Svet. Nero 7.

synonyma: *ad I*: deprehendere: Plin. med. 3, 33 p. 107. probare: Vvlg. Sirach 31, 31. *ad II*: accusare: Cic. Verr. 3, 114 Mur. 67 Ligar. 10 fin. 1, 24 Apvl. apol. 26 Tert. nat. 2, 5 Ambr. off. 3, 22, 129 Hier. epist. 82, 4. carpere: Hier. epist. 24, 1. condemnare: Hier. epist. 121, 2 (*cf.* Sen. Herc. O. 898). conviciari: Pavl. Fest. 107, 9. convincere: Char. gramm. I 249, 11 *al.* Vlp. dig. 50, 16, 197. corripere: Lvcif. Athan. 1, 29 Vvlg. psalm. 6, 2 *cf.* Hier. epist. 24, 1 in Ier. 2, 22 (p. 850 Vall.). criminari: Hier. epist. 57, 1. culpare: Avg. civ. 6, 10 p. 269 serm. 153, 3. detestari: Avg. serm. 153, 3. dicere (in aliquem): Cic. Vat. 33. exprobrare: Fronto p. 49. 53 N. futare: Pavl. Fest. 89, 3. improbare: Avg. serm. 153, 3. *cf. p. 554, 15.* increp(it)are: Pavl. Fest. 107, 9 Fronto p. 49 N. Vvlg. II Tim. 4, 2 Hier. in Ier. 2, 22 p. 850 Vall. incusare: Tac. ann. 6, 10. 12, 57 Filastr. 10, 2. insequi (insectari): Cic. rep. 1, 66 Svet. Nero 33. insimulare: Plavt. Mil. 392 Cic. part. 114 rep. 1, 66. obicere: Liv. 4, 21, 4 Tryph. dig. 27, 2, 6 Clavd. 8, 365. queri: Cic. Verr. 3, 114 Liv. 27, 34, 14. reprehendere: Cic. Verr. 6, 46 Hier. epist. 112, 6 Avg. civ. 6, 9 p. 265 D. revincere: Lvcr. 4, 487. in iudicium vocare: Apvl. apol. 26 *cf.* Pavl. Fest. 27. *opposita*: *ad II*: comperire: Vlp. dig. 19, 5, 8. confutare: Lvcr. 4, 487. defendere: Cic. off. 3, 90 Liv. 32, 40, 1 Qvint. inst. 7, 1, 3 Tac. dial. 5. extollere: Tac. ann. 1, 9. dicere pro: Sen. clem. 1, 15, 4. laudare: Vell. 2, 45, 5 Plin. nat. 2, 22 Tac. ann. 3, 51 Hier. epist. 24, 1. liberare: Liv. 41, 19, 6. praedicare: Hier. epist. 24, 1. probare: Ov. ars 2, 199 Tac. hist. 4, 41 Sol. 33, 18. purgare: Cic. S. Rosc. 120 Sull. 38 Liv. 25, 6, 6. 36, 35, 11. refellere: Cic. de orat. 2, 323 orat. 225. tueri: Sen. Med. 502. *de differentia inter* arguo *et* coarguo: Isid. diff. 1, 19.

composita: abarguo, coarguo, redarguo. argutus *adi. v. suo loco.* *Hey.*

Argus *v. sub* Argos *p. 537, 46.*

mūtātio **Argustana** *Cappadociae.* Itin. Hier. 576. *Diehl.*

?argutarius *v.* acutarius *et* actuarius *I p. 448, 40.*

argūtātio, -ōnis *f. ab* argutari. *sonus argutus.* Cat. 6, 6 te non viduas iacere noctes ... cubile clamat ... pulvinusque ... attritus tremulique quassa lecti argutatio.

argūtātor, -ōris *m. ab* argutari. *qui argutatur.* Gell. 17, 5, 13 processisset ... argutatori isti ... reprehensio, si ... (argumentatori *al.*; *cf. ibid.* 3 rhetoricus quidam sophista). *f.* **argūtātrīx,** -īcis. Pavl. Fest. 117 lingulaca ... mulier argutatrix (auguratrix *codd.*).

argūtiae, -ārum *et* **argūtia,** -ae *f.* [*ab* argutus. *Th.*] *de plurali*: Char. gramm. I 33, 4 feminina semper pluralia: hae argutiae. exc. 548, 7 Phoc. gramm. V 428, 7 Gloss. II 439, 35. *singularis non invenitur ante* Apvl. *et* Gell. *v. l. 47. 64. 78. 81. p. 556, 2. 26 sqq.* (Fronto p. 254, 3 N. ad inventionis argutiam *Burmannus*; argutiarum *cod.*). Gloss. argutia ἀδολεσχία. argutiae στωμυλίαι, φλυαρίαι.

I *dicitur de rebus sensum moventibus* (*cf.* argutus *I*): **1** *auditum*: *de hominum loquacitate, verbositate*: Plavt. Bacch. 127 etiam me advorsus exordire argutias? qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet. Most. 1 exi e culina..., mastigia, qui mi inter patinas exhibes argutias (*cf.* Non. 239). Phaedr. 4 epilog. 1 supersunt multa, quae possim loqui..., sed temperatae suaves sunt argutiae, immodicae offendunt. *hinc etiam de lepida infantium garrulitate*: Sen. dial. 11, 18, 5 contractum sollicitudine animum illius (*pueri*) argutiae solvant. *cf.* 2, 11, 3 pueros quidam mercantur procaces... qui probra meditate effundant, nec has contumelias vocamus, sed argutias (*cf. inf.* ioculare convicium). Gell. 17, 8, 4 puer Atticus ... festivissimis aetatis et gentis argutiis scatens. *de cantu avis*: Plin. nat. 10, 85 hae tantae tamque artifices argutiae (*sc. lusciniae*) a XV diebus ... desinunt. *de rebus*: Colvm. 9, 5, 6 vallis argutiae, quas Graeci ἠχοῦς vocant. Diom. gramm. I 300, 9 interiore vicino aëre pectoris (pectinis *Scriver.*) argutia verberato. **2** *visum*: *de motu corporis*: Cic. orat. 59 *in oratore perfecto* nullae argutiae digitorum (*i. celerior motus*), non ad numerum articulus cadens. *cf.* de orat. 3, 220. Qvint. inst. 11, 3, 181 neque in gestu persequemur omnes argutias nec in loquendo distinctionibus... utemur. *de arte pingendi, sculpendi* (*nisi pertinet ad II*): Plin. nat. 34, 65 propriae huius (*Lysippi*) videntur esse argutiae operum custoditae in minimis quoque rebus. 35, 67 Parrhasius ... primus symmetrian picturae dedit, primus argutias voltus, elegantiam capilli. 117 sunt in eius (*pictoris*) exemplaribus (*i. tabulis*) plurimae ... argutiae facetissimi salis. **3** *gustum*: Carm. epigr. 2 *coci*, quei soueis a⟨rg⟩utieis (astutieis *prop. Garrucci*) ... gondecorant ... comvivia.

II *refertur ad intellectum* (*cf.* argutus *II*): *argute inventum*: **1** *generaliter* (*ingenium, calliditas, astutia*): Apvl. met. 1, 1 papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami inscriptam. 10, 17 *libertus* voluptates eius (*patroni*) per meas (*asini*) argutias instruebat, et ... me ... adcumbere, ... adluctari, ... saltare perdocuit. Pallad. 14 pr. 1 existimo..., quo frequenter inclinet argutia servorum (*i. librariorum nimis celeriter scribentium*). Amm. 25, 4, 22 *oculi micantes* mentis eius argutias (angustias *codd.*) indicabant. 26, 9, 4 contra has calliditatis (*sc. hostium*) argutias ... consuluit imperator. Arnob. nat. 5, 4 confiteri te captum argutia cordis humani. Priscill. tract. 8 p. 87 argutiam cordis in agnitionem veritatis intendere. **2** *apud oratores et dialecticos*: **a** *in bonam partem* (*subtilitas, acumen*): Cic. Brut. 167 *Titii* orationes tantum argutiarum, ... exemplorum, ... urbanitatis habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. easdem argutias in tragoedias satis ... acute, sed parum tragice transtulit. orat. 110 *Demosthenes* nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi. leg. 1, 7 *Macri* loquacitas habet aliquid argutiarum. M. Avr. ad Front. p. 28 N. o nitor! o argutiae (*orationis*)! p. 254, 3 *v. p. 555, 46.* Gell. 1, 4 lemm. verbi ab eo (*Cicerone*) mutati argutiam *exploravit Iulianus.* 17, 12, 1 infames materias ... *Favorinus* ratus idoneas ... exercendis argutiis. 20, 5, 2 ad rhetoricas meditationes facultatemque argutiarum. Apvl. apol. 95 *in oratione* neque Cato gravitatem requirat ... nec Calvus argutias. **b** *in malam partem* (*cavillatio*): Cic. Lael. 45 nihil est, quod illi (*sapientes Graeci*) non persequantur argutiis. Sen. epist. 48, 9 debilitari generosam indolem in istas argutias (*sc. dialecticorum*) coniectam. Gell. 1, 2, 7 atra ... verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium iacta. 7, 13, 2 argutias quaestionum. 10, 22, 24 de ista futili atque puerili meditatione argutiarum (*in dialectica cavillatoria*). Hier. epist. 96, 6 philosophorum argutias. *cf. l. 29.* Macr. somn. 2, 15, 19 in exercitio argutiarum talium (*ibid.* argutam de verbis calumniam sarciens). Sidon. epist. 5, 7, 5 Vlixis argutias et Sinonis fallacias (Greg. Tvr. glor. mart. praef. Ciceronis argutias vel Vergilii fallacias). 6, 2, 2 *matrona*, ne iniuriosum sit dixisse nequitiis, certe fatigatur argutiis (*sc. secum litigantium; cf. ibid.* versutiarum). Gell. 3, 1, 6 numquam ... tam inportuna tamque audaci argutia fuit ... Probus. 12, 2, 1 levi et causidicali argutia *sunt Senecae sententiae.* Greg. Tvr. virt. Mart. 2, 1 philosophorum ... argutia (*opp.* simplicitas pura). Tert. res. carn. 57 *v. sub* arguitio. **3** *apud pictores*: *cf. sub I 2.*

argūtio *v.* arguitio.

Argūtio *v.* Argutus.

argūtiola, -ae *f. deminutive ab* argutia *II.* Gell. 2, 7, 9 argutiola ... frivola et inanis est. 9, 14, 26 non ... puto argutiolam istam (*sc. de verbis*) recipiendam. 18, 1, 12.

argūtor, -ātus sum, -ārī (**argūto,** -āvī, -ātum, -āre). [*ab* argutus. *Th.*] Prisc. gramm. II 505, 4 derivativum ex hoc (*arguo? argutus?*) verbum 'argutor, argutaris'. *formae activi*: Diom. gramm. I 33, 4 'argutiae' ... facit verbum 'arguto, argutas'. Prop. 1, 6, 7 Petron. 46. 57 Gloss. argutarier: *v. l. 43. 45.* Gloss. ἀδολεσχῶ, φλυαρῶ. [*francog.* arguer. *M.-L.*]

1 Non. 245 argutari dicitur loquaciter proloqui. Enn. trag. 264 exerce linguam, ut argutarier possis. Nov. com. 25 alii cum tacent, totum diem argutatur quasi cicada. Plavt. Amph. 348 ego tibi ... comprimam linguam. :: haud potes ... :: pergin argutarier? Frivol. fr. 7 superabo ... omnis argutando praeficas. Prop. 1, 6, 7 illa mihi totis argutat noctibus ignes (*i. amorem suum*). Petron. 46 quid iste argutat molestus? 57 nec mu nec ma argutas. *iocose transfertur ad rem*: Titin. com. 28 terra haec est, non aqua, ubi tu (*fullo*) solitu's argutarier pedibus, cretam dum compescis (*v. adnot. Ribbeck.* Non. 245 *ad h. l. perperam* 'sussilire'). **2** *distincte explicare*: Char. gramm. I 286, 15 hic a ⟨sua⟩ persona in aliam personam transiit, ut argutans per illam ostenderet, quid vellet increpare. **3** *argutias dicere, cavillari*: Tert. spect. 4 *v. sub* argumentor. Hier. c. Lucif. 13 quoniam ad omnia argutaris et emissa a nobis spicula scuto orationis eludis. Mar. Merc. Cyrill. epist. cler. (Migne 64, 811) 4 argutantur ... et se ipsos seducunt, cum dicunt. **4** *dubiae significationis*: Lvcil. 698 agite agite, fures, mendaci, argutamini (Non. *ad h. l.*: argutum audax, malitiosum; *L. Müller*: '*argutiis detinete*'; arguta manu *Bücheler*).

argūtulus, -a, -um. *deminutive ab* argutus. Cic. Att. 13, 18 perfeci sane argutulos libros (*sc. Academicorum*) ad Varronem. Avg. c. c. Iul. 2, 9, 31 ut vestra fragilis et quasi argutula novitas (*i. nova doctrina*) ... auctoritate conteratur. Apvl. met. 2, 6 forma scitula et moribus ludicra et prorsus argutula est *famula. compos.* subargutulus.

argūtus, -a, -um. [*cf. c.* arguere. *Th.*] *vocabulum adamatum poetis, maxime bucolicis, alienum ab historicis.* argutior: Cic. Brut. 65 Gell. 18, 5, 7 *al.* (Plavt. Trin. 200 argutum magis). argutissimus: Cic. div. 2, 29 Att. 6, 5, 1 Fronto p. 55, 9 N. *al.* Carm. epigr. 1384, 5 (*a. 562*) argutissemus. Gloss. V 416, 11 (426, 28) arguta (argula *codd.*) acuta. II 19, 26 ὀξύς. [*it.* arguto, *hisp.* argudo. *M.-L.*]

I *quod cum quadam vi ad sensus pervenit*: **A** *ad auditum* (*sonans, vocalis, canorus*): **1** *de animantibus*: *quod claram vel acutam vocem habet*: Gloss. ἀδόλεσχος, λάλος, φλύαρος, ἠχώδης, loquax. Non. 239 sonans. *de vocibus bestiarum*: Naev. trag. 25 ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedis. Varro At. carm. frg. 22, 4 (Verg. georg. 1, 377) arguta lacus circum volitavit hirundo (Ov. fast. 1, 157 *coni. Harder*). Verg. ecl. 9, 36 argutos (Serv. canoros) inter strepere anser olores. Eleg. Maec. 1, 36 argutas garrulus inter aves. Prop. 1, 18, 30. Mart. 3, 58, 13 anser. 9, 54, 8 passer. Sil. 4, 86 argutos ... volucrum cantus. Apvl. Socr. p. 110 Oud. caput *corvi tamquam cygni. nota*: Ivl. Mont. carm. frg. 1, 2 hirundo argutis ... cibos inmittere nidis (*i. pullis*) incipit. Cvlex 153 cicadae. Calp. ecl. 5, 56 *cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

DIRAE 74. SEN. Phaedr. 81 canes. *de hominibus*: *in malam partem* (*garrulus, clamosus, verbosus*): PLAVT. Merc. 629 de istac re argutus es, ut par pari respondeas, ad mandata claudus, caecus, mutus. Truc. 493 strenui plus prosunt populo quam arguti et cati: facile sibi facunditatem virtus argutam invenit; sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica (*cf.* Frivol. fr. 7). Trin. 200 nihil est ... neque mendaciloquius neque argutum magis *quam scurrae*. PLIN. epist. 5, 6, 40 ne viderer argutior. *in bonam partem* (*sonorus, canendi peritus*): HOR. carm. 3, 14, 21 dic et argutae properet Neaerae (SCHOL. citharistriae ...; argutae autem sonorae). 4, 6, 25 argutae ... Thaliae. epist. 2, 2, 90 poetas (PORPH. canoros). PAVL. FEST. 368 argutus (*opp.* taciturnus). MART. 6, 34, 7 arguto Catullo. 8, 73, 7 Tibulli. ENNOD. carm. 1, 2, 8 Camenarum ... turba sororum offerat arguto pollice, quod loquitur. **2** *de arbore, sim.*: *quod sonum reddit, cum movetur*: VERG. ecl. 7, 1 sub arguta consederat ilice Daphnis (SERV. canora, stridula). 8, 22 argutum ... nemus (SERV. garrulum, stridulum. SCHOL. Veron. canorum). COLVM. 10, 284 arguto ... gramine (*vento percurrente?*). **3** *de rebus*: **a** *corporeis*: VERG. ecl. 7, 24 fistula (SERV. auct. iuxta quam frequenter canitur, ac per hoc loquax, garrula. SCHOL. Veron. sonora). CALP. ecl. 7, 12 cicuta. SIL. 7, 439 canna. 13, 347 calami (PAVL. NOL. carm. 27, 76 foramina). 17, 18 aera (*i. cymbala*). CIRIS 178 non arguta sonant tenui psalteria chorda. VERG. georg. 1, 143 argutae ... serrae (SERV. sonorae). 1, 294 arguto coniunx percurrit pectine telas (Aen. 7, 14 *cf.* SERV. *ad h. l.* APVL. met. 2, 9 COD. Theod. 10, 21, 3 [*a. 424*] arguto pectine [*sc. textorio*] solidanda fila). *hinc orta* GLOSS. IV 406, 19 arguto denticato stridulo. MART. 11, 21, 2 celer arguto ... sonat aere trochus, *cf.* 14, 169, 2. APVL. met. 11, 4 argutum sonorem *crepitaculi*. 11, 10 tinnitum *sistri*. CALP. ecl. 6, 53 arguti glarea rivi. SISEB. carm. 2 latices. STAT. silv. 2, 4, 13 argutum ... stridentia limina. *cf.* AMM. 25, 1, 13 argutum sonantes harundines. FIRM. math. 1 pr. 4 lacus ... Palicus ... strepente coniugio *amnis* stridulus argutum murmur exibilat. PAVL. FEST. 59 citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia. OV. ars 1, 80 forum. CIC. Att. 6, 5, 1 obvias mihi litteras quam argutissimas (*an i. q. verbosas, loquaces?*) de omnibus rebus crebro mittas. *nota*: OV. trist. 5, 9, 23 haec meus argutis ... libellis (*i. qui nomen tuum palam manifestarent*) poneret in multa luce ... labor (*aliter* MART. 1, 1, 3). MART. 6, 89, 2 arguto ... pollice (*crepitante*). ANTH. 452, 12 blandior arguta tinnit in aure sonus. **b** *incorporeis*: PROP. 1, 18, 26 arguto facta dolore queri. 1, 16, 16 *amator* arguta referens carmina blanditia. 2, 3, 24 argutum sternuit omen Amor. STAT. silv. 2, 1, 45 blandis ubinam ora arguta querelis? *dubium an huc pertineat*: CIC. orat. 38 *in genere demonstrativo* datur ... venia concinnitati sententiarum et arguti (*i. sonori?*) certique et circumscripti verborum ambitus conceduntur. *nota*: PROP. 3, 20, 27 illi sint quicumque solent in amore dolores, et caput argutae praebeat historiae (*i. loquacibus hominum confabulationibus*). **B** *ad visum* (*clarus, manifestus, acutus, acer, fulgens*) GLOSS. *γοργός*, *ὀξύς*: CIC. de orat. 3, 220 *de motibus oratoris*: manus ... minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens (*cf.* orat. 59. GELL. 1, 5, 2 manus ... argutae ... et gestuosae. *v. p. 556, 60*). leg. 1, 27 oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. OV. am. 3, 2, 83 *puella* argutis quiddam promisit ocellis (3, 3, 9). ITIN. Alex. 6 visu arguto *Alexander*. CAT. 68, 71 *diva* intulit et trito fulgentem in limine plantam innixa arguta (*an: crepitante?*) constituit solea. AETNA 520 arguti natura ... aeris (*i. ἐναργής Sudhaus comm. p. 195*). VERG. georg. 3, 79 illi (*equo*) ardua cervix argutumque caput, brevis alvus obesaque terga (SERV. breve. NON. 239 parvum, adductum. *cf.* GLOSS. II 294, 35 *ἐλάχιστον* minutum ... exiguum argutum: Virgil. *eqs. caput expressum vult significare poeta, cuius est accidens, ut parvum sit. de re cf.* VARRO rust. 2, 7, 5 PALLAD. 4, 13, 2). *similiter* PALLAD. 4, 13, 2 aures *equi* breves et argutae. 4, 13, 7 *pullorum equi* musculosa et arguta corpora. *velox? cf. ἀργός et l. 49*: SERV. auct. ecl. 4, 34 Argo a celeritate ... unde verso in latinum verbo argutos celeres. SCHOL. Hor. serm. 1, 5, 5 altius ... praecinctis: argutioribus, velocioribus. *ibid.* argutiores uno die solent venire. IORD. Get. 128 *Hunni*, argutis motibus expediti et ad equitandum promptissimi. *translate de rebus, quae per speciem suam aliquid manifesto monstrant*: CIC. div. 2, 29 sunt ... qui vel argutissima haec exta (*sc. gallinaceum fel*) dicant (*aliter* argutum omen *de clara sternutatione v. supra l. 42*). PS. QVINT. decl. 18, 11 arguta indicia. **C** *ad odoratum vel gustum*: PLIN. nat. 15, 18 odor in tenui *oliva* argutior. PALLAD. 3, 25, 4 contrahi pomis argutos sapores. 4, 10, 26 melioris magnitudinis et saporis arguti *ficus*.

II *quod acie sua mentem movet* (*catus, prudens, callidus, subtilis, ingeniosus*): GLOSS. *εὐσύστροφος*, urbanus aut astutus. NON. 239 audax, malitiosum. **A** *de hominum dictis, cogitatis, studiis*: PLAVT. Truc. 494 *v. supra l. 4*. CIC. epist. 8, 1, 1 ne tibi nimium arguta haec sedulitas videatur. CIC. Pis. 70 poema ... facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. de orat. 2, 250 ex ambiguo dicta vel argutissima putantur. 268 arguta ... significatio est, cum parva re et saepe verbo res obscura ... inlustratur. Brut. 325 genera ... Asiaticae dictionis duo sunt: unum

sententiosum et argutum. orat. 39 quorum (*oratorum*) satis arguta multa (*sc. extant*). 42 orationis genus ... sententiis argutum, verbis sonans. opt. gen. 5 docendi *sententiae* acutae, delectandi quasi argutae, commovendi graves. epist. 7, 32, 2 quae sunt a me ... disputata de ridiculis, *ἔντεχνα* et arguta apparebunt. HOR. ars 364 iudicis argutum quae (*poesis*) non formidat acumen. QVINT. inst. 7, 3, 14 conclusio ... arguta verborum cavillatrix (LACT. inst. 3, 16, 9). PLIN. epist. 6, 33, 8 arguta divisione *orationis*. FRONTO p. 55 N. argutissimam strofam. GELL. 13, 10, 4 arguto subtilique *ἐνύμῳ*. 15, 36, 2 argutissimas nugas dixit. SEN. contr. 1, 6, 13 Hermagoras raras sententias dicebat, sed argutas. SEN. epist. 102, 20 arguta disserere et philosophiam in has angustias ... detrahere. MART. 1, 1, 3 argutis epigrammaton libellis. PLIN. epist. 4, 3, 4 epigrammata. 7, 9, 9 *carmine* arguto et brevi. TAC. dial. 20 sensus ... arguta et brevi sententia effulsit. HIER. epist. 66, 9. FRONTO p. 13 N. quaerat aliquid ... argutius. praestigiae nullae tam versutae. MAXIM. eleg. 5, 81 artes. LACT. inst. 5, 16, 13 haec *sc. quae Carneades disputavit* (*epitome*: acuta). SIDON. epist. 7, 12, 3 affatus. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 61 lumen immittere ... arguto usu machinatum. GELL. 5, 15, 9 argutae delectabilisque desidiae (*sc. philosophorum*) aculeos. AMBR. exam. 6, 8, 50 liber obtutus sit *athletae*, argutus (*i. providus, circumspectus?*) incessus.

B *de indole vel animo hominum*: TERT. anim. 20 Empedocles causam argutae indolis et obtusae in sanguinis qualitate constituit. SYMPHOS. poet. min. IV 440, 116 *vulpes* arguto callida sensu. HIER. epist. 82, 6 argutum et callens ... ingenium. LACT. inst. 1, 1, 8 ad argutam malitiam iuvenes erudiebamus. AMM. 16, 1, 3. SYMM. epist. 1, 34, 2 animus ... ad ... sensum doloris argutus. **C** *de hominibus ipsis*: **1** *laudative* (ISID. orig. 10, 6 argutus, quia argumentum cito invenit in loquendo): *acutus, prudens, subtilis, ingeniosus*: CIC. Brut. 65 *Catone* quis ... in sententiis argutior? in docendo edisserendoque subtilior? 247 Memmius ... argutus orator. GELL. 18, 5, 7 si quis modo non inscite inepteque argutior sit. HERM. rec. Pal. vis. 3, 1, 2 argutus es ad cognoscenda omnia (*σπουδαῖος*). SPART. Hel. 6, 2 homo paulo argutior (*Hadrianus*). LACT. inst. 1, 2, 6 ab hominibus argutis et eloquentibus. VEG. mil. 3, 6 dux ... fidelissimos argutissimosque *milites* ... mittat. FIRM. math. 3, 4, 24 *Mars* in hoc signo ... faciet calidos periculosos, sed argutos. SORAN. 5 obstetrix ... pudica, arguta, prudens. ITALA (Euch. instr. 1 p. 120 Vind.) Matth. 10, 16 estote arguti (VVLG. prudentes) sicut serpentes. SIDON. epist. 2, 7, 2 sententiam tuam nec victus ut stolidus accusat nec victor ut argutus inridet. 3, 9, 2. 8, 11, 5 argutus artifex *poematum* erat. carm. 23, 168. CARM. epigr. 1384, 5 vir ... excellens, argutissemus, aptus. PRISCILL. tract. 3 p. 52, 10 argutior divini mysterii natura (*i. deus*) quam diabolus. *de bestia*: PALLAD. 4, 11, 3 in moribus *boum* haec consideranda sunt: sint arguti, mansueti, timentes hortamen. CARM. epigr. 1176, 7 *catella* morib(us) argutis hominem simulare paratam. **2** *vituperative* (*astutus, versutus*): CIRIS 186 *v. sub* argute *1*. HOR. sat. 1, 10, 40 arguta meretrice (SCHOL. Hor.: callida). epist. 1, 14, 42 calo. OROS. hist. 6, 12, 6 insidiator argutior. *nota lusum*: PLAVT. Pseud. 746 scitne in re advorsa vorsari? ... ecquid argutust? :: malorum facinorum saepissime. *res pro hominibus*: MART. 7, 84, 2 arguta picta tabella manu. CLAVD. 18, 370 *de eunucho consule*: accipit et trabeas argutae praemia dextrae. SIDON. epist. 9, 7, 5 scrinia tua ... effractorum manus arguta populabitur. PRVD. ham. 551 argutas hostis (*i. diaboli*) vitare sagittas. *cf.* ignitus.

structurae: argutus de: PLAVT. Merc. 629. in (*abl.*): CIC. Brut. 65. ad: HERM. rec. Pal. vis. 3, 1, 2. argutum *pro adverbio*: *v. p. 557, 30. 31.*

synonyma (*praeter* GLOSS. *et* SCHOL.): acutus, callens, catus, prudens, subtilis. *opposita*: obtusus, stolidus. *composita*: inargutus, perargutus.

adv. **argūtē**. *compar. et superl. v. infra.* GLOSS. acute. *ad* argutus *II* (*prudenter, subtiliter, callide, ingeniose*). *adiungitur verbis* **1** *agendi*: PLAVT. Trin. 974 nimis argute obrepsisti. CIRIS 186 ut ... crinem de vertice serum furtim atque argute (arguto *codd.*) detonsum mitteret hosti. SIDON. epist. 1, 2, 7 *Theodericus* tesseras colligit rapide, ... volvit argute. **2** *dicendi, cogitandi, sim.*: CATO hist. frg. 34 Gallia duas res ... persequitur, rem militarem et argute loqui. CIC. Cael. 19 si mihi ... acute arguteque responderit. Brut. 42 concessum est rhetoribus ementiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius. 322 breviter arguteque incluso adversario (*sc. in iudicio*). de orat. 2, 18 argutissime disputare. *cf.* ac. 1, 7. orat. 98 qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret. Brut. 53 Bruto ... qui de matre savianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque coniecerit. NEP. Lact. inst. 3, 15, 10 qui in schola de pudore ... praecipiant argutissime. PLIN. epist. 6, 21, 4 scripsit mimiambos tenuiter, argute, venuste. GELL. 11, 5, 5 Favorinus ... subtilissime argutissimeque libros composuit. *cf.* 10, 4 lemma. 13, 10, 3 *Labeo* multa posuit ... lepide atque argute reperta. CENSOR. 22, 10 Varro ... satis argute docet. DON. Ter. Phorm. 1, 2, 102 argute additum et 'saltem' et 'solum'. SERV. auct. Aen. 8, 376 argute ... arma nominat. LACT. inst. 3, 17, 31 quam argute nos fefellit *philosophus argumentando*. 4, 13, 12. 3, 19, 3 argute, ut sibi videntur, *argumentati sunt philosophi*. HIER. epist. 34, 3 licet tu argute praecaveris non posse ... intellegi. AVG. bapt. 1, 10, 13 videntur sibi ar-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gutissime quaerere, utrum ... an. MACR. sat. 2, 1, 15 argute iocari. SIDON. epist. 9, 9, 10 scripseras ... argute illa nec callide. CHAR. gramm. I 229, 23 'atque' pro 'et' Terentius in Adelphis: ..., ubi Acron 'argute' inquit; nam *eqs.* *locus obscurus*: VITR. 4, 8, 4 constituuntur aedes ex isdem symmetriis ordinatae et alio genere dispositiones habentes, uti est Castoris, ... item argutius Nemori Dianae columnis adiectis dextra ac sinistra. *Hey.*

Argūtus *nomen servorum humillimorumque hominum.* CORP. VI 3435 C. Nertonio Lupo evocato Aug(usti) Argutus L. Ponti Marcelli ser(vus) heres. XI 900 (*Mutinae*) Nonia Sex. l. Anthedo ... Arguto deli⟨k(ato)⟩. V 2231 (*Altini*) ⟨G⟩arrulus Arguto patri. 4255 (*Brixiae*) Q. Clodius Argutus. XIII 2874 (*in prov. Lugudun.*) Argutus Sabinii Lupi (servus). CONC. Carth. a. 411 Mansi IV p. 152 C: Argutus episcopus Tabudensis. p. 115 B. *equus*: CORP. VIII 12508 (*Carthagine*) 7. 28 *Ἀργοῦτον.* **Argūtio** *nom. vir.* CORP. III 10687 (*in tegulis Pannoniae inf.*) a: Fl(avius) Argutio fic(tor). b: (septima) s(ub) c(ura) Vrsaci F(lavius) Argutio f(ictor). VIII †670 (*in prov. Byzacena*) Flabius Argutio in pace. INSCR. christ. Rossi I 556 (*a. 406*). *Ἄργουτιν Γάλλου apud Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 214.* *Otto.*

Argyās, -ae *m. Ἀργύας fluv. Macedoniae prope coloniam Byllidensium.* CORP. III 600 ⟨pon⟩tes in Argya flumine et rivis d(e) s(uo) ⟨f(ecit)⟩. *v. Tomaschek, PW. II 799.*

Argyna *opp. Locrorum Ozolarum.* PLIN. nat. 4, 7. *cf.* Argynnus.

Argynnus, -ī, *Ἄργυννος.* **1** *puer Boeotus, Agamemnonis amasius; v. Wentzel, PW. II 799*: PROP. 4, 7, 21 sunt Agamemnonias testantia litora curas, quae notat Argynni (agynni *codd.*) poena. **2** *nom. vir.*: MART. 7, 15, 5. CORP. VI 10027 (*periit*) C.⟩ Sufenati C. l. Argynno ... arbitratu Arginnae C. l. Veranae. 25579 (*'de exempli antiquitate non plane constat' Hülsen*) M. Rufrius M. l. Ph(i)ladelphus Rufria M. l. Iucund. soror Argynni. 33795 Argynnus emp(ticius). CORP. XV 2229 (*in tegula, saec. I*) Arginnu⟨s⟩ Antoni⟨. XI 5849 (*Iguvio, periit*) Cn. Cisvitius (mulieris) l. Arginnus. *cf.* Argennos *sub voce.* *Diehl.*

argyranchē, -ēs *f. graecum iocose fictum.* GELL. 11, 9, 1 (*ex Critolao*) e populo unum exclamasse, non 'synanchen' quod Demosthenes pateretur, sed 'argyranchen' esse (Plut. Dem. 25).

argyraspides, -um *m., ἀργυράσπιδες. regia cohors Antiochi*: LIV. 37, 40, 7 argyraspides a genere armorum appellabantur. *Alexandri*: CVRT. 4, 13, 27. IVSTIN. 12, 7, 5 exercitumque suum ob argenteos clipeos argyraspidas appellavit. 14, 2, 6 argyraspidas ... exercitum ... tot victoriarum praefulgentem gloria. 14, 2, 7. OROS. hist. 3, 23, 25 argyraspidas ob arma deargentata sic dictos. *Severi*: LAMPR. Sever. 50, 5 fecerat et sibi argyroaspidas et chrysoaspidas. *V.*

Argyrē, Argyrea, Argyrippus, Argyris *v. sub* Argyrus.

Argyripa, -ae *f. vetus Arporum, oppidi Dauniae, nomen, cf. Hülsen, PW. II p. 1217. τὰ Ἀργύριππα et ἡ Ἀργυρίππα. nomen Messapium cognatum cum* Argyruntum *oppidi Liburniae nomine. conditam ferebant a Diomede Argivo nomenque fuisse primo* Argos Hippium, *deinde* Argyripa, *postremo* Arpi; *sed haec antiquariorum commenta sunt.* VERG. Aen. 11, 243 vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra .... ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis victor Gargani condebat Iapygis arvis. ... quae causa attraxerit (*sc. nos*) Arpos. PLIN. nat. 3, 104 Dauniorum ... Arpi, aliquando Argos Hippium Diomede condente, mox Argyripa dictum. SIL. 4, 554 Allius Argyripa Daunique profe⟨ct⟩us ab arvis. 13, 30 Argyripae (Agripp(a)e *pars codd.*) pravum decus (*Dasius*). 17, 321 Argyripae campi. AVSON. 223, 3 *Diomedes* Argyripam clarosque viris qui condidit Arpos. SERV. Aen. 7, 286 fuit enim et in Italia *Argos*, quam Diomedes condidit, quae primo Argi, post Argyripa (*sic Floriacensis, ceteri* -ppa), post Arpi dicta est. 8, 9 *Diomedes condidit* Arpos quae et Argyripa (*sic Lipsiensis, ceteri* -ppa) dicitur (MYTHOGR. 1, 141). 11, 246. GLOSS. V 520, 12 Argosyppon civitas est in Apulia quam Diomedes condidit. quod nomen postea vetustate corruptum Agrippa dicebatur, quod rursus corruptum Arpos dicitur. *Otto.*

argyritēs *m., ἀργυρίτης.* VEG. mul. 1, 20, 2 lapidis argyritis unc. I. 6, 12, 3. ISID. orig. 16, 15, 7 *inter gemmas* argyrites similis argento.

argyritis, -idos *f., ἀργυρῖτις. lapis*: PLIN. nat. 33, 106 spuma argenti: genera eius tria, optima quam chrysitim vocant, sequens quam argyritim, tertiam quam molybditim. ... argyritis ex argento *fit.* 108 argyritis. DIOSCOR. 5, 112 de lithargiru. ... fusca vero argueritis dicitur et quia ex argento fit. *ibid.* arguiritidos que dicta est. *ibid.* accipis litargiru argiriten (*i.* -in). 119 lapide, qui miscetur arene arcyritidi. *herba*: PS. APVL. herb. 82 mercurialis a Graecorum aliis ... argyros, aliis argyritis ... appellata est.

Argyritus, Argyrius *v. sub* Argyrus.

argyroaspides *v.* argyraspides.

argyrocorinthus, -a, am. *graecum non extat.* CORP. VI 327^{b} crateram argyrocorintham cum basi sua et hypobasi marmorea. *cf.* PLIN. nat. 34, 8.

argyrodamās, -ntos *m., ἀργυροδάμας lapis.* PLIN. nat. 37, 144 argyrodamas eadem sit *gemma quae androdamas* an alia, auctores non explicant. 163 Gallaica argyrodamanti similis est. 1 ind. 37, 54.

Argyropolis *v. sub* Argyrus.

argyropratae qui et argenti distractores GLOSS. V 520, 11. *ἀργυροπράτης.* *V.*

Argyruntum *opp. Liburniae, cf. Tomaschek, PW. II 803. nomen Illyricum fictum ut* Dalluntum, Salluntum, Petuntia *al., cognatum cum* Argyripa *Dauniae; cf.* Argentaria *Dalmatiae.* PTOL. 2, 16, 2 *Ἀργυροῦντον (-οῦτον codd. plerique).* PLIN. nat. 3, 140 per oram oppida ... Argyruntum. RAVENN. p. 224 Argerunto. p. 381 Argerunton (Ag- *cod. Parisinus*). *Otto.*

argyrus *m., ἀργυροῦς.* EPIPHAN. metr. II p. 104, 30 centum vero denaria argyrus id est argenteus existebat. *V.*

Argyrus, -ī, *Ἄργυρος.* **1** *nom. vir. et cogn.* CORP. III 6378 (*Salonis, saec. I*) Argyrus lib. IV 1407 (*graphio scripta*). IX 6083, 21 *et* X 8059, 50 (*in signaculis*) Argyri. CORP. VI 14939 Ti(berio) Claudio Argyro. 23935 Sex. Perperna Argyrus (23936. 23955. 23956). IX 372 (*Canusii*) P. Curtius Argyr(us). X 7145 (*Syracusis*) L. Caiat⟨ius⟩ Argy⟨rus⟩. **2** *opp. v.* Bargylos. **Argyris,** -idis *vel* -īnis, *Ἀργυρίς. nom. mul. et cogn.* CORP. IX 4818 (*Fori Novi, lib.*) Gallia Argyris. VI 4284 (*e columb.*) Iulia Argyri⟨s⟩ Felicis l. 7193^{a} (*e columb.*) Ancarena Argyris. 22379 Memmia Argyris. 25627 Aemilia Argyris. XI 5638 (*Camerini* = V 7180) Verrea Argyris. VIII 21257 (*Caesareae Maurorum*) Lic. Argyris. CORP. VI 18697 ossa Fulviae L. (mulieris) l. Argyridis. 21153 Lasucciae Argyridis. 34066 dis manib. Bacchylus Argyridi conservae bene merenti A. Tuccius Cryses Tucciae Laetae filiae. 2345 Auliae Argyridi. X 4116 (*Capuae, descr.*) Cantiliae St. l. Argyrini. **Argyrius,** -ī, *Ἀργύριος. nom. vir.* COD. Theod. 4, 13, 2 (*a. 349*) impp. Constantius et Constans AA. Argyrio praesidi. CONC. Carth. a. 411 Mansi IV 165^{a} Argyrio episcopo Sitipensi. AVG. epist. 237, 1 videtur mihi Argirius in Priscillianistas ... nesciens irruisse. **Argyrē,** -ēs, *Ἀργυρὴ νῆσος, nunc* Arakan. *v. Tomaschek, PW. II 801, 1.* MELA 3, 70 ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre, altera aurei soli ... altera argentei, atque ut maxime videtur aut ex re nomen aut ex vocabulo fabula est (PLIN. nat. 6, 80 SOL. 52, 17. MART. CAP. 6, 695 Chrysea *et* Argyrea. ISID. orig. 14, 3, 5 Chrysen et Argyren. 14, 6, 11). RAVENN. p. 419, 17 Argire. *cf.* TAB. Peut. 12, 5 ins. Arcirse. **Argyrea** *v. l. 33.* **Argyritus** (*?*) flumen. IVL. VAL. 3, 36 Argyritum flumen et alium Pactolum fluvium, ... utrumque alveum auro divitem et prae nimietate auri interfluentis aquae quoque aurigantem colorem. *composita graeca*: **Argyrippus,** -ī, *Ἀργύριππος. Atheniensis, adulescens in* PLAVT. Asin. *argenti inops et cupidus.* 74 oravit Argyrippus filius, ut sibi amanti facerem argenti copiam (argum. 1, 1). 364 ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minae. *cf.* 732 *sq.* 522 filium Demaeneti. 542. 586. 917. 833 Argyrippe. **Argyropolis,** *Ἀργυρόπολις. opp. Bithyniae.* CASSIOD. hist. 12, 2 videns ... Atticus locum in contraria ripa *Bospori* Chrysopoleos positum, delectabilem et decorum, ait: Argyropolis nominetur, qui locus eius repente cognomen obtinuit. *ibid.* Argyropolim. *Diehl.*

Arhonsus *nom. vir. barbaricum.* CORP. XIII 188 (*in Aquitania*) Arhonsus. *Otto.*

1. Aria, -ae, *Ἀρίας, nom. vir. et cogn.* CORP. VI 1324 (*a. u. c. 731*) M. Fuficius (mulieris) l. Aria. X 4206 (*Capuae*) Cn. Livinius Cn. l. Aria. XI 4266 (*Interamnae*) C. Curvio Ariae. CORP. IX 6082, 10 (*in patella*) Aria.

2. Aria, -ae *f., Ἀρία.* **1** *Persidis regio. v. Tomaschek, PW. II 1619.* MELA 1, 12 Indis proxima est Ariane, deinde Aria et Cedrosis et Persis. PLIN. nat. 6, 212 AMM. 23, 6, 14 *et* 69. **2** *huius regionis oppidum Straboni Ἀρία, Ptolemaeo Ἀρεία. num idem* TAB. Peut. 12, 4 Aris, *item* RAVENN. p. 46, 2*?* *sed cf. Tomaschek, PW. II 846 sub* Aris *2, qui contulit* Ζάρις. *eandem regionem perfluit* **Arius,** -ī *vel* **Ariās,** *Ptolemaeo Ἀρείας. v. Tomaschek, PW. II 623.* PLIN. nat. 6, 93 Arius amnis, qui praefluit Alexandriam ab Alexandro conditam (*in Ariana*). ITIN. Alex. 39 Arius ... qui Arios interfluit. AMM. 23, 6, 69 *Arianorum terras* amnis vehendis sufficiens navibus Arias perfluit nomine, faciens lacum ingentem eodem vocabulo dictitatum. **Arii,** -ōrum, Ariae *regionis incolae.* PLIN. nat. 6, 61 Alexandriam Arion (*gen. plur.*). CVRT. 7, 4, 32 gente. ITIN. Alex. 32 regiam. *ibid.* satrapa (CVRT. 6, 6, 20). CVRT. 7, 3, 1 satrape. 7, 4, 33. 7, 3, 2 PLIN. nat. 6, 78. 6, 113 *Parthyaea* habet ab ortu Arios, a meridie Carmaniam et Arianos (SOL. 55, 2). 31, 74 TAC. ann. 11, 10 APVL. met. 11, 5 Aethiopes Arique. EPIT. Alex. (Wagn.) 3. 121 *gen. plur.* Arium. IVST. 13, 4, 22 Arei (OROS. hist. 3, 23, 13). 41, 6, 3. *cf.* Arraei.

Ariace *opp. Bithyniae. cf.* Artace *et* Artane. PLIN. nat. 5, 142 oppida Placia Ariace Scylace, quorum a tergo mons Olympus Mysius dictus. *v. Hirschfeld, PW. II 803.*

Ariacta *prov. Thraciae.* TAB. Peut. 8, 2/3. *v. Hirschfeld, PW. II 803.*

Ariadna (-ē), -ae (-ēs), *Ἀριάδνη. graece declinatur inde a* PETR. 138. *latine*: -a: CAT. 64, 54 *et* 253 PROP. 2, 3, 18 OV. ars 3, 35 CORP. III 12033, 2. *gen.* -ae: SEN. Phaedr. 245 MELA 2, 112. *dat.* -ae: TERT. coron. 7 HYG. astr. 2, 5 p. 41, 1 B. SCHOL. Germ. Bas. p. 62, 5. CORP. X 4203 (*Capuae*) Liciniae Ariadnae. *in* -e *solum in titulis*: CORP. VI 21398. 23484. 29303. IX 706 (*Teani Apuli*). CORP. IX 3464 (*Peltuini*) Considiae Ariadini (*extrema* i *non plane certa*). -am: TERT. scorp. 10 LACT. inst. epit. 8, 5 PROB. Verg. georg. 1, 222 SCHOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Stat. Theb. 7, 686 *Pb. orthographica: de nominis formis apud Graecos cf. Kretschmer, Griech. Vaseninschr. p. 171. Brugmann, Indog. Forsch. 5 (1895) 379. G. Meyer, Griech. Gramm.³ p. 364.* INSCR. ital. Fabretti suppl. II 374 araϑa. *saepius in codd. traditur* adrian-: CAT. *l. l.* PROP. *l. l. et* 3, 17, 8 *cod. Neap.* adriagna, *cett.* adriana *vel* ariadna. SCHOL. Bern. Verg. georg. 1, 222 adriadnam *Bern. 172.* SCHOL. Germ. Strozz. p. 119, 13 adriadnes *cod. Strozz.* adriagnes *cod. Vrbinas.* SCHOL. Stat. Theb. 7, 686 *et* 12, 676 *Pb. cf. l. 14 et 17.* SCHOL. Arat. p. 192, 3 *et* 5 Ariatnes. 17 Ariatnem. Ariagne *appellatur apud Latinos Leonis imperatoris filia. v. sub 2. eadem* CORP. III 12033, 2 *(circa anulum)* Ariacna Aug. VICT. TONN. chron. II 188, 32 *et* 189, 1 *et* 195, 33 Arriagne *cod. Matrit. (idem* 191, 26 Ariagne), Ariadne *cett. ad eandem formam cf. l. 5 et* CORP. VI 29303 VIpiae Ariagne *(dat.) et* SERV. Aen. 6, 14 *C* (d *super* r). CORP. VI 21398 Líviae Ariadine uxori eius. 23484 *teste Torrentio.* IX 706 *(Teani Apuli)* Claud(iae) Ariadine. *adde p. 560, 83.* ITIN. Anton. 528 *traditur* ariatine ariathne ariathena adriathie. SERV. Aen. 6, 14 arianne (-em) *ter legitur in A, bis H, semel G astipulantibus. cf.* Ariadneus.

1 *Minois regis filia:* HYG. fab. 14 p. 46, 5. 42 p. 70, 10. 224 p. 132, 1 Ariadnen Liber pater Liberam appellavit Minois et Pasiphaes filiam (OV. fast. 3, 512 PROB. georg. 1, 222). *cf.* PROP. 2, 3, 18 egit ut euhantes dux Ariadna choros. AVSON. 325, 31 SCHOL. Stat. Ach. 1, 192. [*eius* corona, *opus Vulcani, donum aut Veneris aut Liberi, a Libero astris inlata:* OV. met. 8, 179 fast. 3, 514 TERT. coron. 7 SERV. auct. Aen. 3, 125 georg. 1, 122 PROB. *ibid.* HYG. astr. 2, 5 SCHOL. Germ. Bas. p. 62 SCHOL. Arat. p. 192. Corona Ariadnes *sidus (idem saepe* Corona, *v. sub voce):* PROB. Verg. georg. 1, 222 PORPH. Hor. carm. 2, 19, 13 MART. CAP. 8, 832. 841. 842. *cf. infra* Ariadneus *et s. v.* Cressus, Dictaeus, dotalis, Gnosiacus, Gnosis, Gnosius, Minous. *ipsa* Ariadne *sidus (intellege Coronae):* TERT. scorp. 10 Aratus Persea et Cephea et Erigonam et Ariadnam inter sidera deliniabit. BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 222 'Gnosiaque stella Coronae': Ariadnen scilicet dicit, consecratam Libero patri. *ibid.* Corona stellae . . . in quas Ariadne . . . transfigurata est. SCHOL. Bern. Verg. georg. 1, 222 Liber pater Ariadnam . . . cum corona in caelo dedicavit. *cf.* LYDIA 49 HOR. carm. 2, 19, 13 PROP. 3, 17, 7 OV. her. 6, 115 ars 1, 556 SEN. Phaedr. 663 COLVM. 10, 52. *eius* crinis *sidus (idem, ut videtur, quod* crines Berenices): SCHOL. Germ. Bas. p. 62 SCHOL. Arat. p. 193. *Dittmann.*] *apud artifices:* PLIN. nat. 35, 99 Liberum et Ariadnen spectatos Romae in aede Cereris (artamenen *β*, *Sillig*). CORP. XII 5687, 16 *(in duobus vasculis Viennensibus)* Ariadne. *Atellanae titulus* PORPH. Hor. ars 221 Pomponius Atalanten vel Sisyphon vel Ariadnen. *circumscribitur:* LYGD. 6, 39 Gnosia. SEN. Herc. f. 18 Cnosiacae. CAT. 64, 60 Minois (247 LYGD. 6, 41 PROP. 2, 14, 7. 2, 24, 43). *v. Wagner, PW. II 803.* **2** *nom. mul. et cogn. celeberrima* Ariagne *Leonis imperatoris filia; v. Hartmann, PW. II 810.* EXCERPTA Vales. chron. I 314, 2 *(traditur* agrianni). MARC. COM. chron. II 91, 11 Zeno imperator . . . cum Ariagne uxore sua. 99, 17 VICT. TONN. *l. c. v. l. 11.* IORD. Rom. 339. 342 cum Ariagne Augusta (349. 354). *adde l. 11. in titulis: cf. p. 560, 81 sqq. et l. 13 sqq. adde hos:* CORP. VI 6556 *(e columb.)* Statlia Ariadne T. Statili Attis l. 8426 Manliae Ariadnes. 20795 Iuniaes Ariadnes. 28414 Veiania Ariadne. XIV 1259 *(Ostiae)* Livia (mulieris) l. Ariadne. V 3441, 5 *(Veronae, in arcu quodam theatri)* Comisiae Ariadnes. IX 3205 *(Corfinii)* Anniolena Q. l. Ariadne. *adi.* **Ariadnēus,** -a, -um, *Ἀριάδνειος. ad* Ariadnen *sidus pertinet:* AVIEN. Arat. 198 *Corona* Ariadnei *(v. l.* -aei) capitis testatur honorem. MANIL. 5, 21 *et* 253 Coronae (AVIEN. Arat. 247, *ubi v. l.* -aeae). GERM. 71 igne (*v. l.* Arianneo). PRVD. Symm. 1, 142 ignis (ariagneus *Prag.*, ariadneus *Rat.*, arianneus *α*, adriadneus *u*). OV. fast. 5, 346 sidere. CAT. 66, 59 in lumine caeli ex Ariadneis (adrianeis *codd.*) aurea temporibus fixa corona foret. *ad* Ariadnen *uxorem Liberi:* CLAVD. carm. min. app. *(spurium fortasse)* 6, 3 *Bacche* flos Ariadnaee Corybantice, laete Thyoneu.

Ariaethus, -ī, *Ἀριαίθος.* HYG. astr. 2, 1 p. 31 Ariaethus . . . Tegeates historiarum scriptor. 2, 6 p. 41. *libri* Ariethus *vel* Arietus. *cf. Schwartz, PW. II 374 sub* Araithos. *Diehl.*

Arialbinnum *statio in Rauricis, cf. Ihm, PW. II 812.* ITIN. Anton. p. 238 Vindonissa, Arialbinno (Arialbino, Artialbino *pars codd.*), Monte Brisiaco. p. 252 Rauracis, Arialbinno (Artalbinno *codd. plerique*), Vrincis. TAB. Peut. 3, 4 Arialbinum *et* Arialbinnum.

Arialdūnum *opp. Hispaniae Baeticae, cf. Hübner, PW. II 812.* PLIN. nat. 3, 10 Ategua, Arialdunum, Agla Minor. *Otto.*

Ariamenēs, -is, *Ἀριαμένης.* **1** *Darei filius:* IVST. 2, 10, 2 ex *Darei filiis* Ariamenes *(codd.* Artemenes *vel* Artamenes) maximus natu aetatis privilegio regnum sibi vindicabat. 2, 10, 4 Ariamenen (prol. 27). *v. F. Cauer, PW. II 813.* **2** *rex Cappadociae:* IVST. 27, 3, 7 Ariamenem regem Cappadociae. *v. Judeich, PW. II 813 sub* Ariamnes *2.*

Ariāna *vel* **Ariānē,** -ae *regio Persidis. v. Tomaschek, PW. II 813.* MELA 1, 12 *v. sub* Aria. 3, 71 Ariane. PLIN. nat. 6, 93 Ariana regio. 6, 95 Arianae. 12, 33 contermina Indis gens Ariana *(nisi adiective, sed cf.* 6, 5) appellatur. *incolae sunt* **Ariānī** *vel* **Ariēnī,** -ōrum. PLIN. nat. 6, 113 *v.* Arii *sub* Aria. 6, 116. ind. 6, 25 Ariani et iunctae gentes. nat. 24, 162 IVL. HONOR. geogr. p. 32, 6 AMM. 23, 6, 69. AVIEN. orb. 1295 innumeras . . . gentes Oritas Aribasque et veloces Arachotas et Satram infidum . . ., uno . . . nomine sunt Arieni (PRISC. perieg. 1005). 895 dumicolas Arienos. *Dionys. perieg. 1098 Ἀριηνούς.* RAVENN. p. 48, 23 Ariinon *i. Ἀριηνῶν.* **Ariānis,** -idos, *Ἀριανίς f. herba.* PLIN. nat. 24, 162 *Democritus tradit herbam* Arianida in Arianis gigni, igneam colore. ind. 24, 102 Arianide. *cf.* ariena. *Diehl.*

Ariandum *v.* Arianodum.

Ariānicus *v. sub* Ares *p. 508, 34.*

Arianilla *nom. mul. (fortasse corruptum).* CORP. V 3459 *(Veronae, periit)* d. m. Aedoni secutoris pug⟨n(arum)⟩ VIII exaccina *(fuisse* ex familia *scite coniecit Mommsen)* Arianillae. *potest ab* Arrius, Arrianus *originem habere. Otto.*

Arianodum *opp. Cappadociae.* TAB. Peut. 11, 1. RAVENN. p. 95, 5 Ariandum.

Ariantus, -ī, *Ἀρίαντος, cogn. vir.* CORP. VI 223 *(periit, imp. Alexandri aetate)* genio Coeli Arianti manipuli eius sua pecunia fecerunt.

Ariānus *v.* Arrius.

Ariarathēs, -is, *Ἀριαράθης.* **1** *nomen persicum multorum Cappadociae regum:* CIC. Att. 13, 2, 2 Ariarathes Ariobarzani filius. LIV. 42, 29, 4 Cappadocum rex. 38, 39, 6 VAL. MAX. 9, 15 ext. 2 IVST. 38, 1, 7. *gen.:* LIV. 38, 26, 4 Ariarathis (40, 20, 1. 42, 19, 3 IVST. 37, 1, 2 *al.*). *dat.:* BELL. Alex. 66, 5 Ariarathi (IVST. 13, 6, 1 *al.* VVLG. I Macc. 15, 22). *acc.:* BELL. Alex. 66, 5 Ariarathen (LIV. 37, 31, 4 IVST. 38, 1, 1. 38, 2, 1). IVST. prol. 13 Ariarathem *(sed* 34 -en). *abl.:* CIC. epist. 15, 2, 6 Ariarathe (LIV. 37, 40, 10. 38, 7, 5 CVRT. 10, 10, 3 IVST. 35, 1, 6 *al.*). EVTR. 4, 6, 2 Ariaratus. OROS. 3, 23, 17 Ariarato. **2** *Artaxerxis filius:* IVST. 10, 1, 1. *idem Plutarcho appellatur Ἀριάσπης.* **3** *in titulis nom. et cogn. vir.:* CORP. VI 9457 dís manibus Ariarathes *(sic)* holitoris. 15888 T. Cocceius Teu⟨cri l.⟩ Ariarathes. 20124 M. Iulius Ariarathes. 22750 D. Mussidius D. l. Ariarates. **Ariarathīa,** -ae, *Ἀριαράθεια, opp. Cappadociae.* NOV. Iust. 31, 1, 2 civitates succumbere . . . *iudici tertiae Armeniae* tam Arcam . . . quam Ariarathiam. ITIN. Anton. 181. 212. 213. *incolae appellantur* **Ariarathēnsēs,** -ium. COD. Theod. 13, 11, 2 per Commagensium et Ariarathensium Armeniae secundae . . . urbes *(a. 386* COD. Iust. 11, 48, 10, 1).

Ariaratus *v.* Ariarathes.

Ariaricus, -ī *Gothorum rex.* EXC. Vales. chron. I 10, 25 Ariarici regis *Gothorum.* IORD. Get. 112 *Gothi* sub Ariarici et Aorici regum suorum florebant imperio. *Seeck, PW. II 821 contulit* CORP. III 6159 *(a. 320) a Gutschmid in hunc modum expletum:* ⟨cum rege Aria⟩rico victis superatisque Gothis. *cf.* Chararich.

Ariarith *nom. vir. germ.* CORIPP. Ioh. 4, 929. 6, 535 (ariarit *cod. Trivult.*). 6, 543. 6, 649 *et* 6, 670 (ariarth *T*) *armiger Iohannis: semper pro dactylo, ter in versus initio,* 6, 649 *et* 6, 670 *in pede quinto.*

Ariās *v. sub* Aria.

Ariasmenus, -ī *Scytha.* VAL. FL. 6, 423 audax. 6, 103 ingens Ariasmene. 6, 387 falcatos infert Ariasmenus axes. 6, 394.

Ariaspē *(abl.).* **1** *municipium Persicum:* AMM. 23, 6, 71 duobus municipiis Propthasia et Ariaspe ut opulentis et claris. *cf.* PLIN. nat. 6, 94 Propthasia oppidum Zaraspadum. **2 Ariaspēs** *v. sub* Ariarathes *2. Diehl.*

Ariātēs *gens Vmbra.* PLIN. nat. 3, 114 interiere et Ariates *(sic Leidensis Voss.,* Arienates *reliqui)* cum Crinivolo.

Aribes *v.* Arbii.

Arica *insula. cf. Ihm, PW. II 822; Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 263 (qui* Atica *legi iubet, ut sit eadem quae hodie est* Hédic). ITIN. marit. p. 510 in mari Oceano quod Gallias et Britannias interluit . . . Vindilis, Siata, Arica *(sic cod. Scorialensis,* -ga, -lga, -iga *ceteri).*

Arīcia, -ae *f. opp. Latii veteris, cf. Dessau, Corp. XIV p. 203 et Hülsen, PW. II 822. Ἀρικία, Ἀρίκεια, hodie* l'Ariccia. ITIN. Anton. p. 107 ITIN. Burdig. p. 612 TAB. Peut. 6, 1 Aricia. RAVENN. p. 277 Aratiae *(sic;* GVIDO p. 481 Aritia [aracia *duo codd.*]). LIB. COL. grom. p. 230 Aricia oppidum. lege Sullana est munita. SOL. 2, 10 *notum est* Ariciam *constitutam* ab Archilocho Siculo, unde et nomen, ut Heminae placet, tractum. 2, 16 constituta est ab Ascanio longa Alba, Fidenae, Aricia. VARRO ling. 5, 32 ab Aricia Aricinus. CIC. agr. 2, 96 Mil. 51 *(cf.* ASCON.). VERG. Aen. 7, 762 Virbius, insignem quem mater Aricia misit. *cf.* PAVL. NOL. carm. 14, 64 quos Atina potens, quos mater Aricia misit (SIL. *infra p. 563, 7*). HOR. sat. 1, 5, 1 egressum magna me accepit Aricia Roma hospitio modico. OV. fast. 6, 59 inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos. *cf.* LVCAN. 6, 74 parva Mycenaeae quantum sacrata Dianae distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma. MART. 13, 19 mittit praecipuos nemoralis Aricia porros *(cf. infra p. 563, 3).* LIV. 1, 50, 3 *et saepe.* LIV. per. 80 Antium et Ariciam et Lanuvium colonias. FEST. 145 Manius Egeri⟨us lucum?⟩ Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt. unde et proverbium: multi Mani Ariciae. Sinnius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia Maniae dicuntur deformes personae. et Ariciae genus panni fieri, quod manici *(?)* appelletur *(cf.* PERS. 6, 55 accedo Bo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

villas Clivumque ad Virbi, praesto est mihi Manius heres, *et* SCHOL.). VAL. MAX. 8, 2, 4. COLVM. 10, 139 mater Aricia porri. PLIN. nat. 19, 110 laudatissimum *porrum* Aegypto, mox Ostiae atque Ariciae. 14, 12 miratumque altitudinem earum (*ulmorum*) Ariciae ferunt legatum regis Pyrrhi Cineam facete lusisse. 2, 240. 3, 63 VAL. FL. 2, 305. SIL. 4, 366 quos miserat altis Egeriae genitos immitis Aricia lucis (*cf. supra p. 562, 72*). SVET. Aug. 4 TAC. hist. 4, 2. SYMM. epist. 7, 69 Aricia tenus. VIB. SEQ. p. 153 Triviae lacus Ariciae. *al.* CORP. XIV 2169 Cn. Dupilius Cn. f.. Hor(atia) tr(ibunus) mil(itum) in leg(ione) . . . dictat(or) Ariciae. 4272 L. Anínio L. f. Rufo q(uaestori) Ariciae. *adi. et incolarum vocabulum* **Arīcīnus:** CATO orig. (Prisc. gramm. II 129) lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: . . . Aricinus (nemus Aricinum *etiam infra l. 29 al.*). VARRO ling. 5, 32 ab Aricia Aricinus. CIC. Phil. 3, 15 'Aricina mater'. quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum? HOR. epist. 2, 2, 167 emptor Aricini quondam Veientis et arvi. OV. fast. 3, 91 inter Aricinos Albanaque tempora constat. 3, 263 vallis Aricinae silva praecinctus opaca est lacus antiqua religione sacer. 6, 756 Aricino Virbius ille (*sc. Hippolytus*) lacu. met. 15, 488 vallis Aricinae densis latet abdita silvis *Egeria*. LIV. 1, 51, 1. 2 *et passim*. PAVL. FEST. 160 *municipium dicitur* cum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, uti Aricini, Caerites, Anagnini. ASCON. Mil. p. 32 decuriones Aricinorum. PLIN. nat. 17, 213 alia culpa iuxta urbem Aricinis *vitibus* (uarracinis *codd.*). 19, 140 Aricinum *holeris genus*. FRONTO p. 29, 21 N. holus Aricinum. STAT. silv. 3, 1, 56 fumat Aricinum Triviae nemus. 5, 291. MART. 10, 68, 4 durus Aricina de regione pater. *in Aricino clivo multi erant mendici*: MART. 2, 19, 3 debet Aricino conviva recumbere clivo, quem tua felicem, Zoile, cena facit. 12, 32, 9 has tu . . . Irus tuorum temporum sequebaris. migrare clivum crederes Aricinum. IVV. 4, 117 dignus Aricinos qui mendicaret ad axes blandaque devexae iactaret basia raedae. TAC. hist. 3, 36 *Vitellinus* in nemore Aricino desidem et marcentem. SVET. Aug. 4 paterna stirpe Aricinus. FLOR. 1, 11, 8 idem tunc (*initiis aetatis liberae rei publicae*) Faesulae quod Carrhae nuper, idem nemus Aricinum quod Hercynius saltus (*hinc* IORD. Rom. 123 *qui habet* nemus Aricinus). LACT. inst. 1, 22, 2 in nemore Aricino. SYMM. rel. 49 Aricinae urbis. FVLG. myth. 20 non referam virginali figmento Aricinam (Acirinam *altera codicum classis*) lusam viraginem (*sc. Callisto Dianae comitem*). NOT. Tir. 89 Cisalpinus, . . . Aricinum, Aventinum, . . . Falernum. CORP. XIV 2156 r(ei) p(ublicae) Aricinorum ser(vus) arc(arius). 2165 rogantibus Aricinis. 2167 s(enatus) p(opulus)q(ue) Aricinus. 4191 (*a. 71*). 2168 dec(urioni) mun(icipii) Aricinorum. 2170 decurioni Aricinorum. *nomina ab oppido tracta*: **Arīcīnus,** -a *nom. serv., cogn.*: CORP. VI 200, 4, 12 (*a. 70*) Q Aurelius Aricínus. 12306 Aricino Volusiaes Phoebes verna(e). XIV 2333 (*in agro Albano, periit*) Auscia Aricina (*si recte descripta est*). **Arrēcīnus** (Arrīcīnus), -a *nomen libertorum Ariciae, ut patet ex* CORP. XIV 2165 (*cf. Dessau p. 203*) Primigenius r(ei) p(ublicae) Aricinorum ser(vus) arc(arius) . . . cum M. Arrecino Gelliano filio. M. Arrecinus Clemens *cos. suff. a. 73 ut videtur*: TAC. hist. 4, 68 *Mucianus* Arrecinum Clementem domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano praetorianis praeposuit (*a. 70*), patrem eius sub Gaio Caesare egregie functum ea cura dictitans, laetum militibus idem nomen, atque ipsum, quamquam senatorii ordinis, ad utraque munera sufficere. CORP. XIV 2242 (*in fastis feriarum Latinarum, a. 73 ut videtur*) ⟨M.⟩ Ar⟨reci⟩no ⟨Clemente⟩ . . . cos. XII 3637 ⟨M.⟩ Arrecíno Clemente II . . . cos. XI 428 (*Arimini*) M. Arrecini Clementis. *idem* CORP. VI 199 permissu M. Arricini Clementis. XI 428 adn. (*in fistula plumbea*) imp. Domitiani Caes. Aug. sub cura M. Arricini Clementis. SVET. Dom. 11 Arrecinum Clementem consularem, unum e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus in eadem vel etiam maiore gratia habuit (*Domitianus*). *huius soror* Arrecina Tertulla, *imp. Titi uxor prior*: SVET. Tit. 4 Arrecinam (Arrecidiam *codd.*) Tertullam, patre eq. R., sed praefecto quondam praetorianarum cohortium, duxit uxorem. CORP. VI 12355 dís manibus M. Arrecini Melioris, Arrecina Tertulla delicio suo fecit. 12357 d. m. Arrecinae Gnomes, Arrecina Tertulla delicio suo. INSCR. Ephem. epigr. VIII ad vol. IX 79 (*Rubis*) M. Arrecino Clementi. CORP. VI 200, 8, 8 (*a. 70*) M. Arrecinus Alexsa⟨nder⟩. 12354 M. Arecinus Arapius. 12356 Arrecinae Feliculae. 12358 d. m. Lucidae Arrecinae . . . Q. Pomponius Apelles fil(iae). 12359 Arrecina Telete. XIV 2408, 3, 13 (*Bovillis, a. 169*) Arrecinus Priscianus *adlectus scaenicorum*. 2679 (*Tusculi*) M. Arrecino Zosimo patri Arrecina Tatis (*sic descr. de Rossi*, Arricin-*Henzen, Nissen*). XI 6182 (*Rubis*) Arrecines Probaes. III p. 1965 (*a. 90*) cohort(is) I Aquitanorum veteranae, cui praeest M. Arrecinus Gemellus. Arīcīnus, Arīcīnius: CORP. VI 12307 Q. Aricinius Q. f. Bassus, . . . C. Curtius C. l. Antiochus pater, . . . Aricinia Nais mater. 12308 Aricinae Callist⟨e⟩ M. Vlpius ⟨. . .⟩. XV 2379 (*Tibure, in lateribus*) L. Aricini Chesti (*in altero exemplo videtur fuisse* L. Ariceni *vel* Aruleni).

aricīnus *v.* Arretinus. **Ariconium** *v.* Vivoconium.

Aricus *nom. vir. barbaricum*. CORP. VII 1336, 90 (*Londinii, in patellis*) Arici ma(nu). *Otto.*

Aridaeus (-eus) *v.* Arrhidaeus.

Arīdai, אַרִידַי, *Ἀρσαῖος, nom. hebr.* VVLG. Esth. 9, 9.

Arīdāthā, אַרִידָתָא, *Φαραδατά, nom. hebr.* VVLG. Esth. 9, 8. *V.*

Aridelus, -ī, *Ἀρίδηλος, nom. vir.* FRONTO p. 87, 2 N. Aridelus iste, qui tibi litteras meas reddit, a pueritia me curavit . . . , libertus vester est. p. 87, 8 N. *contra in laterc.* p. 77, 7 Arideus. *cf.* Arrhidaeus. CORP. VI 12309 d. m. Aridelus vixit annis XXXI. X 2377 (*Puteolis*) Aridelus coniugi rari exempli feminae ben. mer. **Aridela,** -ōrum *oppidi nomen. v. sub* Arieldela.

Aridicēs (-ae *vel* -is), *Ἀριδείκης. pictor*: PLIN. nat. 35, 16 liniarem *picturam* . . . primi exercuere Aridices (arad- *Bamb.*, ard- *rell.*) Corinthius et Telephanes Sicyonius. *philosophus academicus*: MACR. sat. 7, 3, 13. *Diehl.*

āriditās, -ātis *f. ab* aridus. ***proprie:*** *de terra*: VARRO frg. Serv. Verg. Aen. 1, 172 *arena* si ab ariditate dicitur. AMM. 24, 7, 5 repulsus ariditate . . . montium. AMBR. exam. 2, 3, 12 p. 52, 15 aut inundationibus mundus hic quatitur aut nimio aestu et ariditate vexatur. 3, 4, 17 p. 71, 14 illi *terrae*, quae scatet aquis, inest ut habeat ariditatem. PS. AMBR. serm. Sess. (Migne 18, 116) 1, 4 camporum. AVG. gen. ad litt. 1, 12 p. 19, 4 ut terrae ariditas adpareret. *de herbis*: PLIN. nat. 15, 123 Cato docuit vinum fieri e *myrto* nigra siccata usque in ariditatem in umbra. MIN. FEL. 34, 12 *arbores* occultant virorem ariditate mentita. VVLG. Nah. 1, 10 stipula ariditate plena. AVG. civ. 7, 16 Cererem praeponunt . . . ariditati seminum. GREG. M. moral. (Migne 75, 1075) 14, 55, 68 virga Aaron post ariditatem floret. *de siti et potione*: FVLG. aet. mund. p. 178, 25 H. militaris ariditas saturatur. VVLG. Iudith 7, 17 *finis* longior efficitur in ariditate sitis. 11, 10 fames invasit eos, et ab ariditate aquae (*ἐσπανίσθη πᾶν ὕδωρ*) iam inter mortuos computantur. SALV. gub. 1, 14 opinor . . . omnes omnino homines cibis ac poculis fortes esse, infirmos autem abstinentia, ariditate, ieiuniis. 2, 19 reus . . . ieiunio exigitur, ariditate siccatur. *de animanti aegro aut mortuo*: FEST. 289, 16 raucos appella⟨tos esse ait Verrius videri⟩ ab ariditate. VEG. mul. 1, 11, 5 ut . . . periculosa ariditas *morbi* temperetur (*ibid.* 4 siccitas). CAEL. AVR. acut. 3, 2, 8 ariditas sive siccitas faucium. 2, 3, 17 linguae (*cf.* 2, 6, 30). chron. 3, 5, 69 corporis (VINDIC. med. 29. 33). VVLG. Zach. 11, 17 bracchium . . . ariditate siccabitur (*ὁ βραχίων . . . ξηρανόμενος ξηρανθήσεται*). CASSIOD. var. 2, 39, 8 umores noxia infusione largatos vitali ariditate constringunt. HIL. in psalm. 1, 14 nihil in se ariditati mortis obnoxium esse significans. GREG. M. moral. (Migne 75, 1075) 14, 55, 68 ille die tertia ab ariditate mortis viruit. *in universum*: PLIN. nat. 11, 117 *araneus in lanis et veste inclusus* sitit . . . et omnem umorem absorbens ariditatem ampliat. AVG. gen. ad litt. imp. p. 492, 27 cum Helias tempore ariditatis imbrem posceret. SALV. gub. 3, 36 si aestus est, de ariditate causamur, si pluvia, de inundatione conquerimur. *nota*: PALLAD. 3, 4 lenticula . . . cum fimi ariditate miscenda est (*cf.* COLVM. 2, 10, 15 fimo arido permisceri debet). *ibid.* 3, 21, 2 ariditas universa reciditur. ariditates *pl.*: ARNOB. nat. 2, 37 imbres ariditatibus temperamenta laturi. AMBR. exam. 3, 10, 45 p. 89, 14 neglegentia . . . aut diluviis pluviarum aut terrarum ariditatibus . . . multatur. EVCHERIVS de laud. her. 17 in Idumaeae ariditatibus commoratus. ***translate:*** AMBR. off. (Migne 16, 89) 1, 45, 219 quid . . . est honestas, nisi quae turpitudinem quasi mortem fugiat? quid vero inhonestum, nisi quod ariditatem ac mortem afferat? 2, 21, 108 (Migne 16, 132) *ex admiratione divitiarum* se immersit avaritia veluti quaedam bonorum ariditas officiorum. PAVL. NOL. epist. 44, 1 *init.* praeteriti cordis duritiam, ariditatem atque levitatem cum veteri homine deponens effectus est lignum humidum. LEO M. de humil. (Migne 55, 161) 1 iubeat *deus* de cordis mei ariditate profluere, quod sitis tua digne possit haurire. HIER. in Is. 12 ad 42, 12 cum . . . vos a capite usque ad pedes exsiccavero . . . , tunc flumina doctrinae meae in insulis gentium currere faciam et stagna vestra sive paludes redigam in ariditatem, ut in gentibus sit scientia scripturarum et in vobis doctrinae ariditas. AVG. gen. c. Manich. (Migne 34, 199) 2, 5, 6 laboranti homini in terra, id est in peccatorum ariditate constituto necessariam esse . . . divinam doctrinam tanquam . . . pluviam. *et paulo ante*: ut . . . possit ab illa ariditate (*sc.* superbia) revirescere. CASSIAN. conl. 9, 8, 3 cum *quis* sterilitate virtutum ac sensuum ariditate constringitur (*cf.* 10, 10, 11). 2, 22, 1 quisquis inaequalitatem tenens nunc ventrem ieiuniorum ariditate constringit, nunc escarum nimietate distendit. 10, 10, 7 ieiuniis me . . . stomachi prohibet lassitudo seu ventris ariditas constrictioque deterret. ARNOB. conflict. (Migne 53, 305) 2, 24 fons vita (*Christus*) circuit universa orbis terrae spatia, sitientes potans, ariditates infundens, terras rigans. PROSP. expos. psalm. (Migne 51, 407) 142, 6. 7 ariditas . . . animae tibi sitit, quia a te desiderat irrigari. vocat. omn. gent. (Migne 51, 694) 2, 9 cum . . . introducta plenitudine gentium etiam ipsorum ariditati earundem rigationum inundatio spondeatur. ALC. AVIT. epist. 32 ut humilitas sui conscia, quae a scribendi audacia iure temperat, eo diutius ariditatis supplicia penderet, quo fontem splendidum vestri alloquii plus sitiret (sitirem *Lugd.*). HIER. epist. (Migne 22, 441) 29, 7 ignosce ariditati.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aridius *v.* Aredius.

āridulus, -a, -um. *deminutivum ab* aridus *formatum a neotericis, quod casus obliqui vocis quae est* aridus *in hexametros non conveniebant.* CAT. 64, 316 laneaque aridulis haerebant morsa labellis. CINNA carm. frg. 11 carmina ... levis in aridulo malvae descripta libello. AVSON. 396 (epist. 15 p. 252 Peiper) 51 pingens aridulae subdita paginae. *Oertel.*

? **aridurus** *v.* oridurius.

Ariduli *Persidis opp. an gens?* IVL. HONOR. geogr. p. 26, 6 (COSMOGR. geogr. p. 74, 23). *Diehl.*

āridus, -a, -um. [*cf. c.* arere arescere. *Th.*] *falso* PAVL. FEST. 11, 15 *a graeco ἀρδεύειν ducit v. l. 29.* GLOSS. ξηρός siccus torridus; arida ξηρά, *χέρσος* ξηρά inculta et arida; arida ieiuna et sicca, sicca deserta sterilis terra (*v. et l. 31*); arvum solum tellus id est terra; aridum inhumatum (inhumectum *conicit Heraeus*). GLOSS. II 121, 13 [l]aridus ξηρός. ardus: CORP. I 577 (= X 1781 *a. u. c.* 649 *v. p. 566, 1*). LVCIL. 540 (*v. p. 566, 18 cf.* NON. 74 GLOSS. V 638, 15; *fortasse pronuntiandum* ardus PLAVT. Aul. 297 Persa 266 *v. p. 568, 59 et 61*). *de* a *longa* LVCIL. 314. SERV. gramm. IV 444, 28 arena ⟨pro harena⟩ ... dicta est enim ab eo, quod harida sit terra. *aspiratur* ITALA Matth. 23, 15 cod. Cantabr. *comp.* aridior: VARRO rust. 1, 9, 4 (*bis*). 1, 41, 3 *et* 5. 1, 67. 2, 2, 10 LVCR. 6, 150 AETNA 265 PRIAP. 32, 2 CELS. 5, 28, 15 p. 218 PLIN. nat. 12, 69. 125. 131 GELL. 17, 11, 2 *et* 4 *passim. superl.* aridissimus: SEN. nat. 2, 52, 2 COLVM. 7, 3, 8. [*it.* arido, *francog. vet.* aire. *M.-L.*]

I ***proprie.*** *cf.* PAVL. FEST. 11, 3 aridum proprie est, quod naturalem humorem amisit. dicitur autem per contrariam significationem, quod inrigari desierit. nam *ἀρδεύειν* graece inrigare est. NON. 245 aridum dicitur siccum.

A *opponitur* umidus: GLOSS. IV 208, 23 arida terra (*v. infra p. 569, 38*) sicca vel sterilis (*v. l. 14*). VARRO rust. 1, 42, 1 ne in terram nimium aridam aut variam, sed temperatam, semen demittas. 1, 9, 4 *species terrae* partim sunt umidiores, partim aridiores, partim mediocres. OV. ars 2, 352 terraque caelestes arida sorbet aquas. VAL. MAX. 4, 4, 11. PLIN. nat. 18, 203 seri in arida terra calidisque provinciis. SEN. nat. 3, 7, 2 terra aut ... arida est et absumit in se, quidquid infusum est, aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. TERT. bapt. 3 ut terram aridam suspenderet (dispesceret *ed.*), segregatis aquis expediit. ITALA (Aug. civ. 11, 34 p. 510) psalm. 94, 5 ipsius est mare ... et aridam terram (VVLG. siccam. *τὴν ξηράν*) manus eius finxerunt VVLG. sap. 19, 7 ex aqua ... terra arida apparuit. *cf.* Hebr. 11, 29. VARRO rust. 1, 9, 4 in aridiore loco hordeum *serunt* (*cf.* 1, 23, 5). 1, 59, 1 *melimela* in loco arido et frigido ... servari (*cf.* 3, 15, 2). SEN. benef. 4, 5, 3 ut arida et ferventi subiecta caelo loca subita vis aestivi torrentis inriget. COLVM. 11, 2, 8 apricis et macris aut aridis locis. arb. 1, 4 cum transtuleris de umido in aridum locum. IVSTIN. 12, 10, 7 cum arida loca medii itineris dicerentur. FILASTR. 18, 2. AMM. 19, 4, 7 in aridioribus locis. VVLG. Matth. 12, 43 per loca arida (*δι' ἀνύδρων τόπων*). OV. met. 2, 237 tum facta est Libye raptis umoribus aestu arida (*cf.* LVCAN. 3, 294. AMM. 22, 16, 24 aridiorem Libyam. SIL. 2, 62. 3, 251 Barce sitientibus arida venis. STAT. Theb. 3, 476 aridus Hammon. HOR. carm. 1, 22, 16 Iubae tellus ..., leonum arida nutrix. OV. met. 2, 275 alma Tellus ... sustulit oppressos collo tenus arida vultus. LVCAN. 4, 629 rapit arida tellus sudorem (*cf.* CALP. ecl. 2, 48 PLIN. nat. 9, 99 STAT. Theb. 4, 454). SALL. Iug. 90, 1 ager ... aridus et frugum vacuos. COLVM. 2, 6, 4 interveniente *agri* parte aliqua vel uliginosa vel arida. SEN. dial. 4, 19, 1 inde quasdam umidas vocamus aridasque regiones et calidas et frigidas (*cf.* AMM. 25, 8, 6). VERG. georg. 1, 79 arida tantum ne saturare fimo pingui pudeat sola. CVRT. 4, 7, 12 aqua ... in arido solo ac fervido sabulo nulla erat. PLIN. nat. 17, 48 *marga* sicca ... umido *solo* melior, arido pinguis. 17, 170 aquoso caelo vel sicco solo malleolos serere ... in arido solo viveradix quoque frustra seritur. SALL. Iug. 53, 1 humum aridam vento agitari. APVL. mund. 12 cum torquetur humus arida et ab infimo erigitur ad summum. STAT. Theb. 6, 419 bibit albentes humus arida nimbos. AMM. 26, 10, 17 multis ... navibus velut arida humo conexis. VERG. georg. 1, 289 nocte arida prata tondentur. OV. 14, 510 Iapygis arida Dauni arva. VEG. mil. 3, 2 p. 67, 18 ne aridis et sine opacitate arborum campis aut collibus ... milites commorentur. SEN. dial. 11, 7, 9 totiens huius aridi et spinosi saxi (*i. Corsicae*) mutatus est populus. MART. 8, 64, 6 tritis litoris aridis lapillis. HIER. epist. (Migne 22, 886) 108, 11 pro australi terra et arida possessione. *in comparatione*: SIDON. epist. 8, 10, 2 illic stilum peritum quasi quendam fecundi pectoris vomerem figere, ubi materiae sterilis argumentum velut arida caespitis macri gleba ieiunat (*v. p. 568, 84*). MANIL. 1, 135 sine quo (*liquore*) riget arida rerum materies. PLAVT. Aul. 297 *v. p. 568, 59.* CAT. 1, 1 libellum arido modo pumice expolitum (*cf.* MART. 8, 72, 2 PLIN. nat. 36, 155). CELS. 6, 19 p. 260 aluminis. PLIN. nat. 10, 91 spuma arida maris. VITR. 2, 3, 2 sol efficit, ut *summum corium lateris* videatur aridum, *later* interior autem sit non siccus. et cum postea siccescendo se contrahit, perrumpit ea, quae erant arida (*cf. ibid. paulo infra*). 7, 3, 7

calx. 7, 9, 1 glaebae. 7, 9, 3 paries. 7, 11, 1 pilae. CORP. I 577 caementa arda (*v. p. 565, 15*). LVCR. 4, 296 prius arida quam sit cretea persona. *de herbis earumque partibus*: VARRO rust. 1, 1, 6 sine aqua omnis arida ac misera agricultura (*v. p. 567, 76*). VARRO rust. 1, 41, 3 in fico et malo punica et siquae etiam horum natura aridiora, continuo *incidunt.* PRIAP. 85, 2 populus (*cf.* 86, 3 HOR. carm. 4, 13, 9 *v. l. 13*). NVX 160 optavi quotiens arida facta mori. VITR. 2, 9, 11 *ulmus et fraxinus* vetustate sunt aridae factae. CELS. 5, 29, 19 p. 221 murti (*cf.* COLVM. 12, 38, 4 PLIN. nat. 22, 139). VVLG. Marc. 11, 20 ficum aridam factam (*ἐξηραμμένην*). SEN. nat. 2, 52, 2 in arbore quod aridissimum. OV. met. 9, 373 arida perdam, quas habeo frondes (*Dryope in arborem mutata*). *nota in imagine*: HOR. carm. 4, 13, 9 ille (*Cupido*) virentis et doctae psallere Chiae pulchris excubat in genis; importunus enim transvolat aridas quercus (*v. p. 567, 41*). NOVAT. tract. 1 p. 3, 21 *imago humana* senio et casu fragilissimo naturae, infirmo vigore et arido virore deformata saepe vitiatur et laeditur. PLIN. nat. 12, 89 frutex ... arido similis, cum viret. LVCIL. 540 ardum miserinum (*cf. Bücheler ad carm. epigr. 1826*) atque infelix lignum: sambucum vocant. VVLG. Is. 56, 2 non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum (*cf.* Ezech. 17, 24 frondere feci lignum aridum. 20, 47 Sirach 6, 3). Luc. 23, 31 (*proverbialiter*) si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? HIER. epist. 22, 21 *et* 174, 2. SVLP. SEV. dial. 1, 19, 2. PLIN. nat. 16, 227 *ligna* umida. arida ... viridia. PLIN. nat. 36, 138 fungis. CATO agr. 107, 1 iris. VITR. 7, 14, 1 violam (*cf.* PLIN. nat. 21, 131 *opp.* recens). SCRIB. 143 rosae. PLIN. nat. 21, 39 aliqua arida (*sc. flores*). *sic saepius apud* CELS. COLVM. SCRIB. PLIN. CATO agr. 157, 16 brassicam. CAT. 48, 5 si densior aridis aristis sit nostrae seges osculationis (*cf.* AVG. civ. 4, 8 p. 155, 27). OV. met. 2, 213 materiamque suo praebet seges arida damno (*cf.* 12, 274 CLAVD. 18, 116). CATO agr. 30 pabulum. COLVM. arb. 28, 1 viridi *cytiso* pabulo uti et postea arido possis. CALP. ecl. sitis est pensanda tuorum, Canthe, gregum viridante cibo: nihil aridus illis ... prosit acervus. VARRO rust. 1, 13, 1 *fructus* aridus, ut est faba et faenum (*cf.* 2, 7, 7. 3, 2, 6 faenisicia). TIB. 1, 7, 26 arida nec pluvio supplicat herba Iovi. AETNA 354 *Aetna* non arida sorbet gramina. CIC. div. 2, 33 puleium. COLVM. 12, 7, 4 spissamento faeniculi aridi contigi (*cf.* 12, 9, 2 arido spissamento faeniculi). PLIN. nat. 10, 96 musco. 12, 125 *styrax* aridior minusque sucosus. 20, 185 anesum viride aridumve. 21, 145 *polium* recens vel aridum. 24, 21 *galbanum* neque umidum neque aridum probatur. *sic et sim. saepissime apud* VARRON. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. CAEL. AVR. COLVM. 12, 51, 2 cum ... aridis condimentis. COLVM. 12, 8, 3 arida semina coriandri. SCRIB. LARG. 82 radicis. *saepe ibid. et apud* PLIN. nat. (23, 156 *opponitur* recens). CIC. Pis 97 folia laureae. OV. epist. 5, 109 tu levior foliis, tum cum sine pondere suci mobilibus ventis arida facta volant (*saepe apud* CELS. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. *opponitur* recens 23, 158). HOR. carm. 1, 25, 19 aridas frondes hiemis sodali dedicet Euro (*cf.* COLVM. 6, 3, 5 PLIN. nat. 18, 315). VARRO rust. 1, 13, 1 (*v. l. 33 cf.* PAVL. dig. 49, 14, 50). ACT. Arv. Corp. VI A 7 (*a.* 218) *fratres Arvales* frug(es) arid(as) et virid(es) contiger(unt). PLAVT. Rud. 764 nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis (*saepissime apud* CATON. CELS. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. MACR. sat. CAEL. AVR. *opponitur* viridis CELS. 2, 25 p. 269). COLVM. 6, 6, 4 caprifici. CATO agr. 143, 3 pira. VARRO rust. 1, 67 vetustate ... fit ... nux aridior. CELS. 5, 25, 3 p. 183 malorum. 6, 9 p. 246 malicorii. SVET. Aug. 77 recens aridumve pomum. HOR. sat. 2, 85 aridum et ore ferens acinum. PLIN. nat. 24, 114 bacae ... crudae per se et aridae (*sic et sim. saepissime apud* VARRON. rust. CELS. COLVM. SCRIB. LARG. PLIN.). COLVM. 12, 33, 1 cum aridae erunt *taleolae scillae sectae.* PLIN. nat. 20, 97 aridis tunicis direptis. COLVM. 4, 24, 6 cortex *vitis* aridus (*cf.* PLIN. nat. 27, 136). COLVM. 4, 24, 7 brachia tenera et viridia ..., arida et vetera (*cf.* arb. 10, 2). CATO agr. 40, 3 surculum. 152 scopas virgeas ulmeas. LIV. 25, 39, 3 stramento. COLVM. 7, 3, 8 quam aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata sint. SIDON. epist. 9, 2, 2 stipula (*v. p. 569, 1*). PLIN. nat. 17, 107 lacrimantes calamos inseri non oportet, non ... magis quam aridos. 20, 90 stirpium brassicae. VEGET. mil. 3, 7 cannis. SVLP. SEV. dial. 1, 19, 1 storacinam virgam iam pridem aridam. CELS. 5, 28, 3 p. 208 oenanthe. COLVM. 12, 44, 4 scobe. *de alimentis ignis*: LVCR. 2, 881 *natura* arida ligna explicat in flammas (*cf.* HOR. carm. 3, 17, 13 aridum compone lignum. OV. fast. 4, 510 portat et arsuris arida ligna focis. PLIN. nat. 36, 193. OPTATVS p. 12, 15 destinatos poenis tamquam ligna arida gehennae ignibus reservari). CAES. Gall. 7, 24, 4 faces atque aridam materiem de muro eminus iaciebant (*cf.* PLIN. nat. 37, 166). VERG. Aen. 1, 175 succepitque ignem foliis atque arida circum nutrimenta dedit (*cf.* AMM. 20, 11, 23. 22, 13, 3. 31, 12, 13. 18, 7, 8 incendiis arida nutrimentorum varietate crescentibus). SIL. 17, 97 alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo arida. OV. met. 8, 644 multifidasque faces ramaliaque arida tecto detulit. LIV. 22, 16, 7 fasces virgarum atque aridi sarmenti (*cf.* 42, 63, 7). SVET. Caes. 84 virgulta. PLIN. nat. 16, 208 *lignum* ignem concipit adtritu, excipiente materie aridi fomitis, fungi vel foliorum facillimo conceptu. *de cibis* (*opposita*: umidus *aut* liquidus): CATO agr. 150, 1 casei p. I S dimidium aridum (*cf.* VARRO rust. 2, 11, 3 COLVM.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 8, 5. 12, 43). CATO agr. 88, 1 menam. CIC. nat. deor. 2, 136 *alvus* ... continet, sive illud aridum est sive umidum. LVCR. 1, 809 cibus aridus et tener umor (*cf.* 1, 864 cibus omnis, et aridus et liquor. CELS. 4, 5 p. 127. 6, 18, 7 p. 258). GELL. 17, 11, 2 aridiora ex his recrementa in alvum convenire ..., humidiora per renes in vesicam (*cf.* 17, 11, 4 ne cibus potusve aridior ... procideret ex ore. *cf.* MACR. sat. 7, 15, 6). TERT. ieiun. 1 escas (*cf.* ieiun. 15 'esca nos deo commendat', non ut de arida dictum putes, sed potius de uncta et accurata. CANON. [Migne 56, 720] 60, 50 oportet ... escis abstinentiae convenientibus, id est aridioribus, uti). ieiun. 9, 1 lavacri abstinentiam congruentem arido victui. CELS. 4, 10 p. 133 panis (*cf.* TERT. ieiun. 9 panem velut cinerem aridum). VVLG. levit. 7, 10 sive oleo conspersa sive arida fuerint (*θυσία ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ καὶ μὴ ἀναπεποιημένη*). AVG. civ. 7, 30 p. 313, 13 semina et alimenta mortalium sive arida sive liquida. CELS. 5, 17, 2 p. 166 medicamenta (*sic saepe*). HOR. epod. 5, 37 exsecta uti medulla et aridum iecur amoris esset poculum. PLIN. nat. 28, 197 lupi iocur (*cf.* 28, 265. 30, 22. 110). 28, 189 renes vulpium. 28, 192 fel tauri. 28, 261 testiculi equini. 28, 248 pulmo *leporis*. 30, 67 membranam e ventriculo gallinacei. 30, 140 vespertilionis caput (*cf.* 30, 106). *de animantibus*: *aegris*: CIC. fat. 7 in aliis *locis homines* esse pituitosos et quasi redundantis, in aliis exsiccatos atque aridos. VVLG. Ioh. 5, 3 multitudo ... languentium, caecorum, claudorum, aridorum (*ξηρῶν*). GREG. virt. Mart. 3, 31 *v. l. 34*. CELS. 2, 6 p. 36 ulcus. 5, 28, 15 p. 218 ulcuscula fiunt aut aridiora aut umidiora. 5, 26, 29 p. 195 *vulnus* nimium aut aridum aut umidum est. STAT. Theb. 11, 608 lacrimaeque per arida serpunt vulnera. CELS. 7, 27 p. 314 si orae vulneris aridae sunt. 6, 19 p. 261 si quid aridi est, ... excidendum (*cf.* 5, 26, 34 p. 198). 8, 2 p. 329 necesse est aridum sit id *os*, quod vitiatum est. 3, 6 p. 86 cutis (*cf.* PLIN. nat. 8, 117. IVV. 6, 144 se cutis arida laxet). 3, 10 p. 92 si ... lingua sicca et scabra est ... at si scabra non est, sed arida (*cf.* 7, 26, 5 p. 313). 4, 13 p. 139 fauces. SEN. clem. 2, 6, 3 crus. epist. 68, 3 contracti cruris aridos nervos. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 33 membra ... tenuata languescunt et arida efficiuntur. GREG. virt. Mart. 3, 31 mulier, quae omnibus quidem membris arida erat, sed praecipue dextram cum digitis aridiorem ceteris artubus deferebat. 2, 22 aridum brachium cum contractis digitis sanum extulit. VVLG. Matth. 12, 10 manum (*cf.* Marc. 3, 1. 3 Luc. 6, 6. 8. SALV. eccl. 1, 48 diuturna paralysi aridas manus). *fatigatis*: VAL. FL. 7, 244 nulla quies animo, nullus sopor, arida membra. 4, 699 tunc fessas posuere manus, tunc arida anheli pectora. *senibus*: HOR. carm. 4, 13, 9 *v. p. 566, 13.* epod. 8, 5 hietque turpis inter aridas nates podex velut crudae bovis. SIDON. epist. 3, 13, 9 taceo femur aridum ac pandum. *aliter*: PRIAP. 32, 1 uvis aridior puella passis. TERT. ieiun. 12 cum sola et arida sit cute loricatus. AMM. 22, 16, 23 homines Aegyptii ... sunt ... gracilenti et aridi. NOVAT. tract. 1 p. 3, 21 *v. p. 566, 15.* OV. ars 3, 272 arida nec vinclis crura resolve suis. *v. et p. 568, 39.* *sitientibus*: VERG. Aen. 5, 199 creber anhelitus artus aridaque ora quatit. PROP. 2, 15, 34 aridus et sicco gurgite piscis erit. OV. rem. 230 arida nec sitiens ora levabis aqua (*cf.* TERT. ieiun. 6). EPICED. Drusi 422 Caesar ... aridaque affusa guttura tinxit aqua. VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 *Anacreonta* unius grani pertinacior in aridis faucibus mora absumpsit. STAT. Theb. 4, 766 cursuque animae labat arida lingua. VVLG. num. 11, 6 anima nostra arida (*κατάξηρος*) est. VERG. georg. 4, 97 sicco terram spuit ore viator aridus. CYPR. GALL. iud. 355 sitientibus arida venis hostica turba. CLAVD. 18, 269 qualis venit arida socrus longinquam visura nurum. *de cadaveribus arefactis*: HOR. epod. 17, 33 donec cinis iniuriosis aridus ventis ferar. VVLG. Ezech. 37, 4 ossa arida, audite verbum domini. SCRIB. LARG. 164 stellionem. PLIN. nat. 32, 131 *cancros* recentes vel aridos. 32, 138 ranam. IVV. sat. 14, 61 arida cum tota descendat aranea tela. *inde dicitur per prolepsim aut enallagen*: *de morbis*: VERG. georg. 3, 458 febris. CELS. 2, 1 p. 30 lippitudo (*cf.* 6, 6, 29 p. 235 genus aridae lippitudinis: *ξηροφθαλμίαν* Graeci appellant. 6, 6, 31 p. 236). 4, 10 p. 132 tussis ... modo arida est, modo pituitam citat (*cf.* SCRIB. LARG. 88. 94. 95. CASS. FEL. 34 p. 72 a Graecis xerobeches appellatur. CAES. AVR. chron. 2, 8, 114 tussicula, *et saepius*). VEG. mul. 1, 2, 2 species mallei: humidus, aridus ... (*at* PELAGON. 204 malim siccam). 1, 2, 4 aridus morbus his agnoscitur signis. *de senectute*: HOR. carm. 2, 11, 6 arida pellente lascivos amores canitie facilemque somnum. *de calore*: Q. CIC. carm. 1, 4 aridaque aestatis Gemini primordia pandunt. LVCR. 4, 874 urere ne possit calor amplius aridus artus. 5, 741 inde loci sequitur calor aridus (*i. aestas*). VARRO Men. 204 non videtis unus, ut parvulus Amor ardifeta lampade arida agat amantis aestuantis? PLIN. nat. 16, 28 robur ... fert ... quaedam veluti mora, ni distarent arida duritie. *cf.* VARRO rust. 1, 1, 6 (*v. p. 566, 4*). *de siti*: LVCR. 3, 917 quod sitis exurat miseros atque arida torret (torres *coni. Lachm. cf.* 6, 1175 insedabiliter sitis arida). OV. met. 11, 129 sitis arida guttur urit. AMM. 19, 8, 8 IORD. Get. 40, 208 COD. Iustin. 11, 66 (65), 5, 1. ANTHOL. 477, 7 illic inter aquas urit sitis arida fauces. CARM. epigr. 982, 2 si ... viator, arida sive sitis nunc tibi iter minuit. *de aëre*: SEN. dial. 4, 19, 1 elementa sunt quattuor, ignis, aquae, aëris, terrae, potestates pares his sunt, fervida, frigida, arida atque humida. TERT. anim. 51 si aridior aer. MANIL. 1, 832 aridior terrae

vapor. 1, 861 aëra ... arida complexum spirantis semina terrae. 1, 851 arida cum gracili tenuatur semita filo. OV. met. 10, 663 aridus e lasso veniebat anhelitus ore. SEN. nat. 2, 30, 1 aiunt tunc plurima fuisse fulmina et tonitrua, quae concursu aridorum corporum (*i. vaporum*) facta sunt, non nubium. 6, 13, 1 semper aliqua evaporatio est e terra, quae modo arida est, modo humido mixta. PLIN. nat. 2, 114 ventos vel potius flatus posse et arido siccoque anhelitu terrae gigni. APVL. mund. 8 harum *exhalationum* altera arida est atque ⟨fumo⟩ consimilis, quae terrenis eructationibus surgit, altera humida et egelida. *inde significat 'fervidus'*: MART. 6, 42, 17 contentus potes arido vapore cruda Virgine Marciave mergi. *varia*: PLAVT. Rud. 574 da mihi vestimenti aliquid aridi. CELS. 7, 22 p. 303 linamentis (*cf.* 8, 25 p. 362). 8, 5 p. 338 compositum aliquid ex arido penicillo. CAT. 23, 12 atqui corpora sicciora cornu aut siquid magis aridum est habetis sole et frigore et esuritione. PLIN. nat. 20, 15 farinae (*cf.* 20, 30. 20, 92. 20, 243). COLVM. 2, 10, 15 *lentis* fimo arido permisceri debet (*cf.* 9, 15, 5 PLIN. nat. 18, 198. 28, 230. 249. 252).

B *opponitur* liquidus: PHAEDR. 1, 6, 8 omnes unus (*Sol*) exurit lacus cogitque miseras (*ranas*) arida sede emori. STAT. silv. 1, 5, 21 viduae Cebrenidos arida luctu flumina. AMM. 24, 6, 1 fossile flumen ... tunc aridum. VVLG. Ezech. 30, 12 faciam alveos fluminum aridos (*ἐρήμους*). AMBR. exam. 2, 3, 12 p. 52, 9 ut frequenter ad potum siccatis puteis arido gurgite subsidium vitale deficiat. *nota in imagine*: OV. trist. 3, 14, 36 quaecumque *ingenii vena* fuit, nullo exercente refugit et longo periit arida facta situ. SCRIB. LARG. 177 sanguinis (*cf.* PLIN. 28, 177. 217. 241). CELS. 5, 18, 2 p. 167 resinae (*et saepe*. 5, 18, 16. 22. 24 *opponitur* liquidus. PLIN. nat. 21, 120). 5, 18, 1 p. 167 lacrimae. SCRIB. LARG. 193 polygonii suco ... per se poto vel arido trito. 65 omphacii (*cf.* PLIN. nat. 23, 136). PLIN. nat. 12, 76 ledanum. 12, 131 *melligo* optima quae rufa acriorque et aridior. CELS. 7, 7, 13 p. 279 *ὑαλοειδές* ... neque liquidum neque aridum est, sed quasi concretus umor. 33, 92 *chrysocolla* per se arida siccat et contrahit. CELS. 4, 29 p. 156 faece (*cf.* 5, 18, 14). 5, 18, 10 picis (*cf.* 5, 19, 1. 12). MACR. sat. 7, 12, 10 longinquitate temporis de utroque aliquid exsorbente vinum meracius fit, mel aridius, et ita mel suco privatur, ut vinum aqua liberatur. *ibid.* vini ... natura humida est, mellis arida. *nota*: *de gelu*: VERG. georg. 3, 196 Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris incubuit Scythiaeque hiemes atque arida differt nubila (*i. nubes nive gravidas*). *i. exsucus, exsanguis* (*v. et p. 567, 41 eqs.*): TERT. ieiun. 17 diutius in sepultura durabit caro aridior. anim. 32 contraria aquae illa (*animalia*) quae arida et exucida; denique siccitatibus gaudent lucustae, papiliunculae, chamaeleontes. *inaquosus*: LVCR. 6, 150 aridior porro si nubes accipit ignem, uritur ingenti sonitu succensa repente (*opponitur* 146 multo si forte umore recepit ignem). *de sonitu aut visu*: VARRO Men. 267 cum corrigia disrupta sonat aridum. LVCR. 6, 119 aridus unde auris terget sonus ille diuque ducitur. VERG. georg. 1, 357 aridus (arduus *al.*) altis montibus audiri fragor *incipit* (*cf.* NON. 245 *ad hunc locum*: aridum, horrificum, acutum). TER. MAVR. 238 vibrat tremulis ictibus aridum sonorem ... littera *R*. CALP. ecl. 6, 23 te certamine quisquam dignetur, qui vix stillantes, aride, voces rumpis et expellis male singultantia verba? PLIN. nat. 12, 69 probatur *murra* Troglodytica ... quod aspectu aridior est. 12, 76 ladanum visu aridum. *de metallo*: PLAVT. Rud. 726 huc arido argentost opus (*cf.* NON. 245 *ad hunc locum*: aridum purum, lucidum. *sed facete dictum, ipse enim uvidus est*). *de carne cruda*: MACR. sat. 3, 17, 9 (*lex Licinia*) ne amplius daretur, apponeretur quam carnis aridae pondo tria et salsamentorum pondo libra.

II ***translate***: *parcus, avarus*: PLAVT. Aul. 297 (*fortasse pronuntiandum* ardus, *v. p. 565, 18*) pumex non aeque est aridus, atque hic est senex. Persa 266 id demum lepidumst, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos (*pronuntiandum* ardos) bene admordere. TER. Haut. 526 sed habet patrem quendam avidum misere (miserum *cod.*) atque aridum. *vacuus*: GAVDENT. serm. (Migne 20, 942) 13 quaedam feminae ... aridis manibus praetereunt inopum precantium turbas. *vilis*: CIC. S. Rosc. 75 in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita istius modi maleficia gigni non solere. Quinct. 93 sibi ait officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse. MART. 10, 75, 11 sportula nos iunxit quadrantibus arida centum. *iocanter*: 4, 70, 1 nihil Ammiano praeter aridam restem moriens reliquit ultimis pater ceris. *pauper*: MART. 10, 87, 5 absit cereus aridi clientis. EVCHERIVS form. 3 p. 15, 12 stipula aridi *homines* ad fidem vel inanes. *rudis, ignarus*: SVET. gramm. 4 ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur. *de genere orationis vel sermonis* (*cf. Ernesti, lexicon technol. graec. rhetor. p. 225 et 226 et 162 sub ξηρά et ἰσχνός*): RHET. Her. 4, 16 qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniunt ad aridum et exangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari. CIC. de orat. 2, 159 *Stoicus* genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. FORTVN. rhet. 3, 9 *ἰσχνῷ generi elocutionis* quod est contrarium? aridum ac (et *al.*) siccum. FAVSTIN. trin. (Migne 13, 76) 7, 1 arido angusti mei sermonis eloquio. SIDON. epist. 8, 10, 2 *v. p. 565, 75.* 8, 16, 4 nos opuscula ser-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mone condidimus arido, exili, certe maxima ex parte vulgato. 9,2,2 neque enim cum Hieronymus interpres, dialecticus Augustinus, allegoricus Origenes gravidas tibi spiritualium sensuum spicas doctrinae salubris messe parturiant, nunc scilicet tibi a partibus meis arida ieiunantis linguae stipula crepitabunt (*v. p. 566, 65*). SEN. epist. 75,3 non mehercule ieiuna et arida volo, quae de rebus tam magnis dicentur. QVINT. inst. 2,4,3 ut sit ea *narrandi ratio* neque arida prorsus neque ieiuna ... neque rursus sinuosa et arcessitis descriptionibus ... lasciviat. 3,1,3 quorum ne ieiuna atque arida traditio averteret animos et aures praesertim tam delicatas raderet verebamur. SEN. contr. 1 praef. 22 Marullum rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle, sed non vulgato genere dicentem. 2,1,24 aridi declamatores fidelius, quos proposuerunt colores, tuentur (*cf.* exc. 2, 1) 2,5,15. 7,5(20),15 Nicocrates Lacon aridus et exucus declamator. 10 praef. 11 declamatori subtili, sed arido. 10, 5, 25 stulte Aemilianus quidam Graecus rhetor, quod genus stultorum amabilissimum est, ex arido (*sic Gron.*; arida *codd.*) fatuus dixit.... TAC. dial. 18 Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et aridum (attritum *codd.*). QVINT. inst. 12,10,14 *Atticorum imitatores* nunc quoque aridi et exsangues. 12,10,13 ille (*Cicero*) qui ieiunus a quibusdam et aridus habetur, non aliter ab ipsis inimicis male audire quam nimiis floribus et ingenii adfluentia potuit. 8,17 quos aridos vocamus (*i. Attici*). 2,8,9 aridum atque ieiunum non alemus et quasi vestiemus? (*opponitur*: ingenio corruptus ac tumidus). QVINT. inst. 2,4,8 in primis evitandus et in pueris praecipue magister aridus, non minus quam teneris adhuc plantis siccum et sine umore ullo solum. TAC. dial. 19 aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur. *sic et adv.* **āridē**: SEN. contr. 2 praef. 1 principia, argumenta, narrationes aride dicebantur, in descriptionibus extra legem omnibus verbis dummodo niterent, permissa libertas.

synonyma: siccus (*cf.* COLVM. 4, 29, 17. 12, 2, 2 arb. 3,2 PLIN. nat. 2,114. 166. 11,283. 12,46 FORTVN. 3,9), exsiccatus, torridus, vetus (COLVM. 4, 24, 7 *cf.* arb. 10, 2), exsucus, exsucidus (TERT. anim. 32), exsanguis. *opposita*: uvidus, umidus, uliginosus, madidus, liquidus, sucosus, roscidus, aquosus, unctus et accuratus, oleo conspersus, viridis, viridans, tener, recens *alia vide suo loco*. *compositum*: peraridus.

f. subst. **ārida**, -ae *pro* terra (*v. supra p. 565, 31*). *opp.*: mare. GLOSS. V 268, 6 arida arvum solum tellus id est terra. IV 208, 23 arida terra sicca vel sterilis. ITALA gen. 7, 22 (Aug. civ. 13, 24 p. 596 D.) omnis, qui erat super aridam, mortuus est (VVLG. in terra. *ἐπὶ τῆς ξηρᾶς*). Agg. 2, 7 (Tycon. p. 80, 35) ego commovebo caelum et terram, mare et aridam (*τὴν ξηράν sic etiam* VVLG. HIER. epist. 53, 8 Migne 22, 547 AVG. civ. 18, 35 p. 307, 12 *et* 17). Matth. 23, 15 cod. Cant. circumitis mare et haridam (*sic et* VVLG.). VVLG. gen. 1, 9. 10 (*cf.* AVG. gen. c. Manich. 1, 12, 18 Migne 34, 181 loc. Hept. 2, 19 p. 344, 5) psalm. 65, 6 (*cf.* PAVL. NOL. epist. 44, 7) Sirach 39, 28. Is. 35, 7 (*ἡ ἄνυδρος*). 44, 3 (*τὴν γῆν*). Ion. 1, 9. 1, 13 ad aridam. 2, 11 in aridam. exod. 4, 9 effunde *aquam fluminis* super aridam (*ἐπὶ τὸ ξηρόν*). TERT. adv. Marc. 2, 12 inter maris coetum et aridae molem. PAVL. NOL. epist. 32, 23 praecedente nos per istius orbis aridam dei verbo. EXC. Barb. p. 224, 5 Fr. per aridam. ALC. AVIT. carm. 4, 162 arida decedat lymphis rursusque sepultas terrarum facies informis contegat umor (*v. p. 570, 2 et 3*). VVLG. Sirach 37, 3 o praesumtio nequissima, unde creata es cooperire aridam malitia et dolositate illius (*τὴν ξηράν. cf.* EVCHERIVS form. 3 p. 13, 14 arida infructuosi hominis caro).

n. subst. **āridum**, -ī. VARRO rust. 1, 59, 3 ubicumque sint posita in arido *sorba*. CAES. Gall. 4, 26, 5 nostri simul in arido constiterunt. 4, 29, 2 naves ..., quas in aridum subduxerat. 4, 24, 3 cum illi aut ex arido aut paulum in aquam progressi ... tela conicerent. SALL. Iug. 48, 3 generibus arborum, quae humi arido atque harenoso gignuntur (*cf.* HIER. in Amos praef. Migne 25, 990 humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur. *in imagine*: AMBR. virg. 3, 5, 21 si *anima nostra* non humi arido ... exsistat). VITR. 7, 3, 8 si parum diligenter et in arido fuerint inducti *colores*. PLIN. nat. 2, 222 quia plurimus ex arido misceatur illi (*mari*) vapor. FEST. 355, 2 torum, ut significet torridum, aridum.... CELS. 5, 17, 2 p. 166 aridum aliquod ex oleo ... coquitur. SEN. nat. 4, 8 cum multum in se fervidi aridique habeat terrarum evaporatio. 7, 8, 1 quicquid humidi aridique terra efflavit. PACVV. trag. 97 aesti (*i.* aestus) forte ex arido. PLIN. nat. 34, 161 albi *plumbi* natura plus aridi habet, contraque nigri tota umida est. CHAR. gramm. I 106, 14 sal ex arido congelatum est. IREN. 1, 17, 1 calidum et frigidum, humectum et aridum (*operationes quattuor elementorum*). HEGES. 4, 16 (linea 41 *Weber*) et coalescente vitio nimiae siccitatis atque humi arido correptior aer miserandas incolis conficit aegritudines. *nota de aqua maris*: AMBR. exam. 2, 3, 14 p. 54, 7 *sol*, quod purum ac leve *in mari* est, sibi rapit, quod grave atque terrenum, relinquit, ex quo remanet salsum illud atque aridum. *translate* (*cf. p. 568, 45 et 75*): CHAR. gramm. I 8, 7 *l m n r* propterea liquidae dictae sunt, quod minus aridi habeant et in pronuntiatione liquescant. *plur.* **ārida**, -ōrum. *comp.* aridiora: AETNA 265 aridiora tenent oleae, sucosior *tellus* ulmis grata. PLIN. nat. 24, 134 chamaesyce ... in aridis, petrosis. AMM. 22, 15, 14 in aridis ... capreoli vescuntur. TERT. bapt. 1 viperae et aspides ...

arida et inaquosa sectantur. HEGES. 4, 27 (linea 4 *Weber*) Aegyptus aridis Libyae conterminat. ALC. AVIT. carm. 1, 15 pater ... undique collectis discreverat arida lymphis. 4, 434. 4, 562 libera subductis nituerunt arida lymphis (*v. p. 569, 52*). *in imagine*: MART. CAP. 5, 437 accingar igitur haec aridiora percurrere (*Rhetorica*). CELS. 5, 19, 7 p. 173 aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur. SEN. nat. 2, 30, 4 nubem ... tam arida quam umida conserunt. 7, 6, 1 ex intemperie aëris turbidi multa secum arida umidaque terris exhalata versantis. 7, 7, 2 terrarum exhalationes multa secum arida ferentes. epist. 18, 15 arida et corripi facilia scintillam quoque fovent usque in incendium. COLVM. 12, 59, 4 possunt haec arida (*i. herbae*) ... caseo misceri. APVL. mund. 19 cum ex diversis atque inter se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus et ignitis. 21 *natura* umidis arida ... confudit. ITIN. Alex. 34 subtendere iubet *ovium pellibus* gignentium frivola aridaque (ARRIAN. 3, 29, 4 *φορυτοῦ ... ὡς ξηροτάτου*). BOET. cons. 3, 9 carm. 11 tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis, arida conveniant liquidis. *apud* METROL. mensurae in aridis *opponuntur* mensuris in liquidis, *v.* p. 141, 29. 142, 4. EVCHER. instr. 2 p. 159, 4, *cf.* METR. p. 145, 20 siccorum. *translate*: SEN. epist. 75, 3 *v. p. 569, 5*. *Oertel.*

Arīē, אַרִיֵה, *Ἀρίε, nom. vir. hebr.* VVLG. IV reg. 15, 25, *ubi falso pro nomine loci habetur.*

1. Arīēl, אֲרִיאֵל, *Ἀριήλ, nom. vir. hebr.* VVLG. num. 26, 17 Ariel, ab hoc familia Arielitarum (אַרְאֵלִי, *δῆμος ὁ Ἀριηλί*). I Esdr. 8, 16. I paral. 11, 22 percussit duo Ariel Moab (II reg. 23, 20 duos leones Moab). HIER. nom. hebr. p. 37, 19 Arihel leo dei (44, 17. 56, 27). *cf.* 3, 15 Ariheli leo dei mei. 15, 29 Ariheli leo deus meus. CHRON. I 180, 341 Ariel (Arihel *G*). *interpretes graeci confudere hoc cum insequenti.*

2. Arīēl, אֲרִיאֵל, *ἀριήλ, cognomen urbis Hierosolymorum.* VVLG. Is. 29, 1 Ariel civitas. 29, 2. 7. HIER. hebr. nom. p. 98, 15 Arihel.... quam Aquila et Symmachus interpretati sunt leonem dei (*v. sub* Ariel *1*). hanc putant esse quidam Areopolim (*v. sub voce*) ..., mihi autem videtur ... Arihel ibi allegorice Ierusalem sive templum significare, hoc est leonem dei, quod forte regnum fuerit et potens. *linguae hebraicae periti nunc componunt cum* אֲרִאוֵל, *τὸ ἀριήλ*, VVLG. Ezech. 43, 15 *et* 16 Ariel quatuor cubitorum, *ubi focum sive altaria significat, cf.* HIER. in Is. 9, 29, 1, *potissimum* Migne 24, 328°, *etiam* EVCHER. instr. 2 p. 152, 1. *V.*

Arieldela *Arabiae Petraeae vicus.* NOT. dign. or. 34, 44 *sub duce Palaestinae* cohors secunda Galatarum, Arieldela. *Hierocli et Steph. Byz. Ἀρίνδηλα.* CONC. Ephes. a. 431 (Mansi V 617ª) Theodorus episcopus Ariddelon (*corrige* Arindelon) subscripsi. *cf. Benzinger, PW. II 831 sub* Arindela. *Diehl.*

Arīēlītae *v.* Ariel.

ariena, -ae *f. pomum ficus Indicae.* PLIN. nat. 12, 24 arbori nomen palae, pomo arienae. 1 ind. 12, 12 arbor pala, pomum ariena (**ariera** *codd. aliquot*). *esse videtur* Ariēna *sc. ficus, cf. nos sub* Ariana. *V.*

Arienātēs *v.* Ariates.

Arieneī, -ōrum *Asiae gens.* PLIN. nat. 5, 127 ex Asia interisse gentes tradit ... Isidorus Arieneos et Capreatas (archineos *cod. Leid. Voss.*, aryeneos *alii*). *Hirschfeld, PW. II 825 cum* Arimis (*εἰν Ἀρίμοις epicorum*) *composuit. cf.* Inarime. *Diehl.*

Arīēnī *v.* Ariana. **Arīēnus**, -a *v.* Arrius.

aries, -etis *m.* [= *umbr.* erietu 'arietem'; *cf. esse videtur c. lituan.* eris, ėras, 'agnus', *gr.* ἔριφος. *Th.*] *obscure*: VARRO ling. 5, 98 aries quod eam dicebant ares. GRAMM. IV 429, 27 homonyma ... ut aries, nam et machinamentum, quo muri expugnantur, et sidus in caelo et animal in terra aries vocatur (IV 120, 16). PROBI app. gramm. IV 198, 29 aries non ariex. *prosodiaca*: *nominativum* ariēs *testatur* PRISC. gramm. II 241, 8, *at* ariēs *habent* PS. PRISC. gramm. III 524, 22. LVCIL. 460 aries inquit. VERG. ecl. 3, 95 aries etiam. georg. 3, 446 aries in. *inde a* PLAVT. Capt. 797 *ponitur ante consonam.* [*quodsi* PRISC. *in* abies aries paries *recte refert* e *esse brevem, poetae putandi sunt syllabam produxisse propter* ss *in fine. V.*] *ab Ovidio (10ies), a Lucano (6ies), a Valerio Flacco (bis) nominativus adhibetur solus. in casibus obliquis*: PLAVT. Bacch. 241 *ărĭĕtém.* 1148 *ărĭĕtés.* Cas. 849 *ărĭĕtís* (*cf.* ENN. trag. 210 ACC. praetext. 24 SEN. Med. 471). *in hexametro inde a Vergilio* i *consonans invenitur*: VERG. Aen. 2, 492. 7, 175. 12, 706 ELEG. in Maec. 1, 109 SIL. 5, 554. 12, 40. 12, 535. 16, 696 AVIEN. orb. terr. 228 PRISC. perieg. 92. AVSON. 7, 16, 3 Phrixeo ab ariete pergens. *tertia syllaba producitur*: STAT. Theb. 2, 492 celsum crebris arietibus urbis | inclinare latus. *cf.* 10, 527 (*?*). CORIPP. Ioh. 2, 400. [*val.* ariete, *genuens.* areo, *lugd.* aré. *M.-L.*]

I *ovis masculus*: A *proprie*: a *domesticus*: GLOSS. κριός. LABER. mim. 154 arietem reciprocicornem et lanicutem et testitrahum. LVCIL. 460 ibat forte aries, inquit, iam quod genus quantis testibus. CATO orat. 18, 11 (Non. 137) asinum aut musimonem aut arietem. VARRO rust. 2, 1, 24 scire oportet, in grege quot feminas habeat, quae parere possint, quot arietes, quot utriusque generis suboles (*saepius*). CIC. Tusc. 5, 115. VERG. georg. 3, 446 udisque aries in gurgite villis mersatur. *cf.* ecl. 3, 95. OV. fast. 4, 101 cum mare trux aries cornu decertat. VITR. 10, 15 duo arietes inter se concurrentes. PAVL. FEST. 46 cantherius hoc distat ab equo, quo ... berbix

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ab ariete (*cf.* 102). 163 nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non possint. 215 permissus appellatur aries, qui annis conpluribus tonsus non est. COLVM. 7, 3, 3 ubi caeli status uvidus ventosusque est, capros et arietes optaverimus ... (*saepius*). PETRON. 38 arietes a Tarento emit et testiculavit. PLIN. nat. 7, 26 fama est, insidentes arietum caprarumque dorsis ... ad mare descendere *Pygmaeos* (*saepius*). SVET. rell. 161 (p. 249 Reiff.) arietum blatterare, ovium balare *est*. PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 ideoque posse me gregem vindicare, quamvis aries tuus sit immixtus.... *cf.* VLP. dig. 9, 1, 1, 11 PAVL. sent. 3, 6, 75 MODEST. dig. 32, 81, 4. APVL. met. 1, 9 alium de foro...in arietem deformavit et nunc aries ille causas agit. *cf.* 9, 34. ACTA Arv. a. 183, 2, 1 arietes altilaneos. *dux gregis*: PROP. 3, 13, 40 dux aries saturas ipse reduxit oves. SEN. Thy. 225 arcanus aries ductor opulenti gregis. *praecipue aries admissarius*: VARRO rust. 2, 1, 17 ante admissuram diebus triginta arietibus ac tauris datur plus cibi, ut vires habeant. 2, 2, 12 arietes, quibus sis usurus ad feturam, bimestri tempore ante secernendum et largius pabulo explendum (*saepius*). VERG. georg. 3, 387 illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, nigra subest udo tantum cui lingua palato, reice. (*cf.* COLVM. 6, 37, 7. 7, 3, 1 PLIN. nat. 8, 189). OV. met. 9, 731 urit oves aries. am. 1, 10, 28 non aries placitam munere captat ovem. fast. 4, 771 sitque salax aries. PLIN. nat. 8, 188 arieti naturale agnas fastidire, senectam ovium consectari (*saepius*). ITALA cod. Lugd. gen. 31, 10 arietes et hirci ascenderunt super oves et super capras. *aries in sacrificio adhibitus*: ACC. praetext. 21 duos consanguineos arietes inde eligi, praeclarioremque alterum immolare me. VARRO ling. 6, 12 dies agonales per quos rex in regia arietem immolat. rust. 2, 1, 10. VERG. Aen. 7, 175 hic ariete caeso perpetuis soliti patres considere mensis. catal. 14, 7 haud aries humilis sed maxima taurus victima ... sparget ... focos. FEST. 293. PLIN. nat. 34, 80 Naucydes Mercurio et discobolo et immolante arietem censetur. TAC. hist. 5, 4 effigiem animalis ... penetrali sacravere, caeso ariete velut in contumeliam Hammonis. *cf.* ann. 6, 34. APVL. met. 8, 29 arietem, qui deam ... esurientem ... satiaret. VVLG. gen. 15, 9. 22, 13 (*saepissime et apud* ECCL.). SVLP. SEV. chron. 1, 7, 2 victimae aries praesto fuit. *aries poenae luendae causa oblatus*: SERV. Verg. ecl. 4, 43 in Numae legibus cautum est, ut siquis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in cautione offerret arietem. *cf. ad* georg. 3, 87. CIC. top. 64 nam iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunae. ex quo aries subicitur ille in vestris actionibus. FEST. 351 'subigere arietem' in eodem libro Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, c⟨a⟩edatur. VVLG. lev. 5, 15 offeret pro delicto suo arietem immaculatum. *cf.* 6, 6. 8, 2. num. 5, 8 (*saepius*). *arietis rubri vis auspicalis*: VERG. ecl. 4, 43 ipse sed in pratis aries iam suave rubenti murice, iam croceo mutabit vellera luto. SERV. *ad h. l.* traditur ... in libris Etruscorum, si hoc animal miro et insolito colore fuerit infectum, omnium rerum felicitatem imperatori portendi. *cf.* MACR. sat. 3, 7, 1. *arietis vis medica*: PLIN. nat. 28, 82 Lais et Salpe canum rabiosorum morsus et tertianas quartanasque febres menstruo in lana arietis nigri argenteo bracchiali incluso... (*sc. sanari tradunt*). *cf.* 29, 32. 29, 105. 30, 28. 30, 76. 30, 80. 30, 108. 30, 113. 30, 118. 30, 120. **b** *aries silvester*: COLVM. 7, 2, 4 cum...ex vicino Africae miri coloris silvestres ac feri arietes sicut aliae bestiae munerariis deportarentur, M. Columella ... quosdam mercatus in agros transtulit et ... ovibus admisit. **B** *in comparatione*: PLIN. nat. 9, 99 dimicant inter se *cancri* ut arietes adversis cornibus incursantes. LACT. op. 12, 5 uterus in duas se dividit partes, quae in diversum diffusae ac reflexae circumplicantur sicut arietis cornua. AVIEN. orb. terr. 228 similis...arietis ori (*de promunturio Cretae Κριοῦ μέτωπον*). *cf.* 136 PRISC. perieg. 92. VVLG. psalm. 113, 4 montes exultaverunt ut arietes. Ier. 51, 40 deducam eos ... quasi arietes.... Dan. 8, 20 aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum (*saepius*). **C** *translate*: PLAVT. Bacch. 241 *infra l. 80.* 1147 nisi nobis producuntur emittuntur foras, arietes erimus ... in vos incursabimus. *de Christo*: AVG. c. Faust. 18, 6 p. 495, 5 et aries *dictus est* propter innocentiae principatum. civ. 16, 32 quis erat ille aries *in Isaac immolando*, quo immolato impletum est significativo sanguine sacrificium? ... quis ergo illo figurabatur, nisi Iesus? (*cf.* EVCHER. form. 4 p. 28, 6 arietes: apostoli vel ecclesiarum principes). HIER. epist. 78, 6 in arietes fortesque vertitur...de amaritudine venimus ad arietes et robustos principes gregis (*cf.* 78, 28). PROSP. expos. psalm. 142, 2 quia nemo...potest dicere se peccati contagia non habere, cum etiam ipsi praecipui arietes ovium Christi sic orare iubentur. CASSIOD. in psalm. 28, 1 arietes apostoli accipiendi sunt, qui tanquam duces gregum in caulas domini perduxerunt populum Christianum (*cf.* HIL. in psalm. 65, 24 *de sacerdotibus*).

II *aries fabulosus*: ENN. trag. 210 vecti petebant pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Peliae, per dolum (*cf.* RHET. Her. 2, 34). PLAVT. Bacch. 241 quem faciam ... arietem Phrixi. VARRO rust. 2, 1, 6 ut in Colchide ⟨ad⟩ Aeetam, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae (*cf.* CIC. Tusc. 1, 45). ELEG. in Maec. 1, 109 viscera dissecti mutaverat (*?*) arietis agni Aeetis sucis omniperita suis. OV. epist. 6, 49 non erat hic aries villo spectabilis aureo (*cf.* 12, 201). fast. 3, 867 aries nitidissimus auro (*cf.* HYG. fab. 3 p. 39 arietem inauratum. 188 p. 119, 29 aries chrysomallus). 875 litoribus tactis aries fit sidus. SEN. Med. 471 spolia Phrixei arietis. TAC. ann. 6, 34 nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phrixum, sive id animal seu navis insigne fuit. *cf.* APVL. met. 6, 29 AVG. civ. 18, 13. HIER. chron. a. Abr. 634 Palaephatos adfirmat Arietem vocatum nutritorem per quem liberatus est Phrixus. CIC. Tusc. 5, 115 Polyphemum Homerus ... cum ariete ... conloquentem facit. PETRON. 97 Vlixes Cyclopis arieti adhaesisset. OV. met. 6, 117 aries Bisaltida fallis (*Neptunus*). [*signum caeleste in zodiaco* (*inde a* VARRONE rust. 2, 1, 7), *Κριός passim* GLOSS. *sideris fabulae* (*cf. infra l. 24 et 56 sqq.*): *vexit Phrixum*: NIGID. ap. schol. Germ. Bas. p. 81 *et* Ampel. 2, 1. OV. fast. 3, 875 MANIL. 2, 34 (*cf.* 4, 746. 5, 32). 4, 514 GERM. 532 SEN. Thy. 851 VAL. FL. 5, 227 HYG. astr. 2, 20 SCHOL. Germ. Bas. *l. c.* SCHOL. Arat. lat. p. 221. *duxit Liberum*: NIGID. ap. schol. Germ. Bas. p. 80 *et* Ampel. 2, 1. HYG. astr. 2, 20 fab. 133 p. 114 SCHOL. Stat. Theb. 3, 476. *notatio per Cleostratum*: PLIN. nat. 2, 31. *positio*: CIC. Arat. frg. 32[c] v. 10. 143 VITR. 9, 4, 2. 9, 5, 3 GERM. 224. 239. 361 HYG. astr. 3, 18 AVIEN. Arat. 508. *figuratio*: *laudantur cornua* (*torta*): CIC. Arat. frg. 32[c] MANIL. 2, 246 *cf.* 4, 506. 509 GERM. 228. 703 GAETVL. carm. frg. 1 CLAVD. 22, 464. *cervix reflexa*: MANIL. 1, 264. 4, 506 MYTHOGR. 3, 15, 1 *cf.* MANIL. 2, 212 LVCAN. 4, 56 AVIEN. Arat. 547. *vellus aureum* (*adversus fabulam sollemnem*): MANIL. 1, 263 (*cf. infra l. 63 et* 2, 532. 5, 39 nec pelle immunis ab ipsa) GERM. 532 (*cf. etiam infra l. 65*). *niveum*: *v. l. 63. cf. stellarum indices* HYG. astr. 3, 19 SCHOL. Germ. Bas. *l. c.* SCHOL. Arat. *l. c. et* FIRM. math. p. 102[r] col. 1 divisio Arietis. *obscuritas* (*Arat. 228*): CIC. Arat. 329 GERM. 229 HYG. astr. 2, 19 AVIEN. Arat. 512. *celeritas* (*Arat. 225*): GERM. 225 HYG. astr. 4, 3 AVIEN. Arat. 508. *cf. infra epitheta.* *ducit zodiacum*: VARRO rust. 2, 1, 7 NIGID. *ap.* schol. Germ. *l. c.* MANIL. 1, 263 princeps (*item* 2, 456. 485 GERM. 502. *cf.* COLVM. 10, 156). GERM. 532 (*cf.* 562) COMM. instr. 1, 7, 16 FIRM. math. 3, 1, 17 HYG. astr. 4, 5 MACR. somn. 1, 21, 23 *cf.* MANIL. 2, 34. 3, 278. *ortus, occasus*: (OV. fast. 4, 903) MANIL. 3, 292. 4, 505. 5, 67. 102 (39. 119. 128) GERM. 703 SEN. nat. 7, 27, 3 COLVM. 11, 2, 31. 65. 73 (10, 155) HYG. astr. 3, 19. 4, 12 MART. CAP. 8, 843. 845 AVIEN. Arat. 1284. sol (in) Ariete *sim.*: FAST. Philoc. Corp. I 1[2] p. 260 COLVM. 11, 2, 31 *al. cf.* OV. fast. 3, 852. *tempestatem significat*: GERM. frg. 3, 1 COLVM. *l. c.* *signum aequinoctii verni* (*in circulo aequinoctiali positum, cf. Arat. 516 et interpretes.* MANIL. 1, 674. 3, 304. 4, 744): Q. CIC. carm. frg. 1, 2 (OV. trist. 3, 12, 4) MANIL. 3, 231. 646. 671 (2, 405. 427. 3, 446. 463. 4, 338) VITR. 9, 3, 1. 9, 7, 1 GERM. 8 COLVM. 9, 14, 1 PLIN. nat. 2, 81. 18, 221 *al.* *initium veris*: OV. met. 10, 165 MANIL. 2, 658. 3, 672 (2, 425. 4, 745) GAETVL. carm. frg. 1 SEN. Thy. 848 (LVCAN. 4, 56). Aries *pro mense Aprili*: CARM. de mens. 1 (poet. min. I 11), 4. *valet in astrologia*: MANIL. 2, 456 (*cf.* 7, 404). 613 *sqq.* 3, 567. 4, 124. 380. 507 (4, 444. 746) PETRON. 39 FIRM. math. 2, 10, 2 *sq.* 7 p. 107 *ed. pr. al.* AMBR. exam. 4, 4, 15 AVG. haer. 70. *cf.* ZENO tract. 2, 43, 2. *huc fortasse pertinet* Aries *titulus mimi Laberiani.* *in tutela Minervae*: (MANIL. 2, 439) SERV. Aen. 11, 259. *Marti adsignatum*: MACR. sat. 1, 12, 10. somn. 1, 21, 26. *epitheta*: GERM. 532 nobilis (*cf.* MANIL. 3, 278). 703 pernix (*cf.* 227). ANTH. 622 corniger (*cf. l. 68*). AVIEN. Arat. 59 *et* 508 celer. 773 laniger (*cf. l. 67*). HYG. fab. 133 p. 114 *et* MART. CAP. 8, 874 aequinoctialis. AVSON. 371, 3 Phrixeus (382, 4 CLAVD. 22, 464). *significatur*: OV. fast. 3, 852 Phrixeae vellera...ovis (MANIL. 3, 304 Phrixei ... vellera signi. GERM. frg. 4, 78 *et* AVIEN. Arat. 1283 Phr. pecus. MART. 10, 51, 1 agnus). OV. fast. 4, 715 dux lanigeri pecoris (ANTH. 623. 625) qui prodidit Hellen. 4, 903 pecus Helles. trist. 3, 12, 2. COLVM. 10, 155 Phrixi nec portitor Helles. LVCAN. 4, 56 *et* MART. 9, 71, 7 portitor Helles. ANTH. 611 nubigenae iuvenis vector. MANIL. 2, 212 signum ... sua respiciens aurato vellere terga. 3, 445 nivei ... vellera signi. GERM. frg. 4, 50 pecudis clarum vellus. 4, 114 pecus villis auratum. 4, 114 pecudis ... aurea terga. MANIL. 5, 32 vir gregis et ponti victor. AVIEN. Arat. 535 lanatum pecus. ANTH. 626 velleris aurati pecus. MANIL. *saepe* Laniger, *item* GERM. 240. 565. 706 frg. 4, 23 AVIEN. Arat. 515. 545 AVSON. 371, 15. MANIL. 5, 39 Corniger. ANTH. 624 ovium pater. *Dittmann.*]

III *piscis*: PLIN. nat. 1 ind. 9, 67 de ariete pisce. nat. 9, 10 nec pauciores *beluas* in Santonum litore interque reliquas elephantos et arietes, candore tantum cornibus adsimulatis, Nereidas vero multas *Oceanus destituit.* 9, 145 grassatus aries ut latro et ... si quem nandi voluptas invitet, expectat. *cf.* 32, 144 CLAVD. 10, 163.

IV *machina belli*: GLOSS. machinamentum, quo muri dissolvuntur. belli instrumentum per quod dissolvuntur mura. genus tormenti. VARRO ling. 5, 117 cervi ab similitudine cornuum cervi, item reliqua fere ab similitudine ut vineae, testudo, aries. AMM. 23, 4, 8 abies ... arietis efficiens prominulam speciem, quae forma huic machinamento vocabulum indidit. VEG. mil. 4, 14 appellatur aries vel quod habet durissimam frontem, qua subruit muros, vel quod more arietum retrocedit, ut cum impetu vehementius feriat. HEGES. 3, 11, 1 nomen hoc species dedit .... ISID. orig. 18, 11, 1. PLIN. nat. 7, 202 equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

machinis Epium ad Troiam *invenisse tradunt.* BELL. Afr. 20, 3 litteras in Siciliam . . . mittere, ut sibi crates materiemque congererent ad arietes. LIV. 36, 22, 9 turres arietesque et alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur. VEG. mil. 2, 25 artifices..., qui ad oppugnandas hostium civitates testudines . . . arietes . . . faciunt. *descriptio*: VITR. 10, 13, 1 (*de inventione*) *cf.* 10, 13, 2. 10, 13, 4 *Diades* utebatur ariete subrotato. 10, 13, 6 arietaria machina, quae graece dicitur κριοδόκη, in qua . . . insuper constitutus aries. *cf.* 10, 15, 5. 6. 7. 10, 16, 12. AMM. 20, 11, 15 cum iam . . . aries . . . adventaret, prominentem eius ferream frontem, quae re vera formam effingit arietis. *cf.* HEGES. 3, 11, 1. *usus*: LIV. 21, 7, 5 aries moenibus admoveri posset. *saepius.* CVRT. 8, 2, 22 arietibus admotis munimenta . . . concussit. AMM. 20, 6, 5 admotus aries robustissimus orbiculatam turrim feriebat ictibus densis. VEG. mil. 4, 13. CORIPP. Ioh. 2, 400 non ariēte cavas adducto spargere turres est opus. LVCAN. 1, 384 his aries actus disperget saxa lacertis. CAES. Gall. 2, 32 priusquam murum aries attigisset. OV. met. 11, 509 cum laceras aries ballistave concutit arces. *cf.* CVRT. 8, 2, 22 *supra l. 12.* LIV. 32, 17, 6 parte muri arietibus decussa. 33, 17, 9 ariete decussi ruebant muri. LIV. 32, 23, 7 aries . . . aliquantum muri diruerat. LIV. 21, 12, 2 arietibus aliquantum muri discussit. AMM. 20, 7, 13 aries . . . repsit nisibus magnis ad murum vastoque acumine coagmenta lapidum fodiens turrim . . . evertit. SALL. Iug. 76, 6 murum arietibus feriri. *cf.* LIV. 21, 8, 5 AMM. 20, 6, 5 CLAVD. 8, 330. VITR. 1, 4, 5 *turris* angulos arietes tundendo frangunt. *cf.* LVCAN. 10, 480 SIDON. carm. 2, 447. LIV. 31, 46, 15 muri . . . pars ariete incusso subruta . . . prociderat. *cf.* SEN. dial. 2, 6, 4 LVCAN. 3, 490 AMM. 24, 4, 19. BELL. Alex. 1, 2 in proxima aedificia arietes immittuntur. STAT. Theb. 10, 527 trabibus⟨que⟩ et ariete sonoro pellunt saxa loco. CIC. off. 1, 35 quamvis murum aries percusserit. *cf.* AVG. civ. 10, 17. VEG. mil. 4, 23 murus arietibus perforetur. VVLG. II Macc. 12, 15 qui sine arietibus et machinis . . . praecipitavit Iericho. VERG. Aen. 12, 706 imos pulsabant ariete muros. PROP. 4, 10, 33 aries murum cornu pulsabat aheno. SIL. 12, 40 pulsavit quatiens obstructas ariete portas. *saepius.* LIV. 21, 10, 10 moenia quatit ariete. 36, 23, 2 cum ariete quaterentur muri. *saepius.* CVRT. 4, 3, 13 arietum pulsu muros quatit. SEN. epist. 94, 61 muros . . . arietibus ac machinis quassent. *cf.* SIDON. carm. 22, 121. SIL. 5, 553 duroque resolvere muros ariete. LIV. 1, 29, 2 stratis . . . ariete muris. *defensio adversus arietes*: CAES. Gall. 7, 23, 5 ab ariete materia defendit, quae perpetuis trabibus . . . revincta neque perrumpi neque distrahi potest. LIV. 38, 5, 4 in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant. AMM. 20, 7, 13 *supra l. 21.* VEG. mil. 4, 23 laqueis captos arietes. 4, 28 arietes, machinas . . . ignibus concremant. *instrumentum pro actione*: VERG. Aen. 2, 492 labat ariete crebro ianua. CVRT. 4, 4, 12 crebris arietibus saxorum conpage laxata munimenta defecerant. STAT. Theb. 2, 492 crebris ariētibus urbis inclinare latus. *de assere, machinamento belli navalis*: VEG. mil. 4, 46 hunc (*asserem*), sive a dextra sive a sinistra parte adversariorum se iunxerint naves, pro vice arietis vi inpellunt. *de trabibus in pontibus faciendis adhibitis*: CAES. Gall. 4, 17, 9 sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, . . . pro ariete subiectae.

translate: *de corporis partibus*: PLAVT. Capt. 796 cubitus catapultast mihi, umerus aries . . . . Cas. 849 pectus mi icit non cubito, verum ariete (*sic A*, v. a. *om. P*). *de arboribus*: CASSIOD. var. 7, 6, 6 noxias arbores, quae inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam moenium importabiles arietes, censemus radicitus amputari. *nota*: *apud* ECCL.: TERT. resurr. 5 ubique primus iste in nos aries temperatur, quo carnis condicio quassatur. HIER. adv. Iovin. 1, 12 hoc velut fortissimo ariete virginitatis murum quatiens. AVELL. p. 105, 21 ut fixi sint pedes vestri adversus arietem fraudulentiae. HIER. epist. 14, 3 aries iste pietatis, quo fides quatitur evangelii, retundendus est muro. PETR. CHRYS. (Migne 52, 538^{c}) serm. 123 arietem suae crucis portat aggressurus infernum *Christus.* PELAG. *ad* II Cor. 10, 4 aries apostolicus. *Ausfeld.*

Aries, -tis *nom. libertinorum.* CORP. VI 9632 (= CARM. epigr. 89) L. Valerius Zabdae . . . l. Aries. 13487 C. Baebius Aries. VIII 17260 L. Aemilius Aries. *V.*

Arietae, -ārum *gens Persica.* PLIN. nat. 6, 94 Drangae Arietae (*sic E*, ergetae *rell.*) Zarangae. *num iidem qui* TAB. Peut. 12, 5 Arote? *Diehl.*

arietārius, -a, -um. *ab* aries. VITR. 10, 13, 2 testudinem arietariam. *cf.* 10, 13, 6. 10, 16, 12. VITR. 10, 13, 6 arietaria machina.

arietātio, -ōnis *f. ab* arietare. SEN. nat. 5, 12, 5 calor, quem modo sol facit, modo ipsa arietatio magnorum inter se corporum et adtritus.

arietīllus, -ī *m. deminutive ab* arietinus. PETRON. 39 plurimi hoc signo (*aries*) scholastici nascuntur et arietilli. *herbae*: COLVM. 2, 10, 20 cicer quod arietillum (*sic codd.*, arietinum *edd.*) vocatur (*cf. tamen* arietinum). *alia*: GLOSS. II 24, 33 aretillum ἀμπελόπρασον (αρωπελο πρασον *cod.*). III 88, 54 anpeloprason arretillum. 266, 14 ἀμπελόπρασον aretillum *et passim in* GLOSS. *errore* III 16, 32 μάραθρον apetillum. II 568, 5 aretillum porrus per se in campo vel in vinea. *scribitur et* arotillum: III 535, 35 ampolobrasu id est arotillilu (549, 43). *cf.* 543, 14 aranello ampilo prasso. 575, 52 scordio i. orotillo. DIOSC. cod. Vind. Const. 209, 112 αριτιλλονμ (2, 179).

arietīnus, -a, -um. *ab* aries. GLOSS. arietina κριοῦ. *ad arietem pertinens*: RHET. Her. 3, 20, 33 reum ad lectum eius (*aegroti*) adstituemus, dextera poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem. *cf.* FEST. 308 PAVL. FEST. 331 PLIN. nat. 30, 87. 141. PLIN. nat. 37, 167 Hammonis cornu . . . aureo colore arietini cornus effigiem reddens (*v.* SOLIN. 27, 46). *cf.* IVL. VAL. 1, 8 extr. HYG. astr. 2, 20 MACR. sat. 1, 21, 19 MART. CAP. 2, 157 SERV. ad Verg. Aen. 4, 196. SOLIN. 30, 29 tragopana . . . avis maior aquilis, cornibus arietinis praeferens armatum caput. AMM. 19, 1, 3 (*Sapor*) aureum capitis arietini figmentum interstinctum . . . gestans. PLIN. nat. 30, 72 verendorum formicationibus . . . medetur arietini pulmonis inassati sanies. *cf.* MARC. med. 4, 57. PLIN. nat. 29, 88 ungulae arietinae. CHIRON 125 loteum arietinum. AVG. quaest. hept. 2, 108 p. 164, 14 Vind. pellibus arietinis. MARC. med. 33, 56 arietinorum vellerum cinis. *arieti simile*: cicer arietīnum (*cf.* arietillum): PETRON. 35 cicer arietinum. PLIN. nat. 18, 124 *cicer* est . . . arietino capiti simile, unde ita appellatur. *seq.* arietino. 22, 150 arietinum. MARC. med. 26, 79 cicer arietinum. ORIBAS. eup. 2, 6 *ciceris* genus, qui vocatur graece crii, latine dicitur cicer arietinus.

arieto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* aries. *prosodia*: ACC. praetext. 24 in me ărĭĕtare. PLAVT. Truc. 256 . . . nostras aedis arietat. VERG. Aen. 11, 890 árjetat. *cf.* VAL. FL. 6, 368 SIL. 4, 149 PRVD. Ham. 489. I *proprie*: *de pecude*: GLOSS. κορύπτει. ACC. praetext. 24 deinde eius (*arietis*) germanum cornibus conitier, in me arietare, eoque ictu me ad casum dari. AMBR. in psalm. 43, 15 aries quoque arietat lupum. *de machina*: GLOSS. κριομαχῶ. PRVD. ham. 486 *lapidem* aerato machina rostro arietat insiliens . . . . AMBR. off. 3, 10, 67 muros . . . ictu ululatu plebis arietatos. AVG. c. Secund. 3 p. 910, 3 Vind. cuius (*Manichaei*) omnes deceptorias machinationes veridica frons epistulae tuae uno ictu arietante subvertit. *cf.* serm. 294, 18.
II *translate*: GLOSS. ad modum arietis aliquid impingit. ferit, percutit ritu arietis. crebro incurrit. PLAVT. Truc. 256 quis illic est qui tam proterve nostras aedis arietat? SEN. dial. 9, 1, 11 ubi aliquid animam insolitam arietari percussit, ubi aliquid occurrit . . . indignum. CVRT. 9, 7, 22 *Macedonem* occupatum conplexu pedibus repente subductis Dioxippus arietavit in terram. NAZAR. paneg. 10, 23 cum aciem arietaverint *catafracti equites.* CHALC. comm. 220 quo *spiritu* faucium angustias arietante formanteque lingua . . . articulatos edi sonos. HEGES. 4, 15, 2 multi supra pauciores equites arietant. CYPR. GALL. Ios. 254 aut captae portis sese arietat urbis *pars pugnantium.* CHALC. comm. 241 *radius visualis* . . . recurrens in posterius se speculum arietaret. SEN. dial. 1, 1, 2 quae casus incitat saepe turbari et cito arietare. 6, 11, 3 ubicunque arietaveris, solveris *hominem.* 7, 8, 5 nihil enim pravi, nihil lubrici superest, nihil in quo arietet aut labet *ratio.* nat. 5, 2 ubi in magna laxitate corpora pauca versantur, nec arietare possunt nec impelli. epist. 107, 2 labaris oportet et arietes et cadas *in via.* PLIN. nat. 2, 198 concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur. TERT. scorp. 6 pugni quassant, calces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant. MAX. TAVR. epist. 1, 6 arietantibus malis obicibus occurre virtutis. SEN. dial. 4, 3, 3 antequam inter se acies arietarent, cor exiluit. 5, 4, 2 dentium inter se arietatorum. epist. 56, 13 non arietata inter ⟨se⟩ arma. 103, 4 non arietant inter se nisi in eadem ambulantes via. FVLG. aet. mund. p. 139, 14 inter se uterque arietat sensus. VERG. Aen. 11, 890 arietat in portas et duros obice postis. VAL. FL. 6, 367 in clipei . . . orbem arietat *Telamon.* SIL. 4, 149 arietat *ala* in primos. *Ausfeld.*

ārificus, -a, -um. [*cf. c.* arefacere. *Th.*] CAEL. AVR. chron. 4, 1, 9 et sit arifica (rarifica *al.*) carnis atque mollifica corporis phlebotomia. *cf.* ξηροποιός. *Oertel.*

?ariga *v.* ariuga.

Arigaeum, -ī, Ἀριγαῖον, *opp. Indicum.* ITIN. Alex. 46 *ubi traditur* Argacum urbem. *Tomaschek, PW. II 824 contulit* CVRT. 8, 10, 19 Acadira.

Arigernus, -ī *nom. vir. germ.* CASSIOD. var. 3, 36 Arigerno v. i. comiti Theodericus rex. *saepius.* *Diehl.*

Arigilia *statio in Gallia ad Ligerim* RAVENN. 234, 14. *V.*

Arignotus, -ī, Ἀρίγνωτος, *nom. vir.* APVL. met. 2, 14 Oud. Arignotus (Arisnotus *codd.*, Trisgnotus *coni. Hildebrand*) unicus frater *Diophanis Chaldaei.* CORP. VI 13421 d. m. Aurunceia Músa Arignoto coniugi suó carissimo bene merenti. XII 3571 (*Nemausi*) Arignoto delicato suo. XV 1094 (*in tegulis saec. I/II saepius*) Cn. Domiti Arignoti (X 8043, 53. 8048, 8 *in pelve fictili.* VIII 22637, 32^{a} *in amphora*). VIII 22632, 53 (*in tegula*) Cn. Domit. ⟨Arig⟩not. fec. XV 1094^{c} Cn. Domit(i) Aricnot(i). 1094^{f} Cn. Domiti(us) Aringno(tus). 1024 Cn. Domiti Anigno(ti). **Arignotē,** Ἀριγνώτη, *cogn. mul.* CORP. XIV 1560 (*Ostiae*) S(alluvia?) Arignote. *Diehl.*

germanica ut **Arigunde, Arimundus** *v. sub* Hari-.

Arihēl *v.* Ariel *et* Areopolis.

Arihēlī *v.* Areli.

Arīī *v.* Aria.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? **arilaria** *herba.* DIOSC. 4, 56 ἀριλάρια (*sic cod. Neap.*, ἀγριλάρια *cod. Const.*) *i. chrysogonon.* *V.*

Arilica *v.* Arelica.

arillātor, -ōris *m.* [*orig. inc. Th.*] PAVL. FEST. 20 arillator, qui etiam coctio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae est αἶρε, id est tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere [lucellum deminutivum est a lucro]. GELL. 16, 7, 12 *Laberius* 'cocionem' pervulgate dixit quem veteres 'arillatorem' dixerunt. GLOSS. II 24, 37 arillator ἐψητής βωμοφόρος πραγματευτής. II 25, 6 ariblator (arulator *Salmasius*, arilator *margo cod. Leid.*) μεταβόλος ἀρχαίως. II 368, 44 μεταβόλος dardanarius cocionator arillator. IV 310, 46 arrilator cocio ὁ μεταβόλος. V 441, 17 arillator mercator (491, 65). V 590, 54 ariolator cocio ὁ μεταβολεύς. *cf.* V 7, 38 arilla⟨tore⟩ co[a]ctione panniculario (V 48, 18). [*fortasse ductum ab* arra *arilla. *Skutsch.*]

arillī id est grana vel semina uvarum GLOSS. *cf. Loewe, glossae nominum p. 119.* acini *Bücheler. vide H. Schuchardt, Zeitschr. f. rom. Phil. 23 (1899) 421.* *V.*

Arīm *v.* Avim. **Arima** *v.* Ruma.

Arimanius, -ī, *Ἀρειμάνιος, deus Persarum. v. Cumont, PW. II 825.* CORP. VI 47 d(eo) Arimanio Agrestius v. c. defensor magister et pater patrum. III 3414 (*Aquinci*) deo Arimanio. 3415 deo Arimamanio Libella leo fratribus voto dic. *num adiective:* INSCR. sel. Dessau 4265 (*Ostiae*) signum Arimanium do. de. d. (do dedico *?*)

Arimanus (-ī- *?*), -ī *nom. barb.* CORP. III 11502 (*in Norico*) Bacacu Atuni f(ilia) viva fecit sibi et Arimano filio Arioni f(ilio). 11661 (*ibid.*) Cotulo Patalí f. et Vindae Arímani f(iliae) ux(ori). VIII 2787 (*Lambaesi*) P. Ael. Arimanus. 8637 (*Sitifi, chr. a. 527 ?*) M. Arimanus a(v)us. *cf.* Ariomanus.

Arimaspī, -ōrum, *Ἀριμασποί, gens Scythica.* MELA 2, 2 hominum primi sunt Scythae, Scytharumque quis singuli oculi esse dicuntur Arimaspoe (PLIN. nat. 7, 10 Arimaspi. GELL. 9, 4, 6. SOL. 15, 20 uniocula gens. AMM. 23, 6, 13 hominibus luscis et feris). CVRT. 7, 3, 1 Arimaspos (armatos *codd.*) quos iam tunc mutato nomine Euergetas appellabant (EPIT. Alex. W. 4 IVST. 12, 5, 9). PLIN. nat. 4, 88 ultimique a tergo *Maeotarum* Arimaspi (MART. CAP. 6, 663). 4, 50. 7, 10 quibus (*Arimaspis*) adsidue bellum esse circa metalla cum grypis (SOL. 15, 23) . . . multi, sed maxime . . . Herodotus et Aristeas Proconnesius scribunt. IVL. HONOR. cosmogr. p. 45, 11 ITIN. Alex. 39. AVIEN. orb. 55 belligeratores nutrit tellus Arimaspas (*Dionys. ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν*). *singulariter pro plurali:* LVCAN. 3, 280 auroque ligatas substringens, Arimaspe, comas. 7, 756 quodque legit dives summis Arimaspus harenis. VAL. FL. 6, 131 ignotis insons Arimaspe metallis. *adiective:* VIB. SEQ. geogr. p. 146, 24 . . .⟩ Arimaspa⟨e⟩ gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt. PRISC. perieg. 40 gens fervens Arimaspa sub armis. *v. Wernicke et Tomaschek, PW. II 826 et Heeren, de chorogr. a Val. Fl. adhibita p. 31.* *Diehl.*

Arimathaea *vel* **-thia** *f. Ἀριμαθαία vicus in tribu Iuda, nomen a Graecis formatum ex hebraico* רָמָתַיִם, *Ἀρμαθαίμ,* Ramathaim, Armathaim *vel* Armathem. VVLG. I reg. 1, 1 Ramathaim. HIER. hebr. nom. p. 34, 17 Armathaim altitudo eorum. 96, 17 Armathem . . . unde fuit Ioseph, qui in euangeliis de Arimathia scribitur. 153, 11 Armathem. LIB. geneal. chron. I 190, 531 Armaten (armathen *cod. Sangall.*). IVVENC. 4, 718 hic ab Arīmăthĭa nomen gestabat Ioseph. VVLG. Matth. 27, 57 homo dives ab Arimathaea. Marc. 15, 43 Ioseph ab Arimathaea. Luc. 23, 51 Ioseph . . . ab Arimathaea civitate Iudaeae. Ioh. 19, 38. HIER. hebr. nom. p. 63, 20 Arimathia. 146, 26 Ruma, quae et Arima, . . . a plerisque Arimathaea nunc dicitur. PAVL. NOL. epist. 13, 20 ab Arimathia Ioseph. AVG. c. Faust. 20, 11 p. 550, 7 Ioseph ille ab Arimathia. ADAMN. itin. Hier. p. 245, 8 usque ad Samuelis civitatem, quae Armathem (armathea *cod. Brux.*) nominatur. BEDA itin. Hier. p. 308, 25 usque ad Arimathiam. *cf.* Ramathaim *et* Ruma. *V.*

Arimazēs, -is *Persa.* CVRT. 7, 11, 1 petra quam Arimazes Sogdianus . . . obtinebat (7, 11, 5). 7, 11, 23 Arimazi (7, 11, 27). EPIT. Alex. W. 18 Ariomazes *et* 17 *et* 18 Ariomazen *scripsit editor, trad.* Ariobazanes (-en). *v. Kaerst, PW. II 828.*

Arimenus, -ī *nom. vir.* INSCR. giornale di Roma 1864 n. 22 Arimeno Iuliane marito: *titulum repertum in coemeterio Priscillae edidit D. F. Profti.* *Diehl.*

arimentum *v.* armentum.

? **Ariminiadenus** *si recte traditur, nom. vir.* HIL. frg. hist. 3 (Migne 10, 659[a]) Ariminiadeno Campaniae episcopo. *V.*

Arīmin(us *?*), -ī *m. ? flumen Vmbriae.* PLIN. nat. 3, 115 octava regio determinatur Arimino, Pado, Appennino. in ora fluvius Crustumium, Ariminum colonia cum amnibus Arimino et Aprusa. *cf. infra* PAVL. FEST. *l. 81* STRAB. *l. 84.* STEPH. BYZ. *s. v. Ἀρίμινον· πόλις Ἰταλίας. ἔστι καὶ ποταμός. incertum huc an ad opp. pertineant* CATO orig. frg. 43 (ap. Varr. rust. 1, 2, 7) ager Gallicus . . . viritim cis Ariminum (arem- *codd.*) datus. PLIN. nat. 3, 112. **Arīminum,** -ī *n. opp. Vmbriae, hodie* Rimini. PAVL. FEST. 25, 1 a nomine fluminis propinqui est dictum. STRAB. 5, 1, 11 p. 217 *τὸ δὲ Ἀρίμινον Ὄμβρων ἐστὶ κατοικία, καθάπερ καὶ ἡ Ῥαούεννα. δέδεκται δ' ἐποίκους Ῥωμαίους ἑκατέρα. ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον λιμένα καὶ ὁμώνυμον ποταμόν. Gallis Senonibus, qui has terras invaserant, devictis a. 486 colonia deducta* (VELL. 1, 14, 7 LIV. per. 15 EVTR. 2, 16), *lege Iulia, ut videtur, municipium, tribu Aniensi, post* colonia Augusta Ariminensium (*cf. l. 64*). *Bormann, Corp. XI p. 76, Hülsen, PW. II 828. inter primitiva, paenultimam corripientia, ponit* PRISC. gramm. II 80, 18. Ărīmĭnum: LVCAN. 1, 231. *cf. l. 50.* CONSENT. gramm. V 346, 7 haec Ariminus (EVTR. 2, 16 *codd.* -ηνος *Paian.*, PROSP. chron. I 399, 239 *pars codd., at* HIER. chron. a. Abr. 1732 -um) et hoc Ariminum. *nom. in* -um: PAVL. FEST. 25 PRISC. gramm. *l. c.* LIV. 24, 44, 3. 28, 38, 13. 32, 1, 2 MELA 2, 64. PLIN. nat. 3, 115 Ariminum colonia. ITIN. Anton. p. 100, 4 RAVENN. p. 258, 9. 326, 4. *cf.* STRAB. *l. c.* PTOL. 3, 1, 19 STEPH. BYZ. *s. v.* Arimen- *scribitur* CIC. epist. 8, 4, 4 *M R* (Arimn- *G*) LIV. 24, 44, 2 *P, cf. libros graecos* POLYB. 2, 23, 5. 3, 77, 2. 3, 61, 11 PHLEG. macr. 1 APPIAN. civ. 1, 67 *al.* *in nummis abbreviatum* ARIM *et* ARIMN (*hoc ad incolas potius referendum*). *cf. Bormann l. c. et Garrucci, monete I p. 76, Berl. Mus. Beschr. d. ant. Münz. III p. 48. 49. in titulis item* Arim: CORP. VI 2375[b], 34. 2377, 5. 2383, 9. 3884, 4 (*ubique origo indicatur*). XI 361 aedil. Arim. 422 decur. Arim. (*cf. l. 41*). Arimin: CORP. III 8438. VI 2379[b], 17. VIII 2812 (*ubique orig.*). Arimi: CORP. VI 2382[b], 18 (*orig.*). *apud geographos: cf. l. 10 sqq.* PLIN. nat. 6, 218 ITIN. Vicarell. Corp. XI 3281, 13. 3282—3284 ITIN. Anton. p. 126, 4. 5. 10. 286, 7 ITIN. Hier. p. 615, 6 VIB. SEQ. geogr. p. 150, 29 TAB. Peut. 5, 2 (-no). *inter notas geographicas* NOT. Tir. 84, 8. *apud scriptores:* CATO (*? p. 575, 78*) CIC. Verr. 2, 36 Att. 5, 19, 1 ad Q. fr. 2, 12, 1 epist. 8, 4, 4 (*l. 12*). 8, 17, 1 (*Sternkopf, Progr. Dortm. 1891 p. 18*). 16, 12, 2 frg. epist. ad Caes. iun. lib. I 2 Phil. 12, 23 CAES. civ. 1 *passim.* LIV. *passim. nota* 24, 44, 3 P. Sempronio provincia Ariminum *evenit.* 28, 38, 13 Ariminum, ita Galliam appellabant, Sp. Lucretio *obtigit* (30, 1, 9. 32, 1, 2). PLIN. nat. 7, 163. 27, 131 TAC. hist. 3, 41. 42. SVET. Aug. 30 desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda. *cf. l. 37.* FLOR. 2, 13, 18. OPTATVS 1, 23 p. 26, 17 Stennius *episcopus* (*a. 313*) ab Arimino (-ni *cod. Petrop.*). HIER. a. Abr. 2375 (*a. 358*) synhodus apud Ariminum et Seleuciam Isauriae facta (*inde passim in libris contra Arianos scriptis. cf.* Ariminensis). SYMM. epist. 9, 48. 120 SIDON. epist. 1, 5, 7 GREG. M. epist. I p. 182, 21. 346, 25. 419, 6 EVGIPP. Sev. epist. ad Pascas. 1. *in titulis praeter laudatos:* MON. Ancyr. 4, 19 consul septimum viam Flaminiam a⟨b urbe⟩ Ari⟨minum feci⟩. CORP. III 12352 (*s. I*) Arimini (*originem indicat, item* III 14360[1]. XI 4749). XI 366 C. Caesar August(i) f. cos. vias omnes Ariminí stern(endas) ⟨curavit⟩. 416 decur(io) A⟨ri⟩mini (*cf. l. 19*). 5992 Arimini pontif(ici). 6010. 6354 flaminicae Pisauri et Arimini. *adi.* **Arīminēnsis,** -e. *forma* Arimene(n)sis *in vetustissimo titulo et passim;* Ariminie(n)sis: *v. l. 56 et 65 (bis). abbreviatur in titulis* Arimin: CORP. VI 1101. 1449. XI 6378. Arim: *in formula* col. (Aug.) Arim. *de nummis v. supra l. 15.* Ari: CORP. V 3945. CORP. XIV 4269 (*nemore Dianae, s. VI*) C. Manlio(s) Aci⟨. . .⟩ cosol pro poplo Arimenesi. *item* ager: PLIN. nat. 10, 50. civitas (*cf. l. 62 sq.*): AVELL. p. 10, 17 GREG. M. epist. I p. 80, 20. 112, 17. 348, 26. *homines:* HOR. epod. 5, 42 Ărīmĕnensem (*sic opt.*) Foliam (*sociam Canidiae*). VAL. MAX. 7, 7, 4 Septicia . . . mater Trachalorum Ariminensium. *cf.* PAVL. FEST. 367 unde (*a trachalis muricum ac purpurae superioribus partibus*) Ariminenses (-eses *cod. Monac.*) maritimi homines cognomen traxerunt Trachali. CORP. V 3945 . . . Vo⟩lumni⟨us S⟩ex. f. ⟨P⟩roculus Ari(minensis) *cf. Mommsen ad 3462.* 1910 D. Sempronius Iucundus medicus Ariminiensis. ACTA synh. Rom. a. 499 (Mon. Germ. XII) A[20] Iohanne Ariminensi (Arimen- *pars codd.*). cives Ariminenses: CORP. XI 414. *substantive* Ariminenses: CORP. VI 133 Dianae sanctai Ariminenses. CIC. Verr. 2, 36. Caec. 102 eodem iure . . . quo fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse et a civibus Romanis hereditates capere potuisse? LIV. 27, 10, 8 *inter socios, qui Romanis fidem servaverant.* CORP. XI 405 splendidissimae civitatis Ariminensium. VI 1449 cur(atori) civitat. Arimin. (*cf. infra l. 66*). XI 379 col. Arim. 6378. 414 col. Aug. Arim. 408. XII 1529. XI 354 genio Ariminensium. 355 gen(io) collegi Ariminies(ium). VIII 7030 curatori Ariminiensium (*cf. supra l. 63*). XI 6337 proc(uratori) privatae regionis Ariminensium. 376 ordo Ariminensium. 6378 splendidissimo ordine Arimin. SYMM. epist. 9, 48 Ariminensium magistratus atque ordines. *nota adi. pro genet. subst.:* IORD. Get. 312 *Vitiges* se ad Ariminensem oppressionem praeparat. *cognomen:* CORP. III 4799 Eppius Ariminensis filius. XI 6020 d. m. L. Calli Ariminensis. *de re:* CORP. VI 1101 negotiantes vini supernat(is) et Arimin(ensis). *de vino Ariminensi cf.* CATO orig. frg. 43 (ap. Varr. rust. 1, 2, 7). *apud christianos:* ecclesia: AVELL. p. 319, 14 ACTA synh. Rom. a. 499 B[23] *et* a. 501[58] (*utroque loco* Arimen- *pars codd.*). GREG. M. epist. *v. ind. saepe* concilium, synhodus (*cf. supra l. 33*). *eo spectant* HIER. adv. Lucif. 19 Ariminensibus dolis. chron. a. Abr. 2377 Arminiensis (*ita codd. plerique*, Ariminensis *M et* PROSP. chron. I 456, 1109, Arminensis *R*) perfidiae dolos. *Dittmann.*

? **Arimmae** *gen. nominis pictoris Graeci, nisi corruptum est.* VARRO ling. 9, 12 consuetudinem Miconos Dioros (*?*) Arimmae. *V.*

Arimnestus, -ī, *Ἀρίμνηστος, cogn. vir.* CORP. XII 5026 (*Narbone*) C. Of⟨illi⟩us C. l. Pal. A⟨rimn⟩estus. *expleverunt Bücheler et Bormann.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Arimo, *Ἀρίμων ab Ἄριμος? cogn. vir.* CORP. XIV 603 (*Ostiae*) Aristiae Nicareteni . . . Iul. Aristio fil. piissim. Iul. Arimo coiugi suae . . . fecerunt.

Arimphaeī, -ōrum, *Herodoto Ἀργιππαῖοι, gens Scythica Pontum accolens.* MELA 1, 117 Aremphaeos. PLIN. nat. 6, 19 Arimphaei qui ad Ripaeos pertinent montes. 6, 34 Ripaeorum montium deficiunt iuga, ibique Arimphaeos quosdam accepimus, haut dissimilem Hyperboreis gentem (SOL. 17, 1 AMM. 22, 8, 38 MART. CAP. 6, 665). SOL. rubr. p. 225, 19, 1 de Arimphaeis. LICENT. carm. 118 ab Arimphaeis Ripheos . . . seiungere. *v. Tomaschek, PW. II 719 sub* Argippaioi.

Ārin *cf.* Ārīs.

Arin(*?*) *figulus.* CORP. XII 5686, 75 of. Arin (*in vasculo*). *Diehl.*

? **arina** *μήτηρ κατὰ Βάρρωνα* GLOSS. II 24, 38, *ubi* arna *ed. Steph.*, alma *margo cod. Leid. Scal. 61.*

arinca, -ae *f.* [*vocabulum peregrinum, fortasse gallicum. Th.*] PLIN. nat. 18, 81 *ex frumentis* arinca Galliarum propria, copiosa et Italiae est. 18, 61 hordeum maxime nudum et arinca. 18, 92 ex arinca (africa *codd.*) dulcissimus panis. 22, 121 olyram arincam diximus vocari. 1 ind. 18, 19 arinca sive olyra. 1 ind. 22, 58. *V.*

Arinchī, -ōrum, *Steph. Byz. Ἀρρηχοί, gens Caucasia.* AMM. 22, 8 33 immani diritate terribiles Arichi et Sinchi et Napaei.

Arinē *insula sinus Argolici, a Graecis non commemorata.* PLIN. nat. 4, 56 in Argolico Pityusa Arine Ephyre.

Arine *v.* Miliare.

Arinēs, -is *Colchus quidam.* VAL. FL. 6, 638 Arinen (*v. l.* -em) Olbumque necat. *cf.* Ārīs. *Diehl.*

aringus, -ī *m. piscis.* Ps. GARG. MART. app. 62 p. 209 capiuntur pisces natura pingues, ut sunt salmones . . . et sardinae vel aringi (haringi *codex alter*). *cf. Rose, Hermes 8 (1873) 226.* [*theodisce* hāring, *anglos.* hæring. *Th. it.* aringa, *francog.* harenc. *M.-L.*] *V.*

Arinia *v.* Arrius.

Arinthaeus, -ī, *Zosimo Basilio aliis Ἀρινθαῖος.* **1** *dux celeberrimus et consul a. 372, de quo cf. Seeck, PW. II 831. laudatur imprimis ab* AMM. COD. Theod. COD. Iust. CHRON., *ubi scribitur* Arintheus. *item* CHRON. pasch. a. 372 *Ἀρινθέον. sed* CLAVD. 18, 63 Arinthēo *et* 478 Arinthēi. *utrubique varia lectio* arenth-. *nota orthographica*: INSCR. christ. Rossi I 229 Modesto et Fl. Arinthe ccss. 230 Fl. Domitio et Fl. Aruntheo coss. 231 M〉odesto et Aron〈th〉eo conss. (*cf. adn. ad n. 229*). 233 Arinth〉io et Mo〈desto conss. CASSIOD. hist. 8, 13 Arantheus (*Theodoretus Ἀρίνθεος*). **2** COD. Iust. 11, 11, 3 imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. Arintheo p(raefecto) p(raetorio).

? **Arinus** *fluvius.* VIB. SEQ. geogr. p. 147, 16 Brictates ex Thymaro monte Arino miscetur.

Arīo *v.* Arion.

Ariobarzanēs, -is. **1** *variorum Cappadociae regum nomen*: CIC. Att. *et* epist. CAES. civ. 3, 4, 3 BELL. Alex. NEP. VAL. MAX. 5, 7 ext. 2 CVRT. TAC. ann. 2, 4 FLOR. epit. IVST. rex Ariobarzanes: CIC. epist. 2, 17, 7. 15, 2, 4. 15, 2, 8 MON. Ancyr. 5, 29. 6, 12 VITR. 5, 9, 1 CORP. VI 32264 *al.* Ariobarzanes rex: CIC. Manil. 12 OROS. hist. 6, 2, 1. *nomin.*: Ariobarzanis NOT. Tir. 85, 96. *gen.*: CIC. Att. 13, 2, 2 Ariobarzani. CIC. Manil. 5 Ariobarzanis (CAT. CIC. epist. 15, 5, 1 CIC. epist. 2, 17, 7 BELL. Alex. 34, 1. 66, 5 SALL. ep. Mithr. 15 frg. 4, 59 NEP. Dat. 10, 1 MON. Ancyr. 6, 12 CORP. VI 32264 IVL. VAL. 2, 37). *acc.*: CIC. epist 15, 2, 4 Ariobarzanem (2, 17, 7 MON. Ancyr. 6, 11 AVR. VICT. vir. ill. 76, 2). CVRT. 5, 4, 20 Ariobarzanen (ITIN. Alex. 29. EVTR. 5, 5, 2 *v. l.* -em). *cf. l. 62. abl.*: OROS. hist. 6, 2, 1 Ariobarzano *Laur. saec. VI. saepe* -e. *orthographica*: EPIT. Alex. W. 3 Ariobazanes (ariobaxanes *corr. ut videtur.* PRISC. gramm. III 444, 3 IVL. VAL. 2, 31 *cod. Paris.*). *cf.* Arimazes. IVL. VAL. 2, 31 Ariobarzenes *cod. Ambr. saec. IX* (OROS. hist. 6, 2, 1 *Vat. et Rehd.*). GRAN. LIC. 35 p. 34, 19 Bonn. Ariobardianen. IORD. Rom. 225 Acuriobarzane. **2** *mons*: OROS. hist. 1, 2, 41 inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes. *v. Tomaschek, PW. II 835.* *Diehl.*

Ariobinda *v.* Hariovinda.

Ariobs *v.* Hebron.

Ariōch *indecl.*, אַרְיוֹךְ, *Ἀριώχ, nom. assyricum.* VVLG. gen. 14, 1 Arioch rex Ponti (14, 9). Dan. 2, 14 ab Arioch principe militiae regis (2, 15. 24. 25). *ad priorem spectat* CYPR. GALL. gen. 481 Ariōcha *nom.* HIER. hebr. nom. p. 3, 1 Arioch ebrius vel ebrietas. 55, 30 Arioch ad solitudinem redigens. 117, 15.

Ariola *vicus Gallicus, ad viam Durocortoro Divodurum.* ITIN. Anton. 365, 1. *V.*

Ariolās, -ātis *nom. vir.* CORP. VI 14758 Chresti Dionysi l., Chloe Ariolates. Chresimi Dionysi l., Thiopilus Popilli Laenati〈s〉. *cf.* Ariolenus *sub* Arrius. *Otto.*

Ariolēnus *v.* Arrius.

Ariolica *nomen celt. oppidorum.* **1** *vide* Arelica. **2** *in Alpibus Graiis, hodie* La Thuile: TAB. Peut. 3, 4 Ariolica. **3** *in Gallia, hodie* Avrilly sur Loire: TAB. Peut. 2, 4 Ariolica. **4** *hodie* Pontarlier: ITIN. Anton. 348 Ariorica (arioriga *vel* areorica *aliquot codd.*). TAB. Peut. 3, 1 Abiolica. *V.*

ariolor *sim. v.* hariolor *sim.*

Ariomanus, -ī *nom. vir. gallic.* CORP. III 4594 (*Pannon. sup.*) Ariomanus Iliati f. Boi. 4880 (*Viruni*) Ariomanus Terti f. et Quarta Mascli f. 11569 (*in Norico*) Ceudo Ariomani f. (14101). *cf.* Arimanus *et Förstemann, Altdeutsch. Namenb.*[2] *p. 774 sub* Hariman *et Kretschmer, Einleit. 130.*

Ariomazēs *v.* Arimazes.

1. Arīōn, -onis, *Ἀρίων, Ἀρείων. in codd. semper fere* Arion (GELL. 16, 19, 2 Ario *libri praeter Q T*), *apud poetas semper in versus fine.* Ario: CORP. VI 9102[b]. IV 1410. XIV 4100. *in libris nonnumquam confunditur cum* Orion. Ariona: OV. fast. 2, 83 SIL. 11, 448 STAT. Theb. 11, 443 QVINT. inst. 6, 3, 41 HYG. astr. 2, 17 p. 57, 11 *et* 23. Arionem: CIC. Tusc. 2, 67 fin. 5, 87 PLIN. nat. 9, 28 APVL. met. 6, 29 SOL. 12, 12 HYG. fab. 194 p. 125, 2 *et* 5 *et* 8 SERV. MYTHOGR. **A** *nom. vir.*: **1** *citharoedus Lesbius, de quo cf. Crusius, PW. II 836. fabulam narrant*: OV. fast. 2, 83 *sqq.* FRONTO p. 237 N. GELL. 16, 19 HYG. fab. 194 p. 124 SERV. auct. ecl. 8, 55 *al.* FRONTO p. 237, 3 N. Lesbius . . . cithara et dithyrambo primus (p. 238, 4 N. MYTHOGR. 1, 95. 2, 172). CIC. Tusc. 2, 67 Methymnaeum (MART. 8, 51, 15 SOL. 7, 6 HYG. astr. 2, 17 HIER. chron. a. Abr. 1400 PROB. Verg. ecl. 8, 56 AVG. civ. 1, 14 BOET. mus. 1, 1). HYG. astr. 2, 17 p. 57, 11 citharoedum (GLOSS. V 268, 28 SERV. auct. ecl. 8, 55). PLIN. nat. 9, 28 Arionem . . . citharoedicae artis. GELL. 16, 19, 1 fidicine. 16, 19, 2 nobilis . . . cantator fidibus fuit. OV. fast. 2, 91 vocalis Arion (*cf.* PROP. *l. 45*). VERG. ecl. 8, 56 Orpheus in silvis, inter delphinas Arion (orion *M*. APVL. flor. p. 81 Oud. RVRIC. epist. 1, 3, 2). OV. fast. 2, 83 quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus? GELL. 16, 19, 14 stansque in summae puppis foro carmen, quod 'orthium' dicitur, voce sublatissima cantavit. **2** *philosophus*: CIC. fin. 5, 87 Pythagoreos Echecratem Timaeum Arionem Locros (*v. l.* Arrionem). *sed cf.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 3). **3** *in titulis nomen et cogn. vir.*: CORP. VI 9102[b] D. Arío pictor idem aeditus. XIV 256, 148 (*Ostiae*) Arion Amoni fil. XIII 10001, 48. CORP. VI 10645 . . .〉 Aelio Arioni collib. V 4651 (*Brixiae*) C. Mefanati C. l. Arioni. 34718 M. Caerellius Ario. X 4945 (*Venafri*) L. Fabricio L. l. Arioni. 5006 (*ibid.*) L. Valerio L. f. Ter. Arioni. III 5627 (*in Norico*) Serenus Cl(audi) Arionis. VIII 16052 (*Siccae*) dis m. sac. T. Iulius Arion. *cf.* Arion *nom. Venet.* **B** *nom. mul.*: CORP. IV 1410 optet sibi, ut bene naviget, quod et Ario sua r(ogat). **C** *equorum nomen*: **1** *equus Bellerophontis, ceterum Pegasus appellatus*: CORP. XIV 4100 (*in speculo aeneo*) Oinomavos Ario Melerpanta. **2** *Adrasti*: SERV. georg. 1, 12 equum . . . a Neptuno progenitum alii Scythium alii Scyronem alii Arionem dicunt fuisse nominatum (GLOSS. V 268, 28 MYTHOGR. 2, 119 *cf.* SERV. auct. georg. 3, 122 SCHOL. Stat. Theb. 4, 43. 6, 316). STAT. silv. 1, 1, 52 Adrasteus. Theb. 6, 501 flavus. 6, 301 rutilae manifestus . . . igne iubae. Neptunus equo . . . pater. CLAVD. 8, 555 Nereidum stabulis nutritus. STAT. Theb. 6, 424 praesagus (11, 443). CLAVD. carm. min. app. 4, 5 velox. PROP. 2, 34, 37 qualis et Adrasti fuerit vocalis Arion (orion *F N. cf.* OV. *l. 22*) tristis ad Archemori funera victor equus. STAT. Theb. 4, 43. 6, 444. PANEG. 7, 8 p. 166, 16 Cyllarus aut Arion (AVSON. 419, 81). AVSON. 252, 9 CLAVD. 6, 519 *et* 528. 17, 284. **3** CORP. VI 10053 *vicit* Arione Af(ro) I. *adi.* **Arīonius,** -a, -um. *ad* Arionem *A 1 pertinens.* PROP. 2, 26, 18 *delphinus* Arioniam vexerat . . . lyram (OV. ars 3, 326). OV. fast. 2, 93 nomen Arionium Siculas impleverat undas. MART. CAP. 9, 908 chelyn.

2. Arion, -onis *nom. vir. cf. Venetorum* ·a·riiun·s· *et Pauli, die Veneter p. 303.* CORP. III 5697 (*in Norico*) Bruto Gintussae f(ilio) . . . sibi et Meleiae Bricosticis filiae uxori et Ressico f(ilio) et Arioni f(ilio). 11502 (*ibid.*) Bacacu Atuni f(ilia) viva fecit sibi et Arimano filio Arioni f(ilio). CORP. XII 3198 (*Nemausi*) d. m. Arioni Vindulon〈is?〉 liberto (seviro) Augustal〈i〉.

Ariopagus *v.* Areopagus *sub* Ares.

Ariortās, -ae (*Ἀριόρτας*). *cf. Ὄρτας, Ἀνιόρτας sim. nom. vir. et cogn.*: CORP. X 8043, 38 (*in tegula*) Ariortae. 6186 (*Formiis*) L. Ploti Ariortae. *nota* CORP. III 8009 (*in Dacia*) P. Aelio Ariorto (quattuor) vir(o) an(nuali*?*). *Diehl.*

Arīos *v. sub* Ares.

Ariovinda (-us) *v.* Hariovinda

Ariovistus, -ī *nom. vir. germ.* (*de etymologia non sat constat, v. Förstemann, Altd. Namenb.*[2] *p. 783*) *Ἀριόβιστος, Ἀριούιστος. notus rex Germanorum a Caesare victus*: CAES. Gall. 1, 31 *sqq. passim.* TAC. hist. 4, 73 ne alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. *scriptum est passim* ariobistus *ut* OROS. 6, 7, 6. 7 *in aliquot codd.*; ariovixtus CAES. Gall. 4, 16, 7 (*A B M*). 5, 29, 3 (*A Q B*[2]). 6, 12, 2 (*A*), 6, 12, 2 ariobixtus (*in B M*). FRONTIN. strat. 1, 11, 3 Ariovixtum *codd. dux Insubrum*: FLOR. 1, 20, 4 Ariovisto duce, *ex quo abl. fluxit nom.* Ariobisto, -onis IORD. Rom. 179 PAVL. exc. Eutr. p. 48, 15 Droysen. *cogn.* CORP. VII 1320 (*in sigillo medici; quattuor exempla*) I. Vindaci Ariovisti. *cf.* Carioviscus *dux germanus* VOPISC. Aurelian. 11. *V.*

aripennis *v.* arepennis.

Ariphrōn, -onis, *Ἀρίφρων, archon Atheniensis.* HIER. chron. a. Abr. 1172 Arifron. *ibid.* sub Arifrone. 1192 Thespieo Arifronis filio.

? **Ariplicem** (*acc.*) *Indum commemorat* EPIT. Alex. W. 42. *Diehl.*

aripus *v.* harpe.

aris, -is *f. cf. ἀρίσαρον, herba silvestris.* PLIN. nat. 24, 151 est

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et aris (et aeris *vel* echaris *codd.*), quae in eadem Aegypto nascitur, similis aro, minor tantum *eqs.* 1 ind. 24, 94 ari. 27, 58 aris (ars *vel* hars *codd.*). *bestia*: Pol. Silv. chron. I 543, 4 *inter quadrupedes* igneumon aris canis, *nisi forte est* aries. *V.*

Ārīs *vel* **Ārin,** -īnis, *nomen vir. ut videtur punicum. cf.* Corp. inscr. sem. 2, 1, 301. Prisc. gramm. II 219, 8 omnia in 'in' desinentia etiam in 'is' productam finiuntur, Arin et Arīs (317, 20. 325, 19 *ubi* arr- *codd.*), *nisi spectat ad ἄρριν.* 1 *Sardus*: Cic. Scaur. frg. 1, 6 B. Aris (1, 9). 1, 9 Arinis uxorem (Mart. Cap. 5, 469). *ibid.* Arinem *bis.* 2 *Poenorum dux in Hispania*: Sil. 15, 232 Aris ductor erat. 244. *de eodem cf.* Liv. 26, 49, 5 Arinen praefuisse Punico praesidio deditumque Romanis Antias Valerius, Magonem alii scriptores tradunt. 3 *idem fortasse nomen est Colchi sub* Arines. 4 *in titulis*: Corp. VIII 16767 (*prov. proc.*) Aris Corneli Capitonis fili filius. 16772 Capito Arinis pius vixit annis LXV. 12167 (*prov. Byz.*) Cududus Arinis p. v. a. LXX. 16995 (*prov. proc.*) Marchellus Arinis f(ilius). 17192 (*ibid.*) Quinta Q. Arinis f(ilia). 20571 (*in Mauretania Sitifensi*) Maria Flora uxor Aridis. II 2582 (*in Luco Augusti*) L. Aurelius Aris veteranus leg. VII gem. p. f. *dubitans huc traho* Corp. IV 1572[b] Aris s. XIV 3119 (*Praeneste, in cippulo*) Gn. Dindindi(os) Aris (*?*) L. f. 4134 (*Ostiae*) A. Ter⟨e⟩ntius A. l. Aris ⟨.... *cogn. videtur integrum esse.*

Aris *variorum oppidorum nomen.* 1 *Ariae provinciae v. sub* Aria *2.* 2 *Mesopotamiae*: Ravenn. p. 81, 18 *et* 19 Aris Saviri. *cf.* Tab. Peut. 11, 5 Hatris *et* Sabbin. 3 *Indiae Thermanticae* Ravenn. p. 45, 5. *Diehl.*

Arīsai, אַרְיֵסַי, *Ἀρσαῖος, nom. persicum.* Vulg. Esth. 9, 9. *V.*

Arisba (-ē), -ae, *Ἄρισβη.* 1 *oppidulum Troadis*: Verg. Aen. 9, 262 devictā ... Arisba. *cf.* Serv. *ad l., ubi nomin.* Arisba, *acc.* -am. Lvcan. 3, 204 nimium glaebis exilis Arisbe. Plin. nat. 5, 125 Rhoetea litora, Rhoeteo et Dardanio et Arisbe oppidis habitata. Dict. 2, 27. Serv. Aen. 2, 166 Helenus apud Arisbam captus a Graecis est (Mythogr. 1, 40). *cf. Hirschfeld, PW. II 847, 1.* 2 *Lesbi*: Plin. nat. 5, 139 *in Lesbo* Arisbe, terrarum motu subversa. 3 *Troadis oppidi eponymus*: Serv. auct. Aen. 9, 262 dicta est Arisba ab Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in coniugio habuit. Serv. Aen. 2, 32 Priamus ex Arisba filium vatem suscepit (Mythogr. 1, 212). *v. Tümpel, PW. II 847, 3.* 4 *cogn. mul.*: Corp. III 2477 (*Salonis*) Pomponiae Alce Pomponia Arisbe sorori et lib. carissim. **Arisbās** *nom. vir.* Sil. 3, 668 exceptos hospes tectis inducit Arisbas (*Libys quidam*).

? **Arisbibonis** *gen. nom. barb.* Corp. VIII 16263 (*prov. proc.*) *Espérandieu*: d. m. s. Arisbibonis vixit annis LXI. *Poinssot*: d. m. s. Arisbonis vixit annis LXXI h. s. e. *an* Aris Bibonis (Bonis) (filius)*?* *Diehl.*

Ariscus *v.* Arescus *sub* Arescon.

Arisella *nom. barbaricum.* Corp. XIII 1203 (*in Aquitania*) Arisella. *Otto.*

Arisitum *an* **-dum,** -ī *n., vicus Aquitaniae primae* (*hodie* Alais*?*). Greg. Tvr. Franc. 5, 5 p. 197, 5 apud Arisitensim vicum. Not. Gall. chron. I 604 XII 9 castrum Arisidensium (arisido *codd. aliquot*). *recentiora apud Holderum, Altcelt. Sprachsch. I 216.* *V.*

Arisius, -a *v.* Arrius.

Arisnotus *v.* Arignotus.

Arisoth *v.* Haroseth.

Arissa *nom. mul.* Corp. VIII 9143 (*in Mauretania Caesar., descripsit Wilmanns*) Manlius Barbarus ... Sosius Sandarlus (*sic*) ... Arissa Rufina. *Otto.*

? **arisso.** Isid. diff. 607 corvus crocitat, grus arissat (*sic vel* arrissat *vel* arisat *codices libri glossarum ex Isidoro* Gloss. V 168, 21; *male* arsat *editio Arevali*) miluus iugit, canis baubat *ex excerptis Suetonianis.* [*potest fuisse* grus ⟨gruit, hirundo⟩ trissat *Traube*]. *V.*

arista, -ae, *f.* [*fortasse cf. c. gr. ὀιστός. Th.*] Varro rust. 1, 48, 2 arista dicta, quod arescit prima (Fest. 289 Serv. Verg. Aen. 7, 720. 809 Isid. orig. 17, 3, 16). Gloss. *ἀθήρ, ἀνθέριξ, ἄχνη,* spicarum cacumina (quibus stantibus segetes videntur), culmen. *στάχυς, ἄσταχυς, ἀθέρες σίτου.* [*it.* resta, *francog.* arête, *hisp.* arista. *M.-L.*]

Armastica *Iberiae opp., Ptolemaeo Ἀρμάχτικα.* RAVENN. p. 61, 18 *cf.* PLIN. nat. 6, 29 Hiberiae *oppidum* Hermastus (pharmasiis *vel* -sus *codd.*, Harmastis *Barb.*) iuxta flumen *Cyrum.* 6, 30 ex adverso ... Hermasti (*sic codd.*) oppidi Hiberum. *v. Tomaschek, PW. II 1177.* [*Diehl.*

Armatazon *v.* Armanazon. *Diehl.*

Armathēm *v.* Arimathia.

armātio, -ōnis *f.* PRISC. gramm. III 463, 21 fac alia derivativa ab eodem supra dicto participio. armatio armatura quae rem ipsam significant. *cf.* inarmatio.

Armatius *v. sub* Armatus.

armātor, -ōris *m.* PRISC. gramm. III 463, 11 fac nomen verbale a participio praeteriti temporis. armator armatrix. GLOSS. II 385, 25 *ὁπλιστής* armator. *Bickel.*

armātūra, -ae *f. ab* armare (PRISC. gramm. III 463, 21 suppl. 68, 19). [*it.* armatura, *francog.* armure, *hisp.* armadura. *M.-L.*] *nusquam in usu est pro actionis nomine; arma militis inde a* CIC. *significat in sermone pedestri, raro tamen positum, translate a* TERT. HIER. *secundum sacrae scripturae usum; inde a* CIC. CAES. *aetate etiam copiarum genera significat, cuius rei fortasse genetivi usus* (CAES.) *in causa est; inde milites ipsi dicti* armaturae; *exercitium armorum* VEG.; *bis navis armatura est. raro pluraliter positum*: BELL. Afr. 51, 6 equites barbari levisque armaturae ... dimicabant. 59, 3 armaturas leves ... substituerat. LIV. 21, 55, 5 diducta (*Madv.* deducte *P*) ... levis armatura est (armaturae sunt *P*). 33, 15, 11 cum duae ... acies ... levis armatura (armaturae *Bamb.*) ... clipeati caetratique ... urgerent. SEN. dial. 7, 8, 2 (*sub II b*). SVET. Cal. 55 (*II a*). OROS. (*II a*). AMM. (*III*). NOT. dign. (*III*). VEG. mil. (*III*). CORP. (*III*). *masc. gen.*: (*III*). VEG. mil. 1, 13. 2, 23. *cf.* LIV. 28, 2, 10 levis armatura et Carthaginienses qui. 33, 8, 12 equites levemque armaturam, qui. *sermonis pedestris est proprium exceptis singulis locis* LVCAN. VEN. FORT.; *rei militaris t. t. omnia sunt significatus genera praeter V. VI. deest* LIV. I—X. PRISC. gramm. II 563, 2 armatura *ἡ ὁπλίσουσα καὶ ἡ ὅπλισις.* GLOSS. *ἐξόπλισις ἐξοπλισία* armatura.

I *arma militis gladiatorisve.* **a** *proprie*: CIC. ep. 7, 1, 2 quid enim delectationis habent sescenti muli in Clytaemestra aut in equo Troiano creterrarum tria milia aut armatura varia peditatus et equitatus? Att. 6, 1, 14 habet ... cohortes quadringenarias nostrā armaturā XXX *Deiotarus* (BELL. Alex. 34, 4 quas *duas legiones* ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat *Deiotarus; de eodem sim.* 68, 2). CAES. Gall. 5, 16, 1 gravitatem armaturae (armorum *α*). LIV. 35, 27, 5 in ea *navigia* expeditos milites, caetratos plerosque, cum fundis et iaculis et alio levi genere armaturae inposuit (ISID. orig. 18, 54 retiarius ab armaturae genere). PAVL. FEST. 264, 8 rorarios ... qui levi armatura primi proelium committebant. 93, 14 ferentarii levis armaturae pugnatores. PLIN. nat. 7, 81 Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem (SCHOL. Iuv. 8, 203 indicatur armatura Gracchi spernentis armaturam secutoris. *ibid.* 8, 200 *fort. ad II a*). NAZAR. paneg. 10, 23 tanto munimento (numero *codd.*) duplicabat armatura *clibanariorum* terrorem. AMM. 17, 12, 1 similitudine morum armaturaeque concordes. *sim.* 31, 2, 17 *e coniectura incerta.* VEG. mil. 3, 24 velites autem erant iuvenes levi armatura et corpore alacri. 3, 4 ad

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

armaturae gestum *milites detinendi sunt. fort. ad IV.* VVLG. II paral. 32, 5 fecit universi generis armaturam (ὅπλα πολλά) et clypeos. cant. 4, 4 mille clypei pendent ex ea *turri*, omnis armatura (πᾶσαι βολίδες) fortium. sap. 18, 22 vicit ... armaturae potentiā (ὅπλων ἐνεργεία). Ezech. 26, 9 et turres tuas destruet in armatura sua (ἐν ταῖς μαχαίραις αὐτοῦ). **b** *translate*: TERT. virg. vel. 16 indue armaturam pudoris (VVLG. Eph. 6,11 induite vos armaturam dei, πανοπλίαν. *item* 6, 13). HIER. epist. 108, 18 his et talibus testimoniis quasi armatura dei ... instruebat se contra invidiam saevientem. in Is. 13, 5 domini bellatores instructi armatura apostoli. epist. 112, 2 nostra armatura Christus est et apostoli Pauli institutio (*laudat ibid.* VVLG. Eph. 6,13). VVLG. sap. 5,18 accipiet armaturam (πανοπλίαν) zelus illius et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. *in comparatione*: VVLG. cant. 4, 4.

II *copiae armaturae genere distinctae ab aliis.* **a** *variae*: CIC. epist. 9, 25, 1 contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse *quam classem.* LIV. 40,40,1 externa auxilia ab simili armatura, meliore aliquantum militum genere urgebantur. 42, 58, 7 huic armaturae (levi *ibid.* 6) Midon Beroeaeus ... praeerat. *de gladiatorum generibus*: FEST. 285, 14 murmillonicum genus armaturae Gallicum est (SCHOL. Iuv. 8,200). SVET. Cal. 55 myrmillonum armaturas recidit *Gaius, Thraecibus favit.* Tit. 8 studium armaturae Thraecum prae se ferens *Titus.* CORP. VI2 10197 fec(it) armatura Thraecum universa (SCHOL. Iuv. 8, 201 per falcem supinam armatura Thracum intellegenda est). ISID. orig. 18, 53 quae armatura *gladiatorum equestrium* pugnabat Martis duellii causa. 18, 54 quae armatura (*retiariorum*) pugnabat Neptuno tridentis causa (tridente Neptuni causa *fort.*). BELL. Afr. 71, 2 gravis enim armaturae miles. VEG. mil. 2, 2 legio ... cum gravem armaturam, hoc est principes hastatos triarios antesignanos, item levem armaturam ... teneat. 2, 15 haec erat gravis armatura, quia habebant cassides catafractas ocreas scuta gladios maiores ... et alios minores ... plumbatas ... bina missibilia. 2, 17 excipiebant autem proelium gravis armaturae *levis armaturae milites. ibid.* si hostes fugassent, non sequebatur gravis armatura *sed levis.* 2, 25 in campo post aciem gravis armaturae ponuntur *carroballistae.* PAVL. FEST. 264, 9 illi ante gravem armaturam quod prodibant rorarii dicti. AMM. 25, 3, 5 exilivit nostra succinctior armatura *i. q. est levis?*

b *usitatum admodum*: levis armatura. *v. p. 604, 75. de Romanorum aliarumque nationum* (*velut* LIV. 22, 18, 2) *velitibus. collocatio plerumque est* levis armatura (*excipiuntur* BELL. Afr. 59, 3 LIV. 33, 14, 12. 40, 48, 2 SEN. dial. 7, 8, 2 FRONTIN. strat. 2, 5, 3 TAC. ann. 2, 8). COMM. Bern. Lucan. 7, 508 levis armatura: pedites (VEG. mil. 1, 20. 3, 17). sine loricis et ceteris oneribus militum; hi sunt quos velites Sallustius dicit. LIV. 30, 33, 3 velitibus — ea tunc levis armatura erat *pugnae Zamensis temporibus.* LIV. 28, 14, 20 eques levisque armatura ⟨ac⟩ velites. 28, 15, 5 FRONTIN. strat. 2, 3, 17. VEG. mil. 2, 2 item levem armaturam, hoc est ferentarios sagittarios funditores ballistarios *legio continet* (2, 17). 3, 14 quartus item ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his qui alacriter verutis vel mattiobarbulis ... dimicant, qui dicebantur levis armatura. LIV. 44, 4, 3 levis armatura erat, promptissimum genus ad lacessandum certamen. LIV. 21, 55, 2 Baliares .. ⟨ceteramque⟩ levem armaturam ... dein graviorem armis peditem. 31,42,2 *sq.* 44,4,5 *sq.* 44,35,16. 31,43,2 equite et levi armatura (*opp.* oneratos ... immobilibus armis). *genetivo qualitatis partitionisque positum*: CAES. Gall. 2, 24, 1 equites nostri levisque armaturae pedites (7, 65, 4 HIRT. 8, 19, 2. BELL. Afr. 48, 1 peditibusque levis [eius *codd.*] armaturae grandi numero. VEG. mil. 1, 20). civ. 3, 62, 3 levis armaturae militibus. CAES. Gall. 7, 80, 3 expeditosque levis armaturae (BELL. Alex. 17, 3 levis armaturae electos. *cf.* Hisp. 15, 2). CAES. Gall. 2, 10, 1 levis armaturae Numidas (civ. 1, 48, 7. 1, 83, 5 BELL. Afr. 13, 1. 14, 2 FRONTIN. strat. 2, 5, 31). *cf.* HIRT. 8, 17, 2 auxilia levis armaturae (BELL. Afr. 19, 3 AMM. 24, 6, 9). LIV. 31, 36, 1 cum omnibus copiis equitum levisque armaturae (OROS. hist. 6, 15, 23 absque levium armaturarum magna copia). 35, 27, 16 sine levis armaturae praesidio (35, 28, 10). CAES. or. (Suet. Caes. 66) cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturae centum milibus (BELL. Afr. 61, 3. 66, 1 levi⟨s⟩ armatura⟨e⟩ concidit circiter D. LIV. 33, 14, 12. 42, 57, 7. 44, 2, 10 FRONTIN. strat. 2, 5, 33. *cf.* BELL. Hisp. 24, 6. 30, 1 *fort.* 20, 4 aliquot ... levi armatura). civ. 3, 45, 3 levis armaturae magna multitudine (BELL. Afr. 59, 5. 1, 4 levisque armaturae magna vis). 3, 62, 2 magnum numerum levis armaturae (NEP. Dat. 8, 2 LIV. 42, 59, 1). 2, 34, 2 levis armaturae (*Ald.*, armatura et *codd.*) interiecti complures (BELL. Afr. 39, 2 levis armaturae paucos. LIV. 27, 30, 8. 33, 5, 1 FRONTIN. strat. 2, 5, 26). 2, 34, 3 qui una procurrerant levis armaturae (BELL. Afr. 69, 4 levisque armaturae mirabili velocitate praediti, qui. LIV. 32, 5, 9 quodque levis armaturae erat. 33, 18, 11. *cf.* BELL. Afr. 19, 4 peditum ac levis armaturae quater tanto. LIV. 36, 18, 2 levis armaturae partem. 31, 42, 2 manipulos levis armaturae). *accedit inde a* LIV. *gen. subi. velut* 33, 4, 3 in ipso certamine levis armaturae (42, 64, 6). 22, 12, 9. FLOR. 2, 13, 49. *liberiore modo positum*: CIC. Phil. 10, 14 nostrae sunt legiones, nostra levis armatura, noster equitatus (BELL. Afr. 37, 1). GALBA Cic. epist. 10, 30, 2 tantum equitatum et (equitatum et *Medic., om. Harl. Pal.*) levem armaturam ostendebat *Antonius. ibid.* 3 levem armaturam opponere Maurorum equitibus *coepi* (AMM. 14, 6, 17 VEG. mil. 3, 6). BELL. Afr. 60, 4 levemque armaturam inter equites interposuerat (20, 1. 81, 1 LIV. 42, 58, 6). 50, 2 in insidiis cum parte equitatus levique armatura consedit (65, 3. 52, 1. 69, 1. 75, 3 LIV. 25, 15, 20. 42, 64, 5. 42, 65, 12. LIV. 21, 57, 6 cum equitibus ac levi armatura. 42, 57, 6. TAC. ann. 2, 8. LIV. 27, 48, 1 Porcius deinde adsecutus cum levi armatura. 32, 5, 11. 33, 8, 3). Afr. 52, 4 equitatusque cum levi armatura ... deletus esset (BELL. Hisp. 30, 1 LIV. 22, 24, 8. 42, 64, 8. 28, 14, 8. 42, 58, 11). Afr. 61, 3 pars equitatus ... cum levi armatura (BELL. Hisp. 14, 2 aliquot turmae cum levi armatura. *ibid. sim.* 21, 1 equites cum levi armatura. LIV. 44, 37, 3. 31, 42, 4. 33, 15, 5 mercennarii milites ibant cum levi armatura). BELL. Afr. 61, 3 levique armatura desertā. 69, 3 equitatus et levis armatura hostium ... loco pulsa et deiecta est de colle (LIV. 22, 28, 12). 71, 2 mirifice enim hostium levis armatura anxium exercitum nostrum atque sollicitum habebat. 72, 1 equitatui levique armaturae ... par esse (BELL. Hisp. 26, 1 LIV. 22, 17, 6. 28, 22, 13). 78, 3 levemque armaturam ... eodem submittit (LIV. 22, 28, 10. 28, 22, 12 emissa occurrit. FRONTIN. strat. 2, 3, 17. LIV. 40, 48, 2. 42, 60, 6. 23, 26, 7. 22, 46, 1. TAC. ann. 13, 41 praemissaque levis armatura quae ... ambiret. VEG. mil. 3, 22). 78, 7 ab levi armatura Numidarum vulnerabantur *equites Iuliani* (BELL. Hisp. 23, 6 LIV. 38, 21, 14. 38, 22, 4 *ibid.* 5 VEG. mil. 3, 20. 22 FRONTIN. strat. 2, 5, 31. *de genetivo cf.* LIV. 35, 29, 1. 42, 58, 12 *p. 605, 61*). 72, 2 quonam modo sustinere se posset ab eorum equitatu levique armatura. BELL. Hisp. 7, 4 de levi armatura et equitatu ... nostri erant superiores. 22, 7 in levem armaturam conici. FRONTIN. strat. 4, 1, 18 equites ad peditem redegit, pedites ad levem armaturam). 25, 7 levem armaturam praesidii causa ... constituit (LIV. 23, 16, 8 FRONTIN. strat. 2, 3, 17). LIV. 22, 4, 3 Baliares ceteramque levem armaturam post montis circumducit (42, 58, 2 CVRT. 6, 6, 21. 8, 10, 4). 28, 14, 13 equitatum ... levemque armaturam in medium acceptam (*cf.* 23, 26, 10) divisamque in partes duas in subsidiis post cornua locat (38, 26, 4. FRONTIN. strat. 2, 3, 6 equitem levemque armaturam in cornibus conlocavit. 2, 3, 4. 2, 3, 10). 28, 2, 4 in subsidiis (*Σ*, insidis *P*) posuit (VEG. mil. 3, 20 ante primam aciem posuit). 27, 18, 10 expeditos ... ad levem armaturam infimo stantem supercilio ducit. 28, 16, 4 eques levisque armatura ... occurrendo fatigabat morabaturque. 37, 41, 11 quorum impetus (*Mogunt.*, impetū *Bamb. recc.*) et levis armatura et expediti funditores ... declinabant. 34, 28, 7 levis armatura et equites agmen cogebant (CVRT. 6, 4, 15). 38, 22, 5 cum levis armatura proelium tale ediderit, *opp. legiones, iusta arma, animi fortissimorum militum* (35, 29, 1). 38, 22, 6 praecedere tamen iubet levem armaturam quae ... colligendis ... telis ... tempus consumpserat. LIV. 31, 38, 2 equitatum hostium levemque armaturam fudisset. 35, 30, 8 levem armaturam, quam ad persequendum reliquerat hostem, opperiebatur. 42, 57, 12 qui equitatu et levi armatura plus possent. LIV. 37, 40, 8 tum levis armatura, trium milium, pari ferme numero, pars Cretenses, pars Tralles (TAC. ann. 2, 16 exim totidem aliae legiones et levis armatura. 14, 34 igitur legionarius frequens ordinibus — levis circum armatura — adstitit). CVRT. 9, 10, 6 levem armaturam cum Ptolemaeo Leonnatoque ... partitus est. LVCAN. 7, 508 sparsa per extremos levis armatura maniplos insequitur saevasque manus inmittit in hostem. *cf.* COMM. Bern. maniplos i. equites. non autem Caesarianos (VEG. mil. 2, 17 fugientes sequebatur inimicos), sed equitem suum praeeuntem. dicit autem militem peditem sequi, ut Caesarianos includeret. FRONTIN. strat. 2, 3, 20 levi armatura cinxisset *phalangem.* VEG. mil. 3, 14 paratisque equitibus ac levi armatura ... improviso terrore decipere *hostes.* 3, 17 levi armatura peditum (*cf. p. 605, 57*) alas hostium circumvenire. 3, 26 qui levem armaturam optimam regit. CORP. X 4868 praef(ecto) levis armat(urae) (6098. IX 3044). *cf. v. Domaszewski, PW. II 1178.*

translate et in comparationibus: CIC. Brut. 139 ut ab imperatore equites pedites levis armatura, sic ab illo *Antonio* in maxume opportunis orationis partibus conlocabantur *omnia.* div. 2, 26 haec fuerit nobis tamquam levis armaturae prima orationis excursio (*cf.* LIV. 37, 18, 4 excursionibus [-ne *Bamb.*] equitum levisque armaturae. 28, 13, 10). SEN. dial. 7, 8, 2 si corpori grata et adventicia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia et armaturae leves. AMM. 14, 6, 17 utque proeliorum periti rectores primo catervas densas opponunt et fortes, deinde leves armaturas ... ita. AVG. c. acad. 3, 7, 15 (Migne 32, 941) in hac me levi armatura nonnihil requieturum esse praesumpseram, ut interrogando ista potius agerem quam dicendo.

III *pro militum generibus ordinibusque quibusdam militeque ipso*: AMM. 14, 11, 21 Mallobaudes armaturarum tribunus (15, 5, 6. 27, 2, 6. 15, 4, 10 agens vicem armaturarum rectoris, *opp. equites et promoti*). 15, 5, 33 ob tempestivam illam cum armaturis proditionem *factam a magistro.* NOT. dign. or. 11, 9 scola armaturarum iuniorum (occ. 9, 6 seniorum. CORP. X 3344 schola armatur(arum)). VEG. mil. 2, 7 armaturae duplares qui binas consecuntur annonas, simplares qui singulas. LYD. de mag. 1, 46 ἁρματοῦρα πρίμα· ὁπλομελέτη πρώτη. ἁρματοῦρα σεμισσάλια· ὁπλομελέτη μείζων. *levis armaturae milites*: VEG. mil. 2, 15 post hos *primae aciei milites* erant

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ferentarii et levis armatura, quos nunc exculcatores et armaturas dicimus (2, 17). 3, 14 de armaturis velocissimis *i.* sagittariis . . . iaculatoribus. *milites armatura (v. IV) exercitati*: VEG. mil. 2, 23 armaturam . . . non tantum armaturae qui sub campidoctore sunt, sed omnes . . . discebant. 1, 13 constat . . . armaturas (*variant codd.*) melius pugnare quam ceteros. *ibid.* armaturae utcumque eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte praecedant. *incertum utrum eiusmodi armaturae sint an milites alius generis gradusve (P. Cauer, Ephem. epigr. 4, 440. v. Domaszewski, PW. II 1178, 14) an milites novo nomine dicti qui in inscriptionibus leguntur*: INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 343 ex numero armaturarum. CORP. III 10435 coll(egium) armatura(rum) leg(ionis) II. III 3336 quondam armat⟨ura⟩ leg(ionis) II ad(iutricis). INSCR. Rhen. Bramb. 1178. 1068. CORP. III 1663 armatura legion(is) eiusd(em). VI 2699 Aur(elio) Victori mil(iti) armatur(ae) coh. VIIII pr. VII 138 Fl(avius) Blandinus armatura v(otum) s(olvit) l(ubens) m(erito). VIII 2569 a 17. b 3. 2568, 35. INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 340 armat(urae)...fecerunt. VIII 2618 b 18 Caelius Rufin(us) ex armatu(ra). *fort.* ex(ercitator) armatu(rarum). VI 3736 (*PW. II 1178, 23*) exercit(ator) ⟨ar⟩maturar(um). CORP. VIII 2618 b 34 d(iscens) ar(maturae)?

IV *exercitium armorum* (*cf. Pollack, PW. II 1178*): VEG. mil. 1, 13 illo exercitii genere, quod armaturam vocant et a campidoctoribus traditur, imbuendus est tiro. 2, 23 armaturam, quae festis diebus exhibetur in circo . . . discebant. *v. sub III.* VEG. mil. 1, 4 armaturae numeros omnes omnesque gestus docere. *cf.* 3, 4. 2, 14 qui omnem artem didicerit armaturae centurio. 3, 26 ad armaturae exercitationem. FIRM. math. 8 p. 103^{v} col. 2 in. *ed. pr.* apprime equo vectus militares armaturas exerceat (*exprimitur* MANIL. 5, 88 solo vectatus equo nunc arma movebit). AMM. 14, 11, 3 per multiplicem armaturae scientiam agilitatemque membrorum inter cotidiana proludia exercitus consulto cognitos *filios Galli imperio subolescere.* 21, 16, 7 equitandi et iaculandi, maximeque perite dirigendi sagittas, artium armaturae pedestris perquam scientissimus *Constantius. cf.* VEG. mil. 3, 26. AMM. 23, 6, 83 militari cultu ac disciplina proludiisque continuis rei castrensis et armaturae, quam saepe formidavimus, metuendi vel exercitibus maximis *Persae.*

V *armamenta navis*: ITALA cod. Vind. act. 27, 19 ac tertia die manibus suis armaturam (*τὴν σκευήν*) navis proiecerunt in mare. VEN. FORT. vita Mart. 4, 411 stant undae, armatura cadit.

VI *nomen actionis*: PRISC. gramm. III 463, 21 armatio armatura, quae rem ipsam significant. *significatus ficticius.* *Bögel.*

1. armātus, -ī *v. sub* armo.

2. armāt(us, -ūs) *m.* *ablativus solus legitur.* **1** *i. q. armatura.* LIV. 33, 3, 10 quingenti Gortynii . . . et trecenti Apolloniatae haud dispari armatu se coniunxere. 37, 40, 13 eodem armatu. 42, 55, 10 Arhaei iuventutis suae Cretico maxime armatu ad mille quingentos dedere. CVRT. 3, 2, 5 peditum decem milia equitatum pari armatu sequebantur. FRONTO p. 206, 19 N. milites . . . ne armatu quidem sustinendo assueti. **2** *i. q. armati.* LIV. 26, 5, 3 magna parte impedimentorum relicta in Bruttiis et omni graviore armatu cum delectis peditum . . . iter . . . contendit. 37, 41, 3 umor toto fere gravi armatu nihil gladios aut pila hebetabat. *Bickel.*

1. Armātus, -ī *nom. vir.* *consul anni 476 p. Chr.*: MARC. chron. II 91, 15 VICT. TONN. chron. II 189, 14. 15 AVELL. p. 138, 16 COD. Iust. 1, 2, 16. 1, 23, 7. 5, 27, 5. 8, 4, 9. INSCR. christ. Rossi I 863. 864. 865. 868 (= CORP. XIV 3897) CORP. V 6404 (= CARM. epigr. 692). *dux sub imp. Iustino*: CORIPP. Iust. 2, 130. 136. *nom. equi* CORP. VI 10056 Armato (*vicit*). **Armāta,** -ae *nom. fem.* CORP. X 3589 (*Miseni*) Armata nat(ione) Aegypt(ia).

2. Armatus *deus epichorius Delmatinus* CORP. III 14320, 1 Armato s(acrum). 2 Arm(ato) Aug(usto) s(acrum). *fortasse inde nom. vir.* **Armatius,** -ī CORP. VIII 830 Armatio Senorio. *V.*

Armaxa *opp. Cappadociae.* ITIN. Anton. 179. 206 214. TAB. Peut. 10, 3 Armaza *in via Sebastia Caesaream.* *Diehl.*

Armaziel *deus ignotus.* PRISCILL. 1 p. 29, 14 neque Armaziel neque Mariame . . . deus est. HIER. epist. 75, 3 nequaquam suscipiens Armagil (armazel *codd. plerique*) *haereticorum deum.* *fortasse est* Oromazes *Persarum deus sonis hebraicis adaptatus.* *V.*

armellum *v.* armillum.

Armena *nomen trieres. contulit Bücheler ἄρμενα vela, ναῦς τριάρμενος.* CORP. XI 102 (*Ravennae*) M. Titius Severus (triere) Armena.

Armenaricus *v.* Hermenericus.

Armenē, *Ἀρμένη, Ἀρμήνη.* *opp.* MELA 1, 104 Paphlagoniam finit Armene. PLIN. nat. 6, 6 Armine. RAVENN. p. 100, 7 Armone (p. 365, 6 Guido p. 530, 20). *v. Hirschfeld, PW. II 1180.*

Armenēs (-ās, -a), -is (-ae), *Ἀρμένας, nom. vir.* **1** LIV. 34, 52, 9 Armenes, Nabidis tyranni filius, Lacedaemonius (EVTR. 4, 2, 3 Armenem. OROS. hist. 4, 20, 2 Armenen). *in titulis nom. et cogn.*: CORP. VI 7049 (*e columb.*) Clarae Primi Armenae l(iberti) (uxori) et Primo Armenae l(iberto). 12346 ⟩ENNI · ARME ⟨.... *cf.* Armene.

Armenia, -ae, *Ἀρμενία, Asiae regio. in libris legitur nonnunquam* Arminia. NOT. Tir. 85, 74—76 Armoenus Armoenia Armoenicus. *sim. haud raro exhibent codd. cf. etiam* Armon. HIER. nom. hebr. p. 2, 19 Ararat Armenia sive mons vellicatus (44, 23. 82, 27. 99, 8). SALL. epist. Mithr. 21 nos Armeniā circumgredimur exercitum. FLOR. epit. 1, 40, 22 fugientem media nanctus Armenia. *cf. l. 42.* CVRT. 4, 9, 14 praeter Armeniam penetrat ad Tigrin. *plur.*: SIDON. carm. 2, 458 COD. Iust. 7, 63, 5, 1 (*a. 529*) NOV. Iust. 31, 1 praef. 31, 1, 3. *Asiae minoris regio*: GLOSS. IV 310, 51 *et* V 441, 25 provincia est certa (AVG. civ. 4, 29). LIB. Pont. p. 59, 19 sub civitate Armenia. IVST. 42, 2, 10 condita est *Armenia* . . . ab Armenio Iasonis Thessali comite (42, 3, 8 ISID. orig. 9, 2, 61. 14, 3, 35 Armeno. *cf.* NOT. Tir. 85, 74). *memoratur per totam fere latinitatem inde a* VARRONE. BELL. Alex. 34, 1 Armeniam minorem (35, 1. 35, 3. 36, 3. 67, 1 PLIN. nat. 5, 102. 37, 121 SVET. Iul. 44. IVL. HONOR. geogr. p. 41, 13 provincia. COSMOGR. p. 85, 33. 115, 22 RVF. FEST. brev. 3 EVTR. 5, 5, 1. 6, 8, 3. 6, 12, 2. 6, 14, 1). CORP. X 1712 (*Puteolis*) ⟨proc. Au⟩g. Arm. mi⟨noris⟩ (V 8660 *Concordiae, a. 166*). PLIN. nat. 6, 9 minorem Armeniam (6, 25 TAC. ann. 11, 9 rex. 13, 7 AMM. 14, 7, 19. 19, 8, 12. 20, 11, 4 OROS. hist. 6, 4, 3 IORD. Rom. 233). *cf. Graecorum βραχυτέρα, μικρά.* MON. Ancyr. 5, 24 Armeniam maiorem (PLIN. nat. 2, 226. 5, 83 in praefectura, *unde* SOL. 37, 1. PLIN. nat. 6, 9. 6, 25, *unde* MART. CAP. 6, 690. PLIN. nat. 6, 41. 6, 127 in regione. CORP. XI 5213 *Fulginiis, saec. II* proc. Aug. SOL. 45, 2 FRONTIN. strat. 2, 1, 14. 2, 2, 4. IVL. HONOR. geogr. p. 41, 12 provincia. EVTR. 9, 25 NOV. Iust. 8 notit. 12 iudice). RAVENN. p. 68, 14 Armenia maior Ararat, id est tertia et quarta, ... Armenia maior, id est prima et secunda. *cf. l. 32.* CVRT. 4, 12, 12 natio maioris Armeniae (PLIN. nat. 6, 12 IORD. Rom. 233. 234). *cf. Graecorum μεγάλη, μείζων.* PLIN. nat. 6, 24 minorem Armeniam maioremque (ind. 6, 9. CORP. X 8291 *Antii, saec. II med.* leg. Aug. pr. p⟨r.⟩. IVST. 38, 7, 2 LIB. gener. chron. I 98, 88, 4. 5 SILV. laterc. ibid. 541, 9, 6. 7). NOT. dign. lat. Veron. 2, 8 Armenia minor, nunc et maior addita. COD. IVST. 1, 29, 5 magnam Armeniam, quae interior dicebatur. CHRON. Alex. 98, 62 parva et magna. ISID. orig. 14, 3, 35 duplex . . . Armenia, superior et inferior, sicut duae Pannoniae. NOV. Iust. 31, 1 praef. quattuor fecimus Armenias, aliam quidem interiorem (*primam*). 1, 1 secundam. 1, 2 tertiam. 1, 3 quartam. *ibid.* proconsulem . . . primae praesidentem Armeniae (*cf.* NOT. dign. or. 1, 109), comitem vero tertiae, secundae autem et quartae ordinarios esse. *ibid.* iudici . . . primae Armeniae, hoc est proconsuli (NOV. Iust. 8 notit. 31). NOT. dign. or. 2, 49 Armenia prima (25, 12 *et* 24 CONC. Const. a. 536 Mansi VIII 973^{d}). 1, 110 *praeses* Armeniae secundae (*cf.* 2, 50. 25, 13 *et* 25. COD. Iust. 11, 48, 10 *a. 386* urbes). COD. Iust. 1, 29, 5 primam et secundam Armeniam. ITIN. Hier. Theodos. p. 147, 21 Armenia prima et secunda Armenia et Persa Armenia, quae Armeniae sub imperatore sunt. LVCAN. 2, 638 populos utraque vagantis Armenia *i. maiore et minore* (COD. Iust. 8, 10, 10 *a. 420.* 12, 59, 10, 5). *cf.* FLOR. epit. 1, 40, 21 utraeque . . . Armeniae. SOL. 45, 1 utrasque Armenias. *sim.* MART. CAP. 6, 690 ambas. AVIEN. orb. 1156 feroci. *laudantur*: NOV. Iust. 31 praef. tit. de dispositione quattuor administrationum Armeniae. PLIN. nat. 24, 162 adamantida Armeniae Cappadociaeque alumnam. MANIL. 4, 761 iugis. SERV. georg. 2, 151 'rabidae tigres absunt': malum Armeniae. CVRT. 5, 1, 13 montibus (7, 3, 20 ITIN. Alex. 42 VVLG. gen. 8, 4, *unde* ALC. AVIT. carm. 4, 539. ITIN. Hier. Theodos. p. 144, 21 PRISC. perieg. 904 RAVENN. p. 19, 17. 20, 20. 21, 9). MART. CAP. 6, 663 solitudines. LAMPR. Anton. Diad. 8, 4 dux (COD. Theod. 7, 1, 15 *a. 396.* 8, 5, 57 *a. 397.* COD. Iust. 12, 50, 16 NOT. dign. or. 1, 50. 38, 1. 38, 10. 38, 46 CORP. VI 3526). GREG. M. epist. app. 3, 3 p. 459, 7 H. episcopi. CORP. III 6818 (*Antiochiae Pisidiae*) leg. Aug. pro pr(aetore). NOV. Iust. 20, 3 proconsule (21 praef.). *cf. l. 13 et 33.* SEN. dial. 9, 11, 12 regem (VAL. MAX. 9, 11 ext. 3. 5, 1, 9 PLIN. nat. 33, 54 SVET. Cal. 1—Nero 13. *saepius, adde tantum* CORP. XI 1832 *Arretii.* III 6989 *Nicomediae, chr.*). *translate pro incolis*: STAT. silv. 1, 4, 78 Pannoniusque ferox arcuque horrenda fugaci Armenia et patiens Latii iam pontis Araxes. 5, 2, 33 indocilem . . . fero servire Neroni Armeniam. *cf.* PLIN. nat. 35, 47 VELL. 2, 100, 1 FLOR. epit. 2, 32, 42. *adi.* **Armenius,** -a, -um, *Ἀρμένιος. ad* Armeniam *pertinens*: *inde a* VARR. *et* HOR. VOP. Aurel. 28, 2 alas (CLAVD. 5, 108). LVCAN. 8, 221 arcus. (*citat* IORD. Get. 43). AVIEN. orb. 957 Armeniae . . . convallibus arcis (*Dionys. perieg. Ἀρμενίοιο οὔρεος*). LVCAN. 9, 238 iugum. AVIEN. orb. 950 iugo. OV. am. 2, 14, 35 latebris. VARRO ling. 5, 100 *tigris* vocabulum e lingua Armenia. PLIN. nat. ind. 36, 10 *marmore.* PRISC. perieg. 675 montis (749). IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 130 montium (PRISC. perieg. 759. 940 GREG. TVR. glor. mart. 95). CLAVD. 5, 29 nives. HOR. carm. 2, 9, 4 oris (CLAVD. 8, 307). persica *v. sub* armenium *2.* PLIN. nat. 5, 99 *portae* (SOL. 38, 13 MART. CAP. 6, 683 IORD. Get. 55). MELA 1, 81 pylae (OROS. hist. 1, 240). *cf. Ἀρμένιαι πύλαι.* SEN. Herc. O. 242 rupe. AVIEN. orb. 1209 Armeniae si quis pede pergat ab arce rupis (*Ἀρμενίων ὀρέων*). TREB. tyr. 32, 3 sagittariis. NOT. dign. or. 6, 31 comites sagittarii Armeni. SEN. Thy. 732 silva. VERG. ecl. 5, 29 tigres (LYGD. 6, 15 PROP. 1, 9, 19 OV. met. 8, 121. 15, 86). FLOR. epit. 2, 13, 8 triumphos. FLOR. epit. 2, 30, 32 duce. IVV. sat. 6, 550 haruspex. CORIPP. Ioh. 4, 236 minister (*Artabanus*). CIC. Manil. 23 rex (epist. 15, 2, 2. 15, 3, 1 MESSALA Char. gramm. I 104 IVV. sat. 6, 407). Att. 2, 7, 2 reges. LVCAN. 7, 188 Armeniumque bibit Romanus Araxen. CIC. Att. 5, 20, 2 Artavasdes. SCHOL. Stat. Theb. 7, 524 Hyrcanis. SOL. 38, 9 Tigrane (IVST. prol. 40). IVV. sat. 2, 164 Zalaces. *pertinet*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad Armenium *quendam*: CORIPP. Ioh. 4, 426 caede *i. Artabani Armenii.* 4, 241 enses *i. Artabani.* *subst.* Armeniae *incola*: CORP. III 3109 (*in Dalmatia*) natione Armenius. CORIPP. Ioh. 4, 361 *i. Artabanus* (367). *plur.*: Armeni: LIB. gener. chron. I 97, 83, 5. 98, 85, 6 CHRON. Alex. ibid. 97, 58, 5 LIB. geneal. ibid. 168, 174 NOT. dign. lat. Veron. 13, 38 GREG. TVR. hist. 4, 40 IORD. Rom. 240 *bis cf. p. 608, 77.* *nota* IORD. Get. 55 Syrus et Armenus. *sim. hic illic in codd.* Armenii *passim.* MELA 3, 77 per Armenios et Cappadocas occidentem petit. *epitheta*: SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 7 v. 2 eoos. CVRT. 4, 12, 10 Armenii quos minores appellant. TIB. 1, 5, 36 odoratos. ISID. orig. 19, 23, 6 pharetrati. *laudantur*: NOT. dign. or. 28, 22 *sub comite limitis Aegypti* ala secunda Armeniorum, Oasi minore. CIC. Att. 9, 10, 3 copias (Arch. 21). MON. Ancyr. 5, 31 ex régió genere Armeniorum oriundus. TAC. ann. 2, 56 instituta et cultum. NOV. Iust. 21, 1 leges. TAC. ann. 12, 46 cognitam ... perfidiam. CORP. V 6726 (*Vercellis, chr.*) ⟨de s⟩cola Arme⟨niorum pri⟩ma equitis seni⟨oris⟩. HIER. chron. a. Abr. 2376 Meletius Sebastiae Armeniorum episcopus. CIC. Mur. 33 rege (Sest. 58 epist. 15, 3, 1 TAC. ann. 2, 3. 12, 44 AMM. 30, 1, 1 TREB. Val. 3, 1 COD. Theod. 11, 1, 1 *a. 315?*). *sing. collective*: HOR. epist. 1, 12, 26 Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. OV. trist. 2, 227 petit ... pacem. EPICED. Drusi 389 fugax. LVCAN. 3, 245. STAT. silv. 5, 2, 40 quae suspecta fides aut quae fuga vera ferocis Armenii. HIER. epist. 107, 2 deposuit pharetras. CLAVD. 21, 156 crine decorus. 8, 531. 10, 222. 18, 47. SVLP. SEV. dial. 1, 26, 2 IORD. Get. 55. *cf. l. 7.* **Armenius,** -ī. **1** *nom. montis* Armeniae. IVL. HONOR. geogr. p. 25, 5 Armenius mons (COSMOGR. ibid. p. 73, 43. 77, 1). p. 30, 13 de monte Armeno. *Ἀρμένιον ὄρος.* **2** *nom. vir.* **a** *Armeniae eponymus v. p. 608, 7.* **b** ARNOB. nat. 1, 52 Armenius Zostriani nepos *magus. cf.* Procl. in remp. II 109 *Ζωροάστρης ὁ Ἀρμενίου Πάμφυλος* (Clem. Alex. str. 5, 14, 104 Plat. rep. X 614ᵉ). *cf. p. 608, 79.* COD. Iust. 12, 50, 23 imp. Anastasius A. Armenio p. p. **c** *christiani*: SVLP. SEV. chron. 2, 51, 2 Felicissimus et Armenius, qui nuper a catholicis, cum essent clerici, Priscillianum secuti desciverunt. ENNOD. epist. 2, 1 Ennodius Armenio. carm. 2, 20, 1 conditor Armenius, supero qui dignus honore est. 2, 34 filium Armeni angeli Christo efferunt. GREG. M. epist. 9, 51 *et* 14, 11 *coepiscopus Gregorii Magni.* 3, 28 magnificus, filius quondam Aptonii illustrissimi viri. CONC. Tolet. a. 646 (Mansi X) 771ᵇ Armenius sanctae ecclesiae Egitanae dei gratia episcopus. **d** *in titulis nom. et cogn. vir.* CORP. VI 25841 Armenius et Quieta amici. XIV 2400 (*Bovillis, ex albo quodam publicorum collegii* = VI 1996) in locum Armeni⟨... III 1634, 3 (*in lucerna Daciae*) Armeni. VIII 3323 (*Lambaesi*) P. Aelius Armenius. XIII 996 (*in Aquitania, litteris saec. I*) d. m. ... I⟨ul.⟩ Armeni. *cf.* Armenus. *cave confundas cum nomine gentilicio latino* Armenius *et* Arminius. **armenium,** -ī *n.* *ἀρμένιον.* **1** *color*: PLIN. nat. 35, 47 Armenia mittit, quod eius nomine appellatur. VITR. 7, 9, 6 armenium et indicum nominibus ipsis indicatur, quibus in locis procreantur. VARRO rust. 3, 2, 4 minium aut armenium (harmonium *cod.*). *cf.* PLIN. nat. 35, 30. VITR. 7, 5, 8 chrysocolla, ostrum, armenium. PLIN. nat. ind. 35, 28 *color ficticius* armenium, medicina ex eo. nat. 37, 81 Armenio colori. GALEN. alfab. 38 arminio optimo dicetur quod est levem. DIOSCOR. 5, 115 armeniu bonu est lene. *cf.* armeniacum. *v. Nies, PW. II 1187.* **2** *plur. malorum genus*: GLOSS. III 428, 27 Armenia *ἀρμένια.* COL. 10, 404. GARG. MART. pom. 2, 1 Quintilli armenia sola consentiunt Ianuario mense ponenda. 2, 10 omnibus persicis, maxime tamen praecoquis et armeniis. 2, 11 prunis insita flori⟨di⟩ora sunt (PALLAD. 2, 15, 20. 12, 7, 4 *et* 6). med. 44 praecoqua ... et armenia (*scil. persica*) leviora sunt. ORIBAS. syn. 4, 26 *facile corrumpuntur* persica, armenia et praecoccia. *adi.* **Armeniacus,** -a, -um, *Ἀρμενιακός.* *ad* Armeniam *pertinet*: PLIN. nat. 7, 129 Armeniaci belli (SPART. Car. 6, 1 CORP. VI 1497 *a. 163.* 1377 *saec. II ex.*). *cf.* CORP. III 1457 (*Sarmizegetusae, ca. a. 170*) bello Armen. INSCR. christ. Rossi I 355 *a. 385* civem Armeniacum Cappadocem. PLIN. nat. 36, 164 *cotes aquariae. cf.* 36, 54. NOT. dign. or. 7, 13 *et* 49 *legio* prima Armeniaca (14 *et* 50 secunda). ISID. orig. 17, 7, 7 *mālum* (*cf.* armeniacum). CAPITOL. Aur. 9, 1 datumque Armeniacum nomen utrique principum. PLIN. nat. 30, 16 triumphum. CORP. VIII 965 (*a. 166, prov. proc.*) Victoriae Armeniacae Parthicae Medicae Augustorum sacrum civitas Siagitana d. d. p. p. 8303 (*Cuiculi*) Victoriae Armeniacae Augustorum d. d. p. p. Armeniacus, Armeniacus maximus (*vel* Armenicus) *appellati sunt complures imperatores, primi M. Aurelius et Verus (cf. l. 67), praeterea Caracalla* (*errore* CORP. VIII 10236 *pro* Germanico), *Constantius Chlorus, Diocletianus, Constantinus, alii. in hanc tituli formam solvas potius quam in rariorem* Armenicum, *ubicumque* Arm. Armen. *sim. breviata in inscriptionibus leges.* FRONTO p. 121, 5 N. ad nomen Armeniaci quod recusaverat *M. Aurelius imp.* sumendum. VOPISC. Aurel. 30, 5. *exempla inscriptionum*: CORP. III 199 (*in Syria, a. 163/165*) imp. Caes. M. Aurel. Antoninus Aug. Armeniacus et imp. Caes. L. Aurel. Verus Aug. Armeniacus. 20834 s. *a. 167?* VIII 1471 (*Thuggae*) imp. ⟨Caes. M. Antonini A⟩ug. et L. Veri Aug. Armeniacor(um). VII 1211 Antonini et Veri Armeniacorum. CORP. XV 5941 (*scarifatum in vasc. Arretino*) Armeniaci. **armeniacum,** -ī *n. sc. pomum* (*cf. l. 66*). COL. 5, 10, 19 PLIN. nat. 15, 41 odore commendantur. ORIBAS. syn. 4, 13 armoniaca. GLOSS. III 185, 31 chrysomila armoniacia (256, 31). *cf.* armenium *2.* GALEN. alfab. 67 arminiaco *cod. Palat. id quod* armenium *1.* **armeniaca,** -ae *f. scil. arbor.* [*it.* meliaca. *M.-L.*] COL. 11, 2, 96 possunt ... his diebus (*i. pridie Kal. Ian.*) cerasi et tuberes et armeniacae atque amygdalae ..., quae primae florent, inseri commode (PLIN. nat. 16, 103). *adi.* **Armenicus,** -a, -um, *Ἀρμενικός.* NOT. Tir. 85, 76 *cf. p. 607, 82.* FLOR. epit. 2, 32, 42 bellum Armenicum (GRAMM. suppl. p. 169, 22 *et* 25). SOL. 55, 1 limite. FVLG. aet. mund. 11 p. 169 H. Tigrane. SPART. Pesc. 4, 2 trecentis Armenicis et centum Sarmatis. *imperatorum titulus cf. p. 609, 71 sqq.*: CAPITOL. Ver. 7, 2 partumque ipsi (*Vero*) nomen est Armenici Parthici Medici. EDICT. Diocl. tit. Fla(vius) Val. Constantius Armenic. Max. CORP. III 578 (*Corcyrae, periit*) imp. Caesar Gal⟨(erius) Val(erius) Maximianus ...⟩ Armenicus m⟨ax.

fundus **Armeniānēnsis.** AVG. epist. 65, 1 presbyterum fundi Armenianensis in campo Bullensi *Numidiae. cf.* Armua, Armoniacum, Arminius.

Armenita *fluv. Etruriae.* TAB. Peut. 4, 5 Armenita fl°. *rectior forma* RAVENN. p. 267, 9 Armenta (335, 8 Guido 474, 9. 511, 4): *inter oppida.* ITIN. Anton. marit. 499, 4 a Regis Armine (*v. l.* arn-), fluvius habet positionem, mpm III 499, 6 ab Armine (*v. l.* harnine, arn-). *v. Hülsen, PW. II 1188 sub* Armenta.

Armenius, -ānus *v. sub* Armenia *et sub* Arrius.

gens **Armenochalybes.** PLIN. nat. 6, 12. 6, 29. *Diehl.*

armentālis, -e. *ab* armentum. *pertinens ad armenta*: *equorum*: VERG. Aen. 11, 571 armentalis equae mammis et lacte ferino nutribat *cf.* SERV. indomitae, SERV. auct. quae inter armenta feturae causa pascatur. *boum*: CALP. ecl. 1, 30 nihil armentale resultat nec montana ... distinguunt iubila versus. SYMM. epist. 6, 17 armentali lacte (CASSIOD. var. 11, 10, 4 suco). PAVL. NOL. carm. 20, 389 genere abiunctam, pecus armentale, iuvencam (RVT. NAM. 1, 436). *inde i. fere q. pastoralis*: PRVD. cath. 7, 166 greges ... claudit armentalium ... virorum cura. ditt. 14 armentale senis ... culmen (*sc. casae*). SIDON. epist. 2, 2, 14 fistulae septiforis armentalem Camenam. *aliorum animalium*: STAT. Theb. 4, 659 exultantes spolia armentalia portant seminecesque lupos scissasque Mimallones ursas.

armentārius, -a, -um. *ab* armentum. PRISC. gramm. III 462, 33 armentum et ab eo armentarius. **1** *adi.*: APVL. met. 7, 15 evocato ... armentario equisone. SOL. 5, 22 morbos. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 4 videtur ... et sensuum nostrorum ... genus aliud domitum, aliud indomitum quod armentario quodam motu ... proruat. GREG. M. hom. 2, 30, 8 pastorem armentarium sycomoros vellicantem (*sed cf. infra l. 55*). dial. 4, 24 puer. **2** *subst.*: *m.* **armentārius,** -ī. GLOSS. *βουκόλος, ἀγελάρχης, ἀγελάρχης βοῶν, βουφορβός, ἱπποφορβός.* III 200, 51 *μισθωτής* armentarius mercenarius. *vitiose* II 568, 8 capistrorum factor. III 201, 41 *ἀμαξοποιός.* NOT. Tir. 45, 78. VARRO rust. 2 praef. 4 nec, si possunt in agro pasci ⟨armenta⟩, armentarius non aliut ac bubulcus (*cf.* HIER. reg. Pach. 108). 2, 1, 18 et armentarii et opiliones. 2, 5, 18 meum. LVCR. 6, 1252 pastor et armentarius omnis et ... moderator aratri. VERG. georg. 3, 344 omnia secum armentarius Afer agit. PLIN. nat. 25, 31. VAL. FL. 3, 729 et Massylus et ... Lyctius et Calabris redit armentarius arvis. FIRM. math. 4, 13, 7 bubulcos, armentarios, equarios. HYG. fab. 186 (p. 118). AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 3 adpositi sunt armentarii opiliones ..., VVLG. Am. 7, 14 armentarius ... sum vellicans sycomoros. *n.* **armentārium,** -ī. GLOSS. II 25, 31 armentarium *ξύλον ερμηταριον* (*sic*). *Kempf.*

Armentārius, -a *nom. serv. et cogn. i. q.* armentarius. *cf.* PS. AVR. VICT. epit. 40, 15 Galerius ..., pastor armentorum; unde ei cognomen Armentarius fuit. *hoc nomine memorantur plures christiani quam ethnici*: PLIN. nat. 7, 55 Cassio Severo celebri oratori Armentari murmillonis obiecta similitudo est (SOL. 1, 82. *cf.* SEN. contr. 3 praef.). CORP. XIV 109 (*Ostiae, saec. II/III*) M. Aur. Aug. lib. Armentárius. 251 (*ibid., a. 192*) 8, 29 M. Cipius ⟨Ar?⟩mentar. Castor. VI 13713 M. Caecilio Armentario. 32884 L. Septimius Armentarius *libertus patroni* L. Septimi Adiutoris. CASSIOD. var. 4, 29, 2 viri clarissimi (3, 33, 1 *et* 2). AVG. epist. 127 (*inscr.*) Armentario et Paulinae. GREG. TVR. vit. patr. 7, 1 *Gregorius episcopus Lingonum* coniugem de genere senatorio habens Armentariam nomine. *cuius neptis* Armentaria (7, 2) *mater fuit Gregorii Turonensis, qui multa de matre sua narrat. eidem dedicat carmen* VEN. FORT. carm. 10, 15. *cf.* v. 5 tu quoque prole potens, recte Armentaria felix, nec minor ex partu quam prior illa suo. GREG. TVR. virt. Mart. 1, 33 ex clericis meis Armentarius nomine. GREG. TVR. vit. patr. 8, 3 comitem qui Lugdunensim urbem ... gubernabat. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 1 archiatrum. GREG. TVR. Franc. 7, 23 Iudaeus. LEO M. epist. 66 *et* 99 *Galliae episcopi.* CONC. Cabilon. Mon. Germ. leg. III 1 p. 213, 4 episcopus ecclesiae Soenonice. CORP. XII 2104 (*Viennae*) hic requiescit in pace Armentariam (*lapis*-Ā). INSCR. christ. Rhen. Kraus I 267 (*Baudobrigae*) Armentarius innocens famulus dei. *Diehl.*

armenticius, (-a), -um. *ab* armentum. VARRO rust. 2, 5, 16 armenticium pecus. 2, 10, 3 greges ... armenticios ac caprinos. *Kempf.*

Armentius, -ī *nom. et cogn. vir.* CORP. III 1967 (*Salonis, periit, a. 316*) Aur. Armentius. *Turonensis episcopus*: GREG. TVR. Franc. 2, 1. 10, 31 p. 444. *Diehl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

armentīvus (-a), -um. *ab* armentum. PLIN. nat. 28, 232 fimi taurini maxime, sed et bubuli — de armentivis loquor (ORIBAS. syn. 9, 33 fimus bovis armentivi). VEG. mul. 1, 18 animalia armentiva (*F*, -tina *vulgo*).

armentōsus, -a, -um. *ab* armentum. GELL. 11, 1, 2 quod Italia tunc esset armentosissima.

armentum, -ī *n.* [*fortasse cf. c. gr. ἅρμα ἀρᾶρεῖν et c.* arma *aut c.* arare arvus. *Th.*] VARRO ling. 5, 96 armenta quod boves ideo maxime parabant, ut inde eligerent ad arandum; inde arimenta, postea i tertia littera extrita (*cf.* COLVM. 6 praef. 3. ISID. orig. 12, 1, 8 quasi aramenta). PAVL. FEST. 4, 3 armentum id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum (SERV. Aen. 3, 540. 1, 185 georg. 3, 49). GLOSS. armentum *βουκόλιον*, pecuaria. armenta *βουκόλα*, pecuaria, maiora, greges, greges ovium, equorum ferarumque. *feminine*: ENN. ann. 603 ad armentas (*cf.* PAVL. FEST. 4, 3). PACVV. trag. 349. *pluralis sensu collectivo multo saepius usurpatur quam singularis. cf. Kübler, Archiv 8 (1892) 591.* [*it.* armento, *raet.* armenta. *M.-L.*]

synonyma, opposita, coniuncta: CATO agr. 2, 7 boves vetulos, armenta delicula, oves .... VARRO rust. 2 praef. 4 armentum ... id quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. contra bos domitus causa fit, ut commodius nascatur frumentum in segete ... (PLIN. epist. 8, 17, 4 ibi boves aratra rectores, hic soluta et libera armenta). CIC. Att. 7, 7, 7 ut bos armenta, sic ego bonos viros ... sequar. VERG. ecl. 6, 59 SEN. benef. 4, 6, 5. POMP. dig. 50, 16, 89 boves magis armentorum quam iumentorum generis appellantur. MOD. dig. 32, 81, 3 armento ... legato dumtaxat (*Kübler l. l.*, etiam *codd.*) boves contineri convenit, non etiam greges ovium et caprarum. VLP. dig. 47, 14, 1, 1 equos de gregibus vel boves de armentis (VVLG. num. 7, 63. 8, 8). COLVM. 2, 14, 4 ovillum et ... caprinum *stercus* ..., mox ceterorum iumentorum armentorumque (CVRT. 8, 4, 19. PLIN. nat. 31, 88 sale sollicitantur. 18, 263 *v. l. 26*). VARRO rust. 1, 2, 12 quae inducantur in rura ut oves et armenta (COLVM. 11, 3, 12 VVLG. gen. 13, 5 *et passim.* deut. 32, 14 butyrum de armento et lac de ovibus). CIC. Phil. 3, 31 caedit greges armentorum reliquique pecoris. VITR. 8, 3, 13. 8, 3, 14 rufa. CVRT. 5, 5, 24 armenta cum pecoribus ... data. 9, 8, 29 PLIN. nat. 11, 263 STAT. Theb. 4, 704. 10, 98 nigrantia. Ach. 2, 70. TAC. Germ. 21 luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero. ann. 13, 55 pecora et armenta militum. OBSEQ. 54. HIER. epist. 118, 2 abactos armentorum ac pecorum greges. VVLG. Ier. 31, 12 fetu. deut. 12, 17. LVCR. 1, 163 armenta atque aliae pecudes, genus omne ferarum (2, 343 laeta. 5, 228 VERG. georg. 4, 223). COLVM. 7, 11, 3 de armentis ceterisque pecudibus et magistris, per quos quadrupedum greges ... curantur. STAT. Theb. 4, 445 sisti atra. HIER. epist. 72, 2. OV. met. 4, 635 mille greges illi totidemque armenta per herbas errabant (1, 513. 3, 585. 6, 395 bucera pavit. 11, 276 SEN. Oed. 381. STAT. Theb. 10, 824 secura. VLP. dig. 7, 1, 68, 2 AMM. 31, 2, 19. 16, 5, 17 VVLG. I reg. 30, 20 Ier. 5, 17 Ioel 1, 18. ISID. orig. 12, 1, 8 discretio est ... inter armenta et greges; nam armenta equorum et boum sunt, greges caprarum et ovium). OV. met. 8, 555 nec fortibus ... profuit armentis nec equis volocibus esse. 15, 84 gramine vivunt. fast. 2, 277 Pan erat armenti, ... numen equarum. TAC. ann. 4, 49. VLP. dig. 6, 1, 1, 3 et de armento et de equitio ceterisque quae gregatim habebant. 7, 1, 70, 3. LVCR. 4, 1197 volucres armenta feraeque et pecudes et equae (2, 921 homines *cf. supra l. 42.* HOR. carm. 3, 3, 40. SIL. 4, 523 obvia ... armenta ... ferae silvaeque trahuntur *torrente. v. infra l. 72*). VERG. georg. 2, 195 armenta ... vitulosque tueri (VVLG. exod. 29, 1 vitulum de armento *et passim*). ecl. 6, 45 si numquam armenta fuissent, Pasiphaen ... solatur amore iuvenci (georg. 2, 515. STAT. Theb. 1, 131 delectos per torva. 7, 573). OV. ars 1, 290 armenti gloria taurus (MANIL. 2, 227 princeps. STAT. Theb. 6, 265 robora. OV. met. 8, 882 dux. SEN. Tro. 537 magni parvus ... comes. STAT. Ach. 1, 313 pater. IVV. 3, 109. STAT. Theb. 11, 28 reges. Ach. 1, 471 septem, *de coriis scuti Aiacis*). met. 8, 297 armenta ... defendere tauri. 9, 48 *tauros concurrentes* spectant armenta (*cf.* LVCAN. 2, 601 STAT. Theb. 2, 328). Pont. 3, 7, 15 ductus ab armento taurus. SEN. Oed. 146 epist. 90, 4. CVRT. 8, 12, 11 tauros ad III milia, pretiosum ... armentum. 9, 2, 16 elephantorum greges maiores ... quam usquam armentorum (*cf.* PLIN. nat. 8, 25). COLVM. 1, 2, 5 greges armentorum ceterorumque quadrupedum (*cf. supra l. 44.* 7, 1, 2 asellus ... tardius deficit quam ullum aliud armentum. 10, 82. VERG. Aen. 12, 688 mons ... silvas ... armenta virosque involvens. STAT. Theb. 3, 675). COLVM. 6 praef. 3 ut hominum ita armentorum adiutorio (1, 5, 8 OROS. hist. 1, 10, 12). STAT. Theb. 5, 334 ager ... amnes ... muta armenta queruntur (6, 190).

1 *sensu collectivo*: a *de bubus*: *de natura, specie*: PACVV. trag. 349 cornifrontes pascere armentas. VERG. georg. 2, 329 Venerem certis repetunt armenta diebus (*cf.* 3, 71 COLVM. 6, 24, 1 PLIN. nat. 11, 263. OV. ars 1, 305 montana armenta petenti *Pasiphaae*. 301). Aen. 8, 360 armenta ... mugire Carinis (*cf.* OV. met. 5, 165). HOR. epist. 1, 8, 5 aegrotet (*cf.* COLVM. 2, 3, 1. 2, 10, 25. 4, 3, 1. 6, 15, 2 claudicabunt). epod. 16, 33 credula. COLVM. 6, 22, 2 eiusmodi armentum maritima et aprica hiberna desiderat. 3, 8, 4 armentis sublimibus insignis Mevania est, Liguria parvis. TAC. Germ. 5 ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis (*cf.* ann. 4, 72 modica). GAIVS inst. 3, 202 panno rubro fugavit armentum. *de pastione*: *agresti*: *v. p. 611, 77.* VARRO rust. 2, 5, 11 pascuntur armenta commodissime in nemoribus (VERG. georg. 3, 162 per herbas. OV. met. 2, 842 montano gramine ... armentum regale *v. p. 611, 51.* MANIL. 4, 233. MELA 1, 45 obliqua cervice. IVV. 12, 106 Caesaris armentum. LIV. 32, 11, 2 in ... saltu ... armentum pascere. PLIN. nat. 8, 67. 36, 127). HOR. carm. 3, 3, 41 Priami ... busto insultet armentum (OV. met. 15, 14 errante per herbas. *cf. p. 611, 46.* SEN. Ag. 98 in pastus armenta vilia currant. CVRT. 7, 4, 26). VERG. ecl. 2, 23 armenta vocabat. OV. met. 2, 692 requiret. fast. 2, 217 in medio paucos armentaque rara relinquunt. met. 11, 348 armenti custos (SIL. 13, 846 Hiberi. 2, 443 Poenum ..., vigilem. OV. fast. 3, 61 armentorum magistris). epist. 5, 79 armenta ... pastor agebas (STAT. Theb. 7, 436 SEN. Phaedr. 297 SIL. 6, 158. *generaliter*: LIV. 1, 7, 4. 5. 22, 16, 8 QVINT. inst. 2, 17, 19). SIL. 7, 334 accensa immittere silvis. MACR. sat. 1, 11, 47 duxisset. *cf. p. 611, 33*). *villatica*: VERG. georg. 3, 352 clausa tenent stabulis armenta (*cf.* 1, 355). 483 Eridanus ... cum stabulis armenta tulit (Aen. 2, 499 *v. l. 39 sq.* CLAVD. carm. min. 28, 42). Aen. 8, 214 stabulis saturata. IVL. MONT. carm. frg. Sen. epist. 122, 13 stabulis armenta locarunt. COLVM. 1, 6, 4 domitis armentis duplicia bubilia sint (*cf.* SIL. 14, 215). 6, 3, 3 tuemur armentum paleis. VVLG. Hab. 3, 17 erit armentum in praesepibus.

de terris armento famosis: HOR. carm. 1, 31, 6 grata Calabriae armenta (PLIN. nat. 11, 125 Phrygiae). SEN. Tro. 818 melior ... fetu fortis armenti ... Trachin. STAT. Theb. 4, 45 aptior armentis Midee. PANEG. 12, 4 Mevania memoretur armento (*v. p. 611, 84*). *armentorum possessio divitiarum index*: VERG. Aen. 7, 486 cui regia parent armenta et late custodia credita campi. OV. epist. 9, 91 armenti dives Hiberi (*i. Geryones. cf.* PLIN. nat. 6, 159). *v. p. 611, 68.* TAC. Germ. 15 mos est *Germanis* conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod. *cf. p. 611, 38.* VVLG. gen. 45, 10 armenta tua et universa, quae possides. 46, 32. 47, 1 deut. 7, 13. *armenta rapiuntur a feris*: VERG. ecl. 4, 22 nec metuent armenta leones (*cf.* HOR. epod. 16, 33 OV. met. 10, 541. *comparative*: SEN. Thy. 733 SIL. 11, 243 STAT. Theb. 5, 203 CLAVD. 24, 336). OV. met. 7, 546 nec armentis incurrere fortibus ursi. 11, 372. LVCAN. 1, 329 *tigres* caesorum pavit cruor armentorum (*in comparatione*). SOL. 17, 8 odore *pantherarum* et contemplatione armenta mire adfici. *armenta in bello praeda*: OV. epist. 15, 357 abducta armenta recepi (PLIN. nat. 4, 120 *Geryonis*. CLAVD. 18, 247 stabulis). 8, 17 stabulis rapiat. SIL. 1, 284 captiva. 7, 312. 12, 119 victor Hiberi. VAL. FL. 2, 111 plenas ... armentis ... rates. STAT. Ach. 1, 154 abstracta. COMM. instr. 1, 15, 2 furare. *sacrificantur*: VAL. FL. 4, 337 caedunt armenta bipenni (*v. l. 76*). STAT. Theb. 6, 221 semianimas ... pecudes spirantiaque ignis accipit armenta. 8, 340 terra pecudes obscuraque mergit armenta. *ad victum pertinent*: SYMM. epist. 10, 14, 3 ad victum populi cogit armentum (*cf.* VLP. dig. 1, 12, 1, 11). *ad arandum adhibentur*: (*v. p. 611, 9*) OV. Pont. 3, 7, 15 IVV. 8, 109. (VLP. dig. 7, 8, 12, 4). *alia*: VARRO rust. 2, 5, 7 gregem armentorum emere. CIC. rep. 2, 60 vim armentorum in publicum averterant. VERG. georg. 3, 286 hoc satis armentis. MOD. dig. 8, 3, 12 actus, ubi et armenta tra⟨i⟩cere et vehiculum ducere liceat. CORP. XII 4102 add. Silvano votum pro armento. *plurali numero plures significantur greges*: VERG. Aen. 7, 539 quinque greges illi balantum, quina redibant armenta (*cf. p. 611, 45*). georg. 3, 150 tota ... exterrita ... diffugiunt armenta. Aen. 12, 719 (LVCAN. 9, 730 APVL. met. 3, 18 TERT. anim. 17). 3, 220 laeta boum ... armenta ... caprigenumque pecus (georg. 2, 515 CLAVD. 26, 408. *cf.* VLP. dig. 7, 8, 12, 4). TIB. 2, 1, 67 inter agros interque armenta. COLVM. 2, 2, 24 in amplioribus. b *de equis*: VERG. Aen. 3, 540 bellum haec armenta minantur. georg. 3, 129 SEN. Herc. f. 227. COLVM. 1 praef. 26 equinum ... bubulum. 6, 22, 2 APVL. met. 7, 16. CASSIOD. var. 8, 31, 5 equinis ... gloriatur. PLIN. nat. 8, 165 in grege armenti. STAT. Theb. 4, 242 bellis armenta domant. 4, 812 frenata. SIDON. carm. 22, 158 sacra tridentiferi Iovis ... armenta. armenta *i. q. greges*: VERG. Aen. 11, 494 equus ... in pastus armentaque tendit equarum. PLIN. epist. 2, 17, 3 multa ... equorum boum armenta (*cf. p. 611, 49* AVG. civ. 5, 7). VAL. FL. 6, 204 armento *equos* ab omni nutrierat. *i. q. bigae*: STAT. Theb. 8, 403 plena armenta viris. c *de aliis animalibus*: VERG. georg. 4, 395 immania *Neptuni*. armenta *i. q. greges*: VERG. Aen. 1, 185 *tres cervos* tota armenta sequuntur (GREG. TVR. glor. conf. 86 illa corneorum arboreorum ...). PLIN. nat. 7, 31 quorum (*sc. cynocephalorum*) armenta pascit *gens*. SIL. 9, 574 raptare ... Libycarum armenta ferarum.

2 *singulares significantur pecudes*: *de bubus*: PROP. 2, 31, 7 armenta Myronis, quattuor ... boves. OV. met. 1, 614 cuius et unde quove sit armento *Io*. VAL. FL. 3, 412 adhibere ... armenta ... magnis bina deis. HYG. fab. 118 p. 102 hecatomben ..., cum centum armenta occiduntur.

notanda: *coniungitur adiectivis demonstrantibus armentorum*: *speciem*: atra, nigrantia, obscura, rufa, bucera, cornifrontes, immania, parva, sublimia, torva. *naturam et statum*: credula, delicula, fortia, muta, laeta, secura, captiva, domita, frenata, libera, sacra, soluta, vilia. *genus*: bubulum, equinum. *originem vel locum pastionis*: Hiberum, montana. *Kempf.*

Armenus *v.* Armenia *p. 608, 8 et 609, 7 et 27.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Armenus, -ī, *Ἄρμενος, nom. vir.* CORP. VIII 2389 (*Thamugadi, christ., ante a. 647*) Armenus.

armes *v.* armites.

1. Armēs, -is, *rex Aegypti.* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 97 *sqq.* 1, 98 Armen *acc.*

2. Armēs *nom. vir.* VAL. FL. 6, 530 Rambelus et acer Otaxes dispulerant Colchos pariterque inglorius Armes. [*Diehl.*

Armesis *rex Aegypti.* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 97 *bis. cf.* Ramessis.

? **Armesi** RAVENN. 271, 6 *cf.* GVIDO 476, 21 Armesium *statio non longe a Pollentia.*

armicis *v.* armites.

? **Armicums** *deus celticus.* CORP. VII 744 deo Armicums Hoenius (*?*) v(otum) s(olvit). *adnotat Hübner* c *an* l *sit in nomine dei se non perspexisse.* *V.*

armicustōs, -ōdis *m. ab* arma *et* custos. GLOSS. II 385, 31 ὁπλοφύλαξ armicustus (*sic*). CORP. XI 67 armicustos. X 3409 ex armicustode (*cf.* II 4168). V 190 suppl. armigustori (*sic*). *pro recenti* armicustos *invenitur plerumque* armorum custos (*ex. gr.* CORP. X 3401. XI 66) *vel simpliciter* armorum (*ut* CORP. X 3394. 3407). *cf. Ruggiero, diz. epigr. I 668.*

ὁπλοδότης **armidator** GLOSS. III 271, 53.

Armua *flum. Numidiae.* PLIN. nat. 5, 22 flumen Armua. TAB. Peut. 4, 3 Armoniacum fl. RAVENN. p. 152, 16 Armoniacus. *contra inter civitates* RAVENN. p. 147, 14 Armonaca. p. 348, 4 civitas Armoniocus. Guido p. 518, 17 Armoniacus. *cf.* Armenianensis. *Diehl.*

armus, -ī *m.* [*i. q. got.* arms '*bracchium*', *ind.* īrmáḥ '*armus*'; *cf. c. boruss.* irmo '*bracchium*', *armen.* armukn '*cubitus*', *fortasse c. gr. ἀρμός, et c.* artus, -ūs. *Th.*] *n. tertiae declinationis est* CHIRON 19 armora. 580 armora (*cod.* iumentum marmora ab). 241 ab armoribus et renibus. *sed ibid.* 442 prioribus armis *et* 580—586 *saepe secundae declinationis est*; DIOSC. herb. fem. (*in capitulo fortasse additicio*) 58 (57 H.) curat armora, caballus si aperta habuerit. *quartae acc. pl. est fortasse* AVIEN. Arat. 477 tris latus atque armus aliae pecori pinxere *stellae*. CHIRON 442 armus eius *iumenti* perungito. *plerumque plurali numero positum, singulari si alteruter imprimis significatur armus*: VERG. georg. 3, 86 dextro ... in armo (OV. met. 4, 719. 6, 229. 12, 302 dexteriore. GERM. 709 COLVM. 6, 16, 1 PLIN. nat. 28, 116 FIRM. math. 8 p. 102^{r} col. 1 *ed. pr.* AVIEN. Arat. 1818 VVLG. exod. 29, 22 lev. 7, 32. 33. 8, 25. 26. num. 18, 18 *κατὰ τὸν βραχίονα*; *cf.* HIER. epist. 64, 1. 78, 42). STAT. Theb. 9, 693 laevo ... armo. *praeterea a poetis* VERG. Aen. 10, 892 OV. met. 3, 233 GERM. 142. 503 (SCHOL. Germ. Bas. 59, 1. 79, 14) SEN. Oed. 144 LVCAN. 9, 831 CALP. ecl. 5, 85 SIL. 10, 255 STAT. Theb. 2, 475 CYPR. GALL. num. 621. *a grammaticis cf. infra l. 57.* PAVL. FEST. 2, 5. 364, 33 LEX Laur. *ibid.* 4, 2 COLVM. 7, 7, 3 PLIN. nat. 8, 62. 154. 18, 158. 29, 57. HIER. VVLG. *semper excepto* lev. 9, 21 armos dextros (*τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν*, שׁוֹק) separavit Aaron. VEG. mul. CHIRON PELAGON. GLOSS. *notum est inde a* PLAVTO, *usitatum a poetis inde a* VERG. *consentientibus cum sermone cottidiano* (*cf.* PAVL. FEST. COLVM. PLIN. nat. VEG. mul. CHIRON PELAGON. DIOSC. VVLG). *in quadrupedum cruribus prioribus superiorem significat partem pertinentem usque ad dorsum* (*cf.* MART. 5, 31, 3) *cruraque ipsa anteriora* (*per pleonasmum* CHIRON 442 prioribus armis); *ad hominum umeros transfertur primum a* VERG. *consentiente, ut videtur, forte cum eodem vocabuli usu prisco, quem* PAVL. FEST. *testatur; bracchii significatus aut inde ortus est aut, si ex* armi *et* armillae *veriloquiis deducendus est, ultimis demum temporibus denuo quasi emergit.* [*val.* arm, *sard.* armu, *francogall. vet.* arm. *M.-L.*]

distinguit inter formas ab arma *et* armus *factas* PRISC. gramm. III 462, 8 ASPER suppl. 47, 3. *ad utrum vocabulum formae pertinuerint, ex sensu non satis perspicitur* VERG. Aen. 4, 11 quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis *cf.* SCHOL. armis ad fortitudinem. *sim.* SERV.; *sed* 1, 589 os umerosque deo similis. 10, 767 talis se vastis infert Mezentius armis. *cf.* SERV. haec autem comparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. 11, 640 ingentemque animis, ingentem corpore et armis. *quaerunt adnominationem* VERG. Aen. 11, 644 OV. met. 12, 377 VAL. FL. 6, 257. 259 SIL. 4, 253. 254 MART. 5, 31, 3 SIDON. carm. 2, 148.

GLOSS. armus *ὠμοπλάτης* scapula (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 7, 634 *cf. p. 623, 23*) *anglos.* boog. *ὑπόπλευρον* (*cf.* III 87, 32) armum *ἀκρώμιον. ὠμοπλάτη ὠμοπλάτης ὠμοπλάται* armus armi. **I** *quadrupedum aliorumque animalium*: SERV. Aen. 11, 644 proprie armi quadrupedum sunt. *cf.* ISID. orig. 11, 1, 62. PLAVT. Agroec. fr. 1 quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero (PAVL. FEST. 61, desertos gero. NON. 146). VERG. georg. 3, 86 dextro iactata recumbit in armo *iuba* (Aen. 11, 497 luduntque iubae per colla, per armos. *ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις αἴσσονται* HOMER. Z 510. SIL. 16, 442 *cf.* PLIN. nat. 8, 42 *de leone*). Aen. 10, 892 eiectoque (*cf.* CHIRON 583 PELAGON. 44) incumbit cernuus armo. 6, 881 equi foderet calcaribus armos (*cf.* SERV. species pro genere; equi armos pro equo posuit; non enim possunt calcaribus fodi). 12, 722 sanguine largo colla armosque lavant *tauri*. 10, 710 inhorruit armos *aper*. *φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν* HOMER. *N* 473. *cf.* SERV. HOR. sat. 1, 6, 106 mantica cui *mulo* lumbos onere ulceret atque eques armos (MART. 5, 31, 3 vagus ille per armos currit *bovis puer*). 2, 8, 89 leporum avulsos ut multo suavius armos quam si cum lumbis quis edit. *cf.* ACRO (2, 4, 44 fecundae leporis sapiens sectabitur armos. MART. 7, 20, 5 duos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

armos *leporis poscit. cf.* VVLG.). Ov. met. 2, 854 armis palearia pendent *tauro* (STAT. Theb. 3, 332). Ov. met. 3, 233 haesit in armo *cervi canis* (STAT. Theb. 12, 172 quos *i. cuius iuvencae* illa *tigridis* fames escendat in armos. MART. 1, 60, 3 quod ruet in tergum vel quos procumbet in armos *iuvencorum leo.* CLAVD. 35, 211 rabiem totos exegit in armos *iuvencae leo. alludit ad bestiam sic pecudes aggredientem* STAT. Theb. 9, 686 tigris et auratis adverberat unguibus armos. *cf.* SCHOL. currente equo mota pellis equi armos caedebat). Ov. met. 8, 419 adversos venabula condit in armos *apri* (adversis ... condidit armis *N*). *feriuntur per armos occurrentes ferae*: Ov. met. 4, 719. SIL. 4, 616 immensosque per armos et laterum extensus ... venit ... vulnus *de elephanto.* STAT. Theb. 2, 475 obnixo ferrum laxavit in armo *aper.* 7, 634 venit hasta per armos Tydeos. SCHOL. equi scilicet. 9, 284 validos ... in armos *figitur sonipes.* SIDON. carm. 2, 148; *sim. de centauris* Ov. met. 12, 377. 491. Ov. met. 6, 229 in latus a dextro paulatim defluit armo *equi.* 8, 287 latos stridore per armos spuma fluit *apro Calydonio.* 10, 112 demissaque in armos pendebant ... monilia *cervo.* GRATT. 274 validis tum surgat pectus ab armis *cani* (COLVM. 7, 12, 4 latis armis *canis*). FEST. p. 209, 1 inter duos armos suis quod est aut pectus (nectos *cod.*) appellari *petimen.* GERM. 142 quique armum fulget ad ipsum *ignis in Helices sidere* (SCHOL. Germ. Bas. p. 59, 1 *Vrsa* habet stellas ... in armo unam *ἐπὶ τῶν ὠμοπλατῶν α'. cf.* SCHOL. Arat. p. 182 in scapula. HYG. astr. 3, 1 in umero). 209, 214 *de Equo* (AVIEN. Arat. 477. SCHOL. Germ. Bas. 79, 14 habet stellas ... in armo I *ἐπὶ τοῦ ὤμου α'. cf.* SCHOL. Arat. p. 220 in umero, *item* HYG. astr. 3, 17). 417 *de Centauro.* 503, 709 *de Tauro. cf.* FIRM. math. 8 p. 102^{r} col. 1 *ed. pr.* in armo dextro *Arietis.* SCHOL. Germ. Bas. p. 95, 12 Canis habet stellas ... in armis singulis singulas obscuras *ἐφ' ἑκατέρου ὤμου* (*cf.* SCHOL. Arat. p. 253 in utraque umera. *sim.* SCHOL. Germ. Strozz. p. 169). *deest* armus SCHOL. Arat. HYG. astr. SEN. Herc. f. 795 sibilat totos minax serpens per armos *Cerberi.* Oed. 144 dominumque prono prodidit armo *equus* (SIL. 4, 254 pronum effundit in armos *equi abies.* 10, 255 cernuas inflexo sonipes effuderat armo. CYPR. GALL. num. 621). COLVM. 6, 1, 3 armis vastis boves (6, 29, 2 grandibus armis et rectis *pullus. cf.* VARRO rust. 2, 75 umeris latis). 6, 16, 1 convellit armos *bos. ibid.* si dextrum armum laesit, in sinistro, si laevum, in dextro *crure sanguis mittendus est.* 6, 30, 6 *sim. de equo.* 7, 7, 3 sub armo pellis *pecoris* leviter incisa (VEG. mul. 2, 45 *passim.* CHIRON 19. 442. 580—586 PELAGON. 34. 43—46 *passim.* 270. 330. 332). CALP. ecl. 5, 85 lites auferet ingentes lectus possessor in armo. PLIN. nat. 8, 62 *leonum* (11, 229). 8, 120 armorum villo distans *tragelaphus.* 8, 154 capitis armo impressi *de Bucephalo.* 8, 179 *boum Syriacorum.* 8, 202 *caprorum.* 11, 233 *elephanti.* 18, 158 armo talpae contacta semina uberiora esse. 28, 101 nervis a dorso armisque *hyaenae* suffiendos nervorum dolores. 28, 116 armum dextrum chamaeleonis ad vincendos adversarios vel hostes valere. 29, 57 *canes* vivi in furca sabucea armo fixi. VAL. FL. 4, 380 verbere candentes quotiens exhorruit armos *Io.* 6, 234 equi porrecta per armos et caput ... *hasta.* 6, 257 totis revocantem viribus armos *equi equitem.* SIL. 10, 464 submissus in armos *equus.* STAT. Ach. 1, 124 *imos* demissus (*Paris., rell.* submissus) in armos *centaurus* (AVIEN. Arat. 1848 dextrum prosternere corpus in armum). STAT. silv. 1, 1, 48 vivusque per armos impetus *de equo aeneo.* Theb. 1, 134 ardua nodosos cervix descendit in armos *bubus* (*cf.* SCHOL. nam dum nisu trahendi anteriora petunt, cervix in armos reflectitur). 6, 502 erectus in armos *equus* (CLAVD. carm. min. 48, 9). 8, 394 tolluntque armos equitesque supinant (CLAVD. 5, 362). 9, 693 cornipedis laevo clipeum demiserat armo. AMM. 24, 5, 2 cervicibus iubatis leones armisque hispidos apros et ursos. VVLG. *de victimis βραχίων* שׁוֹק exod. 29, 22 tolles ... armumque dextrum. *v. p. 622, 42.* 29, 27 quem de ariete separasti (lev. 8, 25. 9, 21. 10, 14). lev. 7, 34 armum separationis. 10, 15 armum et pectus ... elevaverunt (I reg. 9, 24 levavit autem cocus armum *τὴν κωλέαν*). num. 6, 19 armum זְרוֹעַ coctum arietis. deut. 18, 3 dabunt sacerdoti armum ac ventriculum. Ezech. 24, 4 congere ... femur et armum *ὦμον* פֶּחָה. CLAVD. 28, 576 rigidos vibrata per armos rubra ... crispentur serica. carm. min. 47, 10 nobilis auratos iam purpura vestiat armos *equi.* 15, 364 fractos inglorius armos supposuit *leo.* 9, 24 consanguineis hastilibus asperat armos *hystrix.* carm. min. app. 2, 110 duratosque armos scopulis *de apro.* SIDON. carm. 2, 309 penniferos ... armos *grypum flectit Paean.* 23, 353 iugales (*i. q. equos*) trans armos feriunt vocante tergo *aurigae.* PRISC. perieg. 600 tenditur ... per armos spina *cetorum.* **II** *de hominibus* (*cf. p. 622, 50*): *concedunt homini armos*: FEST. 364, 33 non minus in nobis eam partem corporis armum vocari existimandum est quam (*reliqua deleta sunt*). PAVL. FEST. 2, 5 armillum ... quod armo id est umero deportatur. 25, 8 antiqui umeros cum bracchiis armos vocabant *s. v.* armillae. 3, 13 arma proprie dicuntur ab armis id est umeris. SCHOL. Stat. Theb. 7, 634 possumus etiam scopulas hominum armos dicere ut Virgilius; *seq.* Aen. 11, 644. *fort.* LACT. op. 7, 4 collo pectus adiunctum et ex eo prominentes armi (in omnibus fere quae spirant *ibid.* 3; *de homine solo* 10, 21 collum, scapulae). *negant homini armos esse*: PLIN. nat. 11, 243 uni *homini* ... umeri, ceteris *animalibus* armi. SERV. Aen. 11, 644 abusive, nam proprie armi quadrupedum sunt. ISID. orig. 11, 1, 62. Ov. met. 10, 700 ex umeris armi fiunt *de Hippomene Atalanteque in leones mutatis. distinguit inter centauri umeros et armos* Ov. met. 12, 396 ex umeris medios coma dependebat in armos. *inter umeros hominis armosque centauri* Ov. met. 12, 376 defensatque umeros *Peleus.* 377 perque armos *centauri* uno duo pectora perforat ictu. SCHOL. Germ. Bas. *ὦμος ὠμοπλάτης de bestiis*: armus, *de hominibus*: umerus. *in comparatione*: PLAVT. Agroec. fr. (*supra p. 622, 70*). PAVL. FEST. 4, 2 legibus etiam Laurentum sanctum est, ne pomum ex alieno legatur in armum, id est quod umeri onus sit. *de bellatorum latis umeris, translatum ut videtur a quadrupedibus.* VERG. Aen. 11, 644 tantus in arma patet. latos huic hasta per armos acta tremit (*de eodem* 643 nudi ... umeri). GRATT. 2 prius omnis in armis spes fuit et nuda silvas virtute movebant. LVCAN. 9, 831 totoque simul demittit ab armo *manum.* STAT. Theb. 8, 494 sed lapsa per armos hasta viri trans pectus abit. 10, 401 pendentesque etiam perstrinxit Tydeos armos. *i. q. bracchium* (*cf.* LVCAN. 9, 831). TAC. hist. 1, 36, 9 prensare manibus, complecti armis, conlocare iuxta. HIER. epist. 78, 29 non parcat manus nostra armum ... de ore leonis extrahere.

synonyma: bracchium, umerus. *curat hoc ordine* CHIRON 572 scapulas. 573 palam. 580—586 armos. 588 colefium. 589 patellam hoc est cuneolum aut spatulam quod vocant priorem. 596 crura *cf.* VEG. mul. 2, 44—47. *derivata*: armilla, armillum. *Bögel.*

Armutius, -ī *cogn. vir.* CORP. VIII 20559 (*in Mauret. Sitif.*) d. m. Sopitius Armutius vixit anis XXXXXXII.

Armuzia, Armysia *v.* Harmozeia.

1. Arna *vel* **Arnē,** Ἄρνα, Ἄρνη. **A** *oppida varia*: **1** *Lyciae*: *Steph. Byz. sub* Ἄρνα· οὕτω γὰρ ἡ Ξάνθος ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄρνου τοῦ καταπολεμήσαντος Πρωτόγονον. CVLEX 13 sive educat illum (*Apollinem*) Arna (Alme *codd., em. Haupt opusc. 3, 64*) chimaereo Xanthi perfusa liquore. **2** *Thessaliae*: PLIN. nat. 4, 28 Arne. **3** *Boeotiae*: STAT. Theb. 7, 331 uvida ... Arne. **B** *nom. mul.*: **1** *Arcadiae fons et nympha*: PAVL. FEST. 20 Arnae caput agni caput. *cf. Wentzel, PW. II 1203, 8.* **2** Ov. met. 7, 465 impia prodidit *Minoi* Arne (*v. l.* arnen) Siphon et accepto ... auro mutata est in avem (*monedulam*). **3** *cogn. mul.*: CORP. VI 8790 Thallus ⟨Neronis [*nom. erasum*]⟩ Caesaris Aug. cubicl(arius) Ti. Iulio Thallo fil(io) ... et Iuliae Arne coniugi carissimae. **Arnae,** -ārum, Ἄρναι, *opp. utrum* Ἄρνα *A 1 intellegenda sit an* Ἄρναι *Chalcidices non constat.* HYG. fab. 275 p. 151, 14 Apollo Iovis filius *condidit* Arnas. *cf.* Calarnaea. *Diehl.*

2. Ārna, -ae *opp. Vmbriae,* PTOL. 3, 1, 47 Ἄρνα, *hodie* Civitella d'Arne, *cf. Bormann, Corp. XI p. 811; Hülsen, PW. II 1201.* LIV. 10, 25, 4 (*a. u. c. 459*) ad oppidum Aharnam. SIL. 8, 456 urbes Arna et laetis Mevania pratis. CORP. XI 5608 (*Arnae*) Phileros quí praefuit templo Arnae (*quod videtur Fortunae dedicatum fuisse, cf. 5607—5611*). **Ārnātēs** *incolae.* PLIN. nat. 3, 113 Attidiates, Asisinates, Arnates. CORP. XI 1937 (*Perusiae*) patrono municipi Arnat(ium). 5614 (*Arnae*) Veiedio L. f. Clu. Crescenti ... q(uaestori) reip(ublicae) et aliment(orum) Arnat(ium). **Ārnātius,** -a *nom. gent.* (*libertorum municipii*). CORP. VI 28092 A. Valerio A. f. Proculo ... A. Valerius C. f. pater infelicissimus, Arnatia Procula mater. *Otto.*

arnacis, -idos *f.*, ἀρναχίς. VARRO Catus Non. 542 ut puellae habeant potius in vestitu clamidas, encombomata atque [p]arnacidas quam togas.

Arnaginēnsis *v.* Ernagine.

Arnān *nom. vir. hebr.*, אַרְנָן, Ὀρνά. VVLG. I par. 3, 21. *V.*

Arnassius *nom. gent.* CORP. XI 6695, 15 (*in amphora*) P. Arnassi (*lectio minus certa*). *signum*: CORP. VIII 14703 (*in prov. procos.*) Arnasi. Q. Octavio Q. f. Corn. Primo. *cf. etrusc. nom. gent. (fem.) in titulo semilatino* CORP. XI 2157 (*Clusii*) Varia Arnasti. *Otto.*

Arnē *v.* Arna.

Arnefa *Francorum fluv., nunc* Erft. RAVENN. p. 229, 6.

Arnegisilus, -ī *nom. germ.* **1** *magister militum per Thracias.* MARC. COM. chron. II 80, 28 (*a. 447*) Arnitiscli *T*, Arnegisli *S.* 82, 30 Arnigisglus *TUR*, arngislus *S* (*in graeco Ἀνάργισχος*). IORD. Rom. 331 Arnegisclus. **2** *alii*: GREG. TVR. hist. 8, 26 Arnegysilus (*Francus*). CONC. Paris. a. 614 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 191, 4 ex civitate Burdegala Arnegisilus episcopus. BAVDONIV. vit. Radeg. II 27 Arnigessilus (*v. l.* Arnegisselus) abbas.

Arnemeticī *oppidi vel regionis ut videtur incolae quae hodie est* Argens, Argence. CORP. XII 2820. *eiusdem fortasse originis Celticae* **Arnemeza** *Britanniae opp.* RAVENN. p. 430, 6. *Diehl.*

Arnēnsis *tribus, in libris et in titulis quibusdam* **Arniēnsis.** *cf. Kubitschek, PW. II 1204; Mommsen, Eph. epigr. IV p. 220 not. 2. nomen cognatum cum* Arnus, Arna *al.* CIC. agr. 2, 79 a Suburana usque ad Arniensem. LIV. 6, 5, 8 tribus ... Arniensis (epit. 6). 29, 37, 10 tribum Arniensem. CORP. VIII 18461 (*in prov. Num.*) C. Terentius C. fi⟨l.⟩ Arnese Venustus Karthag(ine). VI 2926 Tertius Vercobius Surus Arniese Cremona. 2942. VIII 7082 (*in prov. Num.*) Q. Rusticelius Arniese militis (*sic traditur*). *notatur plerumque* Arn.: CORP. VI 14338 (*liberae fortasse reip.*) C. Caninius C. f. Arn. Labeo. 10525 C. Aurelio C. f. Arn. Prisco. IX 2975 (*Iuvani*) C. Vtius C. f. Arn. X 3899 (*Capuae*) L. Viccio C. f. Arn. XI 2403 (*Clusii*) L. Proeni C. f.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Arn. II 1406 (*in Hisp. Baetica*) L. Sergio Regis f. Arn. VIII 8493 (*in Mauret. Sitif., editor non vidit*) C. Cael. C. Caeli Felicis Harn. (*an* f. Arn.*?*) Felici. *alia*: CORP. VI 2500 L. Marius L. f. Arni. Clusio Fyrmus. III 14358[15a] (*Carnunti*) L. Centyllius L. (*sic*) Arnie. Priscus Crem(ona). *sed Cremona tribum habuit Aniensem.* VIII 971 (*in prov. procos.*) M. Aurelio M. fil. Arnen. Serano c. v. 8841 (*in Mauret. Sitif.*) L. Tadius M. f. Arne. Nivalis. 8865 (*ibid.*) C. Cornelius Crescens Arne. Donatus. 9234 (*in Mauret. Caes., saec. II*) M. Praecilius M. f. Arne. Rogatianus. 1478 (*in prov. procos., saec. I*) ⟨...⟩ C. f. Ar. Perpetuus. 2565 b, 1 (*in prov. Num.*) ⟨. Ga⟩rgilius Q. f. Ar. Fatalis Sic⟨ca⟩. 2618 b, 35 (*?*). 8462. Arnensis *et* Arniensis *qui huic tribui adscriptus est, cf.* Aniensis. S. C. de Oropiis a. u. c. 681 (Bruns fontes p. 173) *Μάαρκος Κλαύδιος Μαάρκ⟨ου⟩ υἱὸς Ἀρνήσης Μαάρκελλος.* S. C. Adramyt. (Eph. epigr. IV p. 214, *aetatis Ciceronе anterioris*) *Πόπλιος Γέσσιος ⟨Πο⟩πλίου Ἀρνήνσης.* CORP. VI 13777 L. Caecilius L. f. Satyrus Arnensis. XI 2699 M. Helvius M. f. Clemens Arnensis domo Carthagine. III 6185 L. Antonio L. f. Arnensi Felici domo Karthagine. VIII 15427 (= 1470, *in prov. procos.*) P. Crepereius Suriacus Arnesis. 5280 (*ibid.*) Q. Tullius Q. f. Arnensis Florus. 5281 (*ibid.*) ⟨Q. Tullius⟩ Q. f. Harnensis ⟨Florus⟩. 8466 (*in Mauret. Sitif., a. 156*) L. Petronius M. f. Arnensis Ianuarius. 8857 (*ibid.*) M. Caecilius M. fil. Arnesis Felix. 8881 (*ibid.*) M. Marcius M. f. Arnens. Victor. CORP. VI 2707 C. Frentinas C. ⟨f.⟩ Arniensis Crescens Clusi(o). 29569[a] C. Vomanio fil. (*sic*) Arniensi. VII 48 C. Murrius C. f. Arniensis Foro Iuli. Modestus. VIII 8504 (*in Mauret. Sitif.*) Tertullus Arniensis. II 405 (*in Lusitania*) G. Blossius Saturninus Galeria Napolitanus Afer Areniensis incola Balsensis. 4141 (*Tarracone*) C. Iulio C. fil. Arniens. Speratiano. INSCR. Rhen. 1176 Q. Gavius M. f. Arniens. Histonio. *nomen*: CORP. VIII 12955 (*in prov. procos.*) Arnesis vix(it) ann(o) uno. 14099 (*? v.* Arnesus).

Arnestum *mansio Apuliae inter Barium et Gnathiam sita, cf. Mommsen, Corp. IX p. 30; Hülsen, PW. II 1204.* ITIN. Anton. p. 315 Arnesto (Ernesto *cod. Escurial.*). *eodem loco in* ITIN. Burdig. p. 609 *est* Turres Aurelianae, RAVENN. p. 261. 329 Turris Caesaris, ITIN. Anton. p. 117 Turres. *Otto.*

? **Arnesus** *nom. barb.* CORP. VIII 14099 (*Carthagine, descr. Delattre*) Arnesus in pace, *ubi* Arnesis *coni. Schmidt.* *V.*

Arni *opp. Indiae.* TAB. Peut. 12, 3. *Diehl.*

Arniēnsis *v.* Arnēnsis. **Arnigessilus** *v.* Arnegisilus.

arniglossa *v.* arnoglossa.

Arnila *nom. mul.* CORP. XI 5621 (*in Vmbria*) ⟨*?*⟩ Liconio Serapioni patri, Arnilae Secundae, C. Liconio ⟨fili*?*⟩o, ⟨*?*⟩ Liconio T. f. Ouf. VIIIvir.

Arnine *v.* Armenita.

arnion *v.* arnoglossos *l. 75, cf. p. 622, 17.*

Arnius *nom. gent., cf.* Arennius, Arellius *sub* Arrius, Arnus *fl. al.* CORP. V 522 (*Tergeste*) L. Arnius L. f. Pup. Bassus mil. leg. XV Apol. *Otto.*

arnantī frementi (pr- 7, 10) murmuranti GLOSS. Plac. V 7, 10 (48, 20). ANTH. 19, 7 ne mihi in a[n]ginam vestrae hispiditatis arnanti cataclum carmen inreptet. *verbum nondum explicatum.* *V.*

Arnobius, -ī *nom. vir.* HIER. vir. ill. 79 *Siccae* ... rhetoricam docuit scripsitque adversus gentes volumina, quae vulgo exstant (epist. 71, 5 septem libros). *sim.* chron. a. Abr. 2343 rhetor. *subscriptio uniuscuiusque libri in cod. Paris. s. IX genetivum exhibet* Arnovii. *subscr. libr. 2* advers(us) nationes lib. II. *subscr. libr. 4* oratoris. HIER. epist. 59, 10. 60, 10. 62, 2. vir. ill. 80 Lactantius Arnobii discipulus. *v. Jülicher, PW. II 1206. alter scripsit commentarium in psalmos. cf.* BEDA chron. III 253, 26 Arnobius rethor (*num confunditur cum priore?*) in expositione psalmi CIIII. *v. Jülicher, PW. II 1207, 2. adde cogn. vir.* CORP. VIII 1951 (*Theveste*) Iulii Vitalis et Arnobius *fratres.* *Diehl.*

arnoglossa, -ae *vel* **arnoglossos** (**-us**), -ī *f.*, *ἀρνόγλωσσον, herba.* MARC. med. 15, 48 arnoglossae, id est plantaginis, radice (20, 37 CAEL. AVR. chron. 2, 7, 102. 2, 13, 159, *et saepius.* ORIBAS. eup. 2, 27 DIOSC. herb. fem. 51). ISID. orig. 17, 9, 50 arnoglossos id est agni lingua, quae a Romanis plantago dicitur. *formae*: arnoglossa: MARC. med. 8, 79. 15, 48. 31, 8 Ps. APVL. herb. 2 (*cod. vet.*) PLIN. VAL. 5, 14 CAEL. AVR. *semper.* ORIBAS. eup. 2, 27. *variant codd.* THEOD. PRISC. arniglossa: GLOSS. V 340, 34. arnoglossos: THEOD. PRISC. eup. faen. 84 *cod. Brux.* ISID. orig. 17, 9, 50 DIOSC. herb. fem. 51. arnoglossus *et gen. in* -i *vel abl. in* -o: MARC. med. 20, 37 THEOD. PRISC. log. 40. 63. 93 eup. faen. 44. 61. 73. arnoglossum *non vidi nisi in cod. Barberino* THEOD. PRISC. eup. faen. 24 log. 63. *nota*: Ps. APVL. herb. 2 Graeci arnoglosson, iidem arnion *iam describitur pluribus.*

Arnōn, -ōnis *m.*, אַרְנוֹן, *Ἀρνών, nom. hebr. fluvii et vallis inter Palaestinam et Moab. v. Benzinger, PW. II 1208.* VVLG. num. 21, 13 *sqq.* 22, 36 *et passim.* HIER. hebr. nom. p. 15, 25 Arnon acervus tristitiae sive laus. *alia* 23, 27. 44, 13. 86, 4 Arnon rupes quaedam in sublime porrecta in finibus Amorraeorum inter Moab et Amorraeos. 86, 14. 86, 26 torrentis Arnon. 90, 24. 131, 14 *et passim.* AMBR. de XLII mans. (Migne 17, 37[c]) 41. NOT. dign. or. 37, 35 cohors tertia Alpinorum apud Arnona (-am *unus cod.*). *locus eius vallis horribilis et periculosus* **Arnōnās** HIER. hebr. nom. p. 86, 8. *adi.* **Arnōnēnsis,** -is. NOT. dign. or. 37, 34 cohors tertia felix Arabum in ripa Vade Afaris fluvii in castris Arnonensibus. *V.*

flumen **Arnum** PLIN. nat. 3, 22 *in Hispania citeriore prope Blandam.* *Diehl.*

Arnus, -ī *fl. Etruriae, Ἄρνος, hodie* Arno, *cf. Hülsen, PW. II 1208.* LIV. 22, 2, 2 fluvius Arnus. PLIN. nat. 3, 50 Pisae inter amnes Auserem et Arnum. SIL. 6, 109 tellus lacrimabilis Arni. TAC. ann. 1, 79 amnem Arnum. CASSIOD. var. 5, 17 in fluminibus navigeris ... id est in ... Arno. 5, 20. TAB. Peut. 4, 2 Arnum fl(umen). RAVENN. p. 287, 14 *perperam* Arnum *civitas. rex aevi vetusti*: SIL. 5, 7 quae vada Faunigenae regnata antiquitus Arno nunc volvente die Thrasymenni nomina servant. *Otto.*

aro, -āvī, -ātum, -āre. [*cf. c. hibern.* airid '*arat*', *gr. ἀρόω, ἀράω, got.* arjan '*arare*', *lituan.* ariu '*aro*'. *Th.*] VARRO ling. 5, 135 aratrum, quod aruit (aravit *Laetus*) terram. [*val.* ará, *it.* arare, *francog. vet.* arer, *hisp.* arar. *M.-L.*]

I ***proprie*: A** *de arandi actu*: GLOSS. *ἀροτριῶ.* **a** *de hominibus*: *α absolute*: CATO agr. 50, 2 verno arare incipito. 60, 1 si male arabit, radices susum abibunt, *saepius.* PLAVT. Merc. 71 tibi aras, tibi occas, tibi idem metis. 356 arare mavelim, quam sic amare (*cf.* MART. 9, 21, 4 Artemidorus amat, Callidorus arat). TER. Haut. 69 fodere aut arare aut aliquid ferre. VARRO ling. 5, 39 arvus ... ab arando. rust. 1, 20, 1 boves, qui arandi causa emuntur. 1, 20, 4 vaccis aut asinis quod arant. *saepius.* CIC. Arat. progn. frg. 8 tempora monstrat arandi. div. 1, 16 arbor arandi maturitatem ad signum floris accommodet. Cato 56 aranti L. Quinctio Cincinnato (*cf.* VEG. mil. 1, 3), *saepius.* VERG. georg. 1, 299 nudus ara, sere nudus (*cf.* SVET. vit. Verg. p. 65 R.). Aen. 3, 14 Thraces arant. HOR. epist. 1, 16, 70 pascat ... aretque *mercator.* sat. 2, 1, 35 Venusinus arat ... colonus. PROP. 2, 15, 31 terra ... deludet arantes. OV. fast. 6, 13 praeceptor arandi. trist. 5, 10, 24 arat infelix. LIV. 3, 26, 9 fossam fodiens ... seu cum araret. SEN. benef. 4, 9, 2 in arando serendoque. COLVM. 2, 4, 5 quandoque arabitur. 2, 4, 8 sic aratum est. 2, 10, 33 datur ... opera, ut spisse aretur. *saepius.* LVCAN. 6, 357 ubi ... super Argos arant. PLIN. nat. 6, 66 his (*elephantis*) arant. 18, 167 de arandi ratione dicemus. *saepius.* STAT. Theb. 5, 53 Thraces arant contra. 11, 490 dum Cadmus arat. MART. 6, 64, 2 prandia portat aranti. FRONTIN. aq. 129 ne quis in eo loco ... quid ... arato. VLP. dig. 7, 1, 7, 3 nec arare prohiberi potest aut colere. *saepius apud* ICTOS. AMM. 31, 2, 10 nemo apud eos (*Hunnos*) arat. VVLG. deut. 22, 10 non arabis in bove simul et asino (HIER. epist. 123, 5). *saepius.* AVG. civ. 7, 23 cum arant, non cum adorant. CORP. XIII 1623 nemini arandi ... ius est intra id spatium agri. *nota*: VVLG. iud. 14, 18 si non arassetis in vitula mea, non invenissetis propositionem meam. *β cum acc.*: CATO agr. 61, 1 agrum frumentarium cum ares, ... bene ares. VARRO rust. 1, 18, 4 ager ita dissimilis, ut arari non possit. CIC. de orat. 2, 131 agro arato. HOR. sat. 2, 6, 11 agrum ... aravit. *inde passim ita coniungitur.* TIB. 2, 2, 14 arat ... rusticus arva. PLIN. nat. 18, 179 male aratur arvom. COLVM. 2, 4, 11 clivi non sunt aestate arandi. OV. epist. 12, 200 *campus* tibi ... arandus erat. *saepius.* HOR. sat. 1, 1, 49 quid referat ..., iugera centum an mille aret. *cf.* epod. 4, 13 VAL. MAX. 4, 4, 7 PLIN. nat. 18, 20. LEX Mamil. grom. p. 264, 1 neve eos (*limites decumanosque*) arato. *cf.* CORP. II 5439 (Lex Vrs. tab. III 5, 16). VERG. Aen. 4, 212 litus arandum dedimus. *saepius.* CATO agr. 44, 25 qua locus ferax non erit, id plus ... arato. 50, 2 ea loca ... arato. *cf.* 50, 131 FRONTIN. strat. 3, 15, 3. SEN. exc. contr. 5, 5 arata ... rura. *cf.* MART. 9, 2, 8. PLIN. nat. 18, 145 solum ... aratum. *cf.* 17, 202. 18, 242. TIB. 2, 6, 21 sulcis credit aratis semina. CATO agr. 5, 6 terram cariosam cave ne ares. VARRO rust. 1, 2, 16 arare terram. CIC. div. 2, 50 cum terra araretur. OV. fast. 1, 703 sub terras semen ... aratas veniat. *saepius.* VVLG. deut. 21, 4 *vallis*, quae nunquam arata est. OV. epist. 1, 51 Pergamo restant, ... quae bove victor arat. LIV. 1, 44, 5 hoc spatium (*pomerium*) ... neque habitari neque arari fas erat. PLIN. nat. 18, 243 arare incipito macra harenosaque; postea, uti quaeque gravissima et aquosissima arato. CATO agr. 33, 2 vineam ... arare incipito. VARRO rust. 1, 31, 1 vineas novellas fodere aut arare (*cf.* COLVM. arb. 4, 2. 4, 4. 4, 5. 5, 3. 10, 5). COLVM. 5, 7, 4 arbores ... arantur (*cf.* PLIN. nat. 17, 214 arbusta arari ... desiderant). COLVM. 5, 9, 15 aret olivetum. *subst.* arātum, -ī, *i. q. ager aratus*: VARRO rust. 1, 33, 1 arata offringi. 3, 16, 33 ut in aratis qui faciunt. Men. 535 qua populus ambulando proinde ut in arato porcas reddit. PROP. 1, 6, 32 Lydia Pactoli tingit arata liquor. PLIN. nat. 17, 47 marga arato inicienda est. 18, 134 unum hoc (*lupinum*) seritur non arato. *cf.* 21, 98. HYG. grom. p. 127, 16. **b** *de animalibus*: CATO agr. 53 per ver cum arabunt *boves.* 54, 5 boves ... cum non arabunt, pasci non oportet. VARRO ling. 7, 74 triones ... boves appellantur ... cum arant terram (*cf.* FEST. 339). rust. 1, 2, 20 pecudes ... quae iunctae arare possunt. 1, 8, 5 boves iuncti arare *possunt.* HOR. epist. 1, 7, 87 bos est enectus arando. 1, 14, 43 optat arare caballus. ELEG. in Maec. 1, 99 taurus arat. TIB. 1, 10, 46 *et saepius de bubus.* PLIN. nat. 18, 3 Indis arant minores *elephanti. nota*: CATO orig. frg. 18 (Isid. orig. 15, 2, 3) qui urbem ... novam condet, tauro et vacca aret, ubi araverit, murum faciat.

B *sensu ampliore fere i. q. colere* (*accedit passim ad sensum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incolendi, habitandi): **a** *de aratoribus potissimum provinciarum*: *α absolute*: Cic. Verr. 3, 6 ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat. 4, 11 *cives Romani*, qui arant in Sicilia. 4, 20 qua lege Siculis ... arare expediret. 4, 43 ut ... aratoribus ... arare atque agros colere expediret. 4, 55 dicebat ... se non arasse. 4, 61 cum araret in Aetnensi. 4, 108 arant ... tota Sicilia fere Centuripini. 4, 125 quisquam reperietur, qui sua voluntate araret. *passim*. Sen. epist. 87, 7 in ... provinciis arat. Sil. 4, 544 Mevanas Varenus, arat cui divitis uber campi Fulginia. *β cum acc.*: Cic. Verr. 3, 166 qui agros immunis ... arant, cur oderunt? 4, 93 arabat ... agrum conductum in Segestano. 4, 112 non opinor quemquam minus esse professum, quam quantum arasset. 6, 53 qui publicos agros arant, certum est, quid e lege censoria debeant. *passim*. Verg. georg. 2, 224 talem (*terram*) dives arat Capua. Prop. 3, 5, 5 nec mihi mille iugis Campania ... aratur. Ov. met. 7, 435 quodque suis securus arat Cromyona colonus, munus opusque tuum est. trist. 2, 327 tenuis mihi campus aratur. Liv. 43, 6, 3 quamquam sterilem terram ararent. Fest. 302 particula ... pastorum aut custodum causa aratur. Lvcan. 1, 344 quae rura dabuntur, quae noster veteranus aret? Pers. 4, 26 dives arat Curibus quantum non miluus errat. Mart. 10, 14, 6 cum tua Niliacus rura colonus aret. Tac. Germ. 14 arare terram aut exspectare annum ... tam facile persuaseris, quam vocare hostem. Clavd. 1, 60 quos arat Africa compos .... 20, 247 Thraces arant, quae nunc Bithynia fertur. **b** *arando sibi quaerere*: Hor. carm. 3, 16, 25 contemptae dominus splendidior rei, quam si, quidquid arat impiger Apulus, occultare meis dicerer horreis. Sall. Cat. 2, 7 quae homines arant, navigant, aedificant, virtuti omnia parent. Sen. clem. 1, 6, 1 consumitur, quidquid ... aratur. epist. 76, 15 nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum faeneret ... sed quam bonus sit *homo*. *nota*: Ov. epist. 5, 116 non profecturis litora bubus aras. trist. 5, 4, 48 nec sinet ille tuos litus arare boves. *arando effodere*: Lvcan. 7, 858 plus cinerum Haemoniae sulcis telluris aratur.

II ***translate***: *de sulcando*: Gloss. sulcandum, navigandum, aequor arandum. navigandum, eo quod carina sulcum faciat. mari⟨a⟩ arare, sulcare aequora. *de navigatione*: Verg. Aen. 2, 780 vastum maris aequor arandum (*cf.* Anth. 17, 182). Ov. am. 2, 10, 33 quae lassarit arando aequora periuro naufragus ore bibat. trist. 1, 2, 76 latum ... aequor aro. 3, 12, 36 vicinas tutus ararit aquas. Maecen. de cultu suo apud Sen. epist. 114, 5 'alveum lintribus arent ...'. Petron. 93 ultimis ab oris attractus scarus atque arata naufragio ... Syrtis probatur. Isid. orig. 1, 36, 4 pontum pinus arat. Plin. nat. 32, 11 lupum ... harenas arare cauda. Stat. Theb. 10, 549 fumantes ... rotae tellurem et tertius hastae sulcus arat. *de scribendo*: Atta com. 13 vertamus vomerem in cera mucroneque aremus osseo. Titin. com. 160 velim ego osse arare campum cereum. Mart. 4, 86, 11 inversa pueris arande charta. *de rugando, radendo, sim.*: Verg. Aen. 7, 417 Allecto *in anum conversa* frontem ... rugis arat. Ov. ars 2, 118 iam venient rugae, quae tibi corpus arent. med. 46 rugis vultus aratus erit. Pont. 1, 4, 2 meos vultus ruga senilis arat. Hier. epist. 10, 2 non contractam rugis faciem arata frons asperat. 14, 3 arata rugis fronte. 52, 1. 54, 14. Vict. Vit. 1, 43 frontem ... rugatam magisque aratam. Homer. 1017 Hecabe ... arat unguibus ora. Clavd. 10, 103 morsu numerosi dentis eburno multifidum discrimen arat (*de comis*). Marc. med. 8, 127 vermiculi aut brigantes, qui cilia arare et exulcerare solent. *de coeundo*: Plavt. Asin. 874 fundum alienum arat, incultum familiarem deserit. Truc. 149 si ⟨a⟩rationes habituru's (-ris *trad.*), qui arari solent, ad pueros ire meliust. *nota*: Vvlg. Sir. 7, 13 noli arare (*μὴ ἀροτρία*) mendacium adversus fratrem. Vvlg. Ezech. 36, 9 convertar ad vos et arabimini et accipietis sementem (*verba dei*). *singulariter* (*cum graecis non convenientia*): Vvlg. Os. 10, 13 arastis (*παρεσιωπήσατε*) impietatem, iniquitatem messuistis. Am. 6, 13 numquid currere queunt in petris equi aut arari potest in bubalis? (*παρασιωπήσονται ἐν θηλείαις*). *non liquet de* Carm. epigr. 1184, 2.

iuxta posita: *ad I A*: fodere, ferre, serere, inserere, seminare, pascere, putare, vehi, pangere, conlocare, proscindere, sarrire, confringere.

opposita: *ad I A*: novare, iterare, fodere, concidere. *ad I A b*: pasci.

iuxta posita: *ad I B*: pascere, negotiari, agros colere, serere, annum exspectare, navigare, aedificare, faenerare. *Ausfeld.*

Aroastēs *nom. vir. germ.* Ven. Fort. vit. Pat. 34 Aroastes presbyter. *cf.* Arogastus. Lib. hist. Franc. (Mon. Germ. Merov. II) p. 244. *cf.* Arbogastes *et* Arvagastis.

Arochī *gens Scandiae*. Iord. Get. 24. *v. Müllenhoff in indice Mommseniano*. *Diehl.*

Arocia *nom. barb. fem.* Corp. II 2675 (*ex schedis*) Ammia Arocia. Corp. II 5085 (*Legione*) Anneiia **Arocio** (*sic*) fil(ia).

Arōd, אֲרוֹד, *Ἀσρών, nom. vir. hebr.* Vvlg. num. 26, 17 Arod (Adodi Itala cod. Lugd.), ab hoc familia Aroditarum (אֲרוֹדִי, *Ἀσρωνί*). Hier. hebr. nom. p. 15, 29 Arodi maledictio sufficiens sive maledictus. Vvlg. gen. 46, 16 Arodi, *ubi* Italae codd. Lugd. Ottob. Aroadis. Hier. hebr. nom. p. 3, 15 Arohedi. עַרְד, *Ὠρήδ, nom. vir. hebr.* Vvlg. I par. 8, 15.

Aroēr, עֲרֹעֵר, *Ἀροήρ, varia Hebraeorum oppida.* **1** *in tribu Ruben, hodie* Arair: Vvlg. deut. 2, 36. 3, 12. 4, 48 Ios. 12, 2. 13, 16 Ies. 17, 2 Ier. 48, 19. **2** *in tribu Gad*: Vvlg. num. 32, 34 (Hier. nom. hebr. p. 16, 6. 23, 28. 53, 15) Ios. 13, 25 iud. 11, 26. 33 Ies. 17, 2 Hier. nom. hebr. p. 86, 25. 30. 131, 20 in Isai. 5, 17, 1 Lib. geneal. chron. I p. 189, 515. **3** *in tribu Iuda*: Vvlg. I reg. 30, 28. *huius incolae* **Arorītēs** Vvlg. I par. 11, 27. 44 II reg. 23, 33. *V.*

Arogas, *amnis Bruttiorum, nunc* Crocchio. Plin. nat. 3, 96. *v. Hülsen, PW. II 1209 sub* Arocas. *Diehl.*

Arogastus *v.* Aroastes.

Arogis *indecl. vel gen. in* -is. *nom. vir.* (*germ.?*). *dux Beventanorum* Greg. M. epist. 2, 45 (I p. 145, 18) Aregis. 9, 44 (II p. 71, 18) contra Arogis. *ibid.* p. 72, 7 ab Arogis. 9, 124 Arogi *dat.* 9, 126 tit. Gregorius Arogi duci. *V.*

Arogus, -ī, *Ἀρωγός, nom. et cogn. vir.* Corp. VI 12349 Arogus Diogenis l. V 40 (*Polae*) Arogo Aug. lib. tabular. ... Arogus patri *dulcissimo*. Corp. VI 9540 C. Egnatius Arogus. X 7959 Ti. Claudio Arogo. III 4980 (*Viruni*) Cornelio Arogo. *Diehl.*

arōma, -atis *n.*, *ἄρωμα, falso* Isid. orig. 17, 8, 1 nomen ... aromata traxisse videntur, sive quod aris imposita divinis invocationibus apta videantur seu quod aëri sese inserere ac miscere probantur. Gloss. *θυμιάμα⟨τα⟩*, boni odores. *scriptum est* harumata Galen. alfab. 192. *rari sunt singulares casus*: aroma: Marc. dig. 39, 4, 16, 7 Indicum. Ven. Fort. carm. 2, 6, 25 *et* 7, 12, 120 *transl.*; aromatis: Prvd. apoth. 758 Diosc. 3, 21; aromate: Prvd. cath. 3, 22 perist. 14, 72 Diosc. 3, 21 (*transl.*) Mart. Cap. 2, 115 *et* 142 (*his duobus locis nomen collectivum est*). *dat. abl. plur.* aromatis: Colvm. 12, 25, 4 Apvl. met. 3, 17. 11, 16 flor. p. 94 Oud. Avg. conf. 9, 13, 36 Faust. 15, 6 p. 427, 14 quaest. hept. 2, 136 (*at* aromatibus *ibid.* 2, 133 *et* vit. erem. 65) Diosc. 2, 157.

I ***proprie***: *species aut condimentum*: *in universum*: *cf.* Isid. orig. 17, 8, 1 aromata sunt quaeque fragrantis odoris, quae India vel Arabia mittit sive aliae regiones. Marc. dig. 39, 4, 16, 7 species pertinentes ad vectigal: cinnamomum, ... aroma Indicum, chalbane. Vlp. dig. 7, 5, 11 usus fructus vel odorum vel aromatum. Expos. tot. mundi 7 p. 106, 10 ad eos (*Seres?*) omnia aromata abundant. Firm. math. 3, 9, 5 *Saturnus et Mercurius* facient ... aut gemmarum aut ... aromatum aut metallorum praepositos (*cf.* Vvlg. I par. 9, 29 praeerant similae et vino et oleo et turi et aromatibus). 4, 13, 1 aromatum inventores. 4, 14, 20 qui aromata mercari consueverint. Hier. epist. 65, 14 qui aromatum novere virtutes. Vvlg. gen. 37, 25 camelos ... portantes aromata et resinam et stacten (*ἔγεμον θυμιαμάτων*; *cf.* III reg. 10, 2 II par. 9, 1). exod. 35, 28 aromataque et oleum ad luminaria concinnanda et ad praeparandum unguentum ac thymiama odoris suavissimi componendum. III reg. 10, 10 *regina Saba* dedit regi centum viginti talenta auri et aromata multa nimis et gemmas pretiosas; non sunt allata ultra aromata tam multa (*cf.* III reg. 10, 25 II par. 9, 9 *et* 24). IV reg. 20, 13 ostendit eis domum aromatum (*τὸν οἶκον τοῦ νεχωθά. cf.* Hier. adv. Pelag. 2, 22 omnes thesauros aromatum. Vvlg. Is. 39, 2 cellam aromatum et argenti et auri, et odoramentorum et unguenti optimi). II par. 32, 27 thesauros sibi ... congregavit argenti et auri et lapidis pretiosi, aromatum et armorum. *pro herbis, ex quibus fiunt odores*: Vvlg. cant. 5, 1 messui myrrham meam cum aromatibus meis. 5, 13 genae illius sicut areolae aromatum consitae a pigmentariis (*ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικά. cf.* 6, 1 in hortum suum ad areolam aromatum). 8, 14 super montes aromatum. Diosc. 3, 21 folia ... gustu aromatis habent. Max. Tavr. hom. 4 (Migne 57, 234) aromatum odoribus. *in imagine*: Ambr. de virg. 12, 69 vestimentorum tuorum aromata, hoc est bonum odorem integritatis, omnibus odoribus praetulit.

de usu: *ad parandos cibos potionesve*: Colvm. 12, 20, 4 cum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa et cribrata paulatim insperges ... quod si non ita, ut praecepimus, permiscueris, subsident aromata, et adurentur. 12, 25, 4 adiectis ... aliquibus aromatis ..., ut sit odoratior vini curatio. Ps. Gargil. 62 p. 210, 24 R. de aromatibus piperis grana triginta. Ennod. op. 3 p. 343, 6 quod aromatibus condiretur. *in comparatione*: Carm. epigr. 1851 (= Corp. XII 874 *Arelate*) ut tan dulcis erat tanquam aromata *Aromation puella* (*v. p. 629, 71*). *in medicina*: Cels. 3, 21 p. 107, 18 D. *medicamenta* quoties posuero, non quae hic nascuntur, sed quae inter aromata adferuntur, significabo. Colvm. 12, 53, 1 aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, verum leviter confracta. 12, 53, 3. Ps. Apvl. Ascl. 38 de aromatibus divinitatis naturam in se habentibus. Diosc. 2, 157 potionibus et aromatis miscetur. Galen. alfab. 192 malabathrum: ... et cetera harumata. Cael. Avr. acut. 2, 21, 128 fit ... hoc (*quod bibendum datur*) ex aromatibus. chron. 4, 7, 98 ex decoctione stercorum cum aromatibus coctorum. Greg. Tvr. virt. Mart. 3, 60 aromatum suavitates superat unguentorumque omnium robor supercrescit. *saepius i. q. medicamen faciei, cosmeterium*: Ambr. poen. 18 lupanaribus mancipatum, unguentis oblitum, aromatibus delibutum *hominem*. Hier. epist. 65, 14 *in unguento sacerdotali* cum ceteris aromatibus miscetur et stacte. 66, 10 in aromatum varietatibus. Vvlg. exod. 25, 6 aromata in unguentum et thymiamata boni odoris. 30, 23 sume tibi aromata (*ἡδύσματα*). I par. 9, 30

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

filii ... sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant. Esth. 2, 12 cant. 4, 10. Prvd. perist. 14, 72 ephebus tinctus aromate. cath. 3, 22 nullus aromate fragrat odor. Avg. Faust. 15, 6 p. 427, 14 scatentibus aromatis. Heges. 1, 46, 2 *servi et liberti* regiae domus adspargebant aromata, ut suavi odore tota fragraret via. *in imagine*: Favst. Rei. spir. 1, 1 p. 102, 10 apostolica sollicitudo ... velut ex innumeris aromatibus pretiosum confecit unguentum. *ad mortuos condiendos*: Apvl. flor. p. 94 Oud. miseri illius membra omnia aromatis perspersa. Expos. tot. mundi 7 p. 106, 10 sibi faciunt sarcofagum de aromatibus varium. Vvlg. gen. 50, 2 praecepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent (ἐνταφιάσαι) patrem. 50, 25. II par. 16, 14 posuerunt ... eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis. Marc. 16, 1 emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Luc. 23, 56 *et* 24, 1. Ioan. 19, 40 ligaverunt illud (*corpus Iesu*) linteis cum aromatibus. Prvd. apoth. 758 solus odor sparsi spiramen aromatis efflat. Avg. conf. 9, 13, 36 corpus sumptuose conlegi aut condi‹ri *al.*› aromatis (-ibus *al.*) (*cf.* Greg. Tvr. Franc. 1, 21). Max. Tavr. hom. (Migne 57, 443) 84. Evgipp. 44, 6 cadaver sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat condientis. *in imagine*: Avg. vit. erem. 65 paratis aromatibus cum ea (*Magdalena*) domini tui sepulcrum visitare memento. *suffimentum, praecipue in sacrificio litandum*: Apvl. met. 11, 16 vannos onustas aromatis. Heges. 1, 17, 2 multitudine aromatum dispersa. Vvlg. exod. 30, 34 sume tibi aromata (ἡδύσματα) ... faciesque thymiama. 31, 11 thymiama aromatum (θυμίαμα τῆς συνθέσεως) in sanctuario. 35, 15 thymiama ex aromatibus (*cf.* 39, 37. 37, 29 th. de aromatibus mundissimis τὴν σύνθεσιν τοῦ θυμιάματος). 40, 25 adolevit super eo (*altari*) incensum aromatum. lev. 16, 13 positis super ignem aromatibus. II par. 2, 4 ut consecrem eam (*domum*) ad ... fumiganda aromata. cant. 3, 6 ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et turis. Pavl. Nol. epist. 23, 33 p. 190, 6 orationes ... sanctorum velut aromata pateris incensa flagrantibus spiritu veritatis exhalat *ecclesia*. Avg. quaest. hept. 2, 133 *appositio incensi* fiebat aromatibus, non sanguine. 2, 136. Mart. Cap. 2, 115 acerra ... multo aromate gravidata. 2, 142 ex aromate praeparato. 2, 149 litavit aromatis. 2, 215 acerram illam olacem aromatis. *in imagine*: Favst. Rei. serm. 8 p. 254, 3 offeramus aurum fidei, pietatis aromata, castitatis holocausta. *de usu in arte magica exercenda*: Apvl. met. 3, 17 prius ... apparatu solito instruit feralem officinam, omne genus aromatis et ignorabiliter lamminis litteratis.

II *translate*: *odor suavis*: Diosc. 3, 21 radice ... adorata et aromate plena. Ven. Fort. carm. 2, 6, 25 (*de sancta cruce*) fundis aroma cortice, vincis sapore nectare. 5, 1, 1 aura ... suavium florum nares ipsas aromate respirante suffivit. *in imagine*: Ambr. de virg. 12, 69 vestimentorum tuorum aromata, hoc est bonum odorem, integritatis, omnibus odoribus praetulit. Pavl. Nol. carm. 27, 168 vita pudicitiae et liquido mens candida vero Nicetam faciunt, flores et aromata Christi.

arōmatārius, -iī *m. ab* aroma. *aromatum negotiator*. Corp. VI 384 T. Annius ... magister quinqu(e)nn(alis) coll(egii) aromatar(iorum). *v. Habel, PW. II 1210.*

arōmaticus, -a, -um. *ab* aroma. *aroma sive aromata redolens, ad aromata pertinens. proprie*: Veg. mul. 6, 13, 3 (Marc. med. 7, 15 Cael. Avr. acut. 1, 17, 168. 2, 12, 82 Pelagon. 454). Marc. carm. 46 adde et aromaticas species, quas mittit Eous. Sedvl. carm. pasch. 5, 324 munere ... messis aromaticae. Ven. Fort. carm. 5, 5, 133 fudit aromaticum domini libamen ad aram. Diosc. 5, 75 de bino aromatico (aromatiten *al.*). Cael. Avr. chron. 2, 1, 54 aromaticas approbat potiones. Chiron 868 malagmam croci aromaticam (*cf.* 870 p. 264, 1). Pelagon. 343 traumaticum aromaticum. Theod. Prisc. gyn. 18 uti ... pessariis aromaticis conceptionem maturantibus. Ps. Apvl. herb. 1 praef. *vettonicam* cribro aromatico mollissime in pulverem redactam cernis. *translate*: Ven. Fort. carm. 7, 8, 41 (*de Lupo duce*) sensus aromaticus suaves diffundit odores, hoc tribuens animae quod bene tura solent. *n. pl.* aromatica, -orum. Spart. Hadr. 19, 5 in honorem socrus suae aromatica populo donavit. Theod. Prisc. log. 102 potionibus ... convenit aromatica commiscere quam plurima. *n. sing.* aromaticum, -i *medicamentum oculare esse videtur*: Corp. XII 5691, 9, 1 (*in sigillo medici ocularii*) aromaticu(m). *Oertel.*

Arōmation *sign. puellae.* Corp. XII 874 (*Arelate*) iacet sub hoc signino dulcissima Secundilla, ... tan dulcis erat tanquam aromata, desiderando semper mellea vita. ... *Ἀρωμάτι, ταῦτα.* **Arōmatīnē,** -ēs. *cogn. mul.* Corp. VI 35068 Claudiae Aromatine *dat.* *Diehl.*

arōmatītēs, -ae *m.*, *ἀρωματίτης. vinum medicatum*: Plin. nat. 14, 92 quidam aromatite *priscos* delectatos *esse* maxime credunt. 14, 107 aromatiten ... invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo ex murra..., mox et nardo Celtico, calamo *eqs.* 14, 115 nisi si quis naturae opus esse credit aromatiten et ex unguentis vina composita. Diosc. 5, 75 de bino aromatico (aromatiten *v. l.*). vinu aromatiten conficitur sic.

arōmatītis, -idis *f.*, *ἀρωματῖτις. gemma, genus electri quoddam*: Plin. nat. 37, 145 aromatitis et ipsa in Arabia invenitur, sed et in Aegypto circa Philas, ubique lapidosa et murrae coloris et odoris, ob hoc reginis frequentata. *cf.* 1 ind. 37, 54. Isid. orig. 16, 7, 14 aromatitis (-es *falso legitur*) reperitur in Arabia vel Aegypto, myrrhae coloris et odoris, unde et nomen habet.

arōmatizo, -āre, *ἀρωματίζω.* Gloss. Sal. aromatizans redolens. *v. Funck, Archiv 3 (1886) 416.* Oribas. eup. 2, 1 balsamus est leptomeris et aromatizat. Vvlg. Sirach 24, 20 sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi (*ἀρωμάτων δέδωκα ὀσμήν*). *Oertel.*

aron *v.* aros.

Arōn *nom. vir. comes Absyrti.* Val. Fl. 5, 587. 6, 524. 6, 536.

Aronia *statio Dalmatiae.* Ravenn. p. 209, 1 Aronia id est Mucru (p. 380, 5). Tab. Peut. 6, 4 Inaronia. Ravenn. Guido p. 542, 7 Aronix. *Diehl.*

Arorītēs *v.* Aroer.

aros, -ī *f.* (*sic* Plin.) *vel* **aron** (arum), -ī *n.*, *ἄρον herba.* Plin. nat. 24, 142 Aegyptus ... gignit ... et aron (haron *codd. ut saepe*), ... magnae cum dracontio litis; quidam enim eandem esse dixere. Glaucias satu discrevit, dracontium silvestrem aron pronuntiando. aliqui radicem aron appellaverunt, caulem vero dracontium ..., aros radicem nigram ... habet. 143 aron miris laudibus tulere *sequuntur plura de virtutibus.* 148 perunctos ... aro. 149 in foliis ari caseus optime servari traditur. Diosc. 2, 153 de aron. aron, quod Syri cantatita, folia habet draconteae similes *eqs.* Orib. eup. 2, 28 aron in Syria nascitur et Syro dicitur vocabulo. Plin. nat. 1 ind. 24 *medicinae ex* aro. 8, 129 herbam quendam arum nomine. 19, 96 *bulborum genus* quod in Aegypto aron vocant. 24, 150 dracontion ... simile aro. 24, 151 aris ... similis aro. 27, 58 calyx ... similis aro. Cael. Avr. chron. 2, 14, 205 aron *nom.* Orib. syn. 4, 2 aru radices (4, 18). 4, 15 (17) aron *nom.* Not. Tir. 14, 102 arum. arum Gallicum tundis Pelagon. 71 *et passim, cf. Ihm ad l.* *V.*

Arosapēs *v.* Arusaces. [**aroscit**] *v.* aeruscat.

Arote *v.* Arietae.

Aroteres, *Ἀροτῆρες, i.* aratores. 1 Plin. nat. 4, 44 Scythae Aroteres cognominati (Sol. 10, 11 Aroteres Scythae. *v. l.* Aratores). *cf.* 6, 39. 2 Plin. nat. 6, 173 Aethiopas Aroteras. *Diehl.*

Arovinius *v.* Arquinius.

arpa, arpē *v.* harpa, harpe.

Arpachsad, אַרְפַכְשַׁד, *Ἀρφαξάδ, nom. vir. hebr. filius Sem eiusque gens.* Vvlg. gen. 10, 22. 24. 11, 10. 11. 12. 13 I paral. 1, 17. 18 Luc. 3, 36 Avg. civ. 16, 3. 10 Not. Tir. 120, 16. 125, 19 *ubique* Arphaxad *vel* -xat *vel* Arf-. Lib. geneal. chron. I 164, 163 Arpakhsohad. *rex Medorum* Vvlg. Iudith 1, 1. 1, 5. Svlp. Sev. chron. 2, 15, 1 Arfaxat.

Arpacius, Arpagius, Arpalus *v. sub* Harp-.

Arpād, אַרְפָּד, *Ἀρφάδ, oppidum Syriae, hodie* Tel Erfad. Vvlg. IV reg. 18, 34. 19, 13 Is. 10, 9. 36, 19. 37, 13. Ier. 49, 23 *semper editum* Arphad. Hier. hebr. nom. 49, 16 Arphart. *V.*

Arpanus *v.* Arpi.

Arpecio *cogn. vir.* Corp. V 1828 (*Gemonae, periit*) Q. Ful. Arpecio. *Diehl.*

arpendia *πλέθρα* Gloss. II 23, 24 *cf.* arvipendium *et* arepennis. *V.*

Arpeninus (*vel* **Arpennius**) deus *Aquitaniae.* Corp. XIII 167 Arpenno deo Belex Belexconis f. v. s. l. m. *Diehl.*

Arpha *v.* Arfa. **Arphaxad** *v.* Arpachsad.

ab **Arpho-** *vel* **Arpo-** *quae incipiunt v. sub* Harpo-.

Arpī, -ōrum. *vetus Apuliae oppidum, olim* Argyripa *dictum, quod vide; Graecis Ἄρποι, hodie* Arpi *prope* Foggia. *cf. Mommsen, Corp. IX p. 83. Hülsen, PW. II 1217.* Prob. gramm. IV 26, 34 quod Arpos legimus, numero semper plurali declinatur (VI 477, 25). *cf.* 195, 23. Cic. Att. 9, 3, 2 *Caesar* Arpis manserat. Verg. Aen. 10, 28 Aetolis surgit ab Arpis Tydides (*cf.* Serv.). 11, 20 Arpos. 11, 428 Aetolus et Arpi. Liv. 9, 13, 6 Arpos (8). 9 ab Arpis. 22, 1, 9. 22, 9, 5. 22, 12, 3. 23, 46, 8. 24, 3, 16. 24, 12, 3. 5. 24, 45, 1. 2. 10. 24, 46, 1. 24, 47, 10. 25, 15, 1. 26, 41, 15. 34, 6, 11 Plin. nat. 3, 104 (*v. sub* Argyripa) Sil. 8, 242. 12, 481 Frontin. strat. 3, 9, 2 Solin. 2, 10 Ivstin. 20, 1, 10 Avson. 223, 3 (*v. sub* Argyripa). Mart. Cap. 6, 642 Oros. 4, 15, 1 Serv. Aen. 7, 286 *et* 8, 9 (*v. sub* Argyripa). Tab. Peut. 6, 3 Arpos. Ravenn. 282, 6 (*ubi* Alpos *cod. B*). Cosmogr. geogr. 80, 120. *Arpos confundit cum Arpino, Ciceronis patria, Hispanus* Mart. 4, 55, 3 Arpis cedere non sinis disertis (*cf. l. 78*), *item* Plvt. Cic. 8 *ἐμέτητο ... χωρίον καλὸν ἐν Ἄρποις. adi.* **Arpānus,** -a, -um. Varro rust. 1, 8, 2 in Arpano *agro.* Plin. nat. 2, 211 in agro Arpano frumentum satum non nascitur. Lib. col. grom. p. 210, 10 Arpanus *ager.* 260, 23 Aspanus (*sic*). *incolae* Arpānī, -ōrum. Plin. nat. 3, 105 *in secunda Italiae regione* Atinates Arpani Borcani. *incolae* **Arpīnī,** -ōrum. Liv. 34, 45, 3 Sipontum ... in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam ... deduxerunt. 24, 45, 1 Dasius Altinius Arpinus (arpianas *cod. Put.*). 24, 47, 2 Arpini, *cf.* 4. 5. 6. 7. *in hac quoque forma errat vel poetarum licentiae aliquid indulget* Mart. 10, 19, 17 Arpinis ... chartis *Ciceronis* (Plin. epist. 3, 21, 5). **Arpīnum,** -ī *n.*, *Ἀρπῖνα, -ης Graecis, Volscorum oppidum, haud longe a Liri, hodie* Arpino. *civitate donatum a. 303, suffragio a. 188, municipium post bellum Italicum, tribu Cornelia. v. Mommsen, Corp. X p. 556; O. E. Schmidt, Progr. St. Afra 1900. patria est Marii*: Sall. Iug. 63, 3 natus et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnem pueritiam Arpini altus (*cf.* Cic. Sull. 23 Plvt. Mar. 3 Plin. nat. 33, 150) *et Ciceronis, qui ibi Atticum secum de legibus sermocinantem facit* (leg. 2, 5. 2, 6 *descriptio fundi patrii*). Cic. Att. 2, 8, 2 Arpinum. 2, 11, 2 *passim*. 13, 46, 4 de domo Arpini nil scio. 16, 8, 2 an Arpinum — *ἀσφάλειαν* habet is locus — fugiam. ad Q. fr. 3, 1, 3 Liv. 30, 2, 12 Fest. 233. Serv. Aen. 8, 9 Arpinum constat esse Campaniae, unde Cicero Arpinas. Hier. chron. a. Abr. 1912 Cicero Arpini (-uni *cod. F*) nascitur...ex regio Vulscorum genere, *id quod multi repetivere chronologi* (*apud* Prosp. chron. I 402, 290 *codd. classis A habent* Arpis). *adi.* **Arpīnās,** -ātis. Prisc. gramm. II 129, 2 (*ex Capro*) *vocabulorum qualis* Arpinas *est* perfecta ... inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia 'hic' et 'haec' ... 'Arpinatis', unde neutra quoque eorum in 'e' desinunt ... 'Arpinate', et ablativus in 'i' ... 'Arpinati' ... Cato censorius ... in II *originum* (hist. frg. 61): si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur (*similia* II 118, 13. 155, 13. 337, 11. 587, 1. III 524, 12 suppl. 116, 11 *sqq.*). Cic. agr. 3, 8 meus paternus avitusque fundus Arpinas (*cf.* leg. 2, 3). epist. 14, 7, 3 fundo Arpinati ... uti. *saepe de hoc fundo n. subst.* Arpīnās: Cic. Tusc. 5, 74 in Arpinati nostro. Att. 1, 16, 18 in Arpinati (2, 16, 4. 2, 17, 1 *passim*). 5, 1, 3 veni in Arpinas. *ibid.* ex Arpinati profecti sumus (15, 26, 5. 16, 13, 2 *in subscr. epistularum, et passim*). Cic. Att. 1, 6, 2 in Arpinatibus praediis. Cic. Att. 1, 16, 10 Arpinatis aquas. leg. 1, 1 lucus ... et haec Arpinatium quercus ... lectus in Mario. off. 1, 20 ut ager Arpinas Arpinatium dicatur. Att. 12, 12, 1 insula Arpinas. 16, 13, 1 iter Arpinas. Val. Max. 6, 9, 14 Arpinatibus honoribus. *incola*: Arpīnās, -ātis. Cic. Att. 4, 7, 3 Arpinatium fremitus. 15, 15, 1 nummos Arpinatium. epist. 13, 11, 1 meos municipes Arpinatis tueri. 13, 12, 1 Liv. 10, 1, 2. 38, 36, 7. 38, 36, 9 ut ... in Cornelia Arpinates ferrent *suffragia*. Plin. nat. 3, 63. Sil. 8, 401 Arpinas. *saepe de Mario vel Cicerone*: *cf.* Cic. Planc. 20 in quemcumque Arpinatem incideris, ... erit ... fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum. Val. Max. 2, 2, 3 conspicuae felicitatis Arpinas ⟨m⟩unic⟨ipi⟩um, sive litterarum gloriosissimum contemptorem sive abundantissimum fontem intueri velis. Ivv. 8, 237—250. Val. Max. 6, 9, 14 ex illo Mario tam humili Arpina⟨te⟩. Plin. nat. 33, 150 arator Arpinas. Fronto p. 205, 1 N. Arpinate paupertate. Sidon. carm. 2, 230. 9, 258. Cic. Tusc. 5, 66 ab homine Arpinate. Att. 1, 16, 10 quid ... homini Arpinati cum aquis calidis? Ps. Sall. in Tull. 7 Romule Arpinas (Qvint. inst. 9, 3, 89). 4 homo novus Arpinas. Ivv. 8, 237 hic novus Arpinas. Symm. epist. 1, 1 (*vers.*) Hortensius ... contra Arpinatem qui stetit eloquio. Prvd. Symm. 1, 526 Arpinas consul. Sidon. epist. 5, 5, 2 varicosi Arpinatis. 5, 13, 3 oratorum princeps Marcus Arpinas. 8, 6, 1. 8, 11, 3 v. 22 Arpinas ... tonante lingua (*quater in Laudiano* Harp-). carm. 2, 186. 23, 146. *cogn.* Arpīnās: Corp. III 274 (*Ancyrae*) M. Pennio M. f. Volt. Arpinati do⟨mo ...⟩. **Arpinēius,** -ī *nom. equitis Romani* C. Arpineius Caes. Gall. 5, 27, 1 *et* 28, 1 (carpineius *vel* arpineus *vel* arpinius *pars codd.*). **Arpiniānus,** -ī *cogn.* Qvint. inst. 7, 2, 24 in causa Naevi Arpiniani. *haec duo ultima fortasse propius accedunt ad nom. gent.* **Arpius,** -a, *licet rarissimum.* Corp. VI 2375^{b}, II 6 ⟨...⟩ Arpius Salvius *praetorianus*. IX 4913 (*Trebulae Mutuescae, ex Ligorio*) Arpiae Primae.

Arpo, -nis *nom. vir.* Corp. II 5638 (*in conventu Lucensi, ex scheda*) Arpo Vre⟨i⟩ f. Faustanus. *V.*

Arpōs *v.* Arpi.

Arpus, -ī *nom. germ.* Tac. ann. 2, 7 Arpi principis Chattorum. *cogn. restituere voluit Klein* Inscr. rhen. Bramb. 1390 Victor⟨i⟩ni⟨us⟩ Ar⟨p⟩us (*trad.* Arius). *Diehl.*

arquāmentum, arquātus, Arquitenēns *sim. v. sub* arcu-.

arques, -itis *m. ab* arcus, arquos. Pavl. Fest. 20, 19 arquites arcu proeliantes, qui nunc dicuntur sagittarii. *cf.* Lyd. magistr. 1, 46 *ἀρκήτεις καὶ σαγιττάριοι = τοξόται καὶ βελοφόροι.* Gloss. II 25, 3 arcutes *τοξόται*. V 591, 15 arcites sagittarii. IV 406, 13 arcistes sagittarii (arcista sagittarius *d e*). V 441, 2. IV 21, 18 sagittarius. V 339, 40. 342, 2 arcister strelbora (*anglos. i. q. sagittifer*). *Kempf.*

Arquinius, -a *nom. gent. cf.* Arcius. Corp. I^{2} p. 74 Q. Arquinius *praetor aerarii* (*a. 20*). Corp. X 4335 N. Seius N. l. Aesci⟨nus⟩ sibi et Arquiniae (mulieris) l. Artem⟨isiae⟩ uxori. XI 149 (*Ravennae*) M. Arquinius (*vel* Arov-, *nam versus infra laesus est*) L. f. Ouf. ⟨S⟩ecundu⟨s⟩. **Arquitius** *nom. gent.* Corp. VI 12352 T. Arquitius T. l. Castus. *cogn.* Bell. Hisp. 23, 8 Clodius Arquitius *miles.*

Arquis *arcuum dea ab* arcus *appellata ut fortasse* Arculus. Tert. nat. 2, 15 diva Arquis est Iana. *sic, opinor, rectius cum Gothofredo hic locus intellegitur, quam factum est supra in* arcus *p. 475, 70. v.* arques. *cf. Aust, PW. II 1219.*

Arquius *nom. barbaricum.* Corp. II 377 (*in Lusitania*) Arquia Helena. 632 (*ibid.*) Mailo Arqui f. 2373 (*in Hispan. Tarrac.*) S. Arqu(ius) Cim. l. Saur. v. s. l. m. 2433 (*ibid.*). 2435 (*ibid.*) Arquius Viriati. 2458 (*ibid.*) Anicius Arqu⟨i⟩i. 2465 (*ibid.*) Aeturae Arqui f. 2633 (*a. 152, ibid.*) ex gente Visaligorum Antonium Arquium. 2834 (*ibid.*). **Arquio** *nom. vir.* Corp. II 2990 (*in Hispan. Tarrac.*) Marti invicto Statutus Arquio v. s. l. m. *Otto.*

arra, -ae *f.* [*forma imminuta vocabuli* arrabo. *Th.*] Gloss. arra *ἀρραβών* (*cf.* Char. exc. gramm. I 532, 26 Gramm. IV 576, 16 *al.*). *verbum iam apud veteres in usu fuisse testatur* Gell. 17, 2, 21 nunc 'arrabo' in sordidis verbis haberi coeptus ac multo videtur sordidius 'arra', quamquam 'arra' quoque veteres saepe dixerint et conpluriens Laberius; *legitur primum apud* Plin. nat. (*bis*), *saepius apud* Ict. *et* Eccl. *etymologia*: Isid. orig. 5, 25, 21 dicta arra a re, pro qua traditur (*cf.* 9, 7, 6). *Leonhard, PW. II 1219 sqq.*

1 *proprie*: *de quavis re alicui data eo consilio, ut negotii cuiusdam contrahendi sive contracti pignus sit*: *cf. definitionem ap.* Gaivm inst. 3, 139 quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractae. Cod. Iust. 4, 21, 17, 2 si quae arrae super facienda emptione cuiusquam rei datae sunt sive in scriptis sive sine scriptis. Isid. orig. 5, 25, 20 arra ... est, quae primum pro re bonae fidei contractu empta ex parte datur et postea completur. *cf.* 9, 7, 6. *de differentia verborum* arra *et* pignus *cf.* Avg. serm. 378 omnes homines quando aliquod negotium inter se contrahunt et pecuniarii negotii sponsione relaxantur, plerumque accipiunt arram vel dant. *ibid. paulo infra*: melius ... dicitur arra quam pignus; haec enim duo similia videntur inter se; sed tamen habent aliquam differentiam non negligendam. et pignus quando datur, et arra quando datur, ideo fit, ut, quod promittitur, impleatur: sed quando datur pignus, reddit homo, quod accepit, re completa, propter quam pignus accepit; arra autem quando datur, non recipitur, sed super additur, ut impleatur. *cf.* 23, 8 interest tamen aliquid in loquendi usu inter arram et pignus. *similia* Isid. orig. 5, 25, 20. Favst. Rei. spir. 1, 12 p. 124, 21 Vind. in terrenis negotiis arrae (*sic codd. opt.*) quantitas contractus illius, pro quo intercesserit, quaedam portio est, pignoris vero ratio meritum rei, pro qua deponi videtur, excedit. Comm. Bern. Lucan. 2, 370 *ad* 'pignora nulla domus' aut Ostensi filios aut certe, quod arras dicimus. **a** *generaliter*: Plin. nat. 33, 28 consuetudo volgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior. Gaivs inst. 3, 139 arra ... data fuerit (Itala cod. Lugd. gen. 38, 17 *et* 18. Vvlg. arrhabonem. LXX *ἀρραβῶνα*. Inscr. numm. Cohen VIII^{2} p. 266, 4. 5 [tessera] qui ludit arram det, quod satis sit). *ibid.* quod arrae nomine datur (dig. 18, 1, 35 pr. Scaev. dig. 18, 3, 6 pr. Vlp. dig. 19, 1, 11, 6 certam summam. *ibid.* anulus). Scaev. dig. 18, 3, 8 acceptis arrae nomine certis pecuniis (Vlp. dig. 14, 3, 5, 15 anulum. *cf.* Cassiod. var. 5, 16, 5 solidos ... percipere). *ibid.* ut arram perderet. Vlp. dig. 19, 1, 11, 6 ut arra restituatur (Itala cod. Lugd. gen. 38, 17 referret ... a muliere. Vvlg. pignus. Lex Visig. cod. Eur. 297 recipiat). Gaivs dig. 18, 1, 35 pr. quasi sine arra conventio nihil proficiat. *notabile*: Corp. III p. 950, XIII (*cautio societatis a. 167*) inter Cassium Frontinum et Iulium Alexandrum societas ... ita convenit, ut quicq⟨ui⟩d in ea societate arre natum (*non legi posse* datum *adnotat Mommsen*) fuerit lucrum damnumve acciderit, aequis portionibus s⟨uscip⟩ere debebunt. *adiunctus est genetivus rei, pro qua quid arra datur*: Avg. in ev. Ioan. (Migne 35, 1644) 32, 5 si talis est arra, quid est, cuius est arra? (*ibid. syn.* pignus). *sic pecuniam a medicis ob instantem curationem postulatam acerbe dicit* Plin. nat. 29, 21 mortis arram (arma *E*). *cf. etiam sub 2. acerbe dictum de homine ipso*: Carm. epigr. 1247, 3 (*in via Latina*) nec sum pensionibus arra et gratis aeterno perfruor hospitio (*ubi v. Bücheler*). **b** *specialiter*: *arrae sc. sponsaliciae*: *cf.* Isid. orig. 9, 7, 6 est ... arra ... sponsio coniugalis. Pavl. dig. 23, 2, 38 pr. si ... noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere arris tantummodo redditis, quas acceperat (*cf.* Greg. Tvr. Franc. 10, 16). Capitol. Max. 27, 7 manserunt autem apud eam (*Maximini Iunioris desponsam*) arrae regiae. Exc. Vales. 12, 62 *sponsus matris* coepit repetere arras. Greg. Tvr. Franc. 4, 46 dedi arram in disponsatione eius (*puellae*). vit. patr. 20, 1 ut arram puellae, quasi uxorem accepturus, daret. Cod. Iust. rubr. tit. 5, 1 de ... arris sponsaliciis (1, 4, 16. 5, 1, 5, 3. 5, 2, 1 pr. Greg. M. epist. 1, 69 Mon. Germ. epist. I p. 89, 13). 5, 1, 3 arris sponsaliorum nomine datis (*cf.* Lex Burg. l. Rom. 27, 1). 5, 1, 5 pr. mulier iuris sui constituta arrarum sponsalium nomine usque ad duplum teneatur. 5, 8, 1, 1 sponsalia, hoc est arrarum data nomine.

2 *translate*: Avg. conf. 7, 21 (*secundum* II Cor. 5, 5) arram spiritus sancti (Vvlg. pignus spiritus. *ἀρραβῶνα. cf.* Iren. 3, 24, 1, *ubi spiritus sanctus dicitur* arrha incorruptelae). Cassian. conl. 7, 6, 4 arram compaginis illius, per quam corpori eius (*Christi*) valeat copulari (*de vitae sanctitate; cf.* 10, 7, 3 arram caelestis illius conversationis et gloriae). Pavl. Petr. vit. Mart. 6, 21 nondum libata laboris cura mihi est: quod velle iubet, iam muneris arra est. Ven. Fort. vit. Mart. 1, 67 prima haec (*Martini pueri misericordia in pauperem*) virtutum fuit arra et pignus amoris. 2, 206 funeris ordo sui (*Christi*) nostrae fuit arra salutis. *de ipso homine:* Ven. Fort. vit. Mart. 1, 162 redit ... arra salutis (*sc. Martinus*). *intellegitur arra sponsalicia*: Avg. serm. 372, 2 in utero virginis humanam carnem velut arrham accepit *Christus*; in cruce pretiosissimam dotem suum sanguinem fudit; in resurrectione atque ascensione sua aeterni matrimonii foedera roboravit. Favst. Rei. serm. 7 p. 250, 11 Vind. ecclesiae et arras et dotem dedit *Christus*. arras dedit, quando nobis est ex lege promissus. Ven. Fort. carm. 8, 4, 35 has quaecumque piis manibus susceperis arras non nuptura homini, sed sis amata dei (*de virgine casta*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

synonyma: arrabo, pignus. *derivatum*: arralis. *composita*: obarratus, subarratus. *Prinz.*

Arra *Syriae statio, nunc* Ma'arrâ. ITIN. Anton. 194 *in via a Cyrro Emesam. v. Benzinger, PW. II 1219.* *Diehl.*

Arrabia *sim. v. sub* Arabs.

arrabo, -ōnis *m.* [*cf. c. gr. ἀρραβών. Th.*] *vocabulum, quo postea imminuto nata est forma* arra, *non legitur nisi apud* PLAVT. TER. QVADRIG. VARRONEM *et postea apud* GELL. APVL., *in* ITALA *et* VVLG., *apud* ECCL. *et* GRAMM. *rusticam formam* rabo *fuisse concludas ex* PLAVT. Truc. 688 *v. l. 37.* GLOSS. arrabonem: pignus, arram. BEDA gramm. VII 262, 10 arra latine dicitur, arrabon graece, *ἀρραβών.* *etymologia*: VARRO ling. 5, 175 hoc verbum (*arrabo*) a graeco *ἀρραβών. falso* ISID. orig. 9, 7, 5 arrabo dicta quasi arra bona. *de usu*: GELL. 17, 2, 21 nunc 'arrabo' in sordidis verbis haberi coeptus. *de genere*: *neutrum apud* GREG. TVR. *v. l. 49; femininum apud* ISID. orig. 9, 7, 5 *v. l. 13.* *Leonhard, PW. II 1219 sqq.*

1 *proprie* (*cf.* arra *1*): *definitio*: VARRO ling. 5, 175 eadem pecunia vocabulum mutat; nam potest item dici dos, arrabo, merces, corollarium . . .: arrabo sic data *pecunia est*, ut reliquum reddatur. *ibid.* reliquum, quod ex eo, quod debitum, reliquum (*cf. Leonhard, l. c. p. 1220*). *de differentia verborum* arrabo *et* pignus, *quae neque antiquis temporibus neque apud* APVL. (*v. l. 35*) *observari potest, cf. praeter* GELL. (*v. l. 46*) HIER. epist. Eph. 1, 14 pignus Latinus interpres pro arrabone posuit. non id ipsum autem arrabo, quod pignus sonat. arrabo enim futurae emptionis quasi quoddam testimonium vel obligamentum datur. *cf. sub* arra *p. 632, 14 sqq.* PLAVT. Rud. 44 ad lenonem devenit, minis triginta sibi puellam destinat datque arrabonem (VVLG. gen. 38, 17 si dederis mihi arrabonem, donec mittas, quod polliceris). Most. 645 arraboni has dedit quadraginta minas (918. 1013. VVLG. gen. 38, 17 quid tibi vis pro arrabone dari? *at cf.* PLAVT. Most. 978 quadraginta . . . dedit huic, quae essent pignori? arg. 8 acceptum pignus). Rud. 861 quin arrabonem a me accepisti ob mulierem (555 pro Palaestra). Poen. 1359 arrabonem (arabonem *P*) hoc pro mina mecum fero. APVL. met. 1, 21 faenus . . . sub arrabone auri et argenti crebriter exercens.
nota: PLAVT. Truc. 687 tene hoc tibi: rabonem habeto, ut mecum hanc noctem (hac nocte *codd.*) sies. :: perii, rabonem? quam esse dicam hanc beluam? quin tu arrabonem (arabonem *BC*) dicis? :: 'a' facio lucri, ut Praenestinis conia (conea *codd.*) est ciconia.
adiuncto genetivo rei, pro qua arrabo datur: PLAVT. Mil. 957 hunc arrabonem amoris (*sc. anulum*) primum a me accipe. *cf. etiam sub 2.* *de homine*: TER. Haut. 603 ea (*filia*) relicta huic arrabonist pro illo argento (*at cf.* 794 oppignerare filiam). QVADRIG. ap. Gell. 17, 2, 21 cum tantus arrabo penes Samnites populi Romani esset (*addit* GELL.: arrabonem dixit sescentos obsides et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior acriorque est). *de arrabone sponsalicio*: GREG. TVR. Franc. 1, 47 datumque arrabone diem statuit nuptiarum. mir. Andr. 11 obligaverunt hanc convenientiam per arrabone, quod pater puerorum misit.

2 *translate* (*cf.* arra *2*): *adiuncto gen. rei, pro qua datus est arrabo*: TERT. resurr. 51 hic sequester dei atque hominum appellatus (*Christus*) ex utriusque partis deposito commisso sibi carnis quoque depositum servat in semetipso, arrabonem summae totius. quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit (VVLG. II Cor. 5, 5 pignus. *ἀρραβῶνα*), ita et a nobis arrabonem carnis accepit, et vexit in caelum pignus totius summae illuc quandoque redigendae (*cf.* 53 extr. animae . . . non arrabonem, sed plenitudinem. adv. Herm. 34 cuius virtutis et potestatis suae hunc iam arrabonem voluit in nobis collocasse). Marc. 5, 12 arrabonem nos spiritus dicit a deo habere, quasi pignoratos in eandem spem superindumenti (PAVL. NOL. epist. 26, 5 extr.). HIER. epist. 51, 7 cuius gloriae iam in isto saeculo sancti arrabonem et portiunculam susceperunt.

syn.: arra, pignus, testimonium, obligamentum. *Prinz.*

Arrabo, -onis. *fluvius Pannoniae, hodie* Raab, *duobus locis viis Romanis traiectus; alter notatur simpliciter nomine fluvii* TAB. Peut. 5, 3 Arrabo fl. (*cf.* Ptolem. 15, 1, 2 *et* 2, 11, 5, *hic pars codd. falso praebet Ναραβών*). ITIN. Ant. 261, 8 Arrabone. *ad alterum prope Danubium situm erat oppidum* **Arrabona,** -ae *f., hodie* Raab, *v. Mommsen, Corp. II p. 546 sqq.; Tomaschek, PW. II 1224.* TAB. Peut. 5, 2 Arrabone. NOT. dign. occ. 34, 4. 5 Arrabona. 34, 15. 16 *et* 27 Arrabonae. RAVENN. 216, 5 Aravona. ITIN. Ant. 246, 6 Arrabona (arabona *P*, adtrabona *R*, adrobora *N*, dradona *Q*, adrabona *reliqui*). 263, 1 Arrabona (-ia *D*, arabona *O*). 267, 10 Arrabona (aerabo *F*). *V.*

[Arracides] *v.* Arsacides.

Arrad *v.* Arad.

Arrad(ius) *nom. vir.* CORP. VI 31140 (*Romae, a. 132*) c. 2 *inter veteranos* M. Arrad(ius) Priscus Traianenses (*sic*) Baetasius. *cf.* Aradius.

adrādo, -sī, -sum, -ere. *ab* ad *et* radere. *de assimulata praepositione cf.* PRISC. gramm. II 46, 26. *de barba vel capillis*: PLAVT. frg. Nervol. 1 scobina ego illum actutum adrasi senem (enim *cod. Flor.* Varro ling. 7, 68) *iocose dictum.* HOR. epist. 1, 7, 50 adrasum quendam vacua tonsoris in umbra. SEN. epist. 114, 21 qui aut vellunt barbam aut intervellunt, qui labra pressius tondent et adradunt servata et summissa cetera parte. PETRON. 32 adrasum . . . caput. MARC. med. 1, 10 cum . . . diu caput dolet, et adtonderi pressius et adradi prodest, ut possit diutius fricari. *radendo delineare*: MART. CAP. 6, 579 *in abaco* vel lineares ductus . . . vel triangulares arraduntur anfractus. *technice in horti cultura*: COLVM. 4, 10, 2 semina . . . adradenda et nepotibus . . . liberanda. 4, 22, 4 pampinus . . . si non adnodatus neque adrasus (adprasus *Sang.*, adprassus *Ambr.*, adpressus *recc.*) est. 5, 11, 5. 5, 11, 7 surculos ex utraque parte adrasos. 5, 11, 15 arb. 7, 2. 3. 8, 2. 3 leviter adrasos surculos. 8, 4. 26, 4. 6. 27, 4 PLIN. nat. 17, 81. 115. 17, 138 adraso cacumine *fici.* *hinc translate*: PLIN. epist. 2, 12, 1 *λειτούργιον* illud . . . nescio an satis, circumcisum tamen et adrasum est. *de aqua*: AMM. 15, 4, 3 *Rhenus* alta divortia riparum adradens. MART. CAP. 6, 652 maria . . . latera meatus arradunt *ad Isthmum. cf.* AMBR. de Nabutha 15, 52 *avaritia* gurges . . . est . . . et putei modo cum exundat caeno inquinatur, terram adradit nihil sibi profuturam; *ubi* adradit *codd. Rem. Aurel. saec. IX Britann. saec. X, at* adrodit *Paris. saec. VIII et duo recc.* *V.*

Arraedo *nom. Celt.* CORP. II 2826 (*Vxamae*) Fausta an. L, Arraedo f(ilius) an. X.

Arraeī, -ōrum. **1** *gens Scythica.* PLIN. nat. 4, 41 Arraei Sarmatae, quos Areatas vocant. *huc fortasse pertinent* LIB. gener. chron. I 97, 83, 4 Arrei. CHRON. Alex. *ibid.* 97, 58, 4 Errei. *neque tamen* Arios *intellegendos esse crediderim.* **2** *v.* Agraei. *Diehl.*

Arragenus, -ī *nom. vir. barb.* INSCR. Rhen. Brambach 312 (*Coloniae*) Mansuetus Arrageni f(ilius).

Arragina *v.* Orgenomesqui.

Arrago, -onis *statio Hispaniae Tarraconensis.* CORP. XI 3281, 2, 12 Arragonem. 3282, 2, 12 Arragone (3283, 2, 12). 3283, 2, 13 Abragone (*sic*). RAVENN. 303, 9 Arragona (Arag. *V 3 et* 342, 1). GVIDO 514, 16. *V.*

arrālis, -e. *ab* arra. COD. Iust. 4, 49, 3 (*Diocletianus*) ex arrali pacto (*i. pacto de arra*) personalis dumtaxat . . . actio praeparatur. *Prinz.*

Arran 1. *v.* Haram. **2.** Aug. civ. 16, 12. 16, 13 *v.* Aran.

Arrāna, Arrānius *sim. v. sub* Arrius.

Arrand *quid significet non liquet.* CORP. VIII 15076 (*Thignicae*) S(aturno) A(ugusto) ⟨s⟩(acrum) Ca⟨e⟩cilius ⟨F⟩estus Arrand v. s. l. m. *Diehl.*

Arrasidius *v. sub* Arrius *p. 644, 82.*

Arrēcīnus *v. sub* Aricia.

arrēctāria, -ōrum, *sc. ligna, ab* arrigo, arrectus. *in architectura*: *tigna ad perpendiculum erecta*: VITR. 10, 54, 4 erigebantur et arrectaria duo compacta . . . coniuncta capitibus transversario cardinato tigno. 10, 15, 2 ex binis tignis fuerant compacta. 10, 13, 2 supraque compegit arrectariis et iugis varas. 7, 3, 11 in arrectariis et transversariis. 2, 8, 20 arrectariorum et transversariorum dispositione. 10, 13, 4 arrectaria . . . dodrantalia . . . semipedalia. *sim.* 10, 13, 5. *Bögel.*

Arredius, -ānus *v. sub* Arrius.

Arreī *v.* Arraei.

adrēmigo, -āvī, -āre. *ab* ad *et* remigare. FLOR. 1, 13, 4 adremigantes litori (litore IORDAN. Rom. 152) Romanas classes. 1, 24, 12 classis regia . . . adremigantibus Rhodiis tota laceratur. 1, 42, 4 Cretes portibus suis adremigaverunt. *vix antiquum* CARM. poet. min. V 118, 30 Venus . . . leni . . . astris adremigat aura. *V.*

Arrenī *Arabiae opp.* PLIN. nat. 6, 157 *Arabiae oppida* Araceni Arreni (*E, pro utroque* anageni *DF*, arraceni anageni *R*), oppidum in quo negotiatio omnis convenit. *D. H. Müller PW. II 1225 contulit Ἄρρη κώμη Ptolemaei, Sprenger ibid. 377* Aramava. *Diehl.*

Arrēnius *v. sub* Arrius *p. 645, 76.*

Arrentia *v. s.* Arrius *p. 647, 36.* **Arrēnus** *v. s.* Arrius *p. 645, 66.*

adrēpo, -rēpsī, -ere. *ab* ad *et* repere. **I** *repere ad, in* (*c. dat. inde a* PLIN.): *proprie*: VARRO rust. 3, 7, 3 ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit. PLIN. nat. 11, 62 rubetae . . . adrepentes . . . foribus. 35, 98 ad matris morientis ex volnere mammam adrepens infans. APVL. met. 2, 13 adulescentulus a tergo adrepens eum lacinia prehendit. 2, 22 cum . . . versipelles . . . latenter adrepant *ad cadaver.* 4, 10 Chryseros . . . paulatim adrepit grandique clavo manum ducis . . . offigit. HYG. astr. 2, 14 p. 51 dicitur anguis ad bacillum eius (*Teresiae*) adrepsisse. *de herba*: PLIN. nat. 19, 65 *cucumeres* aquas diligunt, desecti quoque ad eas modice distantes adrepunt. *translate*: CIC. Verr. 4, 158 quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat (ARVS. gramm. VII 457, 17). HOR. sat. 2, 5, 48 leniter in spem *hereditatis* adrepe officiosus. TAC. hist. 1, 74 occultis libellis saevitiae principis adrepit. 3, 50 qui . . . non virorum animis, sed muliercularum adrepit. **II** *repere simul cum*: VAL. MAX. 6, 8, 7 *domini* lateri voluntarius comes adrepsit *servus.* *V.*

arreptīcius, -a, -um. *ab* arripere, arreptus. AVG. gen. ad litt. 12, 19 (p. 408, 25 Vind.) cum malus in haec arripit spiritus (*antea*: in alienationem rapiuntur), aut daemoniacos facit aut arrepticios aut falsos prophetas. 12, 22 p. 413, 14 item alius . . . saltabat, non aliquo spiritu arreptus, sed imitatione ludicra arrepticios aemula-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus. GLOSS. arrepticius: θεόληπτος. hariolus, furiosus. qui habet spiritum Pythonis. ⟨ar⟩repticius: daemoniosus. hariolus: divinus, augur seu adrepticius. nymphaticus: divinus vel arrepticius. *cf.* abrepticius. ITALA (cod. Goth. leg. *et* Aug. in psalm. 33 s. I 8. II 2) I reg. 21, 14 arrepticium ... adduxistis (ἐπίληπτον. VVLG. insanum). AVG. *ibid.* s. I 8 arrepticium putabant *Iesum* et nescire quid loqueretur et insanire. VVLG. Ier. 29, 26 dux in domo domini super omnem virum arrepticium (μαινομένῳ) et prophetantem. AVG. civ. 2, 4 veniebamus ... ad spectacula ludibriaque sacrilegiorum, spectabamus arrepticios. in psalm. 88 s. II 14 arrepticios et sortilegos consulere. 94, 6 daemonibus arrepticii tamquam vates inducti. 134, 20 arrepticios, sortilegos, augures, haruspices, magos. serm. 328, 4 *dei* ubique sacerdotes et arrepticii caeduntur. Ps. AVG. serm. 41, 1 prophetae ... velut insani atque arrepticii credebantur. *ibid.* (*ad* IV reg. 9, 11 'quid ad te venit insanus iste?' ἐπίληπτος) prophetam domini ... esse arrepticium blasphemantes. CASSIAN. conl. 7, 11 quod videmus in adrepticiis (7, 12 energumenis) fieri, cum adflati (7, 12 adrepti) spiritibus immundis loquuntur et agunt ea quae nesciunt. 18, 15, 7. *accedit genetivus*: AVG. in psalm. 34 s. I 6 arrepticios daemonum vult consulere, sortilegos quaerit. 45, 10 arrepticii idolorum. *cf.* abrepticius (ITALA cod. Goth. leg. IV reg. 9, 11). *synonymum*: energumenus.

arreptīvus, -a, -um. *ab* arripio, arreptus. ITALA Ps. Hier. in psalm. 33 (Migne 26, 919) I reg. 21, 14 adduxistis ... hominem arreptivum et furibundum. *cf.* arrepticius *l.* 5.

? **arreptus**, ūs *v.* abreptus.

arrespex *v.* haruspex.

ad respōnsum *v. sub* responsum.

Arrētium, -ī *n., opp. Etruscum tribu Pomptina, Ἀρρήτιον, hodie* Arezzo. *cf. Bormann, Corp. XI p. 336; Hülsen, PW. II 1227.* r *geminatum legitur in libris et titulis plerisque, non geminatum (subst. et adi.)*: CORP. III 2840 (*cf.* 9894). XI 6700, 688[c] (*e vasc. Arret., descr. Pollak, recte?*). XV 4998[a-d. l] (*e vasc. Arret., descr. aut cont. Dressel*), CIC. epist. 16, 12, 2 *D A F contra M*, div. 1, 77 *B contra A H*, LIV. *III dec. V R F*, PERS. 1, 130 *P*, PLIN. nat. 35, 160 *B*[2], MACR. sat. 2, 4, 12 *P contra B*, COSMOGR. geogr. p. 81, 89 ITIN. Anton. p. 285, 4 *pars codd.*, NOT. Tir. 85, 42 (Arentum, *cf.* 85, 43 Arentinus, *item* ORIBAS. syn. 5, 33), *in libris graecis* PTOL. 3, 1, 43 *pars codd.*, APP. b. c. 3, 42 *V contra A*. Adretio: TAB. Peut. 4, 4 ITIN. Anton. p. 285, 4 *cod. Scorial. leguntur omnes casus*: *genetivus* (*locativus*) *in* -i: [PLAVT. Fret. frg. 1 (Gell. 3, 3, 8) *v. p. 636, 6*] LIV. 22, 3, 1. 10. 32, 9, 3. 35, 21, 3 PERS. 1, 130 SIL. 5, 123. 7, 29 PLIN. nat. 26, 87. 35, 173. *incertum*, Arreti *an* Arreti(o) *legendum sit in titulis*: CORP. III 6418. 8764 dom. A. VI 2375[c], 29. 2404[b], 13. 15. 22 (*ubique origo significatur*). *locativus in* -ii: LIV. 34, 56, 4 OBSEQ. 49. 52. 53. 54. *ablativus locativi vice*: VITR. 2, 8, 9 ITIN. Anton. p. 285, 4 TAB. Peut. 4, 4. *originem significat* (*plena scriptura*): CORP. III 2071. 2840 domo A. VI 2375[b] col. 2, 32. 2375[c], 8. 2379[a] col. 2, 4 col. 3, 6 col. 4, 36. 2475. 2478. 2577. 2661 domo A. 2887. X 6123. XI 2594[a]. 5935 domo Arrétio. XV 4998[l] (*e vasc. Arret.*). INSCR. Rhen. Bramb. 336. 896 dom. A. *in titulis abbreviatur*: Arret: CORP. III 2678 dom. A. VI 2375[b] col. 1, 27. 2382[b], 10. 19. 2413, 2. 17. 21. 32519[a] col. 1, 5 col. 2, 16. Arr: CORP. VI 2381[b] col. 1, 16 *cf.* col. 2, 9. [PLAVT. Fret. frg. 1 *v. p. 636, 6*]. CAES. civ. 1, 11, 4. LIV. 9, 37, 12 *inter* capita Etruriae populorum (10, 37, 4). 22, 3, 1 Arreti moenia (22, 3, 10. VITR. 2, 8, 9 *inter latericia*: Arretio vetustum egregie factum murum. PLIN. nat. 35, 173. SIL. 5, 122 altos Arreti muros). LIV. *passim*. PERS. 1, 129 sese aliquem credens, Italo quod honore supinus fregerit heminas Arreti aedilis iniquas (SCHOL. in aliquo oppido Italiae). PLIN. nat. 14, 36 peculiaris ... Arretio talpona et etesiaca et consemina *vitis*. 26, 87 perpressa, quae Arreti et in Illyrico nascitur. 35, 160 *terrena vasa* Samia etiam nunc in esculentis laudantur. retinent hanc nobilitatem et Arretium in Italia et calicum tantum Surrentum (ISID. orig. 20, 4, 5 Aretina vasa ex Aretio municipio Italiae dicuntur, ubi fiunt: sunt enim rubra. SCHOL. Pers. 1, 129). SIL. 7, 29 Cilnius, Arreti Tyrrhenis ortus in oris, clarum nomen erat. LIB. col. I grom. p. 215, 3 colonia Arretium (Arie- *trad.*) lege Augustea censita. *cf. Bormann, l. c.* *adi.* **Arrētīnus**, -a, -um, Ἀρρητῖνος. *in libris deterioribus hic illic scribitur* arie- (*cf. l. 65*): GELL. 3, 3, 8 Ps. APVL. herb. 30, 3 (*et* arient-, argent-). ISID. orig. 20, 4, 5 GLOSS. *cf.* POLYB. 3, 77, 1 Ἀργητίνων. Aricinus: *v. p. 636, 23 sqq.* Arentinus: *l. 36.* *de hominibus*: CIC. Caec. 97 Arretinae mulieris. Mur. 49 Catilinam ... circumfluentem colonorum Arretinorum et Faesulanorum exercitu (*cf.* Catil. 2, 20 homines ex iis coloniis, quas Sulla constituit). CORP. XI 1847 pleb(is) Arret(inae). figul. Arret. *p. 636, 35.* *subst. de incolis*: CIC. Caec. 97 Arretinis adempta civitas. Att. 1, 19, 4 Volaterranos et Arretinos (Arteminos *cod. Pogg.*), quorum agrum Sulla publicarat neque diviserat, in sua possessione retinebam. LIV. 9, 32, 1. 10, 3, 2 Arretinorum seditionibus ... ubi Cilnium genus (10, 5, 13). 27, 21, 6 *et* 24, 1. 28, 45, 16. CORP. XI 1836 ordo Arretinorum patrono. PLIN. nat. 3, 52 Arretini Veteres, Arretini Fidentiores, Arretini Iulienses. CORP. XI 1849 (*s. I vel II p. Chr.*) decuriones Arretinorum Veter(um). *cf. Bormann l. c.* *cogn.*: CORP. XI 1844 (*Arretii*) P. Helvio Arret⟨i⟩no. *incertum an cogn.*: CORP. XV 5237 (*e vasc. Arret.*) M. Crati(di) Arreti(ni). *mulieris*: CORP. V 4405 (*Brixia*) Ti. Claudius Auctus ... sibi et Claudiae Arretin(ae) uxori. *de agro, finibus, sim.*: SALL. Catil. 36, 1 agro Arretino (*unus recens*, Reat- *trad.*). SVLPICIA Tib. 4, 8, 4 Arretino frigidus amnis (*v. l. 5*) agro. NEP. Att. 14, 3 *nullum* in Italia, praeter Arretinum et Nomentanum, rusticum praedium *habuit Atticus*. OBSEQ. 40 stagno Arretino. PLIN. nat. 3, 53 Tiberis ... finibus Arretinorum profluit. 3, 54 Arretinum Glanim. GELL. 3, 3, 8 ex *Freto Plauti comoedia* (frg. 1) duo hos versus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini: 'nunc illud est quod responsum Arretini (Arreti *Hertz*) ludis magis (-gnis *corr.*) dicitur: peribo, si non fecero, si faxo vapulabo' ['*male ad* Arretium *oppidum refertur*: *est nomen masc. v. sub* Aretas Aretes: *scilicet de Romanis ludis agitur*'. *Bücheler*]. *de rebus*: IMP. AVG. (Macr. sat. 2, 4, 12 'in epistula ad Maecenatem') vale ... lasar Arretinum ... Cilniorum smaragde, iaspi figulorum. PLIN. nat. 18, 87 Clusina Arretinaque *siligo*. CORP. XV 3619 (*titulus amphorae post coctura scarifatus*) Arretini (*intellege* vini). *celeberrima* vasa Arretina (*cf.* PLIN. ISID. SCHOL. Pers. *supra p. 635, 60 sqq. Arretinorum artem figlinam spectant Augusti verba supra l. 12*). MART. 14, 98 vasa Arretina. Arretina nimis ne spernas vasa monemus: lautus erat Tuscis Porsena fictilibus. 1, 53, 6 sic Arretinae violant crystallina testae. ANTH. 259, 1 Arretine (abie- *codd.*) calix, mensis decor ante paternis. *latiore significatu*: ORIBAS. syn. 5, 33 in Arentino vasu (εἰς κεραμεοῦν ἄγγος). Ps. APVL. 30, 3. PLIN. VAL. 1, 36 lucernam Aritinam novam. GLOSS. V 615, 41 Arietina sunt vasa rubra. 491, 59 Aricinas testas a⟨r⟩gill⟨e⟩as. FVLG. serm. ant. 51 (p. 124, 15 H.) 'averuncassit deus tam aricinas (-itinas *Bern.*) hominum mentes' ... aricinas (-ietinas *Bern.*) testeas vel argilleas. myth. praef. p. 15, 13 qui ... aricinis atque arcaicis sensibus glandium quippiam sapiant. *Wessner, comm. Ien. VI 2 p. 125.* *inter sigilla, vasculis illis Arretinis, quorum largam copiam tenemus, e more impressa interdum occurrit* Arretin (-um, *sc. poculum. Mommsen*): CORP. XI 6700, 128[a]. XV 4998[a] (*una* r). Arreti: X 8056, 1[a]. XV 4998[b] (*una* r). 4998[ef]. (*semel* Arrti: XV 4998[g], *descr. Dressel*). Arret: II 4970, 45[b]. XV 4998[c] (*una* r). Arre: II 4970, 45[a]. X 8056, 1[b]. XV 4998[d] (*una* r). 4998[hi]. Arr: XV 4998[k]. *passim leguntur nomina figulorum, e quibus originem Arretinam profiteri solet A. Titius*: II 4970, 519[a] A. Titi figul(i) Arret(ini). *cf.* 520. XI 6700, 688[abce] ([c] *una* r). XV 5649[a]. *item* Arre(tini): XI 6700, 688[bid]. XV 5649[bc]. *Gamurrini, le iscrizioni degli antichi vasi fittili Aretini, Roma 1859; Dragendorff, Bonner Jahrb. 96/97, 1895, 39; Ihm, Bonner Jahrb. 102, 1898, 106 et Corp. XI p. 1081; Dressel, Corp. XV p. 702.* *Dittmann.*

adrhamīre *inter germanica ut videtur* NOT. Tir. 128, 46. *V.*

Arrhēn, -is, *Ἄρρην. cogn. vir.* CORP. VI 27660 Trophimus Ti. Claudi Arrhenis ser. *Diehl.*

arrhenicum, *postea* **arsenicum**, -ī *n.*, ἀρρενικόν, ἀρσενικόν, *metalli genus, quod latine* auri pigmentum *dicitur. v. Nies, PW. II 1272.* *latinis litteris scriptum* arsenicum *non extare videtur ante* CAEL. AVR.; *graecis* VITR. 7, 7, 5 CELS. 5, 5. CALP. ecl. 5, 83 durae quoque pondera massae arrhenici (argenti *codd.*) coquito. PLIN. nat. 1 ind. 34, 56 arrhenicum (ars- *codd. recc.*). 6, 98 aeris et ferri metalla et arrhenici ac mini exerceri *in Carmania*. 28, 214 arrhenico (30, 117). 34, 178 et arrhenicum ex eadem est materia, *qua sandaraca*. quod optimum, coloris etiam in auro excellentis *eqs.* MARC. med. 27, 4 arrenici, quod est auri pigmentum. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 117 auri pigmenti, quod Graeci arsenicon vocant. 4, 3, 37. DIOSC. 5, 129. ORIB. syn. 2 add. p. 844 arsenicu *gen.* eup. 2, 29 arsenicus, 2, 1 arsenicus. ISID. orig. 19, 17, 12 arsenicum. GLOSS. *v. sub* auripigmentum. *vix huc spectat* IV 21, 39 arenicon masculinum.

arsenocita, -ae *m.*, ἀρρενοκοίτης. Ps. GREG. ord. Rom. 8, 2, 5 (Migne 78, 1001[d]) *futurum episcopum* inquirat ... de ... arsenochita quod est masculo. *cf.* GLOSS. II 246, 2 ἀρσενοκοίτης masculorum concubitor (consubitor *cod. Harl.*).

arrhenogonon *vel* **arsenogonon**, ἀρρενογόνον *herba.* PLIN. nat. 1 ind. 26, 91 arsenogonon. 26, 98 thelygonon et arrenogonon. 26, 162 arse⟨no⟩gonon et thelygonon ... thelygoni potu feminam concipi narrant ... *arsenogoni* potu mares generari, si credimus. *V.*

Arrhetos, *Ἄρρητος, *aeon Valentinianorum.* TERT. adv. Val. 35 Arrheton (archeton *codd.*) *acc. ibid.* ex Arrheto (arceto *codd.*). IREN. 1, 11, 5 Arrheton *et* Arrheto.

Arrhidaeus, -ī, Ἀρριδαῖος. *nom. vir.* **1** *Amyntae Macedonis filius, Philippi regis frater*: IVST. 7, 4, 5 Arridaeum (OROS. hist. 3, 23, 29 *et* 30 -ei *et* -eum). **2** CVRT. 10, 7, 2 Arrhidaeus, Philippo genitus, Alexandri ... frater (EPIT. Alex. Wagn. 115 Arrideus. IVST. 9, 8, 2. 12, 15, 9. 13, 2, 8. 13, 3, 1 Arridae-. IVL. VAL. 3, 58 *corruptum in* Aristeum). IVST. 13, 2, 11 regem Arridaeum (13, 4, 2 *et* 6. 13, 6, 10. 14, 5, 1 *et* 9). HIER. chron. a. Abr. 1693 Macedonib. regnavit Filippus qui et Aridaeus (-eus *A F*), frater Alexandri a. VII (in Daniel. 8, 5 BEDA chron. III 275, 202 -eus). SEN. benef. 4, 31, 1 Arrhidaeum. CVRT. 10, 7, 3 *et* 5 *et* 6 *et* 13. AMPEL. 31 Arrida⟨eo⟩. IVST. prol. 14 Arridaeum. *cf. Kaerst, PW. II 1248, 4.* **3** *nom. serv.* (*lib.*) CORP. VI 11162 Arrideus Aug. lib. *adde* FRONTO p. 77, 7 N. *in laterculo* Arideus, *contra in textu* p. 87, 2 *sqq.* Aridelus, *imperatoris libertus.* *Diehl.*

arrhythmia, -ae *f.*, ἀρρυθμία. MAR. VICTOR. gramm. VI 43, 5 coitus temporum communis est rhythmo et arrhythmiae. unde si apte congruant spatia, rhythmum faciunt, si contra, arrhythmiam.

arrhythmos, -on, ἄρρυθμος. ATIL. FORT. gramm. VI 282, 20

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est etiam rhythmus et in corporali motu. cum enim histrio indecenter signum aliquod expressit, 'arrhythmos' (*i. adv.* ἀρρύθμως) dicimus, ⟨cum⟩ decenter, 'eurhythmos'. item si fuerit aequalitas corporis modice temperata, eurhythmos, inaequalis vero et toris quibusdam confusa arrhythmos appellatur; unde Vergilius [georg. 3,54] 'tum longo nullus lateri modus'. toris enim extantibus et interrumpentibus latera arrhythma sunt facta. MART. CAP. 9,970 enrhythmon arrhythmon rhythmoides. 9,972 alia sunt quae enrhythma tempora nominantur, alia quae arrhythma ... arrhythma[ta] sunt, quae sibi nulla omnino lege consentiunt ac sine certa ratione coniuncta sunt. *V.*

Arriānilla *v. sub* Arrius *p. 644, 52.*

1. Arriānus *v. sub* Arrius *p. 644, 32.*

2. Arriānus, Arriānī, arriānizo *v. sub* Ares *p. 508.*

Arrīcīnus, Arrīcīnius *v. sub* Aricia *p. 563.*

Arricus *nom. vir. germ.* CONC. Cabilon. a. 639—654 Mon. Germ. leg. III 1 p. 213,27 Arricus episcopus ecclesie Lausonicensis subscripsi.

Arridaeus *v.* Arrhidaeus. *Diehl.*

Arridius *v. sub* Arrius *p. 645, 64.*

arrīdeo (adr-), -rīsī, -rīsum, -ēre. *ab* ad *et* ridere. GLOSS. προσγελῶ, blandiri (-e *codd.*), gavisus est. favet; iocunditatem pollicetur. V 341,15 arridente tyctendi (*anglos. nom. sing.*). ARVS. MESS. gramm. VII 458 arrisit illi *sequitur Symmachi frg. v. Seeck p. 340.*

I *proprie de hominibus:* **1** *ridere cum aliis:* HOR. ars 101 ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent (adsunt *codd.*). OV. ars 2,201 riserit, adride; si flebit, flere memento. met. 3,459 cum risi, adrides. SEN. clem. 2,6,4 adridere ridentibus. dial. 4,2,5. **2** *ad aliquid vel erga aliquem ridere, ridendo approbare:* **a** *absolute:* PLAVT. Capt. 486 saltem si non arriderent, dentes ut restringerent. [Truc. 225 adripere *Bücheler recte.*] CIC. de orat. 1,134 tum Crassus arridens ... inquit. 1,265. 2,28 hic Catulus adrisit et simul ... inquit. 2,30. 2,145 leniter (leviter *var. cf.* fin. 1,26 rep. 6,12). 2,229. 2,262 multo etiam adrisum est vehementius. 3,46. ac. 2,63 inquit adridens. fin. 2,119 Tusc. 1,96. 5,60 nat. deor. 1,17. 3,1. CALP. ecl. 4,86 laetus et augusto felix adrideat ore. 5,46 modo fronte serena blandius arrisit *ver.* SIL. 5,227 laeto Victoria vultu arridens. 6,699. 13,340. QVINT. inst. 10,3,14 TAC. dial. 42 APVL. met. 1,21. 7,20 arridens addidit. COMM. apol. 212 placens adridens. AMM. 27,11,5 subamarum adridens blandiensque interdum. HIER. epist. 39,4 VVLG. Dan. 14,6 CLAVD. 7,30. MART. CAP. 6,705 arridente Cyllenio. SIDON. epist. 5,17,1. PHYSIOGN. 17 qui laxam atque diffusam cutem proferunt et tamquam arridentem. 37 oculi qui arrident (γέλωτα ἔχοντες). **b** *cum dat.:* *alicui:* TER. Eun. 249 hisce ego non paro me, ut rideant, sed eis ultro adrideo (*ubi falso* PRISC. gramm. III 351,11 arrideo tibi pro irrideo Terentius in Eunucho. *cf.* DON. *ad h. l.* atque arrideo, non sicut in parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus, cum potius ipsi dictis factisque rideant alienis, hic esse intellegendum, etiam res ipsa indicat). Ad. 864 clemens, placidus, nulli laedere os, adridere omnibus. LIV. 41,20,3 non adloqui amicos, vix notis familiariter arridere. SEN. contr. 9,2(25),6 cui ... meretrix arridet. SIL. 1,398 cui saevum arridens ... inquit. 10,343 atque huic arridens ... inquit (*nisi forte utrubique dativus cum* inquit *coniungendus est*). 11,390 pueris dulce arridens. STAT. Ach. 2,103 visisque docebat *Chiron Achillem* adridere feris (SIDON. carm. 15,137). MART. 6,44,3 omnibus adrides, dicteria dicis in omnes. 11,45,2 seu puer arrisit sive puella tibi. IVV. 6,606 *Fortuna* adridens nudis infantibus. APVL. met. 5,31 puellae lepidae libenter adrisit. IVVENC. 3,269 Christus cunctis arridens. HIER. epist. 107,9 nullus ei iuvenis, nullus cincinnatus adrideat. CLAVD. 15,185 orbatas iubet ire nurus nuperque peremptis arridere viris. 22,359 arridet retro Thermantia fratri. SVLP. SEV. epist. 2,3 adridens mihi paululum. MART. CAP. 6,518 arrisitque pauperibus. 6,705 Iocus ... Cythereae ... susurratim decenter adrisit. 8,811 sibi dis adridentibus. ENNOD. dict. 17 cui iam maior suboles adridebat. carm. 2,84,7 adrisit habenti. *rei:* SEN. dial. 5,15,3 funeribus suis adridendum est. benef. 7,31,4 qui maledictis suorum infantium adrident. clem. 1,10,3 probrosis in se dictis adrisit. **c** *cum acc.:* *aliquem:* PVBLIL. O 1 omnis voluptas quemcumque (*?*) arrisit nocet. *aliquid:* PISO hist. frg. 27 aedilis id arrisit. CIC. nat. deor. 1,79 video, quid adriseris. LYDIA 5 vos (*agri prataque*) nunc adridet ocellis *Lydia.* IVL. VAL. 1,11 iniuriam etiam adridens. GREG. TVR. virt. Andr. 29 adridentes risos insanos. **II** *translate: adrident res:* **a** προσγελᾶν, *idem fere quod favere:* PLAVT. Asin. 207 mi aedes quoque arridebant. LVCR. 2,32 cum tempestas adridet. SEN. benef. 7,21,2 adrisisse illud lucellum sibi. PETRON. 133 v. 12 quandoque mihi fortunae adriserit hora. 141 matutinus sol tectis arrisit. CALP. ecl. 4,31 spes magis arridet (OROS. hist. 5,18,15). PLIN. nat. 17,15 *tellus* tepidis adridet horis. STAT. Theb. 10,119 tenebrosaque Tempe arrisere deae. CARM. poet. min. III p. 167 v. 7 arridens pelago concordia caeli. LACT. ira 8,5 ubicumque nobis latendi occasio adriserit (*cf.* ISID. diff. 399). AVIEN. Arat. 38 ver ut blandis arrideat auris (arvis *codd.*). AMM. 26,6,10 ubi felicius adriserit (*sic Petschenig,* adsiderit *V*) fatum. AMBR. exam. 3,8,25 quando arridet *terra,* ubertas fecundae matris se in partus effundit. AVG. contra emend. 1,1 arridente iam tempore navigandi. HIER. epist. 14,6 licet in morem stagni fusum aequor arrideat. MART. CAP. 8,874 vernum tempus adridet. RVT. NAM. 2,13 arridet placidum radiis crispantibus aequor. CASSIAN. conl. 5,25,2 nec adridente inpugnationis securitate. AVELL. p. 598,5 si serenitatis vestrae favor arriserit. MAR. VICTOR aleth. 3,351 blandumque faventibus austris adridens *aer.* RVRIC. epist. 1,12 quam⟨quam⟩ serenitas (*sc. caeli*) adrideat (-reddat *cod.*). VICT. VIT. pass. 9 ubi nulla miseratio adrideret lenitatis. SEDVL. op. pasch. 5,7 nullum dolis iter arrisit. PHOC. vita Verg. 49 ipse puerperiis adrisit laetior orbis. ENNOD. dict. 3 p. 435 si precibus tuis vitae successus adriserit. carm. 1,4,23 huic (*sponsae*) niveis consors adridet flamma labellis. epist. 9,9 conatibus meis favor caelestis adrideat. CASSIOD. hist. trip. 5,35 favor illis arridebat (IOHANN. II epist. 3). *huc videtur spectare etiam* THEOD. PRISC. log. 66 cum humanior provectus causarum adriserit. **b** *i. q. placere:* CIC. Att. 13,21,3 quod valde mihi adriserat, vehementer displicet. HOR. sat. 1,10,88 quibus haec ... adridere velim (*cf.* SEN. Oed. 841 adridet animo forma). PHAEDR. 4,21,3 quid minus adriserit. SEN. epist. 123,13 divitiae, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda et adridentia. SIL. 9,203 seu Laurens tibi ... arridet tellus. PLIN. epist. 1,24,3 si modo adriserit pretium. CARM. poet. min. V 105,1 nec labor improbus omni arridet. SYMM. epist. 7,110,2 sollemnibus desideriis nondum adrisisse rescriptum. VIGIL. ad Ioh. 9 arrisit quod vocabatur nomen. SIDON. epist. 7,7,1 si tamen ∗∗ cataplus arriserit. ENNOD. epist. 2,9 adridentia labiis fluenta. carm. 1,8,40. *Klotz.*

Arriēnus *v. sub* Arrius *p. 644, 55.*

1. arrigo, -āre. *ab* ad *et* rigare, *cf. c.* interrigare (*?*), obrigatio, subriguus. COLVM. arb. 8,5 vites ... aceto acri cum cinere a⟨r⟩rigato. *syn.:* adfundo, adspergo, irrigo, madefacio, spargo. *cf.* PLIN. nat. 17,261—266.

2. arrigo, -rēxī, -rēctum, -ere. *ab* ad *et* regere. *verbum inde a* PLAVTO *in usu est, rarum in pedestri sermone* (SALL. 7^ies^ LIV. *ter* COLVM. *semel* TAC. *semel* SVET. *semel* APVL. *quater, deest apud ceteros scriptores usque ad secundum p. Chr. saeculum, familiare* VERG. (22^ies^). *de coniugatione cum simplici concinente* PRISC. gramm. II 523,10. GLOSS. ὀρθῶ, ἀνορθῶ, arrigo, erigo. arrigit ὀρθιᾶ, ὀρθοῖ. arrecti: erecti. extersi (exerti *Nettleship*).

I *proprie:* **1** ENN. trag. 131 arma arrigunt, horrescunt tela. VERG. Aen. 9,463 arrectis ... in hastis. 9,315 arrectos litore currus. PAVL. FEST. 15 *s. v. arcere* arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinem. CLAVD. 37,79 galeamque ... arrexere iubae. *saepe de corpore corporisve animalium partibus:* arrigere aures *de animalium auribus mobilibus proprie dictum transfertur ad homines; cf.* SCHOL. Verg. Aen. 1,152. 2,303. DON. TER. Andr. 933. PLAVT. Rud. 1293 suo mihi hic sermone arrexit aures. TER. Andr. 933 arrige auris. VERG. Aen. 1,152 *silent* arrectisque auribus adstant (2,303 CIRIS 210 *de Scylla.* OV. met. 15,516 adrectisque auribus horrent quadrupedes. SIL. 10,458 *de equo.* CLAVD. 1,210 Tiberinus ... arrectis auribus haesit, unde ... *sit* fragor. Aen. 12,618 arrectasque ... impulit auris. AVG. serm. 108 n 6 et stemus et aures arrigamus. GLOSS. arrectis: erectis ad audiendum paratis). COLVM. 6,29,2 brevibus auriculis et arrectis *de equo* (PELAGON. 205 nares arrectas habet. 404 oculis est arrectis et splendidis). VERG. Aen. 2,173 luminibus ... arrectis *de Palladis simulacro.* 11,496 arrectisque fremit cervicibus alte *equus.* 11,754 arrectisque horret squamis *serpens.* 2,206 pectora ... inter fluctus arrecta iubaeque *anguium* superant undas. 11,639 arrecto pectore *equus crura alta iactat.* VERG. Aen. 4,280 *et* 12,868 arrectaeque horrore comae. 10,725 comasque arrexit *leo* (VAL. FL. 2,213. SIL. 6,221. arrectae ... cristae). VERG. Aen. 5,426 constitit in digitos extemplo arrectus uterque *ad pugilatum paratus* (SERV. arrectus in digitos). 10,892 tollit se arrectum *equus* (*detorquet* AVSON. 359,3). ANTH. 11,111 extemplo arrectus uterque stat sonipes. SIL. 16,478 arrecti plantis *ad cursum parati.* PRIAP. 2,43 inguina arrigat tumor. 68,32 arrectos ... procos *iocose* (LVXOR. anth. 302,14 arrectos satis est mares videre). MART. 11,61,10 arrigere linguam non potest fututricem. 10,55,1 arrectum ... penem. **2** *inde per ellipsin:* MART. 6,26,3 arrigere desit posse Sotades: lingit. 3,75,2 (stare ... mentula desit) luctaris demens tu tamen arrigere. 3,70,4. 9,66,4. 6,36,2 quotiens arrigis. 11,46,1. 10,91,1. 3,76,1 arrigis ad vetulas. 4,5,6 nec potes algentes arrigere ad vetulas. IMP. AVG. Suet. Aug. 69 ubi et in qua arrigas. LVXOR. anth. 308,5 *loco corrupto.* CHIRON 385 veretrum procadet et subinde arriget (ἐπαίρεται). PRISC. gramm. III 509,16 *neutralem usum ignorat.*

II *translate: animum, hominem elevare incitare:* **1** *generaliter:* (GLOSS. arrecti: excitati, stabiliti.) SALL. Iug. 84,4 eos non paulum oratione sua ... adrexerat. orat. Phil. 8 Etruria atque omnes reliquiae belli adrectae (*Hispaniae armis sollicitae*). SALL. Cat. 39,3 vetus certamen animos eorum adrexit. Iug. 68,4 sic animis eorum adrectis. 86,1 plebis animos adrectos. 93,7 consulis animus ... paulum adrectus. VERG. Aen. 1,579 his animum arrecti dictis (*cf.* DIOM. gramm. I 318,26 ⟨arrigor⟩ animi et animum, arrectus sum; *nescimus, unde notitiam duplicis structurae petiverit.* GLOSS. animo arrecti: bono animo facti). VERG. Aen. 5,643 arrectae mentes (VAL. FL. 2,186). georg. 3,105 spes arrectae iuvenum (SIL. 7,98 arrectae spes Sidonii). Aen. 5,138 laudumque arrecta cupido. 11,452 arrectae sti-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mulis haud mollibus irae. Liv. 45, 30, 2 libertas ... adrexit. Sil. 17, 455 laudibus hostis arrecto. Apvl. met. 6, 8 tanti praemii cupido ... omnium mortalium studium adrexerat. **2** *ad certum consilium (sequitur saepe* ad): Sall. Iug. 23, 1 suos hortando ad virtutem adrigere. Verg. Aen. 12, 251 arrexere animos Itali (*sc. ad augurium*). 12, 731 arrectaeque amborum acies (*i. intentae*). 2, 1 intentique (*codd. Verg.*, arrectique Sacerd. gramm. VI 453, 20) ora tenebant. Liv. 8, 37, 2 arrecti ad bellandum animi sunt. Sil. 15, 133 arrecti cunctorum animi. 2, 295 longeque in moenia nostra Aeneadum adrectae mentes. Tac. ann. 3, 11 adrecta omni civitate, quanta fides..., quae fiducia, satin cohiberet. Apvl. met. 2, 28 studia praesentium ad miraculum... adrexit. 3, 9 ad iustam indignationem arrecti. 4, 15 nec paucos ... species ad munus obeundum (*cod.* obediendum) adrexerat. Decl. Cat. 39 arrecti... ad opportunitatem... commodi (*cont.* gestiunt ad). Evtr. brev. 10, 2, 3 ad spem arrectus resumendi fastigii. Itin. Alex. 19 ad gloriam arrectis (*Volkmann*, arduis *cod.*).

part. pro adi. **arrēctus**, -a, -um. Plavt. Truc. 891 ad me ad recta (*codd., corrupte*) *si tenent*. Liv. 21, 35, 11 pleraque Alpium ab Italia sicut breviora ita adrectiora sunt. Sol. 9, 8 sunt ... arrectiora *saxa* quam proceritas montana attolli valet. Pelagon. 205 oculosque habet arrectiores *equus*. *cf. exempla similia p. 638, 50.*

derivata: arrectarius, arriguus.

arriguus, -a, -um. *ab* arrigere. Gloss. II 468, 10 arriguus: obscene rigidus. *cf. p. 638, 63.* *Bögel.*

Arriī, Arriomanita *v. sub* Ares *p. 507 sq.*

Arrionilla *v. sub* Arrius *p. 644, 53.*

arripio, -ripuī, -reptum, -ripere. *ab* ad *et* rapere. Gloss. arripio: corripio. arripit: *ἁφαρπάζει, ἐπιστρέφει, ἐπιλαμβάνεται χειρός*, apprehendit, eripit. arripi⟨e⟩t: *συλλήψεται*. arripere: *ποιήσασθαι ταχέως*. ad arripiendum: *πρὸς τὸ ἐπιστρέψαι*. *cf. ἁφαρπάζω*: abripio, eripio, arripio. *ἐπιλαμβάνομαι*: arripio, deprehendo, reprehendo, adprehendo. *significatu et proprio et translato legitur inde a* Plavto, *non in* Rhet. Her. *neque apud* Catvll. Tib. Manil. Germ. Vitr. Vell. Cels. Colvm. Scribon. Sen. *praeter* dial. epist. Lvcan. Pers. Ivv., *saepe apud* Cic. *et in* Apvl. met. (*fere 30ies*). *significationis propriae exempla apud posteriores rarescunt, translatae pullulant, vi et praepositionis et verbi primitivi subinde attenuata. in libris interdum scribitur per unam* r, *confunditur cum* abripio, *cf. I 132, 42 sqq.*

Arrūns, -tis *praen. etruscum, etr.* arun∂, aran∂, arn∂ (*cf.* Arantius *nom. gent.*), *graece* Ἄρρους, Ἄρρος, Ἄρρων; *in titulo Perusino semilatino* CORP. XI 2081 Aros Velesius; *falisce* (*Deecke, Falisker p. 185*) aronto ceisies *i.* Aruntis Caesii, (*p. 188*) aruto *i.* Aruntis. *cf. etiam* STEPH. BYZ. Ἀρρεντία [Ἀρρέντεια *libri et Hülsen, PW. II 1227, male*] πόλις Ἰταλίας. ὁ πολίτης Ἀρρεντῖνος, ὡς Πλακεντία Πλακεντῖνος. Arruns *Etruscus, Aeneae socius*: VERG. Aen. 11, 759 fatis debitus Arruns. 784 superos Arruns sic voce precatur. 853 Arruntem *al.* Arruns *Tarquini Prisci frater*: LIV. 1, 34, 2. DION. ant. 3, 46 Ἄρροντα (Ἀρροῦντα *Vrbinas*). Arruns Tarquinius *Prisci filius*: LIV. 1, 42, 1 Lucio atque Arrunti Tarquiniis. 1, 46, 4 Arruntem Tarquinium. *Superbi filius*: LIV. 1, 56, 7. 2, 6, 6. 7. DION. ant. 3, 15 Ἄρρους (Ἄρρον *Chisian.*, Ἄρρος *Vrbinas*). PLVT. Popl. 9 Ἄρρων. Arruns *Porsennae filius*: LIV. 2, 14, 5 Arruntem. DION. ant. 5, 30 Ἄρροντα (*sic Vrbinas*, Ἀρροῦντα *cett.*). 5, 36 Ἄρρος. 7, 5 Ἄρροντα. PLVT. Popl. 18 Ἄρροντος. 19 Ἄρρων. *alius*: PLVT. Cam. 15 Ἄρρων. παρὰ τῷ Ἄρρωνι. *vates Etruscus*: LVCAN. 1, 586 *al.* MART. CAP. 3, 306 quaedam in um genetivo, accusativo in es exeunt ut Mars, Arruns (*sic Bernens., Bamberg.*). NOT. Tir. 115, 14 Arons. Arruns *in titulis etruscis latine conscriptis, ut* CORP. XI 2167 Ar. Spedo Thocernal clan (*i.* Thocerniae filius), *al.* **Arruntius, -a** *nom. gent., etr.* arnti, *gr.* Ἀρρούντιος, Ἀρούντιος; *solet autem in etrusco nom. gent. esse* arntni, *cui in latino respondet* Arrius (*v. supra p. 643, 77*). *duabus* r *scriptum in titulis et libris plerisque.* MAR. VICTOR. gramm. 6, 10 per duo r Arruntium *scribamus.* Arruntia *virgo Vestalis*: MACR. sat. 3, 13, 21 (*a. u. c. 681—691*) (Aruntia *cod. Bamberg.*). L. Arruntius L. f. L. n. *cos. a. u. c. 732* (*in titulis passim*). L. Arruntius Stella *poeta, cos. suff. sub Traiano, de quo* STAT. silv. 1, 2, 71 iuvenis quem patriciis maioribus ortum nobilitas gavisa tulit. *al.* SEN. contr. 7 praef. 7 L. Arruntius (Aruntius *Montepessul.*). *ibid.* Arruntius (*sic omnes*). *nomen frequentissimum in Italia et in Africa*: CORP. I 752 L. Arrun(tio) *cos.* (*a. 6*). 753 L. Arr(untio) cos. 754 Ingenuos Arrunti (*a. 6*). VI 12417 L. Arruntius Aithales. 12418 L. Arrunti Anthi. 12424 Sta. Arruntius Florus. 33504 Arruntiae Danae . . . L. Arruntius Hermeros. XIV 2260 (*agri Albani*) T. Arruntio Iuliano praefecto fabrum. 3473 (*Variae*) Arruntia Petale L. f. IX 2448 (*Saepini*) Arruntio Attico patrono Saepinatium et Bovianensium. 2565. X 890 (*Pompeis, a. u. c. 752*) Primus Arrunti M. s. (*cf.* IV 1843). PAPYR. Britann. 229 (*p. Chr. 166*) 26 C. Arruntius Valens suboptio (triere) Salute. *idem fortasse in* CORP. X 3464ª. 3469. 6785 L. Arr(un)tio T. Flavio Basso cos. 5119 (*Atinae, periit*) L. Arrut. (mulieris) l. Luca⟨. . .⟩. XI 5044 (*Mevaniae*) C. Arruntius C. l. Hermes. 5944 (*Tiferni Tiberini*) Arruntiae Eutychidi. 6700, 98? V 2517 (*Ateste*) M'. Vettio M'. f. Rom. patrí, Arruntiae Sex. f. Quartae matrí. 4534 (*Brixiae*) Arruntiai M. f. III 2190 (*in Dalmatia*) Arruntiae T. l. Secundinae. XII 4621ᵃᵈᵈ. (*Narbone, litt. saec. I incip.*) Quart. Arru⟨ntius⟩. 4622 (*ibid., litt. saec. I*). II 5264 (*a. 77*) C. Arruntio Catellio Celere leg. Aug. pro pr. 6257 (*in vasculo*) of. S. Arrunt(i). VIII 3431 (*Lambaesi*) Arrutius Cascastus (*sic*) . . . Arruntia Marcella mater. Aruntius: CORP. VI 12429 M. Aruntio Menae. XIV 612 (*Ostiae*) C. Aru⟨. . .⟩ Timo⟨. . .⟩ . . . ⟨.⟩ Arrun⟨. . .⟩. 616 (*ibid.*) C. Aruntio Stratoni . . . Iulia Datiba. IX 78 (*Brundisii*) L. Aruntius L. l. Papia. 79 (*ibid.*) M. Aruntius Imio. 2633 (*Aeserniae*) P. Aruntius P. f. Aeserninus IIIIvir. X 2105 (*Puteolis*) Aruntia ⟨. . .⟩pheste. 5442 (*Aquini*) M. Aruntius M. f. Ouf. 7867. XI 602ª (*Fori Iuli*). 5940 (*Tiferni Tiberini*) Aruntia Ampiana. V 8945 (*Augustae Praet., cf.* SVPPL. Pais n. 924) Arunt⟨ia A⟩ugustana. INSCR. Rhen. 1171 P. Vrvinus P. f. For. Fulvi speculator leg. XIII . . . M. Aruntius cosob. CORP. II 4970. VIII 7218 (*Cirtae*) Aruntia Lucia. 10646 (*agri Thevestini*) Aruntia Saturnina. 18534. *cogn. et nomen singulare*: CORP. VI 12450 Arruntiae Valentílle fecit D. Aterius Arruntius filius. 6400ᵃᵈᵈ. (*Tarracinae*) ⟨M.⟩ Tuccius M. f. Arruntius . . . Arruntio Rufo Tucciano aunculo. INSCR. Eph. epigr. VIII p. 38 (*Corfinii*) C. Rufrio C. f. Arruntio. CORP. V 4647 (*Brixiae*) Marioni Esdricci f. . . . et Arruntio Marionis f. 4887 (*ad lacum Benacum*) Primio Stai Arrunti f. sibi et Dugiavae Sex. f. matri. INSCR. Eph. epigr. VIII p. 400 (*in Hispania Tarracon.*). **Arruntiānus,** -a, -um *adi.* CORP. VI 8826 (*a. 102*) collegio Liberí patris et Mercurí negotiantium cellarum vinariarum Novae et Arruntianae Caesaris n. XI 1147, 6, 19 (*Veleiae, imp. Traiano*) fund(um) Aemilianum Arruntianum in Veleiate. 1147, 3, 3. 3, 98. *cogn.* COD. Iust. 5, 75, 4 (*a. 242*) imp. Gordianus A. Arruntiano. 9, 49, 5 imp. Philippus A. et Philippus C. Arruntiano. CORP. VI 8547 Arruntianus *T. Flavi Aug. lib. Tichici lib.* 32896 M. Valeri Arruntiani vet. XIV 2260 (*agri Albani*) Iuliae Arruntianae *T. Arrunti Iuliani fil.* 3030 (*Praeneste*) A. Curtius Crispinus Arruntianus. *idem* 2695 *et* III 231ª·ᵇ. VIII 18085 a 10 ⟨A⟩elius Arruntianus Had(rumeto). **Arruntīnus** *cogn.* CORP. III 619 (*Dyrrachii*) C. Iulio C. f. Arruntino. VIII 18801 (*in prov. Numidia*) Adruntinus *legit Bernelle.* **Arentius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 10324 M. Arruntius M. l. Stabilio mag. cur. Arentia A. M. l. Fausta. XII 4619 (*Narbone*) Arentia ⟨. . .⟩ Quarta. **Aruttius** *nom. gent. deminutive fictum.* CORP. X 1141 (*Abellini*) C. Aruttius C. f. Gal. Alauda.

Armōnius, -a *nom. gent., cf. etr.* armunia (CORP. Pauli I 4236). CORP. V 1884 (*Concordiae*) M. Armonio M. l. Asturae . . ., M. Armonio M. l. Aucto, . . . M. Armonius M. l. Salvius. **Armenius** *et* **Arminius,** -a *nom. gent., cf. etr.* armne, armnial (CORP. Pauli I 52 A 7, B 2). Armenius: PLIN. epist. 65, 3 epistulae . . . Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum proconsules. 66, 2. L. Armenius Peregrinus *frat. Arv.*: ACTA Arv. a. 213. 218. 221. Armenius Peregrinus *v. c. cos. ord. a. 224*: CORP. VI 1351. 1447. V 6181. Armenius Iulianus: ACTA lud. saec. Sept. IV 30. CORP. X 8059, 51 (*in signaculo*) M. Armeni Iuliani. VIII 11216 (*in prov. Byzacena*) Armenia Auge. INSCR. christ. Rossi II p. 443, 159 Armenia Iustina. Arminius: CORP. VI 2379 b 2, 73 (*a. 143, laterc. praetorianorum*) tub. C. Arminius Probus Volater(ris). 5642 d. m. Arminia⟨e⟩ Gorgillae . . . C. Arminius Aphrodisius. 12347 d. m. C. Armini Focae fecit Arminia Veneria coiugi. 12348 d. m. C. Armini Hermetis fecit M. Vlpius Aug. lib. Philetus Arminianus patri. 26075 Arminia Cosmia. XI 1605 (*Florentiae*). V 8814 (*Tarvisii*) Arminia ⟨. . .⟩. VIII 3428 (*Lambaesi*) Arminia Saturnina. 5333 (*Calamae, imperante Diocletiano*) Arminia Fadilla. 17899 (*Thamugadi*) ⟨C.⟩ Annio Arminio Do⟨nato claris⟩simo puero C. Anni Flaviani pro⟨c. patrimon⟩i tractus Karthaginiensis fi⟨lio . . . Anni⟩ Armini Donati flaminis ⟨perpetui⟩ nepoti. *signum?*: CORP. V 3071 (*Patavii, periit*) Vossiniae C. f. Qu⟨i⟩etae, Caeciliae C. f. Postu⟨mae⟩, Armini. *nomen equi*: CORP. VIII 12504, 2, 7 (*Carthagine*) Arminius. *dubium an huc pertineat* CORP. V †4844 (*saec. VI*) Arminu . . . *presbyter.* Arminius Cheruscus *utrum ex latino an ex germanico nomen acceperit, dubitatur; vide de eo Rohden, PW. II 1190.* Armenius *scriptum apud* STRAB. 7, 1, 4 TAC. ann. 1, 55. 2, 88. 11, 16 FLOR. epit. 2, 30, 32 FRONTIN. strat. 2, 9, 4. VELL. 2, 105, 1 gentis eius (*Cheruscae*) Arminius (*traditur* amninus) mox nostra (*Variana*) clade nobilis. 2, 118, 2 Arminius Sigimeri principis gentis eius filius . . . adsiduus militiae nostrae prioris comes, iure etiam civitatis Romanae decus (*trad.* romae eius) equestris consecutus (*trad.* consequens) gradus. TAC. ann. 1, 55 Arminius turbator Germaniae. 2, 88 Armenius . . . liberator haud dubie Germaniae . . . caniturque adhuc barbaras apud gentes. FLOR. epit. 2, 30, 32 duce Armenio (Armeno *cod. Bamberg.*). FRONTIN. strat. 2, 9, 4 Armenius (*sic Parisinus*, Armenus *Harleianus*) dux Germanorum. **Armeniānus** *cogn.* CORP. VIII 937 (*in prov. Byzac.*) C. M⟨. . .⟩ Felicis Armeniani equo publico adlecti . . . Armenia Auge mater. *vide etiam* Armenianensis *p. 610, 15.* *Otto.*

arrāre guadiare GLOSS. V 491, 60 *cf. Brückner, Sprache der Longobarden p. 213ª.* **arrātam** desponsatam GLOSS. Sal. *cf.* arra. *V.*

Arro, -onis *nom. vir. barbaricum.* CORP. XII 5686, 77 (*in vasculo Deensi*) Arronis. VIII 1336, 92 (*in patellis*) Arro. II 2735 (*in Hispan. Tarracon.*) Arronis. 5619 (*ibid.*) Arro Clou(ti). INSCR. Eph. epigr. VIII p. 490 (262, 9, *ibid., in vasculo*) Arronis. *Otto.*

adrōdo *vel* **arrōdo,** -sī, -sum, -ere. *ab* ad *et* rodere. *legitur inde a* CIC. LIV. 30, 2, 9 mures . . . coronam auream adrosere (OBSEQ. 20). PLIN. nat. 8, 22 adrosis . . . clipeis . . ., fasceis *per mures.* 11, 109 semina adrosa condunt *formicae.* 11, 213 sues spirantes a muribus . . . adrosos. 35, 137 spartum . . ., quod asellus adrodit. 37, 18 ob amorem adroso margine *calicis.* NEMES. cyn. 170 obtundunt . . . novos adroso robore dentes *catuli.* ARNOB. nat. 1, 3 p. 6, 25 ab locustis, a muribus genus omne acciditur atque adroditur frugum. AMBR. exam. 3, 8, 37 folia oleae adrosa *a locustis.* HEGES. 5, 24, 2 panem arrodere nullo poterant modo *captivi.* *proverbium*: PERS. 5, 163 crudum Chaerestratus unguem adrodens. SIDON. carm. 2, 170 arroso quicquid sapit ungue Cleanthes. *translate*: *servata imagine*: CIC. Sest. 72 ut illa ex

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere. SIDON. epist. 7, 6, 2 ecclesiasticas caulas ... lupus ... clandestino morsu necdum intellecti dentis arrodat *de Arriano. liberius*: CAPITOL. Anton. 7, 7 si rem publicam is adroderet. AMBR. epist. 46, 3 ut arroderet aliquid de meis scriptis. PORPH. Hor. serm. 1, 3, 21 post patrimonium adrosum (abrosum *Rabbow*). COD. Theod. 12, 7, 2 (*a. 363*) *solidos* excidunt aut deminuunt aut, ut proprio verbo utar cupiditatis, arrodunt. 9, 22, 1 (*a. 317*) *si quis* mensuram circuli exterioris (*in solido*) arroserit (arraserit *pars codd.*). *de aqua*: SEN. nat. 6, 20, 6 potest terram movere aqua, si partes aliquas eluit et adrosit. ENNOD. opusc. 3 p. 336, 9 terrenum marginem gulosus Padani gurgitis morsus adrodit. *de liquidis acribus*: CELS. 4, 2 ne vehementer adrodat *sinapi*. 4, 3. 4, 19 donec arrodantur et rubeant *membra sinapi*. CALP. ecl. 5, 77 miserum fragili rubigine corpus arrodet (corrodet *dett.*) sanies. PLIN. nat. 28, 242 sanguis equi adrodit carnes. *V.*

adrogantia *et* **arrogantia,** -ae *ab* adrogans. GLOSS. *ἀγερωχία, ἀλαζονία, βανανσότης, ὑπερηφανία* (*cf.* VVLG. prov. 8, 13 Is. 13, 11. 16, 6 Ier. 48, 29): adrogantia. iactantia superbia (*cf.* GRAMM. VII 527, 17 superbia est a superhabendo, adrogantia etiam in pauperem cadit). *in hexametrum non convenit; utitur ex poetis solus* PRVD. *legitur* RHET. Her. *4ies*, CIC. orat. *19ies*, rhet. *10ies*, philos. *6ies*, epist. *7ies*, CAES. *6ies*, HIRT. *2ies*, LIV. *3ies*, VITR. VAL. MAX. SCRIPT. hist. Aug. AVG. civ. *locis singulis*, SEN. phil. QVINT. inst. PLIN. paneg. epist. SVET. *quinis*, QVINT. decl. *bis*, TAC. *18ies*, VVLG. *7ies*; *nusquam pluraliter*.

RHET. Her. 1, 1, 1 quae graeci scriptores inanis arrogantiae causa sibi assumpserunt. 4, 1, 2 si se omnibus anteponunt, intolerabili arrogantia sunt (CAES. civ. 1, 85, 4 quod plerumque hominibus [*sic Ashb.*, hominum *cett.*] nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat. SEN. dial. 12, 1, 3 quis tam superbae inpotentisque adrogantiae est, ut. epist. 47, 5 eiusdem adrogantiae proverbium iactatur. SVET. gramm. 23 *ille* arrogantia fuit tanta, ut). 4, 1, 2 videtur esse adrogantia illa *exempla* relinquere, ad sua devenire (CIC. Q. Rosc. 5 ... suum codicem ... recitare arrogantiae est. nat. deor. 3, 26 id ... putare quemquam hominem ... summae adrogantiae censet esse. 2, 16 desipientis adrogantiae est. *sim.* GRILL. *infra l. 43, cf.* PLIN. epist. 3, 18, 3 ostendere idem utilitatis habet, adrogantiae nihil. QVINT. inst. 11, 1, 38 adrogantia est. TAC. Agr. 1 suam ipsius vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt. HIER. epist. 69, 9 quin adrogantia sit *iudicium et ruina diaboli*). RHET. Her. 1, 5, 8 ab nostra persona benivolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. *idem rhetoris praescriptum*: CIC. inv. 1, 22, *cf.* GRILL. rhet. p. 605, 9 arrogantia est, quae sibi aliquid quod non habet, usurpat; nam probata merita dicere non est arrogantiae *eqs.* CIC. inv. 2, 107 quae ... cum conquestione sine arrogantia in se esse [demonstrabit]. QVINT. inst. 4, 1, 45 laudat sine adrogantiae crimine *advocatus*. AVG. in ev. Ioann. tr. 58, 3 (Migne 35, 2, 1793). CIC inv. 1, 105 per quem locum in superbiam et arrogantiam odium concitatur. *cf.* 1, 42. 2, 5. QVINT. inst. 12, 5, 2 abominanda sunt contraria his vitia confidentiae temeritatis improbitatis adrogantiae. 4, 1, 33 fiducia ipsa solet opinione adrogantiae laborare. 11, 3, 69 deiecto *capite* humilitas et supino adrogantia ... ostenditur. MART. Cap. 5, 503 ab adversarii ... persona conciliatio fit, dum illius iniquitate aut arrogantia demonstrata nostra modestia commendatur. *ad talia praescripta spectant praeterea*: CIC. Brut. 282 sine arrogantia gravis esse videbatur *P. Crassus*. de orat. 1, 174 illa vero deridenda arrogantia est ... confiteri. *cf.* Cluent. 112 *et sequentes locos ex orationibus sumptos*: CIC. Q. Rosc. 44 est tuae contumaciae arrogantiae vitaeque universae vox. Verr. 5, 151 at videte hominis impudentiam atque arrogantiam, qui. Cluent. 111 facite enim, ut non solum mores et arrogantiam eius, sed etiam voltum atque amictum atque illam ... purpuram (*cf.* MART. 5, 8, 11) recordemini. 112 quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset. agr. 2, 95 ex hac copia atque omnium rerum adfluentia primum illa nata (*cod. Salisb.*, capta apta acta *rell.*) est arrogantia quae ... postulavit. Mur. 49 vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiae (*cf.* SEN. benef. 2, 11, 6 quid opus adrogantia vultus, quid tumore verborum? TAC. ann. 5, 3 adrogantiam oris et contumacem animum incusavit. SVET. Tib. 68 quae omnia ingrata atque arrogantiae plena. HIER. epist. 130, 17 ne pleni adrogantiae ac supercilii cunctos despiciant). Planc. 33 est oppressa vestra adrogantia civitas. Phil. 2, 84 sed adrogantiam hominis insolentiamque cognoscite (Phil. 5, 29). CIC. Cluent. 109 quam gravis atque intolerabilis adrogantia. Phil. 11, 38 quae tanta *eorum* adrogantia, ut (MATIVS Cic. epist. 11, 28, 7 PLIN. epist. 6, 17, 3). 8, 24 at quae mandata! qua arrogantia! quo stupore! quo spiritu! *cf.* ad Q. fr. 1, 1, 22 ubi tanta adrogantia est. CIC. orat. 132 nec in veritate crimen arrogantiae extimescerem (HIRT. 8 praef. 3 quo facilius caream stultitiae atque arrogantiae crimine. *ibid.* 9 *cf.* HIER. epist. 77, 2). CAECINA Cic. epist. 6, 7, 3 ne vitium adrogantiae subsequatur (*cf.* TAC. hist. 1, 51). ITIN. Alex. 28 mutata denique adrogantiae vice. ARNOB. nat. 2, 1 adrogantiae supercilio tumidus. HIER. epist. 96, 19 adrogantiae tumore caecati (VVLG. Esth. 16, 12). 148, 22 de quodam fastigio contemptus sui atque adrogantiae descendant. 52, 9 genus adrogantiae est ... velle. FAVST. REI. grat.

1, 1 (p. 11, 24 Vind.) contra huius arrogantiae praesumptionem. CIC. Mur. 19 multorum stultitiam perpessus est, adrogantiam pertulit, difficultatem exsorbuit (Q. CIC. pet. 54 QVINT. decl. 305 p. 197, 23 R. *cf.* SVET. Galba 14 arrogantiā socordiāque intolerabilis). Flacc. 53 remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent adrogantiam (ad Q. fr. 3, 5 (6), 7 ad adrogantiam minuendam). Vatin. 14 tuis actionibus ... eius conlegii (*augurum*) adrogantiam impedimento non futura. CIC. ac. 2, 74 Parmenides, Xenophanes ... increpant eorum adrogantiam qui (CAES. Gall. 7, 52, 3 licentiam adrogantiamque reprehendere. *cf.* CAELIVS Cic. epist. 8, 1, 1 ne ... officium adrogantiae condemnes). off. 1, 90 superbiam ... fastidium arrogantiamque fugiamus (2, 8 adfirmandi arrogantiam vitantem fugere temeritatem. TAC. ann. 2, 72). rep. 1, 48 adrogantiae divitum succumbentibus (LIV. 37, 56, 10 cessurosque sese ... arrogantiae Antipatri). de or. 1, 246 eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant. ad. Brut. 1, 4, 2 cupiditatem et adrogantiam incendere (*cf.* TAC. hist. 2, 74 omnis exercitus flammaverat adrogantia ... militum). CAES. Gall. 1, 33, 5 tantos sibi spiritus, tantam adrogantiam sumpserat, ut (TAC. ann. 14, 57 PRVD. perist. 10, 148). 1, 46, 4 qua adrogantia ... usus. civ. 3, 59, 3 stulta ac barbara arrogantia elati. Antic. fr. (Gell. 4, 16, 18) unius arrogantiae, superbiae dominatuque (mandatus *Baehrens, Archiv 2, 1885, 477)*. LIV. 5, 8, 11 huius adrogantiam pertinacia alterius aequabat. 23, 11, 8 ob ... adrogantiam eorum, victoriae gloriam in se rapientium. VITR. 4, 1, 4 propter civium adrogantiam. VAL. MAX. 1, 5 ext. 1 adrogantia instincti. SEN. dial. 4, 28, 1 adicimus malefactis adrogantiam et contumaciam. epist. 87, 35 quae ... insolentiam tumorem arrogantiam creant. QVINT. decl. 268 p. 95, 13 quandam ex arrogantia auctoritatem. TAC. ann. 3, 59 Druso quod nisi ex adrogantia impedimentum? TAC. Agr. 9 tristitiam et adrogantiam et avaritiam exuerat. 27 nihil ex adrogantia remittere *Britanni*. 42 in adrogantiam compositus. hist. 1, 10 comitate adrogantia ... mixtus. 2, 69 tantum impunitatis atque adrogantiae legionariis accessisse (PLIN. pan. 11). 4, 66 procul haec a nobis adrogantia. 4, 80 adrogantiā vocare offensas. 1, 10 adrogantiam saevitiamque eius introspexerit. ann. 13, 2 Pallas tristi adrogantia modum liberti egressus. 3, 73 huc arrogantiae venerat, ut (SVET. Iul. 77). PLIN. pan. 2 quod *cognomen* peculiare huius et proprium adrogantia priorum principum fecit. 76 nullus apparatus adrogantiae principalis. SVET. Domit. 13 pari arrogantia, cum ... dictaret epistulam, sic coepit. ITIN. Alex. 40 ei malam morum adrogantiam coalescere. *ibid.* cum luxu mores adrogantiaque mutasset. CAPITOL. Aur. 29, 7 quod aulicam adrogantiam confirmaverit. AMM. 30, 1, 22 huius adrogantiam facti *ingemiscat*. 31, 10, 21 adrogantia custodis (*Petschenig*, adrogantia custodiret *Vat.*) torquem obtulisse. HIER. epist. 51, 1 quae adrogantia clericatus conducere nobis poterit. 66, 3 nobilitatis portas et adrogantiam generis consularis ... fregerit. 69, 9 nihil ... inpudentius adrogantia rusticorum qui. VVLG. deut. 18, 20 arrogantiā depravatus (SVLP. Sev. chron. 2, 51, 9). Is. 13, 11 arrogantiam fortium humiliabo (Os. 5, 5 respondebit [עַוְנָה] arrogantia [*ὕβρις*] Israel). Ier. 49, 16 arrogantia tua decepit te. II Macc. 6, 29 per arrogantiam prolatos. AVG. civ. 10, 26 daemonum est haec arrogantia superborum. SIDON. epist. 2, 10, 4 quam *poesin* mediam loco ... et arrogantia facit. epist. 9, 11, 3 non vos arrogantia praeterisse ... non vos improbitas expetisse iudicaretur.

adiectiva apposita: aulica: CAPITOL. barbara: CAES. CIC. agr. 2, 91 illam Campanam arrogantiam *SM, rell.* -tem atque intolerandam ferociam. desipiens: CIC. gravis: CIC. Cluent. 109 *cf.* Brut. 282. impotens: SEN. impudens: HIER. inanis: RHET. Her. intolerabilis: RHET. Her. 4, 1, 2 CIC. Cluent. 109 *cf.* 112 CAES. Gall. 1, 33, 5 SVET. Galb. 14 *cf. supra l. 4.* mala morum: ITIN. Alex. molestissima: CIC. nimia: CAES. odiosa: CIC. stulta: CAES. superba: SEN. tristis: TAC.

synonyma vel iuxta posita (amentia: CIC. Q. Rosc. 5 PLIN.). animi: CIC. Flacc. 53. avaritia: TAC. (aviditas praedae: LIV. 33, 11, 8). contumacia: CIC. Rosc. 44 Q. CIC. pet. 54 SEN. TAC. hist. 1, 51 *cf.* ann. 5, 3. cupiditas: CIC. difficultas: CIC. fastidium: CIC. Phil. 11, 38 off. 1, 90. furor: CIC. ignorantia sui: CIC. Cluent. 109 *cf.* ad Q. fr. 3, 5 (6), 7. imperitia: SIDON. impudentia: CIC. impunitas: TAC. hist. 2, 69. insania: CIC. (Quint. inst. 11, 1, 38). insolentia: CIC. SEN. *cf.* CIC. inv. 1, 42. intolerantia: CIC. Cluent. 112. licentia: CIC. CAES. malevolentia: Q. CIC. nobilitatis portae: HIER. molestia: CIC. Cluent. 109. odium: CIC. inv. 1, 105 Cluent. 109. pertinacia: CAES. *cf.* LIV. 5, 8, 11 (pigritia: PLIN. epist. 6, 17, 3). praesumptio: FAVST. REI. scelus: CIC. secta: TAC. ann. 14, 57. sinisteritas: PLIN. epist. 6, 17, 3. socordia: SVET. spiritus: CIC. Flacc. 53 Phil. 8, 24 CAES. stultitia: CIC. HIER. stupor: CIC. superbia: CIC. *et passim*. supercilium: HIER. temeritas: CIC. off. 2, 8 QVINT. tristitia: TAC. tumor: SEN. *cf. praeterea* CIC. Cluent. 111 (*cf.* Mur. 49 *p. 649, 65*) ad Q. fr. 1, 1, 22 SVLP. SEV. chron. 2, 51, 9.

opponuntur: comitas: TAC. cum conquestione sine arrogantia: CIC. inv. 2, 107. constantia: QVINT. 12, 5, 2. fiducia: SEN. *cf.* QVINT. inst. 4, 1, 33 TAC. fortitudo: QVINT. *cf.* VVLG. Is. 16, 6 (humilitas: CIC. Cluent. 112 QVINT.). magnitudo animi: CAES. SEN. pietas: AVG. sapientia: PLIN. epist. 6, 17, 3. securitas: SEN. veritas: CIC. utilitas: PLIN. epist. 3, 18, 3.

adrogātio, -ōnis *f. ab* adrogare. 1 Ictorum *t. t. inde ab altero*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. Chr. saeculo genus adoptionis significans, quod iam duobus saeculis ante ab ipsa adoptione adoptandi modo distinguebatur (Leonhard, PW. I 419), non vocabulo. cf. vocab. iurispr. GLOSS. *vioθεσία. vi⟨o⟩θεσία* adrogatio, adoptio. GELL. 5, 19, 8 adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. 5, 19, 2 quod per praetorem fit adoptio dicitur, quod per populum adrogatio (VLP. reg. 8, 2). 5, 19, 5 adrogationes non temere nec inexplorate committuntur. GAIVS inst. 1, 99 quae species adoptionis dicitur adrogatio (MODESTIN. dig. 1, 7, 1, 1). 4, 77 is se in adrogationem tibi dederit (INST. Iust. 3, 10, 1). 4, 38 masculus per adrogationem desinit iure civili debere nobis. VLP. dig. 34, 5, 19 pr. cognatus . . . factus est per adrogationem. PAVL. dig. 38, 17, 7. MODESTIN. dig. 1, 7, 40, 1 quem sibi per adrogationem vel per adoptionem filium facit (INST. Iust. 1, 11, 4). INST. Iust. 3, 10, 2 adquisitionem quae per adrogationem fiebat; *ibid. tit.* COD. Iust. 8, 47 (48), 10, 5. TERT. dig. 49, 17, 4, 2 ante adrogationem. PAPIN. dig. 41, 3, 44 pr. cum adrogatio non iure intervenisset. *ibid.* adoptio vel adrogatio filiorum. VLP. reg. 8, 4 arrogatio Romae d⟨um⟩-ta⟨xa⟩t fit. dig. 37, 12, 1, 2 liberti admittenda non est. 1, 7, 17, 1 eorum dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda est (INST. Iust. 1, 11, 3 permittitur). 4, 4, 3, 6 in ipsa adrogatione (MODESTIN. dig. 1, 7, 8). 1, 7, 15, 2 in adrogationibus. 28, 3, 8 pr. adoptione vel adrogatione filii filiaeve. COLL. Mos. 16, 6, 2 consanguineos et adoptio facit et adrogatio. PAVL. sent. 3, 6, 29 aut si statum ex arrogatione vel adoptione mutaverit. COD. Iust. 8, 47 (48), 2 ex indulgentia principali facta. *ibid.* 8 sui iuris adrogatio feminae. 6 adrogationes eorum qui sui iuris sunt nec . . . fieri possunt. INST. Iust. 1, 11, 3 exquiritur causa adrogationis. VOPISC. Aur. 11, 1 nosse . . . ipsam adrogationem *Aureliani.* 12, 3 de adrogatione . . . . AVR. VICT. Caes. 2, 1 in Augusti liberos e privigno redactus arrogatione *Tiberius.* *ἀδρογατίων, -ωνος apud Byzantinos.* **2** *idem atque arrogantia quasi nomen actionis ad* 'sibi arrogare'. GLOSS. *προσχαρισμός.* COD. Theod. 12, 1, 68 ordinarii iudicis nimia arrogatione (*opp.* sine auctoritate ac iudicio principali). 10, 4, 2 arrogatione illicita principalium *iniurias fieri* (*cont.* vel propriis decretis ordinis).

syn. ad 1: adoptio, adoptatio. *quae vocabula quia praeter adoptionem proprie dictam utrumque adoptionis genus significant* (GAIVS dig. 1, 7, 2 pr. MODESTIN. dig. 1, 7, 1, 1), *etiam pro adrogatione usurpantur cf. p. 653,16, item haud paucis locis, ubi* adoptio *et* adrogatio *non aperte distinguuntur, de adoptione propria aut de utraque adoptionis specie* adrogatio *dicta esse potest.*

adrogātor, -ōris *m. ab* arrogare. *de eo qui rite filium sibi adrogat;* ICTorum *sermonis est.* POMP. dig. 33, 8, 7 si quis . . . adrogandum se dederit et agetur de peculio cum adrogatore. GAIVS inst. 1, 107 si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur. VLP. reg. 8, 8 in potestate fiunt arrogatoris. dig. 1, 7, 15 pr. in potestatem adrogatoris rediguntur (INST. Iust. 1, 11, 11). VLP. dig. 1, 7, 19, 1 utilis actio in adrogatorem datur (15, 1, 42). 38, 17, 2, 46 adversus adrogatorem non competere . . . actionem. VLP. dig. 1, 7, 19 pr. satisdatio, quae ab adrogatore praestari debet. 1, 7, 22 *ter.* 7, 1, 25, 2. 28, 6, 10, 6 *quater.* 47, 2, 41, 1. PAVL. dig. 17, 2, 65, 11 ad heredes socii non transiit, ita nec ad adrogatorem *societas.* MODESTIN. dig. 1, 7, 40 pr. adrogato patre familias liberi . . . nepotes apud adrogatorem efficiuntur. INST. Iust. 3, 10, 1 quaeque ei debitae *res* sunt adrogatori. 3, 10, 2 etiam dominium eius ad adrogatorem transit. 1, 11, 3 emancipare . . . potest adrogator. *pro adi.* COD. Iust. 8, 47 (48), 10, 5 patri adrogatori. *ἀδρογάτωρ Byzantini.* *de* ARNOB. nat. 1, 50 *v.* abrogator. *syn.*: adoptator; *cf. supra l. 36.*

adrogo, -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* rogare. *inter alia derivata ab* rogare GRAMM. Suppl. 49, 14. NOT. TIR. 31, 20. [*it.* arrogere. *ML.*] *interdum* arrogo, *quam formam solam commemorat* PRISC. gramm. II 46, 26. *spernitur a poetis; utuntur* PLAVT. *semel* (*sub I*), HOR. 4^ies^ (*II 1 et II 2*), OV. *semel* (*II 2*), PHOC. *semel* (*II 2*).

I *de adstipulatore sponsorem rogante post stipulatorem* PLAVT. Rud. 1332 Venus haec volo adroget (at roget *codd.*) te. *dictum est ut* adstipulor, adpromitto (*cf. Turnebus*), *sed incertum est, an sollemne fuerit in adstipulationibus.*

II *vindicantur adscribuntur adduntur res hominesve.*

1 GLOSS. *ἀπονέμω ἑμαυτῷ, χαρίζομαι ἑμαυτῷ,* adrogo mihi. GRAMM. VII 523, 13 adrogat aliquid sibi, etiamsi non meruit. DIFF. script. Beck. p. 28 adrogat qui sibi aliquid plus iusto adsumit nec aliorum exspectat iudicium, sed suo nititur. CIC. inv. 2, 55 qui . . . verborum potestatem sibi arrogare conetur. Brut. 292 hanc *sc. sapientiam* sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. rep. 1, 50 qui non populi concessu . . . hoc sibi nomen adrogaverunt. CIC. Quinct. 34 nec illud mihi adrogabo me posse . . . demonstrare. *ibid.* 56 id tibi arrogas et concedi postulas (*ibid. iter.*). S. Rosc. 89 non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil adrogo. Verr. 5, 26 quo minus sibi adrogent minusque vos despiciant. Planc. 3 mihi non sumo tantum neque adrogo . . . ut (ac. 2, 114 tantum tibi adroges, ut. epist. 4, 1, 2 ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortasse adrogo, ut). Planc. 64 ne mihi aliquid . . . videar arrogare, si. Phil. 7, 8 nihil enim mihi adrogo. SALL. Iug. 85, 25 quod ex aliena virtute sibi adrogant, id mihi ex mea non concedo. HOR. sat. 2, 4, 35 nec sibi cenarum quivis temere adroget artem. VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 tantum sibi adrogans, quantum. PLIN. nat. 37, 8 qui sibi hanc ostentationem (*sic L d h cf.* 37, 7, hac ostentatione *B*) adrogant. QVINT. inst. 1 pr. 14 nomen . . . sibi insolentissimum adrogaverunt. 11, 1, 19 eloquentiam . . . sibi numquam . . . immodice adrogavit (*opp.* cum plenissimam . . . advocatis concederet). 11, 1, 21 dicendi tamen facultatem magis illi detraxit quam adrogavit sibi. PS. QVINT. decl. 8, 5 non adrogo mihi prosperae curationis eventum. TAC. hist. 1, 30 nihil adrogabo mihi nobilitatis aut modestiae. 2, 77 nobis nihil ultra adrogabo quam ne . . . numeremur. AMM. 25, 4, 7 tantum sibi adrogans, quantum. HEGES. 4, 7, 11 nequissimos homines . . . arrogasse sibi, ut. HIER. epist. 53, 8 si quis scientiam scripturarum sibi voluerit adrogare. AVG. civ. 10, 19 divinitatem sibi arrogant spiritus (*ibid.* 15, 16). 10, 28 quam sibi arrogant (*sapientiam et prudentiam*) qui non habent ipsius. epist. 185, 6 falsam sibi gloriam . . . impudentissimo mendacio arrogare. civ. 10, 26 sibi arrogent quo eis subiciamur. FAVST. REI. grat. 1, 9 qui sibi iustitiam de legis operibus adrogabant. *obiecto caret* (*cf. II 5*) AMBR. par. 4, 2, 4 nec adrogare sibi debet, *cf. ibid.* nemo debet sibi . . . praesumere. FAVST. REI. grat. 1, 9 *in.* sicut sibi arrogat Iudaeus ex lege vel Pelagius ex liberi arbitrii praesumptione. 1, 16 hominem . . . de propriis sibi viribus adrogantem et . . . praesumentem. SIDON. epist. 4, 1, 2 mihi nimis arrogo iudicium meum conferens cum tuo. COD. Theod. 6, 22, 8 sibi crederet arrogandum (*dignitatem?*). **2** GLOSS. adrogat, ascribit vel deputat, vindicat (SCHOL. Hor. ars 122. GLOSS. IV 483, 54 vindicat *ad* adrogat, 484, 4 extollit *ad* abrogat *pertinet; cf. de commutatione* I 539, 48); *ἀπονέμω, προσχαρίζομαι* adrogo; adrogant addunt. HOR. epist. 2, 135 chartis pretium quotus adroget annus (SCHOL. adferat). carm. 4, 14. 40 laudemque et optatum peractis imperiis decus adrogavit. ars 122 nihil non adroget armis. OV. trist. 2, 278 et nimium scriptis arrogat ille meis. PHOC. vita Verg. 23 perenne Romulae voci decus arrogavit carmine sacro. VAL. MAX. 3, 7, ext. 3 adeone dextrae suae multum pictor adrogavit, ut. APVL. Plat. 1, 17 quod . . . extrinsecus arrogatur. met. 1, 23 tibi specimen gloriosum adrogaris. MARCIAN. dig. 48, 19, 4 in insulam deportato poena capitis adrogatur. SOL. 45, 8 ne quid videamur dicendi licentia contra fidem adrogasse (*SAP*^2^ usurpasse *quasi interpretamentum*). IVL. Val. 2, 19 id sibi vel opportunissimum tempus Lacedaemonii adrogabant quo . . . demonstrarent. AMBR. exam. 5, 15, 51 nec paucis adrogari potestatem. HIL. in psalm. 142, 12 id non meriti esse sui arroget. PAVL. NOL. epist. 24, 5 de quibus (*verbis domini*) nobis adrogas perfectionem. AVG. epist. 148, 2 corpori aliquid arrogare quam Deo derogare. SYMM. rel. 5, 1 optimatem sapientiae Romanis gymnasiis adrogavit (*cf. ibid.* nonnullos . . . accivit). MART. Cap. 1, 23 ex Philologiae sibi cultibus arrogarit *pulchritudinem ornatumque ψυχῆ.* 1, 89 alia . . . suis tamen operibus arrogabat *Tyche.* **3** *semel de dictatore dicendo (v. Mommsen, Staatsr. I^3^ 151) contra usum dictum, incertum utrum ratione (Mommsen p. 154 adn. 2), an forte.* LIV. 7, 25, 11 dictatorem adrogari (*cod. Medic.* adrogare) *consuli* haud satis decorum visum patribus.

4 *in* ICTorum *sermone de eis qui filii loco heredem sibi adsciverunt, inde ab altero p. Chr. saeculo.* GAIVS inst. 1, 107 si se adrogandum dederit. IVL. dig. 28, 7, 11 nolit se adrogandum dare. TERT. dig. 29, 1, 23 VLP. dig. 4, 4, 3, 6. 28, 5, 3, 4. 29, 2, 25, 15. 37, 4, 3, 6. 46, 3, 58, 1 reg. 8, 8 MODESTIN. dig. 28, 2, 20 INST. Iust. 1, 11, 11. POMP. dig. 33, 8, 7 creditori suo adrogandum se dederit. AFRIC. dig. 37, 4, 14, 1 emancipato. MARCELL. dig. 23, 2, 32 ingenuo. VLP. dig. 37, 12, 1, 2 patri suo. PAVL. dig. 49, 15, 13. TERT. dig. 49, 17, 4, 2 adrogandum se praebuerit. PAPIN. dig. 37, 11, 11, 2 PAVL. dig. 29, 7, 8, 3. PAVL. dig. 5, 3, 36, 1 adrogandum se praestavit. PAPIN. dig. 37, 11, 11, 2 dando se in adrogandum. GELL. 5, 19, 6 aetasque eius qui adrogare vult (VLP. dig. 1, 7, 17 pr. 4, 4, 3, 6). *ibid.* bonaque eius qui adrogatur. *ibid.* iusque iurandum quod in adrogando iuraretur. 5, 19, 4 adrogantur hi, qui cum sui iuris sunt, in alienam sese potestatem tradunt eiusque rei ipsi auctores fiunt (VLP. reg. 8, 8 MODESTIN. dig. 1, 7, 1, 1). GELL. 5, 19, 7 sed adrogari non potest nisi iam vesticeps (*cf.* VLP. dig. 1, 7, 17 pr.; 4, 4, 3, 6). 5, 19, 10 neque pupillus autem neque mulier . . . adrogari possunt. GAIVS dig. 1, 7, 21 VLP. reg. 8, 5 *cf.* MARCELL. dig. 1, 7, 18). VLP. dig. 1, 7, 24 neque absens neque dissentiens adrogari potest. COD. Iust. 8, 47 (48), 5 a muliere . . . adrogari non posse certum est. MARCELL. dig. 29, 1, 8 si adrogaverit filium (PAPIN. dig. 28, 2, 23 pr. *bis* VLP. 37, 4, 3, 4. 37, 4, 8, 7. 38, 16, 1, 32 INST. Iust. 3, 10, 2 COD. Iust. 8, 42 (48), 10, 5). *cf.* GELL. 5, 19 tit. in liberis adrogandis. MARCELL. dig. 1, 7, 18 qui adrogare pupillum volet (*cf. supra l. 67*). PAPIN. dig. 38, 2, 42 pr. fratrem. 28, 6, 40 impubes adrogatus (VLP. dig. 5, 2, 8, 15 *et saepius, v. vocabul. iurispr.*). VLP. dig. 2, 4, 10, 2 libertus capite minutus, dum adrogetur per obreptionem (PAVL. dig. 38, 2, 49). 4, 5, 2, 4 debitorem suum. 1, 7, 15, 3 plures. PAVL. dig. 35, 2, 1, 15 si coheredem meum . . . adrogavero. VLP. dig. 4, 4, 3, 6 finge enim a praedone eum hominem locupletem adrogatum *et similia, quibus additis neque sensus verbi mutatur neque de iure novi quicquam cognoscitur, in reliquis exemplis nonnulla inveniuntur.* VLP. dig. 1, 7, 22, 2 sive in locum filii sive in locum nepotis aliquis impuberem adrogaverit (28, 6, 2 pr.). PAPIN. dig. 28,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 23 pr. Cod. Iust. 8, 47, 2 pr. (Dioclet. et Maxim.) impuberem quem ad vicem naturalis subolis adrogare desideras. Vlp. dig. 1, 7, 15, 2 alia iusta causa adrogandi (1, 7, 17 pr.). Modestin. dig. 1, 7, 40, 2 spado adrogando suum heredem sibi adsciscere potest. *part. pro subst.* Modestin. dig. 44, 7, 53 et adroga⟨ntis⟩ et eorum ... personas. Pavl. dig. 17, 2, 65, 11 ipse autem adrogatus socius permanet (Marcell. dig. 1, 7, 18). Vlp. dig. 1, 7, 22 pr. bona adrogati. 14, 6, 1, 2 si adrogatus mutuam pecuniam acceperit. Gloss. adrogatus (*codd.* ador, adoptatus, adoptivus) *υἱοθετός*. *discrimen quod* Icti *inter adrogationem et adoptionem docebant* (*cf.* Gaivs 1, 98 Gell. 5, 19 Dig. 1, 7 *passim*, Vlp. reg. 8 Inst. Iust. 1, 11), *imprimis in verborum usu his locis patet*: Vlp. dig. 1, 7, 25, 1 neque adoptare neque adrogare quis absens ... potest. Modestin. dig. 1, 7, 1, 1 adoptantur filii familias, adrogantur qui sui iuris sunt. 1, 7, 40, 1 non tantum cum quis adoptat, sed et cum adrogat. Inst. Iust. 1, 11, 8 qui adoptatus vel adrogatus est. *confundebantur eo facilius usu* adrogare *et* adoptare, *quia* adoptare *de utraque adoptionis specie semper dicebatur*. Gaivs inst. 2, 98 sive quem adoptaverimus *cf. c.* Gaio inst. Iust. 2, 9, 6 si quem adrogaveritis. Ivl. dig. 28, 7, 11 filio parato adoptare Titius nolit se adrogandum dare. Vlp. dig. 1, 7, 15, 2 (*cf.* pr.) adrogandi ... adoptare. Scaev. dig. 28, 3, 18; *coniungitur eodem loco* adrogare *cum* adoptivus Afric. dig. 37, 4, 14, 1 Vlp. dig. 1, 7, 22. *cum* adoptio Vlp. dig. 37, 4, 3, 4. 5, 2, 8, 15 Papin. dig. 38, 2, 42 pr. *distinctionem neglegunt rerum scriptores*: Vopisc. Aurel. 10, 3 quare eum statuit adrogare (*ibid.* adoptio, adopto). 14, 6 in adrogando Aureliano (*ibid.* in Traiano adoptando. 15, 1 adoptio). Avr. Vict. Caes. 13, 1 Vlpium Traianum ... arrogatum accepit dedit.

5 Gloss. adrogat *ὑπερηφανεῖ, λοιδορεῖ*, extollit (*v. p. 654, 74, sed cf. p. 652, 27*). *ἀλαζονεύομαι* adrogo *spectant ad* II 1 *aut ad* arrogans, arrogantia. adrogatus: superbus *errori aut correctoris aut interpretis tribuendum.*

synonyma: *ad II 1*: concedo, sumo mihi, praesumo, despicio, detraho alii, non habeo. *ad II 2*: accio. *ad II 3*: *v. Mommsen l. l. ad II 4*: adopto. *opposita ad II 1*: concedo, tribuo alii, derogo mihi. *ad II 2*: derogo. *derivata*: adrogans, adrogatio, adrogator.

adrogāns *et* **arrogāns,** -tis, *ex part. adi.* (Gramm. suppl. 297, 2 per duas r *cf.* 301, 9). *utitur ex poetis* Hor. *bis* (*sub I*) Mart. *semel* (*sub II*) Pavl. Nol. (*sub I*) Isid. orig. 10, 7 arrogans quod multum rogatur et ille fastidiosus sit. Gloss. *ἀλαζών, ἀπρόσχωρος, ὑ⟨πε⟩ρόπτης,* superbus; *αὐθάδης, βάνανσος, ὑπερήφανος* adrogans; *ἀπηνής* adrogans (*? cod.* abrogans). *de discrimine a grammaticis facto inter* adrogans *et* abrogans *v. I p. 139, 41; cf.* Diff. *ed. Beck. p. 28.* **1** *de hominibus*: Rhet. Her. 4, 38, 50 tametsi vere dixisset, tamen adrogans visus esset. 4, 30, 41 ne cui forte adrogans videar. *quod vitium orator vitabat cf.* Cic. agr. 2, 2. Planc. 25 nec ... ego sum adrogans, quod me valuisse dico. dom. 33 har. 16 Amm. 17, 5, 5. 17, 13, 33. *isdem fere verbis usus institutionem secutus oratoriam* Rhet. min. p. 71, 9 *διόρθωσις* ... correctio ..., cum dicturi aliquid, quod arrogans aut iniuriosum esse videatur, praemissa praefatione mollimus. arrogans ut est apud Ciceronem *sequ.* Verr. 2, 10 (Qvint. inst. 11, 1, 27 adrogantes et illi, qui se iudicasse de causa nec aliter adfuturos fuisse proponunt. 11, 1, 17. 6, 1, 14 si contumax adrogans securus sit *adversarius. cf.* Rhet. Her. 4, 38, 50 *et p. 649, 41. 655, 7*). Cic. Verr. 1, 15 proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum adrogantium nomina. 2, 155 homines, ut levissime appellem, arrogantes. Font. 36 Indutiomaro isti minaci atque adroganti par in bello esse. Phil. 10, 18 si essent adrogantes *veterani*. Cic. leg. 2, 16 neminem esse oportere tam stulte adrogantem (abrogantem *uterque cod. Voss.*) ut. de orat. 2, 364 Crasso dicente nemo tam adrogans qui (Qvint. decl. 252 p. 32, 22 nemo est tam arrogans sui aestimator ut). Cic. ac. 2, 115 utrum igitur nos impudentes, qui labi nolumus, an illi adrogantes, qui sibi persuaserint? epist. fr. ad Caes. iun. 21 M. (Non. 322, 12) insolens arrogans iactans. Cic. Att. 10, 11, 3 ferocem fortasse atque arrogantem et infestum facit *indulgentia* (Qvint. decl. 297 p. 174, 3 fecit illum arrogantiorem ipsa virtus. Mart. Cap. 5, 428 reddebat ... cunctos ... in laudibus arrogantes *rhetorica*). Caes. civ. 3, 1, 5 ne aut ingratus in referenda gratia aut arrogans in praeripiendo populi beneficio videretur. Hor. carm. 3, 26, 12 Chloen ... arrogantem. Schol. quia est adrogans ac superba amantibus. *sim.* Porph.). carm. 1, 25, 9 invicem moechos anus arrogantis (*sc.* esse *Kiessl.*; te dedignantes Schol.) flebis. Vitr. 1, 1, 7 perficit *philosophia* architectum animo magno et uti non sit adrogans. Val. Max. 3, 7 ext. 1 ne Euripides quidem Athenis arrogans visus est cum. Ps. Qvint. decl. 17, 5 stetit ... intrepidus arrogans. Tac. ann. 11, 21 adversus superiores tristi adulatione, adrogans minoribus, inter pares difficilis. Svet. Nero 4 adrogans profusus immitis. Gell. 9, 11, 6 in Gallum tam inaniter adrogantem (*cf. supra l. 58*). Amm. 29, 1, 1 Sapor pugnarum fiducia pristinarum inmaniter adrogans (29, 2, 9). 16, 11, 1 Severus nec discors nec adrogans. 27, 10, 10 ut erat sui adrogans aestimator (*cf. supra l. 61*). 15, 17, 3 ne in multitudinem se adrogantem inmitteret et minacem. Hier. epist. 12 Pharisaeus adrogans (*opp.* humilis publicanus). 22, 1 non est sponsus tuus adrogans, non superbus. Avg. civ. 8, 20 daemoni arroganti (*opp.* homini supplicanti) in ev. Ioann. tr. 58, 3 (Migne 35, 1793) nec potest recte dici arrogans Deus (*quia* quantumcumque se laudet, non se extollit). serm. 21, 9 (Migne 46, 914) arrogans est Deus ut non concedat nisi roganti (*de ludo verborum cf.* Cic. Planc. 25). Gelas. Avell. p. 417, 30 ut nemo ... de plena felicitate sit arrogans. Sidon. epist. 3, 13, 2 arrogansque nec constans *Gnatho quidam*. *assumpto genitivo*: Ps. Ambr. apol. Dav. II 3, 7 rogavit veniam non adrogans potestatis, sed infirmitatis suae conscius. *substantive positum*: Cic. agr. 2, 2 vereor ne adrogantis sit apud vos dicere, ingrati tacere (nat. deor. 3, 26 id ... summae adrogantiae censet esse. sit sane adrogantis pluris se putare quam mundum; at illud non modo non adrogantis, sed potius prudentis intellegere. off. 1, 99 neglegere ... non solum arrogantis est sed etiam omnino dissoluti. Hier. epist. 42, 3 tibi non statim respondere admodum visum est arrogantis). Qvint. inst. 11, 1, 17 adrogantium falsam de se opinionem. Hil. in psalm. 137, 14 non admiscetur autem adrogantibus neque insolentibus prope est. Vvlg. prov. 21, 24 superbus et arrogans vocatur indoctus. eccles. 7, 9 melior est patiens arrogante. Mal. 3, 15 beatos dicimus arrogantes. Iob 40, 6 respiciens omnem arrogantem humilia. Is. 2, 12 super omnem arrogantem. Pavl. Nol. carm. 24, 740 resistit adrogantibus *Deus* (*opp.* parvus).

2 *de rebus, imprimis de eis quae signa arrogantiae sunt vel fieri possunt*: Rhet. Her. 4, 38, 50 deminutio est, quom aliquid ... dicemus egregium, quod, ne qua significetur adrogans ostentatio, deminuitur et adtenuatur oratione hoc modo (*cf. p. 653, 44*). Cic. inv. 1, 22 eorum *bonorum* usus arrogans et intolerabilis. epist. 5, 4, 2 propter adrogantem crudelitatem. div. 2, 1 quod genus philosophandi minime adrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur. agr. 2, 91 illam Campanam arrogantem (*codd. praeter S M, v. p. 650, 55*) atque intolerandam ferociam. har. 16 nec vereor ne haec mea vestrorum beneficiorum praedicatio non grata potius quam adrogans videatur. Sulla 25 aliquod dictum arrogans aut superbum. Brut. 30 arrogantibus sane verbis (Amm. 20, 8, 4). Val. Max. 6, 9 ext. 7 adroganti manu attigerat. Sen. dial. 2, 13, 3 silentio ac voltu adroganti (Tac. ann. 1, 33 comitas diversa ab Tiberii sermone vultu, adrogantibus et obscuris. Apvl. met. 9, 39 superbo atque adroganti sermone). Mart. 5, 8, 11 illas purpureas et arrogantes ... lacernas. Qvint. inst. 2, 4, 16 adrogans de se persuasio. (*cf. infra l. 58.*) Ps. Qvint. decl. 8, 7 num quid arrogans consortium ... est, liberos communes esse languentes? Tac. dial. 40 contumax temeraria adrogans *eloquentia*. ann. 1, 8 adroganti moderatione. 11, 21 adroganti et subdola mora. Amm. 14, 1, 10 adrogantis ingenii. 18, 3, 6 erat ... Barbatio subagrestis adrogantisque propositi. Vvlg. prov. 16, 5 abominatio domini est omnis arrogans. Sidon. epist. 6, 1, 5 arroganti tactu. Cic. dom. 33 quid est enim aut tam adrogans quam ... conari. de or. 2, 165 aliud consilium *instituere* superbum, suum adrogans. Plin. epist. 9, 31, 2 timerem ne arrogans esset ... laudare (*opp.* gratias agere). Amm. 17, 5, 5 ne sit adrogans quod affirmo. 17, 13, 33 ne sit adrogans dicere. *n. subst. loco positum*: Cic. Att. 6, 3, 7 *litteras* in quibus non inesset adrogans, *ἀκοινώνητον* aliquid. Tac. hist. 2, 80 in ipso *Vespasiano* nihil tumidum, adrogans ... fuit. Hier. epist. 46, 16 nihil adrogans, nihil de continentia supercilii (*opp.* humilitatis ... contentio). *nota*: adrogantem *vel* adrogans *videri* Rhet. Her. 4, 30, 41. 4, 38, 50 Cic. har. 16 Caes. civ. 3, 1, 5 Val. Max. 3, 7 ext. 1 Hier. epist. 42, 3 Avg. civ. 8, 2 Rhet. min. p. 71, 9.

comp. et sup.: Cic. div. 2, 30 physicus quo genere nihil adrogantius. Plin. pan. 22 [quod adrogantius erat *del. Gruter*]. Qvint. inst. 12, 3, 12 alii pigritiae adrogantioris. Svet. Iul. 79 adiecit ... multo adrogantius factum. Ps. Qvint. decl. 8, 9 de arrogantissimae persuasionis hominibus. 7, 12 arrogantissime percussorum. Avg. civ. 8, 2 sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Macr. sat. 1, 11, 13 adrogantissimum ... proverbium quo iactatur (*sequ. prov.*).

iuxta ponuntur, synomyma partim: *ἀκοινώνητος* (audax Isid. orig. 10, 7 audax proprie pro arrogante ponitur), contumax, discors, dissolutus, (excelsus), ferox, (gloriosus), iactans, immitis, impudens, infestus, ingratus, iniuriosus, insolens, intolerandus, intolerabilis, intrepidus, minax profusus (Svet. Nero 4 *cf.* Cic. inv. 1, 22), securus, (stultus), subagrestis, subdolus, superbus, temerarius, tumidus. *opponuntur*: tristi adulatione, (comis), constans, sui despiciens Cic. de or. 2, 264, elegans, gratus, humilis, parvus patiens, prudens, supplicans. abrogans *distinguendi gratia a grammaticis inventum ex opposito* adrogans *significatum* humilis *sumpsit, v. I p. 139, 45.*

adv. **adroganter** *et* **arroganter** *cf.* Asper gramm. suppl. 55, 21. **1** Gloss. *ἐρωτηματικῶς* adroganter. *hoc sensu inusitatum*, Cic. *semel alludit ad rogandi verbum* Att. 6, 1, 7. **2** Gloss. elate. Cic. inv. 2, 10 ut ne cui rei temere atque arroganter assenserimus. Tull. 17 sane adroganter ... respondit. Ligar. 30 si nemo impetravit, adroganter *oro*. ac. 2, 126 ne impudenter etiam postules, non solum adroganter. off. 1, 2 nec vero hoc arroganter dictum existimari velim (Qvint. inst. 4, 2, 86 quod non adroganter dixerim). Cic. ad Att. 5, 10, 3 multa ... vel insolenter vel in omni genere stultitiae insulse, adroganter (-tur *codd.*) et dicuntur et tacentur. 6, 1, 7 etiam cum rogat aliquid, contumaciter, adroganter, *ἀκοινωνήτως* solet scribere. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 4, 2 id adroganter non praeiudico neque revoco ad arbitrium meum. id. Cic. epist. 11, 13ª, 4 quos *hostes* ipsi adhuc satis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arroganter (*Harl., Pal.*; abroganter *Med., fort. corruptum.*) Allobroges equitatusque ... sustinebant. Cic. de orat. 2,339 *adclamatio populi adversa* peccato aliquo excitatur, si aspere, si adroganter, si turpiter, si sordide, si quo (*?*) animi vitio dictum esse aliquid videtur (*cf.* Schol. Veron. Verg. ecl. 6,1 'dignata est' adroganter dictum, quasi potuerit maiora scribere. Vopisc. IV tyr. 9, 5 si non adroganter dicam. *alia exempla figurae vitium arrogantiae vitantis v. p. 654, 75. cf. p. 653, 45*). Caes. Gall. 1, 40, 10 qui ... conferrent, facere arroganter (adroganter *A*), cum ... viderentur (auderent βB^2). Qvint. decl. 252 p. 35,11 superbe faciam atque adroganter qui. 260 p. 62, 3 arroganter autem faciet et tumide. Sidon. epist. 9, 2, 3 arroganter fieret indecenterque si. *v. infra l. 29.* Val. Max. 9,5 ext. 2 adroganter *sc.* dixit. Ascon. Scaur. 18 neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter. Tac. Agr. 16 ne ... adroganter in deditos ... consuleret. Gell. 5, 21, 7 nimis arroganter: 'tibi' inquit (Hier. in Is. 36, 11 Rabsaces arroganter: 'num' ait). Apvl. met. 5, 10 quam superbe, quam adroganter nobiscum egerit. Amm. 16, 12, 69 adroganter satis multa mentiebatur. 28, 1, 11 causas quas adroganter (*sic Valesius*, adrogant *cod. Val.*, arroganti *ed. Gel.*) proposito maiestatis imminutae miscebat. Vvlg. Soph. 1, 9 qui arroganter ingreditur super limen. Avg. in psalm. 100, 1 (Migne 37, 1282) neque enim arroganter dicimus (*sequ. acc. c. inf.*). Sidon. epist. 7, 6, 1 quamquam hoc ipsum praesumptuose arroganterque loquar.

comp. arrogantius: Cic. Verr. 2,10 metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere. Phil. 12, 21 ne quid arrogantius videar dicere. Mur. 78 nihil dicam adrogantius, tantum dicam. *quibus loquelis orator arrogantiae opprobrium defendit. cf. supra l. 4* (Plin. epist. 4, 15, 9 sed nihil volo de amico meo adrogantius dicere). Cic. Phil. 13,13 ne quid arrogantius quam ... facere videatur. de orat. 2, 76 quid enim aut arrogantius aut loquacius fieri potuit quam ... dare (Plin. epist. 8, 6, 9 quod solum potuit ... adrogantius facere quam si. Vopisc. Aur. 7, 1 moneret ne quid arrogantius facerent). Gell. 9, 15, 4 praefatur arrogantius et elatius quam. Ivl. Val. 1, 41 eisque (*litteris*) gravius et adrogantius motus ... scribit. Avg. epist. 157, 25 arrogantius quam verius ... responderat. *sup.* adrogantissime: Gloss. uulanclicae (*anglos.*), gelplih (*germ.*). Oros. hist. 7, 25, 9 a quo arrogantissime exceptus. 7, 35, 22 partem arrogantissime de viribus suis et de idolis praesumentem (*opp.* humiliter sperantem).

iuxta ponuntur: ἀκοινωνήτως, aspere, contumaciter, elatius, impudenter, indecenter, insolenter, insulse, (iracunde), loquacius, sordide, superbe, temere, tumide, turpiter. *opponitur*: humiliter. *derivatum*: subarroganter. *Bögel.*

Arronī *gens Hispana, cf. Hübner, PW. II 1260.* Plin. nat. 4,111 regio Asturum, ... Iadovi, Arroni (Aroni *codd. Vatic., Leidens.*), Arrotrebae. *cf.* Arronidaeci.

Arronidaecī *gens Hispana.* Corp. II 2697 (*in Asturum Transmontanorum regione*) Iovi optimo et maxsumo sacrum. Aronidaeci et Colacini pro salute sibi et suis posuerunt. *cf.* Arroni. *Otto.*

Arrōnius *v. sub* Arrius *p. 647, 17.*

adrōro, -ātum, -āre. *ab* ad *et* rorare. Marc. med. 34, 71 argimoniam ... teres adrorans interdum ... vino herbam. Cassian. inst. 5, 2 spiritalibus remediis adrorati (Cassiod. inst. 5, 2, 3).

adrōsor, -ōris *m. ab* adrodere. Sen. epist. 27, 7 Satellius Quadratus, stultorum divitum adrosor et, quod sequitur, adrisor. *V.*

Arrotrebae *v.* Artabri.

? **Arruas** *nom. vir. hebr.* Ivst. 36, 2, 16 post Mosen etiam filius eius Arruas sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex creatur. *Plenkers.*

Arrubium *v.* Arubium.

adrūdus, -eris *n. nisi in* ad *et* rudus *est discerpendum.* Cincivs de verbis priscis apud Fest. 265 *s. v.* rodus: quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum rude[m] non perpolitum: sic aes infectum ruduscul um. apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id adrudus appellabant.

arrugia, -ae *f.* [*cf. c.* corrugus, *fortasse c.* ruga. *Th.*] [*it.* roggia. *M.-L.*] Plin. nat. 33,70 cuniculis per magna spatia actis cavantur montes ... arrugias id genus vocant. 33,76 aurum arrugia quaesitum. Cass. Fel. 28 p. 44 ges entera id est vermiculos de arrugia (30 p. 61).

adrūmo, -āvī, -āre. *cf. c.* rumo, conrumo. Pavl. Fest. 9 adrumavit rumorem fecit sive conmurmuratus est, quod verbum quidam a rumine id est parte gutturis putant deduci. Gloss. II 470, 44 φημίζω vulgo adrumo conrumo. IV 10, 2 adrumavit rumorem adtulit (8, 9 adrum[in]avit. 305, 4. V 163, 17. 261, 24 adromavit. 344, 2 obtulit. 591, 26 adrummavit rumores adtulit).

Arruno, Arrūns, Arruntius *sim. v. sub* Arrius *p. 647*

adruo, -ere. *ab* ad *et* ruere. Varro rust. 1, 35, 1 terra adruenda pulvinos fieri, quos inrigationes et pluviae tempestates abluunt. *V.*

Arrus, -ī *nom. serv.* Corp. VI 10229 (*testam. Dasumi, a. 108*) 37 Venugum Arrum piscator⟨es⟩.

Arrutius, Arruttius *v. sub* Arrius *p. 647, 71 al. et p. 648, 26.*

Arrutusa *nom. mul.* Corp. IX 3766 (*Marruvii*) T. Tocidius Princeps Nymphodo (ro*?*) filio suo, Tocidia Arrutusa. *cognatum videtur hoc nomen cum* Arrius (*cf.* Arruttius) *et ortum ex genetivo etrusco. Otto.*

Arrybās, -ae, Ἀρρύβας, *nom. vir.* Frontin. strat. 2,19 Harrybas (harridas *codd.*) rex Molossorum. *ibid.* Harrybas (*v. l.* harribas, harridas). Ivst. 7, 6, 11 Arryba rege Molossorum. 8, 6, 7 Arrybae *dat.* prol. 8 Arybba. *cf.* 17, 3, 9 Tharrybam *et* 13 Tharrybā. Oros. hist. 3, 12, 8 Arubae *gen. ibid.* Aruba *nomin. v. Kärst, PW. II 1495 sub* Arybbas. *Diehl.*

ars, artis *f.* [*fortasse cf. c.* artus, ūs *et c. theodisc.* art 'modus, mos', *gr.* ἀρτίζειν. *Th.*] *vox rara apud priscos, dein per totam viguit latinitatem. notionem primitivam in prosam induxere* Sall. Liv. Tac. *potissimum.* a *breve testantur multis locis grammatici velut* Char. gramm. I 11 Diom. *ibid.* 431 Serv. gramm. IV 423 Pomp. gramm. V 115 Mar. Victor. gramm. VI 27 Victor. *ibid.* 197 Maxim. Vict. *ibid.* 230 Atil. Fort. *ibid.* 279 Avdax gramm. VII 328 Dosith. *ibid.* 387. Pavl. Fest. 21 artifices dicti, quod ... sive quod apte opera inter se artent, qua ex causa etiam et artes sunt appellatae. Diom. gramm. I 421 ars dicta quod arto praecepto singula definiat et velut vias quasdam ostendat; vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς (Serv. gramm. IV 405 Pomp. gramm. V 95 Cassiod. gramm. VII 213 Isid. orig. 1, 1, 2). Ps. Prob. gramm. IV 47 ars est unius cuiusque rei scientia summa subtilitate adprehensa. nam et Graeci ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, a virtute, censebant artem esse dicendam (Don. Ter. Andr. 1, 1, 4 Serv. Aen. 5, 705 auct. 5, 270. Avg. civ. 4, 21 ab eo quod Graece ἀρετὴ dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxisse putaverunt. Avdax gramm. VII 320). Serg. gramm. IV 486 ars autem dicta est eo quod artius ad peritiam urgeat pertendentes. Diom. gramm. I 421 ars est rei cuiusque scientia usu vel traditione percepta tendens ad usum aliquem vitae necessarium. Victor. gramm. VI 187 ars quid est? :: unius cuiusque rei scientia. :: artium genera quot sunt? :: tria. :: quae? :: sunt quaedam animi tantum, quaedam corporis, quaedam animi et corporis. :: quae sunt animi tantum? :: hae sunt: poetice, musice, astrologice, grammatice, rhetorice, iuris scientia, philosophia. :: quae sunt corporis? :: iaculatio, saltus velocitas, oneris gestamen. :: quae sunt animi et corporis? :: ruris cultus, palaestra, medicina, μηχανική, τεκτονική. *cf.* Avdax gramm. VII 320. Serv. Aen. 1, 657 ars τῶν μέσων est, unde sine epitheto male ponitur. *add.* Serv. auct.: veteres autem artes pro dolis ponebant ... nam et Graeci dolos τέχνας dicunt. Isid. orig. 1, 1, 3 inter artem et disciplinam Plato et Aristoteles differentiam esse voluerunt dicentes artem esse in iis, quae se et aliter habere possunt, disciplinam vero esse, quae de iis agit quae aliter evenire non possunt. diff. 1, 8 inter artem et artificium: ars est natura liberalis, artificium vero gestum manibus (*var.* gestu et manibus; quaestu et m. *Leo*) constat. Diff. ed. Beck (Groningae 1883) 96 inter artem et artificium: ars honestior est, velut liberalium studiorum, artificium sordidius est, ut manuum. Gloss. τέχνη, peritia, ingenium, argutia. IV 20, 42 arte artificiose. III 270, 26 ars texendi ἱστουργία. II 336, 64 mala ars κακοτεχνία (*cf.* Qvint. inst. 2, 15, 2 Amm. 30, 4, 3); 65 mala arte κακότεχνος. *nom.* artis: Virg. Maro gramm. 5 p. 38, 6 H. duplici nominativo utatur, ut plebs, plebis et nominativo plebis, ars et artis, bos et bovis. *acc. plur.* artis *plerumque codices* Plavt. Cic. Verg. *al. de ellipsi vocis* ars *cf. Rolfe, Archiv 10 (1898) 229 sq.* [*it.* arte, *francogall.* art, *hisp.* arte. *M.-L.*]

I ars *significat virtutem vel facultatem quidlibet agendi, saepe fere agendi rationem. facultas, virtus: cf.* Ps. Prob. gramm. IV 47 veteres artem pro virtute frequenter usurpant. Plavt. Merc. 892 temperare istac aetate istis decebat (decet te *codd.*) artibus. 1000 missas (-us *codd.*) iam ego istas artis feci (artificiet *codd.*). Mil. 185ª ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri earumque artem et disciplinam optineat colere. Trin. 72 si in te aegrotant artes antiquae tuae. 228 utram potius harum mihi artem expetessam ... amorin med an rei obsequi potius par sit. 236. 296. Ter. Andr. 31 quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? :: nil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro, sed iis quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate (*ubi Sosia de coquinaria tantum arte accipit, Simo generalem notionem v. 33 substituit*). Ad. 741 illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. :: corrector! nempe tua arte viginti minae ... periere. Lvcil. 386 ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla (*cf. l.* 77). Cic. Verr. 3, 135 haec vero huius erat ars et malitia admiranda quod acutissime ... odorari solebat. 5, 81 quae cognatio studiorum et artium propemodum non minus est coniuncta quam ista ... generis et nominis. Cluent. 36 arte quadam praeditus ad libidines adulescentulorum excitandas accommodata. Manil. 36 non enim bellandi virtus solum in summo ac perfecto imperatore quaerenda est, sed multae sunt artes eximiae huius administrae comitesque virtutes (*e quibus enumerat innocentiam, temperantiam, fidem, facilitatem, al.*). fin. 2, 115 lustremur animo non has maximas artis quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur (*cf. l.* 67). 4, 67 quarum artium summae crescere possunt, earum etiam contrariorum summa poterit augeri. Q. Cic. pet. 54 video esse magni consilii atque artis in tot hominum cuiusque modi vitiis tantisque versantem vitare offensionem. 10. Sall. Cat. 9, 3 duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate seque remque publicam curabant. Iug. 2, 4 cum ... tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. 8, 2 si permanere vellet in suis artibus, ultro illi ... regnum venturum. 22, 2 virtute, non ma-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

litia P. Scipioni ... placuisse *Iugurtham*, ob easdem artis a Micipsa ... adoptatum esse. 82, 2 vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati. 96, 3. VERG. georg. 3, 100 animos aevomque notabis praecipue; hinc alias artis (virtutes SERV. auct.) prolemque parentum. HOR. carm. 3, 3, 9 hac arte (*sc. iustitia*) Pollux et vagus Hercules enisus arces attigit igneas. 4, 15, 12 *aetas Augusti* veteres revocavit artes. OV. rem. 713 nec solam faciem, mores quoque confer et artem. LIV. 1, 53, 4 minime arte Romana, fraude ac dolo, adgressus est (*cf.* 5, 27, 8 Romanis artibus, virtute, opere, armis ... vincam. 21, 34, 1. 42, 47, 4). 9, 42, 4 ut urbanis artibus opes augeret. 21, 2, 7 mirae artis in sollicitandis gentibus ... fuerat *Hasdrubal*. 23, 18, 8 nec ad varios conatus hostium aut vis ulla aut ars deerat socii⟨s⟩ Romanorum. 28, 18, 8 eam artem illi viro ad conciliandos animos esse (35, 14, 9 TAC. hist. 3, 10). 34, 60, 2. VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 a quo artes (virtutes PARIS) meae optime canentur. SEN. Phaedr. 425 dedit tempus locumquae casus: utendum artibus. CVRT. 3, 6, 20 quīs ille vel ingenii dotibus vel animi artibus ut pariter carus ac venerandus (verecundus *codd.*) esset, effecerat. PLIN. nat. 11, 81 quanta arte celat pedicas a scutulato rete grassantes! 27, 146. QVINT. inst. 5, 7, 15 in utroque tamen genere summis artibus interrogantis opus est. TAC. Agr. 36 simulque constantia, simul arte Britanni ... missilia nostrorum vitare. hist. 2, 21 primus dies impetu magis quam veterani exercitus artibus transactus. 3, 20 ratione et consilio, propriis ducis artibus. ann. 14, 55 plerique haudquaquam artibus tuis pares. PLIN. epist. 9, 6, 2 si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur. APVL. met. 5, 31 tuas artes tuasque delicias in ... filio reprehendis. QVEROL. p. 37, 14 ut agnoscatis penitus artem hominis pessimi. AMM. 30, 4, 10 horum ... libertatem temeritas, constantiam audacia praeceps, eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi: quarum artium scaevitate ... nefas est religionem decipi iudicantis. CLAVD. 26, 142 unus in hoc Stilicho diversis artibus hoste tris potuit complere duces (*h. e. Fabium cautione, Marcellum audacia, Scipionem fortitudine aequabat*). carm. min. 49, 1 quis non indomitam dirae torpedinis artem audiit?

facultas, ratio, qua quid facimus: PLAVT. Pseud. 704 quoi ter trina triplicia, tribus modis tria gaudia, artibus tribus tris demeritas dem laetitias. SALL. Cat. 2, 4 imperium facile eis artibus retinetur, quibus initio partum est (Iug. 85, 1 LIV. 7, 33, 3). 5, 7 agitabatur ... animus ... inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque eis artibus auxerat, quas supra memoravi. VERG. Aen. 7, 337 tibi (*o Allecto*) nomina mille, mille nocendi artes (*cf.* SEN. Phaedr. 550 CLAVD. 3, 97 AVG. civ. 2, 10. 8, 18 SVLP. SEV. Mart. 22, 1). 12, 873 qua tibi lucem arte morer? HOR. sat. 2, 5, 2 quibus amissas reparare queam res artibus atque modis. 2, 8, 84 arte emendaturus fortunam. OV. am. 3, 6, 11 si non datur artibus ullis ulterior nostro ripa premenda pedi. 3, 7, 75. ars 2, 17 quas possit Amor remanere per artes. rem. 525 quoniam variant animi, variabimus artes. 624. 691. met. 1, 379 dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri arte sit. 4, 770 quanta virtute quibusque artibus abstuleris crinita draconibus ora. 11, 242. LIV. 1, 50, 7 seditiosus facinorosusque homo hisque artibus opes domi nactus. 3, 14, 6 his per totum annum artibus lex elusa est. 22, 32, 2 quam (*dimicationem*) omnibus artibus petebat hostis. 22, 24, 10 artibus Fabii ... sedendo et cunctando bellum gerebat (22, 32, 3. 22, 34, 7). VELL. 1, 2, 2 *Codrus* iis artibus mortem quaesierit, quibus ab ignavis vita quaeri solet. LVCAN. 3, 560 artibus et certas pelagi (*h. e. iis artibus quas mare ministrat*). VAL. FL. 1, 66 qua iussos sectatur (-antem *V*) quaerere Colchos arte queat. STAT. Theb. 6, 317 multa monens *Adrastus Polynicem*, ubi fervor equo (*Arioni*), qua suetus ab arte mulceri. MART. 12, 82, 1 effugere in thermis et circa balnea non est Menogenen, omni tu licet arte velis. QVINT. inst. 4, 2, 47 deinde curandum, ut omni arte vel ex spatio eius detrahamus aliquid vel ex taędio. 4, 2, 51 adhibitis quoque his artibus. decl. 316 p. 244. Ps. QVINT. decl. 18, 4 verberibus, igni, omni crudelitatis arte consumpsit *filium*. IVV. 10, 110 summus nempe locus nulla non arte petitus. 11, 174 omnique libidinis arte. TAC. hist. 1, 25 suspensos ceterorum animos diversis artibus stimulant. 4, 58 trahendique artes. ann. 2, 66 nec tamen Caesar placitas semel artis mutavit. 3, 8. 4, 1 Tiberium variis artibus devinxit. 6, 16. 12, 5 Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. 13, 2 diversa arte ex aequo pollebant, Burrus militaribus curis et severitate morum, Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta. 13, 13. 14, 23 diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos. PLIN. paneg. 44 eadem ista quibus alios artibus adsecutos vident, consectantur. FLOR. 2, 15, 2 cunctis artibus cooptationem Iuliae gentis inhibere. FRONTO p. 52 N. quando autem aperta arte (*an* aperto Marte?) congressus est? quando non ex insidiis adortus? APVL. met. 3, 21 quod nihil etiam tunc in suos amores ceteris artibus promoveret. 10, 15 debere cunctis artibus communis dispendii latronem disquiri. IVST. 6, 3, 6 gloriam diversis artibus quam priores civitatis suae duces consecutus. AMM. 15, 5, 35 superare ... quacumque arte contraria cupiebat. 15, 3, 5. AVG. civ. 3, 9 quibus artibus deos tales sibi ... consociare potuerit. 3, 10. SVLP. SEV. chron. 2, 18, 4 isdem artibus, quibus Iason prius, Menelaus sacerdotium obtinuit.

bonae artes: SALL. Cat. 10, 4 avaritia fidem probitatem ceterasque artis bonas subvertit. 11, 2 huic quia bonae artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Iug. 1, 3 probitatem industriam aliasque artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest. 4, 7 furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur. 28, 5 in consule nostro multae bonaeque artes et animi et corporis erant. 41, 3 metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. 43, 5. LIV. 24, 42, 2 bonis artibus partum ... regnum. 37, 54, 19 certare pio certamine cuiuslibet bonae artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus. TAC. hist. 1, 10 *Mucianus* malis bonisque artibus mixtus. 1, 17 *militum* favorem, ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum (1, 30. 3, 86). 3, 9 qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. 4, 1 inter turbas et discordias pessimo cuique plurima vis, pax et quies bonis artibus indigent. ann. 1, 9 arma civilia neque parari possent neque haberi per bonas artes. 1, 28 et aliis bonis artibus grati in vulgus. 2, 73 quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus praestitisset *Germanicus*. 3, 70. 11, 22 si bonis artibus fiderent. 13, 30. 14, 52 nec bonis artibus idem virium erat *in Nerone*. 16, 32 specie bonarum artium falsos. PANEG. 4, 12 pecuniae bonis malisve artibus partae. AVG. civ. 5, 12 quo bonis artibus pervenire nitebantur boni. 5, 15 non redderetur merces bonis artibus eorum id est virtutibus. *cf.* VAL. MAX. 9, 6 ext 2 mendaciis et fallacia quasi praeclaris artibus gaudens. AMM. 15, 5, 14 praeclaris artibus inlustratus. TAC. ann. 6, 39 nullam ob eximiam artem. 12, 6 congruere artes honestas Agrippinae. 6, 7 sanctissimis Arruntii artibus.

malae artes: SALL. Cat. 3, 4 quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium. Iug. 41, 1 mos partium popularium et [senatores] factionum ac deinde omnium malarum artium ... ortus est. LIV. 2, 9, 7 nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit. 23, 2, 2 malis artibus nanctus opes. 25, 1, 4. SEN. epist. 29, 11 malis artibus popularis favor quaeritur. TAC. hist. 1, 10 *cf. l. 9.* 1, 45 industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. 2, 57. 4, 44 exercita malis artibus potentia. ann. 14, 57 malas artes quibus solis pollebat gratiores ratus. APVL. met. 2, 5 cave fortiter a malis artibus et facinorosis illecebris Pamphiles. 2, 29. Plat. 2, 12 si quis autem eius (*i. bonorum*) usum converterit ad malas artes. PANEG. 4, 12 *cf. l. 19.* AVG. civ. 5, 12 *honorem* malis artibus conabantur adipisci. SALL. Iug. 85, 43 luxuria et ignavia, pessumae artes. LIV. 3, 19, 5 tribunus pessimis artibus, regia licentia vivere. 22, 12, 12 premendoque superiorem, quae pessima ars, nimis prosperis multorum successibus crevit, sese extollebat. QVINT. inst. 5, 7, 32 illae vero pessimae artes, testem subornatum in subsellia adversarii mittere. OV. fast. 2, 690 Gabios turpi fecerat arte suos (*fere i. q. dolo*). *paulo aliter* PANEG. 11, 19 per turpissimas artes imperatori acceptissimus.

i. q. dolus, fraus, machina: TER. Haut. 366 haec arte tractabat virum (SEN. clem. 1, 17, 1). SALL. Iug. 48, 1 *Iugurtha* se suis artibus temptari animadvortit (LIV. 22, 16, 5). VERG. Aen. 1, 657 at Cytherea novas artes, nova pectore versat consilia (SERV. ars *τῶν μέσων* est, unde male sine epitheto ponitur; *addit* auct.: veteres autem artes pro dolis ponebant). 2, 106 ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae (*cf.* SERV.). 2, 152 dolis instructus et arte Pelasga. 2, 195 periurique arte Sinonis. 7, 477 arte nova (dolo SERV.) speculata locum. 7, 765 postquam arte novercae occiderit *Hippolytus*. 11, 760 multa prior arte Camillam circuit. 12, 631 cum prima per artem (per fraudem SERV.) foedera turbasti. TIB. 1, 4, 76 quos male habet multa callidus arte puer. 1, 4, 82 deficiunt artes deficiuntque doli. PROP. 1, 1, 17. 3, 24, 25 nil moveor lacrimis: ista sum captus ab arte, semper ab insidiis, Cynthia, fiere soles. 4, 5, 38. OV. am. 1, 2, 8 tecta callidus arte nocet. 2, 12, 4 ne qua posset ab arte capi (ars 1, 265. 2, 12 fast. 3, 294 LIV. 2, 51, 5. 25, 19, 11 SEN. Tro. 866). epist. 12, 50 ultimus est aliqua decipere arte labor. 16, 141 nullaque fidelem ... lusimus arte virum. 18 (19), 38 feminea tardas fallimus arte moras. 19 (20), 47. 20 (21), 222. ars 1, 241 aperit mentes aevo rarissima nostro simplicitas, artes excutiente deo. 1, 362. 1, 419. 3, 332 cuique pater vafri luditur arte Getae. 3, 594. rem. 34 verbaque dent cauto qualibet arte viro. met. 2, 686. 13, 323. 15, 473 artesque dolosas (MART. 8, 59, 13. 14, 210, 1). trist. 2, 462 qua nuptae possint fallere ab arte viros. hal. 9 scarus arte sub undis *latet*. 82 noster in arte labor positus. LIV. 2, 31, 7. 3, 10, 10 iam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi. 3, 35, 8. 4, 25, 12. 4, 44, 5 plus artis adhibuisse quam fidei (4, 56, 3. 8, 27, 5 CELS. 3, 18 PANEG. 12, 19). 5, 38, 3 in paucitate hostium artem maxime timens. 7, 14, 6. 8, 26, 1 Nymphius praetorem Samnitium arte adgressus (22, 22, 9. 36, 11, 9 TAC. hist. 2, 8. 2, 101). 21, 50, 2 contra eludere Poenus et arte non vi rem gerere (26, 4, 4. 26, 40, 4. 38, 21, 6. 42, 47, 8 SEN. Med. 563). 25, 39, 1 cohors Romana arte Punica abditur. 26, 19, 3. 27, 16, 10. 27, 26, 3 totus in suas artis versus insidiis locum quaerebat. 42, 22, 8 rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est (TAC. ann. 13, 22). 42, 47, 3. 44, 36, 3 ut non minore arte ad suos eludendos quam ad hostis opus esset. VAL. MAX. 6, 8, 7. 8, 11 ext. 4 ani⟨mali⟩a arte decepta. SEN. benef. 1, 1, 5 variis artibus necessitates properantes elusit. nat. 4 pr. 11 ubi artem simulationemque non redolet. LVCAN. 4, 448 fraudes innectere ponto antiqua parat arte Cilix (FLOR. 2, 13, 32). 4, 744 si-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mulatae nescius artis. PETRON. 107 te artem quaesisse, qua nostrae animadversionis impetum eluderes. PLIN. nat. 10, 155. 10, 197. VAL. FL. 6, 438 varias *Iuno* circumspicit artes. SIL. 2, 180. 9, 276 quaeque arte dolisque scindunt se turmae. 10, 189. 11, 130. 11, 311. 17, 552 non artibus hostem eripies verum nobis. STAT. Theb. 2, 488 quas quaereret *Eteoclès* artes, si fratrem, Fortuna, dares? 6, 588. 7, 160 paelicis (*Iunonis*) arte rogatus *Iuppiter* (*ut Semelen perderet*). 9, 888 arte pia trepidam (*Atalanten*) suspende diuque decipito. 12, 183. MART. epigr. 30, 2 varia lentas necteret arte moras. 7, 32, 13. 12, 66, 3 arte sed emptorem vafra corrumpis, Amoene. QVINT. inst. 5, 7, 21 quia nonnumquam sunt hae quoque testium artes, ut primo ad voluntatem respondeant. 5, 13, 2 mille flexus et artes desiderantur. 10, 1, 47. 10, 1, 49 qui de artibus scripserunt. 11, 1, 54. 12, 9, 3 operibus et cuniculis et insidiis et occultis artibus rem geret. 12, 9, 5. decl. 306 p. 203 ars aperienda est. 314 p. 236. 330 p. 299. 338 p. 337 artes novercales. 341 p. 347 mille artibus circumscribimur. 349 p. 373. FRONTIN. strat. 1 pr. (*στρατηγημάτων*) propria vis in arte sollertiaque posita. 2, 5, 47 *naves* omni arte varioque flexu eluderent hostem. IVV. 1, 123 nota iam callidus arte. 7, 36 accipe nunc artes (audi fraudes SCHOL.). TAC. dial. 11 parantem me ... accusare ... arte quadam mitigavit. Agr. 9 hist. 1, 20. 3, 59 missi ab Antonio per varias fallendi artes penetrabant (3, 73). 4, 41. 4, 86 intellegebantur artes. 5, 23 agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat. ann. 1, 5. 1, 26 *Tiberium* desideria legionum frustrari solitum: easdem artes Drusum rettulisse. 1, 73 quanta Tiberii arte gravissimum exilium inrepserit. 3, 17. 3, 73. 4, 57 causam abscessus ... ad Seiani artes rettuli. 5, 1 *Livia* uxor facilis et cum artibus mariti, simulatione filii bene composita. 6, 29. 12, 9. 12, 40 callidisque ... artibus fratrem ac propinquum Venutii intercepit. 12, 59. 12, 68. 13, 46 Poppaea primum per blandimenta et artes valescere. 14, 1. 15, 19 adversus fraudem et artes. 15, 56. PLIN. epist. 6, 33, 7 detegam artes. SVET. Vit. 2 Parthorum regem summis artibus ... ad conloquium suum ... pellexit. FLOR. 1, 22, 13 ars nova Punicae fraudis. 1, 36, 10 iam simulata, iam vera fuga eludentem artibus suis adgressus est. 1, 38, 15 imperator addiderat virtuti dolum secutus Hannibalem artemque Cannarum. FRONTO p. 52 N. sine istis artibus omnem orationem absurdam ... puto. APVL. met. 4, 9 magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam. 9, 22. 9, 29 apol. 79. 83 patent artes tuae, Rufine, fraudes hiant. COMM. inst. 1, 19, 4 ex arte qui fincte loquitur. CAPITOL. Pert. 2, 4. IVST. 9, 8, 12 hic aperte, ille artibus bellum tractabat. AMM. 17, 5, 15 enisi apparatum ... Saporis arte quadam suspendere. 27, 22, 2 per artes fallendo diversas. 28, 6, 20. 14, 2, 11. 19, 6, 11 hacque arte Galli portam ... introiere. 15, 13, 3. HIER. epist. 21, 13 Satanas cum aliquem sua arte deceperit (45, 2. 50, 5 SVLP. SEV. epist. 1, 14). 125, 13 *adulescentem* hac arte servavit. 125, 19 Christus arte non inluditur. VVLG. iud. 20, 32 fugam arte simulantes. CLAVD. Pros. 2, 266 o Veneris deprensae serius artes. 28, 350 heu quibus insidiis, qua me circumdedit arte Stilicho. carm. min. 30, 31 Penelope trahat arte procos (*ubi dolum potius quam opus textile intellegas cl.* SIL. 2, 180). *ibid.* 30, 233 Rufino meditante nefas, cum quaereret artes in ducis exitium. AVG. civ. 4, 19 *daemonum* artes atque versutias hinc potius isti advertere debuerunt. 18, 18. 20, 8 omnibus ... artibus insidiantem. SVLP. SEV. Mart. 23, 9 inludi illum diaboli arte non posse. 24, 4. 22, 6. COD. Iust. 4, 3, 1 pr. si artibus moras nectent. CARM. adv. pag. 80 caperet quos daemonis arte.

II *artiore notione* artes *comprehendunt facultates quibus opus est ad certam quandam disciplinam vel studii vel quaestus causa exercendam*: PLAVT. Mil. 666 vel hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi vel primarium parasitum atque obsonatorem optumum. tum ad saltandum non cinaedus malacus aequest atque ego. :: quid ad illas artis optassis, si optio eveniat tibi? TER. Andr. 30 quid est quod tibi mea ars (*sc. coqui*) efficere hoc possit amplius? :: nil istac opus est arte ad hanc rem quam paro, sed iis quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate *cf. supra p. 656, 60*. Haut. 48 si numquam avare pretium statui arti meae et eum esse quaestum in animum induxi maximum ... (Hec. 49). Ad. 259 fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem. PACVV. trag. 108 qui arte hac vescimur. ACC. trag. 419 principio extispic[i]um (*del. Scaliger*) ex prodigiis congruens ars te arguit. LVCIL. 1020^{b} uni se atque eidem studio omnes dedere et arti. QVADRIG. 10^{b} (Gell. 9, 13, 16) animo magis quam arte confisus. POETA Sen. epist. 102, 16 laus alit artis (alitteris *codd., cf.* CIC. Tusc. 1, 4). RHET. Her. 4, 60 artium quae virtutis magistrae sunt. VARRO Men. 398. 436. ling. 5, 93 artificibus maxima causa (*sc. nominandi*) ars, id est ab arte medicina ut sit medicus dictus. 7, 109. rust. 1, 3 non modo est ars *agri cultura*, sed etiam necessaria ac magna. CIC. Quinct. 93 omnis tuas artis, quibus tu magnus es, tibi concedit. S. Rosc. 118. Q. Rosc. 17 qui ... plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se. 28 facies non erat, ars erat pretiosa. Mur. 22 ad studiorum atque artium contentionem revertamur. 30 duae artes sunt quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni. Flacc. 9 tribuo illis (*Graecis*) litteras, do multarum artium disciplinam. Arch. 4. har. resp. 19 nec calliditate Poenos nec artibus Graecos ... superavimus. Sest. 120 poetae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore *Roscius* exprimebat. Cael. 54 illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina. Planc. 62 populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos; in quibus si qua praeterea est ars, facile patitur. rep. 1, 2 nec vero habere virtutem satis est quasi artem aliquam nisi utare. 1, 16. 1, 50 qui enim iudicatur iste optimus? doctrina, artibus, studiis. 2, 34 influxit ... abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium *Romam e Graecia* (Brut. 26 HOR. epist. 2, 1, 156 OV. fast. 3, 101). 5, 5. fin. 1, 42 medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonae valetudinis causa probamus. 2, 81. 3, 3. 3, 18 artis enim ipsas propter se assumendas putamus. 3, 24 artis effectio. 3, 32. 4, 76 omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio praesunt, debent habere. leg. 2, 47 non solum scire aliquid artis est (fin. 5, 26. 5, 60 div. 1, 1. 1, 11. 1, 12. 2, 111). ac. 1, 3 cum ... id studium ... longe ceteris studiis et artibus antecedat. 2, 22 omnem vitae usum omnesque artes. Tusc. 1, 64 *philosophia* omnium artium mater. nat. deor. 2, 35 pictura et fabrica ceteraeque artes. 2, 57 censet enim artis maxima proprium esse creare et gignere. 2, 81 *naturae* sollertiam nulla ars, nulla manus, nullus opifex consequi possit imitando. 2, 150 multarum artium ministras manus. 2, 163 haec ... sive vis sive ars sive natura ad scientiam rerum futurarum homini ... est ... data. div. 1, 2 Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. 1, 24 earum ... artium quae coniectura continentur. 2, 123 Musae scribendi legendi ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt? Cato 78 off. 1, 19. 1, 135. 1, 150 quaestus mercennariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. *ibid.* minimeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum 'cetarii lanii coqui fartores piscatores'. inv. 1, 2 ac si volumus huius rei, quae vocatur eloquentia, sive artis sive studii sive exercitationis cuiusdam sive facultatis ab natura profectae considerare principium. de orat. 1, 5 eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri. 1, 22 partitionem iam quandam artium fecisse. 1, 44 missos facio mathematicos grammaticos musicos, quorum artibus vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate coniungitur. 1, 65 ceteris in artibus atque studiis. 1, 118 in iis artibus, in quibus non utilitas quaeritur, sed animi libera quaedam oblectatio. 1, 202 artis antistes (SEN. dial. 10, 14, 5 COLVM. 11, 1, 10). 1, 248 artificem cuiusdam generis atque artis. 3, 26 in his quasi mutis artibus. orat. 5 nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se ⟨ab⟩ artibus suis removerunt. part. 35 quemadmodum affecti sint *animi* virtutibus vitiis, artibus inertiis. 80 praeparati rectis studiis atque artibus. Att. 7, 25 erat enim ars difficilis recte rem publicam regere. epist. 4, 3, 3 ad eas te referas artis, quibus a primis temporibus aetatis studium tuum dedisti. 4, 13, 4 quid studia, quid artes quibus a pueritia floruisti, a te flagitent. 7, 1, 4. 13, 20. 15, 4, 16 societas studiorum atque artium nostrarum. carm. frg. 3, 74 fuderunt claras fecundi pectoris artes. PVBLIL. A 33 aleator quanto in arte est ⟨potior⟩, tanto est nequior. LVCR. 4, 847 *natura* daret obiectum parmai laeva per artem (*cf.* VERG. Aen. 8, 143 MANIL. 2, 691 *et* 801 LAVS Pis. 191 SIL. 1, 175. 1, 474. 4, 713). 4, 971. 5, 1355 longe praestat in arte et sollertius est multo genus omne virile. SALL. hist. 2, 37 nulla arte cuiquam inferior. BELL. Alex. 16, 5 maritimis ... sollertia atque ars praesidium ferret (15, 5). NEP. Epam. 2, 2. NIGID. Serv. auct. Aen. 1, 177 omnis enim ars materia inventa, circa quam versetur, ferramenta, vasa, instrumentum armamentaque conparat, per quae opera sua efficere possit. VERG. georg. 1, 145 variae venere artes. Aen. 5, 484 hic victor caestus artemque repono (arti renuntiavit SERV.). 5, 521 ostentans artemque pater (*Acestes*) arcumque sonantem. 6, 851 tu regere imperio populos, Romane, memento — haec tibi erunt artes — pacique imponere morem, parcere subiectis et debellare superbos. 7, 772 repertorem medicinae talis et artis. 8, 442 omni nunc arte magistra (12, 427 SIDON. carm. 2, 420). 12, 518 piscosae cui circum flumina Lernae ars fuerat. 12, 892 sive animis sive arte vales. catal. 2, 1 *populus* arte fabricata rustica. AETNA 108 quis ... tantae faber imperat arti? HOR. sat. 1, 3, 131 abiecto instrumento artis clausaque taberna tonsor (*var.* sutor) erat. carm. 1, 12, 9 arte materna (*Calliopes*). 4, 1, 15 centum puer artium. carm. saec. 63 *Phoebus* salutari levat arte fessos corporis artus. epist. 2, 2, 7 idoneus arti cuilibet. TIB. 2, 5, 107. 1, 9, 66 cum tibi non solita corpus ab arte movet (OV. am. 2, 4, 30 *cf.* ars 3, 301). PROP. 1, 4, 13. 4, 1, 6 facta sine arte casa. OV. am. 1, 10, 60 quam volui, nota fit arte mea (*h. e. carminibus*). 2, 4, 17 raras dotata per artes. 2, 10, 6. epist. 4, 25 ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis. 18 (19), 183 arte laboratae merguntur ab aequore naves. ars 1, 656 necis artifices arte perire sua (trist. 3, 11, 41 *quamquam cf. p. 673, 19*). 3, 208 non est pro vestris ars mea rebus iners. rem. 131 temporis ars medicina fere est. met. 2, 638 non haec artes contenta paternas (*h. e. Chironis*) edidicisse fuit. 8, 866 sic has deus aequoris artes (*h. e. piscatoris*) adiuvet. trist. 1, 2, 32. 1, 4, 12 *gubernator* non regit arte ratem. Pont. 1, 5, 50 trahar arte loci (*Sarmatiae, i. sagittandi*). fast. 1, 23 ad nostras cum se tulit impetus artes (*h. e. ad poesim*). LIV. 1, 7, 8 inter rudes artium homines. 7, 2, 11 ludus in artem verterat. 22, 25, 19 filioque ... in servilia eius artis ministeria usum (*lanium*). 25, 1, 8 quaestus ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

velut [ex] concessae artis usu exercebant *rustici*. 28, 37, 6. 39, 6, 9 tum coquus ... in pretio esse et quod ministerium fuerat, ars haberi coepta. 45, 27, 11 simulacra deorum hominumque, omni genere et materiae et artium insignia. GRATT. 399 MANIL. 3, 148. 4, 277 innumerae veniunt artes. VITR. 1, 1, 11 scientia ... litterarum et artium nutriti. 2 pr. 5 de officio architecturae terminationibusque artis. 6 pr. 5 non ad pecuniam parandam ex arte dedi studium. PAVL. FEST. 211 *pentathlum* quinque artibus constat, iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione. 293 bonarum artium sollers. CELS. tit. A. Corneli Celsi artium liber sextus idem medicinae primus (*cf.* PLIN. nat. praef. 24 QVINT. inst. 12, 11, 24). SEN. dial. 11, 10, 5 quid opus est tot artibus ventri servientibus? 11, 11, 2 purpuram intextam auro variisque et coloribus distinctam et artibus. nat. 2, 53, 2 a philosophia parente artium. epist. 9, 7 ipsa fruebatur arte, cum pingeret. 75, 5 aliae artes ad ingenium totae pertinent. CVRT. 9, 5, 25 Critobulus inter medicos artis eximiae. COLVM. 4, 11, 2 magister artium ... usus. PETRON. 140 per hanc successionem artem suam perseverabat extendere. PLIN. nat. 26, 12 Asclepiades ... orandi magister nec satis in ea arte quaestuosus. 29, 26 proceres artes eius (*medicinae*). 33, 132 ars facta denarios probare. 33, 157 habuit et Teucer crustarius famam subitoque haec ars exolevit. 34, 63 cum pretio perisset gratia artis. 35, 2 de pictura, arte quondam nobili. 35, 77. 35, 28 de dignitate artis morientis. 35, 60 lumina artis. 35, 142 argumento declaravit quod arte non poterat. STAT. silv. 1, 4, 29. 1, 6, 69 quod theatris aut forma placet aut probatur arte. 2, 7, 21 qui vos (*Musas*) geminas tulit per artes et vinctae pede vocis et solutae. 3, 1, 19 *Hercules* attulit artes erexitque (*i. auxit*) suas. Theb. 7. 214 ubi tunc ars tanta precandi? MART. 3, 82, 13 percurrit agili corpus arte tractatrix. 3, 99, 2. QVINT. inst. 1 pr. 13 inertia factum est, ut artes esse plures viderent. 2, 13, 10 nonne ab intellectu artis afuerit? 2, 15, 24 ut rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiae ac voluptatis existimet. 8, 2, 13 verba ... artium propria. 12, 11, 20 geometrae ... et grammatici ceterarumque artium professores. decl. 298 p. 178 alios ... parasitos ars aliqua commendet: tu quid potes? IVV. 15, 145 exercendis pariendisque artibus apti. TAC. dial. 32 *eloquentia* omnium artium domina. ann. 3, 66 Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit. 11, 24 *Galli* moribus artibus adfinitatibus nostris mixti. GROM. p. 64 L. uno enim libro instituimus artificem, alio de arte disputavimus. p. 415 huius artis speculatoribus. FLOR. 1, 1, 6 artium officiorumque discrimina. FRONTO p. 62 N. in vestibulo artis obversati. p. 229 Minervam artium atque artificum magistram. GAIVS dig. 4, 9, 5 fullo et sarcinator ... pro arte mercedem accipiunt. VLP. dig. 25, 4, 1 tres obstetrices probatae et artis et fidei. APVL. flor. p. 13 Oud. arte tibicen. TERT. idol. 9 animadvertimus inter artes etiam professiones quasdam obnoxias idololatriae. 11 nulla ... ars, nulla professio, nulla negotiatio. bapt. 12 artem, qua vitam sustentabat, deseruit. anim. 46 inter cetera praesidia divinatricum artium et disciplinarum. LAMPR. Alex. 24, 5 bracariorum, linteonum, vitrariorum, pellionum, claustrariorum, argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal pulcherrimum instituit. AMM. 19, 12, 1 peritus artium cruentarum ut lanista ex commerciis libitinae vel ludi. 22, 4, 9 *tonsor* interrogatus quid haberet ex arte compendii. Ps. ASCON. p. 175 O. quid quisque de reditibus suis, quid de arte fenore lucrove seposuisset. SCHOL. Germ. Bas. p. 90 *Croti* artes inter mortales mansere: plausus et sagittari. HIER. epist. 64, 12 *textum* polymita arte distinctum. 66, 9 (*cf.* in Is. 16 pr. p. 665 QVINT. inst. 12, 10, 50). VVLG. apoc. 18, 22 omnis artifex omnis artis non invenietur. CLAVD. 18, 78 *Eutropius* aggreditur lenonis opus nec segnis ad artem mens erat. Pros. 3, 32 artes pariat sollertia, nutriat usus. carm. min. 17, 23 dissimiles annos sollertia temperat artis. AVG. civ. 5, 1 in professionibus, artibus, honoribus ceterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus. 7, 3 qui non habeat artem suam pecuniaria mercede venalem. 16, 8 artem cuiuspiam minus perfecti opificis. MACR. sat. 7, 15, 14 philosophiam artem esse artium et disciplinam disciplinarum. SIDON. epist. 8, 6, 1 in utriusque artis arce compositum. BOET. Arist. herm. sec. 5, 11 artis illius cognitor. ENNOD. carm. 2, 31, 1. CORP. IX 5279 Tracalo arte tecta (*τέκτης intellegit Mommsen*, architecta *Bücheler; at certe plebeius de* arte *cogitare potuit*). CARM. epigr. 881 Germanos Maurosque domas sub Marte † guitanos. Antonine, tua diceris arte pius. 1552ª, 30 artibus actis Gallia semper ovans (*cf. Bücheleri nota*).

artes definiuntur ex aestimatione: MANIL. 2, 173 alta ... in arte. QVINT. inst. 8, 3, 2 si quae sunt artes altiores. SEN. dial. 5, 9, 1 artibus amoenis tradendus. CIC. Verr. 5, 98 tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris. Vat. 8 bonarum artium studia siluerunt. Cael. 45. 77. Cato 29 bonarum artium magistri (PETRON. 99 PLIN. nat. 25, 4). 65 moribus bonis et artibus. off. 3, 6. phil. frg. IX 12 bonis etiam studiis atque artibus expositos. de orat. 1, 158 bonarum artium doctores. 2, 10. 3, 136 epist. 5, 16, 4 SALL. Iug. 63, 3. AETNA 274 implendus sibi quisque bonis est artibus. OV. ars 1, 459 trist. 3, 7, 32 FEST. 20. 185. SEN. contr. 2 pr. 4 omnium bonarum artium capacissimum. SEN. dial. 8, 3, 4 commendare se bonis artibus. 10, 14, 5 antistites bonarum artium. 10, 19, 2. 11, 9, 4. 11, 17, 3 omnes bonas artes non quidem comprendisti, attigisti tamen. benef. 3, 28, 1. 3, 31, 5. 6, 15, 2 bonarum artium praeceptore. nat. 6, 32, 1. epist. 56, 8 tractatione bonarum artium. 73, 4. 80, 2. 105, 5 QVINT. inst. 12, 1, 7 TAC. dial. 29. ann. 1, 3 rudem bonarum artium. 6, 46 bonarum artium cupiens. 15, 62 Agr. 2. ann. 11, 6 *eloquentiam* bonarum artium principem. 15, 45 PLIN. epist. 1, 22, 1. 2, 7, 5 acuent ad bonas artes iuventutem *praemia*. 4, 15, 8. 5, 17, 1. 7, 31, 5 studia quoque sicut alias bonas artes veneratur. FRONTO p. 59 N. perfectus atque omnibus bonis artibus absolutus. p. 109 multae bonaeque artes et animi et corporis. p. 173. 180 bonarum artium sectatorem. p. 188. 196 APVL. flor. p. 77 Oud. met. 7, 7 mund. pr. Plat. 2, 14. 2, 22 ad bonas artes promptior. Socr. p. 175 Oud. PANEG. 11, 9. 11, 20 AMM. 15, 8, 10. 16, 9, 2. 27, 2, 5. 30, 8, 10 bonis artibus eminere. CASSIOD. var. 1, 1, 1. *cf. supra p. 657, 84.* MANIL. 5, 267 artesque decorae. difficiles a. *cf. p. 663, 2.* MANIL. 1, 1 carmine divinas artes ... deducere mundo aggredior. APVL. met. 5, 1. *cf.* CIC. nat. deor. 2, 12. GROM. p. 184 *p. 664, 63.* OV. met. 9, 743 num me puerum de virgine doctis artibus efficiet? MANIL. 1, 73 necdum etiam doctas sollertia fecerat artes. 4, 192 *et* 525. elegantes a. *cf. l. 37.* CIC. Arch. 17 propter excellentem artem ac venustatem *Q. Roscii.* AETNA 33 neque extremas (*h. e. infimas, humiles*) ius est dimittere in artes sidera. CIC. Brut. 331 eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento. fin. 2, 112 sapientem plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum. CIC. Cael. 9 cum artibus honestissimis erudiretur. Brut. 213 in omni genere honestarum artium tam indoctum, tam rudem. off. 1, 151. CVRT. 8, 5, 7 professionem honestarum artium. IVV. 3, 21 TAC. dial. 21 Agr. 4. ann. 3, 66 artibus honestis copiosum. 14, 15 PLIN. epist. 3, 3, 2 HIER. epist. 3, 4. 52, 3. CASSIOD. var. 8, 31, 8 honestas artes invisere. CIC. de orat. 3, 21 omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium. rep. 1, 28 politi propriis humanitatis artibus (*cf.* Arch. 2 omnes artes quae ad humanitatem pertinent). PLIN. nat. 34, 89 hoc (*i. huc*) a simulacris deorum hominumque devocaverat *Perillus* humanissimam artem (*i. fingendi*). CIC. Arch. 10 aut nulla aut humili aliqua arte praeditis. OV. Pont. 4, 3, 40 vix humili duram reppulit arte famem (*Dionysius ludi magister factus*). CIC. de orat. 1, 73 omnibus ingenuis artibus instructus. 3, 21 *cf. l. 30.* fin. 3, 4 ut omittam has artis elegantes et ingenuas, ne opifices quidem tueri sua artificia possent. 5, 48 ingenuis studiis atque artibus. 5, 74 studiosis ingenuarum artium. Tusc. 5, 63 epist. 4, 3, 4. OV. am. 3, 8, 1 et quisquam ingenuas etiamnunc suspicit artes? ars 2, 121 trist. 1, 9, 45 Pont. 1, 6, 7. 2, 5, 66 artis ... ingenuae cultor. 2, 7, 47. 2, 9, 47. PETRON. 88 vigebant artes ingenuae. TAC. dial. 30 artis ingenuae scientiam. *cf.* CIC. de orat. 3, 127 artis quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur. SEN. benef. 3, 21, 2 artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit. SIL. 13, 537 qui laetas (*h. e. quibus delectamur*) artis vitaeque colendae invenere viam. CIC. de orat. 1, 10 laudatarum artium procreatricem *philosophiam*.

CIC. Brut. 3 in leviorum artium studio. *cf.* de orat. 1, 18. CIC. inv. 1, 35 artium liberalium magistros (SVET. Iul. 42 doctores. PAVL. dig. 50, 5, 10, 2 professoribus). epist. 4, 4, 4 me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit. VAL. MAX. 8, 11, 1. SEN. epist. 88, 18 non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam. 88, 23 pueriles sunt et aliquid habentes liberalibus (*nempe quas Posidonius sic nuncupat*) simile hae artes, quas *ἐγκυκλίους* Graeci, nostri autem liberales vocant. 88, 37 liberalium artium consectatio. rem. fort. frg. 15, 2. PLIN. nat. 14, 5 omnesque a maximo bono (*sc. a libertate*) liberales dictae artes. 22, 5. 23, 32 TAC. Agr. 21. ann. 4, 13 liberalium artium nescios. 13, 3. SVET. Tib. 70 artes liberales utriusque generis (*h. e. et graecas et latinas*) studiosissime coluit *Tiberius*. IVL. dig. 27, 2, 4. VLP. dig. 50, 9, 4, 2 si ob liberalem artem fuerit constitutum *salarium* vel ob medicinam. *cf.* CIC. de orat. 1, 11 in harum artium liberalissimis studiis. 1, 212. 1, 72 qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus. Tim. 1 ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus. CVRT. 8, 6, 4 artibus studiorum liberalium exculti. AVG. civ. 12, 10 liberalium disciplinarum aliarumque artium institutores. HIST. Apoll. 29 *Tharsia* traditur studiis artium liberalium.

SEN. epist. 88, 22 ludicrae *artes* sunt quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. *cf.* CIC. de orat. 2, 84 ars ludicra armorum. *cf. p. 663, 29.* CIC. rep. 1, 35 si minus in maxima arte, quam illi in minimis, operae consumpserim. Tusc. 1, 59 qui in aliquo maiore studio et arte versantur *quam memoriae*. 5, 104 vir sapiens multo arte maiore praeditus *quam tibicines*. de orat. 1, 6 *v. l. 84.* 3, 87 artium maximarum (*cf.* QVINT. inst. 2, 1, 4). Brut. 153. orat. 4 instructus ... magnarum artium disciplinis. SEN. epist. 104, 19 sapientia ars (*sic Hense*, res *codd.*) omnium maxima. PETRON. 2 tam magnae artis compendiariam invenit. AMM. 16, 1, 5 omnium magnarum artium altitudo nos delectat. CASSIOD. var. 3, 6, 3 cote magnarum artium detersus. QVINT. inst. 12, 1, 41 nonne utemur arte dicendi bona quidem, sed malis artibus simili? VLP. dig. 11, 3, 1, 5 aut amator existeret vel erro vel malis artibus esset deditus. AMM. 30, 4, 3 professionem oratorum forensium ... Epicurus *κακοτεχνίαν* nominans inter artes numerat malas. VVLG. sap. 15, 4 malae artis excogitatio. *aliter p. 665, 62 de arte magica.*

CIC. de orat. 1, 6 non mediocrium artium, sed prope maxima-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum. Qvint. inst. 12, 11, 10 mundum ... dimetiri minores, sed difficiliores artes potuerint. Hier. epist. 53, 6 ad minores artes veniam et quae non tam *λόγῳ* quam manu administrantur (*cf. l. 32 et 34*). Cato orat. frg. inc. 1 a benefactis, ab optimis artibus fugit. Cic. div. in Caec. 39 si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses. Arch. 1. Cael. 24 rectissimis studiis atque optimis artibus praediti. Marcell. 4. Lig. 12 studia generis ac familiae vestrae virtutis, humanitatis, doctrinae, plurimarum artium atque optimarum nota mihi sunt. rep. 3, 6 fin. 2, 111 ac. 2, 1. Tusc. 5, 68 praestans vir optimis artibus. div. 2, 1. ad Q. fr. 1, 1, 22 doctrina atque optimarum artium studiis eruditi. epist. 7, 3, 4. 11, 28, 1. 13, 40. 12, 16, 1. Sall. Iug. 85, 9 aetatem in optumis artibus egi. Nep. Dion 1, 2 *ingenium* aptum ad artes optimas. Att. 12, 4 Sen. benef. 6, 17, 1 Plin. epist. 8, 14, 2. Fronto p. 176 N. philosophiae disciplinis ad optimas artis ... eruditum. p. 232 omnium ... optimarum artium praecipuum virum. Mart. 5, 56, 8 artes discere vult pecuniosas. Liv. 23, 3, 11 pudendae artis aut quaestus. Varro Men. 361 a artem praeclaram! Cic. de orat. 3, 128 *cf. l. 27.* pueriles a. *cf. p. 662, 53 et 663, 29.* Petron. 88 cum pulcherrimae artes perissent, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. Qvint. inst. 12, 1, 25. Cic. de orat. 1, 8 reconditis (*h. e. secretioribus, non vulgaribus*) in artibus. Ov. trist. 1, 9, 57 utque tibi prosunt artes, facunde, severae. Petron. 5 artis severae si quis ambit effectus. Germ. 110 rude vulgus in omnem formabas, *Virgo*, vitae sinceris artibus usum. Cic. off. 1, 150 opificesque omnes in sordida arte versantur. de orat. 3, 128 quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus adpetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Sen. epist. 88, 21 quattuor ait esse artium Posidonius genera: sunt vulgares et sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt liberales. Min. Fel. 5, 4 expertes artium etiam sordidarum. Sen. epist. 88, 20 hae viles ex professo artes quae manu constant (*cf. l. 3*). Cic. S. Rosc. 134 mitto hasce artis volgaris, coquos, pistores, lecticarios. Sen. epist. 88, 21 vulgares *artes sunt* opificum quae manu constant (*cf. l. 3*). *cf.* Fvlg. myth. 3, 10 in omnibus igitur artibus sunt primae artes, sunt secundae; ut in puerilibus litteris prima abecetaria, secunda nota (*sic Helm varia lectione indicata nulla*, notaria *vulgo*), in grammaticis prima lectio, secunda articulatio *eqs. an item distinguuntur Donati ars prima et secunda? cf. p. 672, 10 sq.*

cf. artis scriptor: RHET. Her. 4, 8 ipsos artis scriptores. 4, 9 quod ab artis scriptore adfertur exemplum. CIC. inv. 1, 16 non animadverterunt artis scriptores. 1, 50 ab artis scriptoribus maxime neglectum. 2, 6 veteres ... scriptores artis. de orat. 1, 91. 1, 113. 3, 70 quae isti scriptores artis docent. CHAR. gramm. I 232 Romanus disertissimus artis scriptor. artium scriptores: QVINT. inst. 2, 13, 1 quod est a plerisque scriptoribus artium traditum. 2, 15, 37. 3, 1, 1 *et* 8. 3, 4, 5. 3, 11, 28 quae de his erant a scriptoribus artium tradita. 4, 1, 65 istud scriptores artium ... vetant. 4, 2, 43. 7, 7, 1 inter omnes artium scriptores constitit. 8 pr. 3. 12 pr. 2 FRONTO p. 108 N. PRISC. gramm. II 117.

c *de aliis artibus*: CIC. fin. 4, 8 *antiqui* et definierunt plurima et definiendi artes reliquerunt. POMP. gramm. V 137 legistis hoc in artibus definitionum plenissime expressum. Ovidi ars amatoria (*sic in codd. cf.* SEN. exc. contr. 3, 7 qui hoc saeculum amatoriis non artibus tantum sed sententiis implevit. EVTYCH. gramm. V 473 Ovidius artis amatoriae libro I). OV. ars 2, 161 non ego divitibus venio praeceptor amandi (*var.* amoris): nil opus est illi, qui dabit, Arte mea. 2, 511 quisquis sapienter amabit, vincit et e nostra quod petet Arte feret. rem. 487 Artes, i, perlege nostras. trist. 2, 10. 2, 240 Ib. 6 trist. 2, 251. 2, 303. 2, 345. 5, 12, 68. Pont. 1, 1, 12 qua steterant Artes, pars vacat illa tibi. 2, 2, 105 ingenii certe, quo nos male sensimus usos, Artibus exceptis, saepe probator eras. 2, 9, 73 stultam quam scripsimus Artem. 2, 11, 2 parum faustae conditor Artis. OV. trist. 2, 471 sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes. LIV. 25, 1, 12 quicumque libros vaticinos precationesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet.

ars *significat artificis virtutem expressam artis operibus, operis artificiosi aestimationem, artificium*: CIC. Verr. 5, 65 *candelabrum* ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia. 5, 97 simili in genere atque eadem arte (*sc. Corinthia*) perfectas hydrias. 5, 103 eburneae Victoriae antiquo opere ac summa arte perfectae. Tusc. 5, 62 plenum artis argentum. CAT. 64, 50 haec vestis priscis hominum variata figuris heroum mira virtutes indicat arte. VERG. Aen. 1, 639 arte laboratae vestes ostroque superbo. 9, 301 ensem auratum, mira quem fecerat arte Lycaon. LYGD. 4, 37 artis opus rarae *lyra*. PRIAP. 63, 10 *Priapum* manus sine arte rusticae dolaverunt. OV. epist. 3, 32 tripodas septem pondere et arte pares. met. 10, 247 *Pygmalion* niveum mira feliciter arte sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nosci nulla potest. 13, 289 caelestia dona (*sc. Achillis arma*), artis opus tantae. Pont. 2, 8, 59 quod (*sc. ipsos deos i. Augustum Liviamque videre*) quoniam nobis invidit inutile fatum, quos dedit ars, vultus effigiemque colo. LIV. 32, 16, 17 signa tabulae priscae artis ornamentaque eius generis. 34, 52, 5 *vasa* caelata pleraque, quaedam eximiae artis. VAL. MAX. 4, 3, 7 vasa argentea magno pondere et exquisita arte fabricata. CVRT. 5, 6, 5 dolabris pretiosae artis vasa caedebant. LVCAN. 3, 412 simulacraque maesta deorum arte carent. PLIN. nat. 33, 4 auxere et artem vitiorum inritamenta. 33, 22 ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. 34, 5 quondam aes confusum auro argentoque miscebatur, et tamen ars pretiosior erat. 34, 37 *opera* tantae omnia artis. 34, 47. 34, 78 Eutychides Eurotam *finxit*, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere. 34, 92 non aere captus nec arte. 35, 74 cum ars sit summa, ingenium tamen ultra artem est. 35, 158 *fastigia* mirā caelatura et arte suique firmitate. 37, 49 in Corinthiis aes placet argento auroque mixtum, in caelatis ars et ingenia. VAL. FLACC. 2, 465 exanimum veluti multa tamen arte coactum maeret ebur. 5, 6 caelataque multa arte Dolionii donat velamina regis. SIL. 15, 433 conspicuus Siculi Tyrius (*Hasdrubal*) subteminis (-e *S*) arte. HOMER. 873 fecerat *Vulcanus in Achillis clipeo* et liquidas mira Nereidas arte. STAT. Theb. 4, 169 pars *hydrae occisae* anguibus aspera vivis argento caelata micat, pars arte reposta (*sic Deiter*, reperta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

codd.) conditur. MART. 10, 47, 8 sine arte mensa. 14, 95 quamvis Callaico rubeam generosa metallo, glorior arte magis: nam Myos iste labor. SVET. Tib. 74 Apollinem Temenitem et amplitudinis et artis eximiae. Cal. 22 simulacra numinum religione et arte praeclara. PAVL. dig. 50, 16, 14 earum rerum (*ut scyphi tabulae*) pretium non in substantia, sed in arte sit positum. APVL. Socr. 173 si plena artis ornamenta capiti (-te *codd.*) et collo circumiacent. CYPR. de bono pudic. 12 *lapidum peregrinorum* pretia etiam sine artibus kalendarium cuiusvis excedunt. ars *significat ipsa artis opera*: CIC. leg. 2, 4 me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum. VERG. Aen. 5, 359 clipeum efferri iussit, Didymaonis artis (-es M^1, -em *PR*). HOR. carm. 4, 8, 5 divite me scilicet artium, quas aut Parrhasius protulit aut Scopas. epist. 1, 6, 17 i nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artis suspice. 2, 1, 242 iudicium subtile videndis artibus. PROP. 3, 9, 11 in Veneris tabula summam sibi poscit Apelles, Parrhasius parva vindicat arte locum. OV. Pont. 2, 9, 44 *Phalaris Perillum* torruit arte sua (SIL. 14, 216 dirae conditor artis ipse suo moriens immugit flebile tauro. *cf. p. 660, 76*). STAT. silv. 1, 3, 47 vidi artes veterumque manus variisque metalla viva modis. MART. 4, 39, 2 solus *habes* veteres Myronos artes, solus Praxitelis manus (-um *var.*) Scopaeque. CLAVD. Pros. 2, 155 semirutas confuso stamine telas atque interruptas agnoscit pectinis artes. ENNOD. carm. 2, 18, 4 advena cui (*equo*) terror ridet in arte bonus. 2, 98, 2 inmobilis stantem fugitat lepus arte (*h. e. in opere*) molossum. PASSIO IV coron. 1 coepit sculpere . . . artem.

IV Artes *quasi personae*: *i. q. Musae*: PHAEDR. 3 pr. 18 Mnemosyne Iovi fecunda novies Artium peperit chorum. MART. CAP. 2, 138 puellae quam plures, quarum Artes aliae, alterae dictae sunt Disciplinae, subinde quae virgo effuderat colligebant.

synonyma: *ad I*: virtus, mores, *ingenii* dotes; modus; consilia, dolus, insidiae, simulatio, flexus, fraus, versutiae. *ad II*: disciplina, studium, doctrina, exercitatio, facultas, sollertia, litterae, officium, professio, negotiatio, quaestus, peritia (VLP. dig. 7, 1, 27, 2). *ad III*: praeceptio, praecepta, ratio, scientia, cura hominum (PLIN. nat. 17, 58), cultus (QVINT. inst. 2, 10, 11). *opposita*: *ad I*: fides, vis, vires. *ad II*: operae (CIC. off. 1, 150), inertiae (CIC. part. 35), ministerium (LIV. 39, 6, 9), peritia (QVINT. inst. 2, 13, 10). *ad III*: exercitatio, usus, natura, ingenium, casus (PLIN. nat. 36, 100).

derivatum: artitus. *composita*: artifex *et quae ab hac voce descendunt*, artigraphia, artigraphus, iners, sollers. *Klotz.*

Arsa, -ae, Ἄρσα, *Hispaniae oppidum*. PLIN. nat. 3, 14 Baeturia, quam diximus Turdulorum et conventus Cordubensis, habet oppida non ignobilia Arsam Mellariam Mirobrigam. *Diehl.*

Arsa, אַרְצָא, Ἄρσά, *nom. vir. hebr.* VVLG. III reg. 16, 9 Arsa praefecti Thersa. *Plenkers.*

arsaca, -ae *an* **arsax,** -cis *verbum parthicum v. p. 674, 6.*

castellum **Arsacalitānum** *Numidiae.* CORP. VIII 6041 (*Arsacali*) ex consensu ordinis castelli Arsacalitani. 6048 (*a. 197*) res pub. Arsacalitan⟨or⟩. *adde* VICT. VIT. notit. Numid. 57 Servus Arsicaritanus: *Renier, Athén. Franç. 1855 p. 628 coniecit* Arsacaritanus.

Arsacē, *Straboni* Ἀρσακία, *Steph. Byz.* Ἄρσάκη, *opp. Parthorum.* PLIN. nat. 6, 113. *cf. Weissbach, PW. II 1270 et* Arsacia *sub* Arsaces.

Arsacēs, -is, Ἀρσάκης. *nomin.* Arsacis *v. sub 2. acc.* Arsacen: CIC. epist. 8, 14, 1 TAC. ann. 6, 31 FRONTO p. 126, 4 N. IVST. prol. 35 AMM. 20, 11, 1. 24, 8, 6. 27, 12, 3 IORD. Rom. 232. Arsacem: IVST. prol. 41 AMM. 23, 2, 2 VVLG. I Macc. 14, 3. *abl.* COMM. Bern. Lucan. 1, 108 Arsaco. **1** *Parthiae et Armeniae reges multi*: SALL. ep. Mithr. 1 rex Mithridates regi Arsaci salutem (LIV. perioch. 70 FRONTO p. 126, 4 N. IVST. prol. 41 RVF. FEST. brev. 15 Arsaches. AMM. 27, 12, 3 IORD. Rom. 232). AMPEL. 31, 2 *rex Parthorum.* IVST. prol. 35 Parthum (IVST. 41, 4, 6 AMM. 23, 6, 2 COMM. Bern. Lucan. 1, 108. HIER. chron. a. Abr. 1889 *v. l.* -ches). SIDON. epist. 8, 9, 5 v. 45 Parthicus. *cf. Lütjohann in indice.* AMM. 20, 11, 1 Armeniae regem (23, 2, 2 COD. Theod. 11, 1, 1 *a. 315?*). CORP. VI 1799 Seraspadanes Phraatis Arsacis régum régis f. Parthus. Rhodaspes Phraatis Arsacis régum régis f. Parthus. VVLG. I Macc. 14, 2 rex Persidis et Mediae. TAC. Germ. 37 regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. ann. 12, 14 Arsacis de gente. 6, 33 ministros. AMPEL. 31, 2 Arsaces, forma et virtute praecipuus, cuius posteri Arsacidae cognominati sunt (HIER. chron. a. Abr. 1769 PROSP. chron. I p. 400, 249 CHRON. Gall. a. 511 *ibid.* p. 637, 225 Asarches *et* Asarcidae). *cf. p. 674, 5 et 8.* IVST. 41, 5, 6 *Parthi* omnes . . . reges suos Arsacis nomine nuncupent *sqq. cf.* AMM. 23, 6, 2. AMM. 23, 6, 5 numinis *Arsacen* vice venerantur. TAC. hist. 5, 8 IVST. 41, 5, 5. 41, 6, 9 AMM. 21, 6, 8. 23, 6, 5 *et* 55. 24, 7, 8. 25, 7, 12. 27, 12, 5 *et* 9 *et* 12 OROS. hist. 5, 4, 16 VVLG. I Macc. 15, 22. **2** *alii Persae vel Parthi*: CVRT. 8, 3, 17 *Alexandri Magni dux.* AMM. 30, 2, 1 Arsace *Persarum* legato ad principem (*Valentem*) misso. CORIPP. Ioh. 4, 898 Arsacis *Persa.* **3** *cogn. vir.* CORP. VI 8481 (*teste Fabrettio*) T. Flavio Arzachi interpreti Aug. 9645 P. Saenius P. (mulieris) l. Arsaces. 22605 A. Mucius A. l. Arsaces. IX 1460 (*apud Ligures Baebianos*) C. Valerius C. f. Aem. Arsaces legione V Alaudae. X 6191 (*Formiis*) M. Vitrubius Arsaces. *eodem pertinere possunt* CORP. II 3017 (*Hisp. Tarrac.*) . . .⟩s L. f. Arsac⟨. . . . XII 4681 (*Narbone*) C. Can⟨tius⟩ Arsac⟨es? *cf.* Arsax.

Arsacidēs, -ae, *plur.* **Arsacidae,** -um *et* -ārum, Ἀρσακίδης (-αι). *acc. sing.* AMM. 23, 6, 6 Arsaciden. *gen. plur.* Arsacidum: LVCAN. 10, 51 SIL. 8, 467 ITIN. Alex. 40. Arsacidarum: TAC. *semper* (*gens*). COMM. Bern. Lucan. 1, 108 'Arsacidae' . . . Parthi ab Arsaco rege dicti vel certe ab eo, quod pilosi sint sicut ursi, quos arsacas lingua sua vocant. **1** *Parthorum reges, ab* Arsace *appellati. cf. p. 673, 69. locis ibi citatis addas minus accurata*: SERV. Aen. 6, 760 Persae *imperatores vocantur* Arsacidae. 12, 529 plerumque fieri ut primi regis reliqui nomen . . . possideant, ut . . . apud Persas Arsacidae (ISID. orig. 9, 3, 15 *cf.* HIER. in Ezech. 9, 29, 1 *sq.*). TAC. ann. 6, 34 claritudinem Arsacidarum. 15, 1 fastigium. 14, 26 favore. 2, 1 gentis. 2, 3 sanguine. 2, 2 solium (hist. 1, 40). 2, 3 vi. ITIN. Alex. 40 qui utroque de latere Heraclidas sibi Aeacidasve censeret, Arsacidum . . . aemulationi concesserit. *singulariter Parthorum rex*: LVCAN. 8, 408 Parthorum dominus . . . Arsacides. 8, 217 superbo Arsacidae. *cf. l. 11. nota*: AMM. 23, 6, 6 *Parthi* numinis *Arsacen* vice venerantur et colunt eo usque propagatis honoribus, ut ad nostri memoriam non nisi Arsacides is sit, quisquam in suscipiendo regno cunctis anteponatur, et in qualibet civili concertatione . . . velut sacrilegium quisque caveat, ne dextra sua Arsaciden arma gestantem feriat vel privatum. **2** *latiore sensu tam Parthi quam Persae*: GLOSS. II 23, 37 Πάρθοι. LVCAN. 1, 108 (COMM. Bern. *ad l.* Parthi. *cf. l. 15*). 8, 233. 306 saevis. 10, 51 Arsacidum domino (*Alexandro magno*). SIL. 8, 467 Arsacidum ut fulvo micat ignea gemma monili. APVL. flor. p. 19 Oud. fluxos vestium Arsacidas. SYMM. epist. 10, 9, 3 vester triumphus Arsacidas post tergum revinctos . . . accipiet. *nota adi.*: AVSON. 417, 53 regis (*Darei Hystaspi*). **3** *pro nom. propr. acceptum*: IVST. 36, 1, 3 propter Arsacidae, regis Parthorum, crudelitatem (38, 9, 3). *cf. p. 673, 68 et l. 23.*

adi. **Arsacius,** -a, -um, Ἀρσάκιος. *ad Arsacen vel Parthos pertinet*: MART. 9, 35, 3 scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. CLAVD. 18, 415 fastu. 8, 216 ore. SIDON. carm. 2, 450 Arsacias non quaero domus nec tessera castris in Tesifonta datur. **Arsacius** *nom. vir.* RAVENN. p. 70, 5 legi Arsatium et Adfroditianum Persas. *ficta certe. alia invenies sub voce seorsum posita.* **Arsacia,** -ae, Ἀρσακία. *opp. Mediae*: AMM. 23, 6, 39 *in Media* opibus et magnitudine moenium conspicuae sunt Heraclia et Arsacia et Europos et Cyropolis et Ecbatana. *cf. Weissbach, PW. II 1270 et* Arsace.

matribus **Arsacīs** *dat.* INSCR. Rhen. Bramb. 1969 matribus Arsacis paternis sive maternis M. Aurelius Veronius Verus. *de Bergkii coniectura* Marsacis *cf. Ihm, PW. II 1267.*

Arsaciāna *n. plur. vel abl. femin.* NOT. dign. occ. 32, 40 *sub duce Pannoniae* auxilia Novensia Arsaciana sive Novas. Antiana *coni. Seeck.*

1. Arsacius, -ī, Ἀρσάκιος, *nom. vir. christ. cf.* Arsaces. CASSIOD. hist. 6, 29 Arsacio pontifici Galatiae. COD. Theod. 16, 4, 6 Arsacii, Theophili, Porphyrii, reverendissimorum sacrae legis antistitum. CASSIOD. hist. 10, 20 Constantinopoleos . . . episcopus (10, 21. 10, 22). CARM. epigr. 778 *Mediolani episcopus. cf.* Asarcius. *Diehl.*

2. Arsacius *nom. gent.* CORP. VIII 1558 (*in prov. procos.*) Q. Arsacius Quadratus. *Otto.*

[**Arsacus**] *nom. corruptum. inter Priami filios ab Agamemnone necatos* DICT. 3, 7.

Arsagalitae *gens Indica.* PLIN. nat. 6, 78. *v. Andreas, PW II 1267.*

Arsaius *nom. vir. barbarum.* CORP. III 3174ª (*in Dalmatia*) Arsaio amico . . . Clau. Zonysius et Flavius Príscus.

[**Arsaltē**] *inter Danaides* HYG. fab. 170 p. 33, 13.

Arsamēs (**-us**), -is *et* -ae (-ī), Ἀρσάμης. **1** *Persae*: CVRT. 3, 4, 3 Arsames qui Ciliciae praeerat (ITIN. Alex. 12 satrapa. *ibid.* arsame *dat., debuit igitur* Arsamae). CVRT. 8, 3, 17 Arsami, Drangarum praefecto, substitutus est Stasanor. *cf.* 7, 3, 1. HIER. chron. a. Abr. 1682 Darius Arsami filius a. VI (in Dan. 7, 5 PROSP. chron. I p. 398, 220 CHRON. Gall. a. 511 *ibid.* p. 637, 211 ISID. chron. II p. 448, 192 BEDA chron. III p. 275, 194. IORD. Rom. 57. 71). *hic debuit appellari* Arsanes. *v. Judeich, PW. II 1271.* **2** *nom. serv.* CORP. VI 4100 (*in columb. Liviae*) Arsam⟨es⟩ Anto⟨niae⟩ Cisso fil⟨io⟩.

Arsamosata *opp. Armeniae maioris, Ptolemaeo* Ἀρσαμόσατα, *Polybio* Ἀρμόσατα, *Armeniorum* Aschmouschat. PLIN. nat. 6, 26 Arsamosata (*sic cod. Dalecampi*, arsamote *Riccard.*, -ae *rell.*) Euphrati proximum. TAC. ann. 15, 10 castello, cui Arsamosata nomen est. RAVENN. p. 75, 7 Arsamotasa (*sic*) *inter Armeniae civitates.* p. 80, 18 Arsamosatim *inter Mesopotamiae civitates. v. Baumgartner, PW. II 1271.*

Arsania *v.* Arsinia.

Arsaniās, -ae *m. fluminum nomen*: **1** Ἀρσανίας, *Armeniorum* Arazani. PLIN. nat. 5, 84 *a Melitene Cappadociae navigatur in Euphrate* Elegeam Armeniae X, acceptis fluminibus Lyco Arsania Arsano; apud Elegeam occurrit ei Taurus mons. *cf.* TAB. Peut. 11, 1 Elegarsina. *fortasse idem memoratur* PLIN. nat. 6, 128 *Tigrim* vicinum Arsaniae fluere . . . in regione Archene Claudius Caesar auctor est, ut, cum intumuere, confluant nec tamen misceantur leviorque Arsanias innatet IIII ferme spatio, mox divisus in Euphraten mergatur. *sed cf. etiam 2.* **2** *nunc* Arzen. *Euphraten influit infra*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Melitenen: TAC. ann. 15, 15 flumini Arsaniae . . . pontem imposuit. *ibid.* flumen Arsaniam. PLIN. nat. 5, 84 Arsano. *cf. 1. hoc nomen recte restituisse sibi visus est Dietsch* SALL. hist. frg. 4, 74 M., *ubi traditur* amnem Tartanium. *cf. Baumgartner, PW. II 1271.*

Arsanus *v.* Arsanias *2.*

Arsaphar *v.* Sepher.

arsat *v.* arissat.

Arsatius *v.* Arsacius *sub* Arsaces.

arsax *v.* arsaca.

Arsax *nom. vir.* CORP. V 8905 (*Comi*) L. Barnaei f. Arsax sibi et memoriae Quinti Barnaei f. fratris t. f. i. faciendum curavit P. Mestrius Priscus. *cf.* Arsaces. *Diehl.*

arse verse 'averte ignem' significat. Tuscorum enim lingua 'arse' averte, 'verse' ignem constat appellari. unde Afranius ait (com. 415): inscribat aliquis in ostio 'arse verse' PAVL. FEST. 18. GLOSS. Plac. V 7, 16 (48, 22) arse verse proverbium. *cf. titulum falsum* CORP. inscr. Etr. I 474. *V.*

[**arsedentēs**] *v.* amsedentes.

arsella *v.* argemonia *II p. 515, 23.*

Arsellius *v. sub* Arrius *p. 646, 76.*

arsen, arsenicum *v.* arrhenicum.

Arsenaria *opp. Mauretaniae Caesariensis, Ptolemaeo Ἀρσεναρία.* PLIN. nat. 5, 19 Arsenaria Latinorum *oppidum*, III a mari. MELA 1, 31 citra *Caesaream* . . . Cartinna et Arsinna sunt oppida. ITIN. Anton. 14 Arsenaria. RAVENN. p. 156, 2 Arsenarium. p. 345, 17 Cersenaria (Guido p. 517, 4). *cf.* CONC. Carth. a. 411 (Mansi VI 111^{b}) Cyprianus dicitur episcopus, qui illic intendit ad sinnar. *adi.* **Arsinnaritānus**, -a, -um. VICT. VIT. not. Maur. Caes. 95 Filo Arsinnaritanus. *v.* Adsinnadensis. *cf. Wilmanns, Corp. VIII p. 828; Dessau, PW. II 1272.*

Arsenius, -ī, *Ἀρσένιος, nom. vir.* COD. Theod. 6, 4, 15 (*a. 359*) Arsenius ex vicariis praetorum insignibus *splenduit. christiani*: HIL. op. hist. frg. 10 inscr. *episcopus orientalis.* HIER. apol. adv. Ruf. 3, 42 Athanasius, Alexandrinae urbis pontifex, tertiam Arsenii amputavit manum (RVFIN. hist. eccl. 1, 17 HIL. op. hist. frg. 2, 5 CASSIOD. hist. 3, 8). CASSIOD. hist. 7, 25. 8, 1 in. monasterii praesul. CONC. Const. a. 536 (Mansi VIII 921^{a}) Arsenius lector ecclesiae Mariamniae (*κατὰ Μαριάμμην ἐκκλησίας*) subscripsi. *nota*: HIER. epist. 108, 14 quid . . . narrem Macarios Arsenios Serapionas et reliqua columnarum Christi nomina? *fortasse scribendum* Arsisios *testibus Sozomeno aliis. cf. Pietschmann, PW. II 1290.*

arsenogonon *v.* arrhenogonon.

Arserris. CORP. XIII 95 (*in Aquitania*) . . .〉alis Arserris Leherenn(o) v. s. l. 〈m〉.

Arsēs, -is, *Ἄρσης, nom. Persicum.* **1** HIER. chron. a. Abr. 1678 Persarum XIII Arses Ochi filius a. IIII (PROSP. chron. I p. 397, 217 BEDA chron. III p. 274, 190 IORD. Rom. 70). in Dan. 7, 5 Arsen *acc.* LIB. gener. chron. I p. 131, 328 Arses notus ann. III (FREDEG. chron. script. Merov. II p. 29, 24 40, 23 Arsis *nomin.*). SVLP. SEV. chron. 2, 16, 8 Arxes. IVST. prol. 10 Arsen *nomin.* (CHRONOGR. a. 354 add. I chron. I p. 152, 49). BEDA add. chron. III p. 351, 83 *et* 84 ab Artarxerxe usque Arsen . . . ab Arse . . . usque ad Darium. *nomen corruptum in* Argus (TERT. adv. Iud. 8, *cf. item corruptum in Ἀρωγον* LATERC. Heracl. chron. III p. 447, 30 Leonin. III p. 450, 30), Xerxes (ISID. chron. II p. 448, 190). **2** *Poenus quidam*: SIL. 7, 598 Arsen *acc. in fine versus.*

Arsī, -ōrum. **1** *gens Margianae.* PLIN. nat. 6, 48. *v. Tomaschek, PW. II 1276.* **2** *gens Arabica.* PLIN. nat. 6, 155. *v. D. H. Müller, PW. II 1276.* *Diehl.*

Arsia. **1** *fl. Histriae quo Augustus finiri voluit Italiam, Ἄρσις (Ἀρσίας), hodie* Arsa, *cf. Tomaschek, PW. II 1276.* PLIN. nat. 3, 44 inter . . . amnesque Varum atque Arsiam. 3, 45 universae autem *Italiae* ambitus a Varo ad Arsiam. 3, 129 oppidum Nesactium et, nunc finis Italiae, fluvius Arsia. 3, 139 Arsiae gens Liburnorum iungitur. 3, 150 (MART. CAP. 6, 650). FLOR. 1, 21, 1 inter Arsiam Titiumque flumen (IORD. Rom. 180). TAB. Peut. 5, 1 fl. Arsia. RAVENN. p. 291 Arsia *flumen. statio*: PLIN. nat. 3, 133 latitudo Italiae . . . a Varo . . . Arsiam DCCXLV *pass.* colligit. TAB. Peut. 5, 1 Arsia fl. RAVENN. p. 256 ab ima Italia . . . id est a civitate Arsiae quae finitur inter provinciam Liburniam et Istriam. p. 381. **2** *silva inter Romam Veiosque sita, cf. Hülsen, PW. II 1276.* LIV. 2, 7, 2 ex silva Arsia ingentem editam vocem. VAL. MAX. 1, 8, 5. *sed* PLVT. Popl. 9 *Οὔρσον ἄλσος. Otto.*

Arsiana *opp. Susianae.* AMM. 23, 6, 26. *v.* Tariana. *Diehl.*

κανσιμος **ārsibilis** cremabilis GLOSS. III 346, 60. *V.*

Arsicaritānus *v.* Arsacalitanus.

Arsicinus, -ī *nom. vir.* GREG. M. epist. 1, 56 inscr. (p. 80, 20) Gregorius Arsicino duci, clero, ordini et plebi civitatis Ariminensis.

Arsidaeus *nom. vir.* NEP. Dat. 6, 1 *Datames* filium *in Pisidiam* Arsidaeum (-eum *codd.*) cum exercitu mittit. *cf.* Arrhidaeus.

Arsifas *v.* Osarsifas.

Arsillachitae *vicus Tauricus.* PLIN. nat. 4, 85 (*sic Barbarus*, Acisalitae *codd.*). *nunc* Ialta. *v. Tomaschek, PW. II 1277.*

Arsina, Arsinius *v. sub* Arrius *p. 646, 72.*

Arsinē, arsineum *v.* Arsinoe.

Arsinia *opp. Mesopotamiae.* TAB. Peut. 11, 3. *idem fortasse quod* RAVENN. p. 80, 19 Arsinia *et* p. 50, 12 Arsania. *diversum* RAVENN. p. 49, 15 Arsania (p. 63, 13 Acachia?).

Arsinna, Arsinnaritānus *v.* Arsenaria.

Arsinous, -ī, *Ἀρσίνοος, cogn. vir.* CORP. VI 10848 Aelia Arsinoe . . . et P. Antonius Arsinous. V 3019 (*Patavii*) Poppiaca Valeri〈a〉na et Ti. O〈. . .〉 Marcellus qui et Arsinoo〈s. *huc fortasse pertinet* CORP. VI 3601 Tarsa et Arsinus conalares. *cf.* Arsine *l. 20.* **Arsinoē**, -ēs, -ae, *Ἀρσινόη.* CORP. III 6107 (*Athenis*) Vlpia Arsinoé. *graece declinatur inde a* CATVLLO. *nota formas latinas*: *gen.* -ae: CIC. nat. deor. 3, 57 AVELL. p. 188, 2. *dat.* -ae *scripserunt editores* PLIN. nat. 37, 108 IVST. 17, 2, 7. 24, 2, 1 IVST. prol. 17 FIRM. err. 12, 3 COD. Iust. 5, 16, 22. *sed et iidem auctores in ceteris casibus formas graecas non spreverunt* (*saepe nomin.* -e. -es: PLIN. nat. 5, 61. 34, 148. -en: PLIN. nat. 5, 65. 6, 167 *bis* IVST. prol. 17. 24. *abl.* -e: PLIN. nat. 5, 31. 36, 68 IVST. 24, 3, 8) *neque tituli exhibent ullam dativi formam praeter* Arsinoe (8$^{\text{iens}}$) *et vulgarem* CORP. VI 12451 Arsinoeni coniugi. *cf. Neue I^{3} 100 sq. acc.* Arsinoan (-am *Frising.*) CIC. Pis. 91. *nota* IOS. Cassiod. c. Ap. 2, 57 arsinoin *et* arsenom *libri. orthographica*: CORP. VI 18953 Gegania Arsine. 27210 Terentia Sex. l. Arsine. *adde* PLIN. nat. 37, 108 arsinae *cod. Bamberg.* HYG. fab. 182 p. 35, 21. FLOR. 2, 13, 88 Arsenoe *cod. Leid. Voss. adde* IOS. Cassiod. c. Ap. 2, 57 AVELL. p. 188, 2. RAVENN. p. 102, 11 Arsinue. **A** *nom. mul.*: **1** *apud mythographos*: CIC. nat. deor. 3, 57 tertius *Aesculapius* Arsippi et Arsinoae filius. *cf.* Arsippus. FIRM. err. 12, 3 *Apollo* Arsinoe adultera cupiditate blanditur. *nota translationem*: ARNOB. nat. 4, 26 numquid Apollo . . . *a nobis arguitur* Arsinoas . . . inconsulti pectoris adpetisse fervoribus? *v. Thrämer, PW. II 1279, 18.* HYG. fab. 182 p. 35, 21 *Hyades* Arsinoe Ambrosie Bromie Cisseis Coronis. **2** *apud scriptores*: *famosissima Ptolemaei Philadelphi soror et uxor, de qua cf. Wilcken, PW. II 1282, 26.* CAT. 66, 52 Arsinoes Locridos (elocridicos *codd.*) ales equus (*Zephyrus vel struthocamelus*). PLIN. nat. 34, 148 magnete lapide architectus Timochares Alexandriae Arsinoes templum concamarare incohaverat, ut in eo simulacrum e ferro pendere in aere videretur (*cf.* AVSON. 334, 315 Arsinoen [*i. eius statuam*] Pharii suspendit in aere templi). 36, 68 coniuge eademque sorore Arsinoe. 37, 108 factam statuam Arsinoae Ptolemaei uxori quattuor cubitorum sacratam in delubro, quod Arsinoeum cognominabatur. IVST. prol. 17 uxoris Lysimachi. 24 IVST. 17, 1, 4. 17, 2, 7. 24, 2, 1 *et* 6 *et* 10. 24, 3, 3 *et* 8 HYG. astr. 2, 24 p. 67. *ab hac cognominata est Venus*: HYG. astr. 2, 24 p. 67 *Berenicen* crinem in Veneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo. *aliae*: BELL. Alex. 4, 1 Arsinoen, regis Ptolemaei (*Auletae*) minorem filiam (33, 2 *Cleopatrae sororem*). LVCAN. 10, 521 IOS. Cassiod. c. Ap. 2, 57. FLOR. 2, 13, 88 *eius imago. v. Wilcken, PW. II 1288, 28.* IVST. 26, 3, 3 *et* 7 *Magae Cyrenarum regis uxor.* VITR. 4, 1, 4 regis Attali et Arsinoes beneficio Smyrnaeorum civitas inter Ionas est recepta. **3** *in titulis, plurimae Romanae*: *cf. l. 5 et 20*: CORP. VI 5822 (*e columb.*) Arsinoe Scaripi tabul. C. Caeseris verna. 10822 Augustorum serva (VIII 12956 *Carthagine*). 26780. XII 3425 (*Nemausi*) d. m. Arsinoes probae et fidelis mulieris. III 12941 (*in Dalmatia*). CORP. VI 8456 Vlpiae Arsinoe filiae et Claudio Anthiociano filio (29304 Vlpiae Arsinoes). 10848 Aelia Arsinoe . . . et P. Antonius Arsinous. 15361 Claudia Arsinoe (18210). 18287 Flaviae Arsinoe. 20000 Sempronia Arsinoe (*trad.* Arsmoe). 20858 Iunia Arsinoe. 21968 Manliae Arsinoe. 34402 Cassia Arsinoe. XIV 356 (*Ostiae*) Tulliae Arsinoe. 1403 (*ibid.*) Iulia Arsinoe. 1486 (*ibid.*) Pomponiae Arsinoe. IX 2017 (*Beneventi*) Rutilia Arsinoe. 2656 (*Aeserniae*) Cornelia Arsinoe (X 434 *Murone*). 6382 (*Potentiae*) Herenniae Arsinoe. X 2760 (*Puteolis*) Naeviae L. fil. Arsinoe. *restat* CORP. VI 8160 (*e columb., periit*) Abuccia Phi〈. . .〉 | Arsino IIE vix. XXXI. *adde* COD. Iust. 5, 16, 22 (*a. 294*) idem AA. et CC. Arsinoae. **B** *oppida*: *Aetoliae*: CIC. Pis. 91 *in Aetolia* Arsinoan Stratum Naupactum . . . nobiles urbes atque plenas. *Aegypti*: *caput nomu Arsinoitae*: PLIN. nat. 5, 61 *oppidum* Arsinoes ac iam dicta Memphis, inter quam et Arsinoiten nomon in Libyco turres, quae pyramides vocantur. *altera*: PLIN. nat. 5, 65 Arsinoen, Rubri maris oppidum (SOLIN. 33, 2 [MART. CAP. 6, 677]). 6, 167 conditam sororis nomine in sinu Carandra a Ptolemaeo Philadelpho, . . . amnem, qui Arsinoen praefluit, Ptolemaeum appellavit. VAL. FL. 5, 422 Arsinoen illi tepidaeque requirunt otia laeta Phari. TAB. Peut. 9, 4 RAVENN. p. 129, 15. NOT. dign. or. 28, 25 *sub comite limitis Aegypti* ala octava Vandilorum, Nee (Arsinoe *coni. Seeck*). LIB. gener. chron. I p. 106, 188 *Rinocoruris* dividit Syriam et Aegyptum et rubrum mare ab ore Arsinoes, quae est Indiae. *cf.* Arsinoites. *Cyrenaicae*: MELA 1, 40 *in litore* Ptolemais Arsinoe atque unde terris nomen est ipsa Cyrene. PLIN. nat. 5, 31 (MART. CAP. 6, 672). 5, 32 Arsinoe Teuchira vocitata (AMM. 22, 16, 4 MART. CAP. 6, 672). *cf.* Teuchira, *quod nomen exhibent* TAB. Peut. *et* RAVENN. *ad sinum Arabicum*: MELA 3, 80 *ab ea parte quae introeuntibus sinum Arabicum sinistra est.* RAVENN. p. 58, 13 Arsinoe enpurium. *cf.* p. 58, 19. *ab hoc portu haud longe abest aliud oppidum* RAVENN. p. 58, 19. *idem fortasse nomen* RAVENN. p. 120, 14 Arsina. *de singulis Aegypti oppidis cf. Pietschmann, PW. II 1277.* *Ciliciae*: PLIN. nat. 5, 92 TAB. Peut. 10, 2 RAVENN. p. 359, 10 (Guido

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 526, 8). p. 102, 11 Arsinue. *huc traxerim* AVELL. p. 188, 2 incipit epistola Anteonis episcopi Arsenoae ad eundem Petrum Antiochenum, *nisi pertinet ad Aegypti opp. cf.* Arsinoites. *Cypri*: PLIN. nat. 5, 130 RAVENN. p. 398, 14. *de his oppidis cf. Hirschfeld, PW. II 1288, 8 et 9.* **Arsinoēum**, -ī *n.*, *Ἀρσινόειον*. PLIN. nat. 37, 108 factam statuam Arsinoae Ptolemaei uxori quattuor cubitorum, sacratam in delubro, quod Arsinoeum (aureum *codd.*) cognominabatur. 36, 68 *obeliscus* in Arsinoeo positus a rege supra dicto munus amoris, ut coniuge eademque sorore Arsinoe. **arsineum** ornamentum capitis muliebris PAVL. FEST. 20. CATO originum l. VII (frg. 113) apud Fest. 265 mulieres opertae auro purpuraque; arsinea rete ⟨ars inheret *cod.*⟩, diadema, coronas aureas. GLOSS. II 23, 31 **arsinum** *διάχριμα*. **Arsinoitēs** (**-a**), -is (-ae), *Ἀρσινοΐτης*. *ad* Arsinoen *Aegypti oppidum pertinet.* PLIN. nat. 5, 50 Arsinoitae *nomoe* duo sunt. PLIN. nat. 5, 50 inter Arsinoiten ... ac Memphiten lacus fuit circuitu CCL ... manu factus, a rege, qui fecerat, Moeridis appellatus. 5, 61 inter *Memphin* et Arsinoiten nomon in Libyco turres, quae pyramides vocantur. 36, 76 in Arsinoite nomo. AVELL. p. 292, 10 in Arsenoite ... quaestionem ipsam motam fuisse refert. RVFIN. hist. mon. 18 in regione Arsenoite. CHRON. Alex. chron. I p. 106, 157 ab orae quae est Arsinoita India. *cf. p. 676, 74.* MART. CAP. 6, 676 *praefecturae* Arsinoita et Memphita. CORP. XI 5669 (*Attidii*) proc. Aug. epistrategiae septem nomor(um) et Arsinoitae. *plur. huius nomu incolae*: HIER. vir. ill. 88 *epistula* ad Arsenoitas. EVAGR. vita Anton. (Migne graec. 26) 15 in Arsenoitarum oppido. CORP. III 7127 (*Ephesi*) proc. in Aegypto ad epistrategiam septem nomorum et Arsinoitum. *cf.* p. 2214 ⟨*ἐ*⟩*ν νομῷ Ἀρσινοεί*⟨*τῃ*⟩. *v. Pietschmann, PW. II 1289.* *adi.* **Arsinoiticus**, -a, -um, *Ἀρσινοητικός*, *ad* Arsinoiten (*nisi potius* Arsinoen *Ptolemaei sororem, cf.* arsineum) *pertinet.* PLIN. nat. 36, 165 ex oleo et aqua Ciliciae *cotes* pollent, ex aqua Arsinoiticae (*v. l.* -et-) *cotes.*

Arsinthius, -ī *nom. vir.* HIER. epist. 100, 18 in Terenuthide Arsinthiuin *episcopum constitutum.* *Diehl.*

arsinum *v.* arsineum.

Arsinus *v.* Arsinous.

ārsio, -ōnis *f. ab* ardere. MISCELL. Tiron. Schmitzii p. 52, 3 ad arsionem stomachorum (arsuram *vel* arduram Ps. APVL. herb. 118). *cf. Archiv 7 (1892) 271.* *V.*

Arsippus, -ī *nom. mythol.* CIC. deor. nat. 3, 57 tertius *Aesculapius* Arsippi et Arsinoae *filius*, ... cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur. AMPEL. 9 *traditur* Aristeti et Alcippes. *Diehl.*

arsis, (-is) *f.*, *ἄρσις*. *non vidi gen.* *in arte metrica*: *antiquam graeci verbi de sublato pede vim recte exponens, adiungens autem statim recentiorem de sublata voce* MAR. VICTOR. gramm. VI 40, 10 de arsi ac thesi, id est de alterna syllabarum sublatione ac positione, quibus pedes in metris nituntur atque formantur. ... arsis igitur ac thesis quas Graeci dicunt, id est sublatio et positio, significant pedis motum. est enim arsis sublatio pedis sine sono, thesis positio pedis cum sono: item arsis elatio temporis soni vocis, thesis depositio et quaedam contractio syllabarum. nam in pyrrichio tollitur altera brevis, altera ponitur ... in simplicibus pedibus arsis ac thesis aut simpli aut dupli aut sescupli ratione taxatur. *idem in sequentibus ceterique semper metrici vim secuntur recentiorem.* 41, 20 neque enim syllabarum numero, sed ratione temporum arsis thesisque pensatur. 65, 12 in arsi et thesi septem motus efficiunt *tres pedes semis.* 89, 21 arsin et thesin. TER. MAVR. 1346. 1380. 1409 *pes* tempus aequum librat arsi cum thesi. *similia*: DON. gramm. IV 369, 18. PS. SERG. gramm. IV 523, 1 spondeos ... qui per arsin et thesin currunt. arsis et thesis est levatio et positio. CLEDON. gramm. V 30, 9 POMP. V 123, 28 *sqq.* (ATIL. FORT. VI 280, 10 *sqq.* 286, 24) MART. CAP. 9, 969 *sqq.* ISID. orig. 1, 16, 21. *saepe, accentus ratione non habita, pedis pars prior*: MAR. VICTOR. gramm. VI 47, 6. DIOM. gramm. I 474, 32 pes est ... syllabarum ... modus recipiens arsin et thesin, id est qui incipit a sublatione, finitur positione. 480, 10 iambi enim arsis unum tempus tam in se habet et eius thesis duo quam trochaei versa vice arsis duo habet et thesis unum. 502, 17 thesis in disyllabis constat, arsis in trisyllabis. SERG. gramm. IV 425, 12 si in prima syllaba fuerit accentus, arsis duas syllabas possidebit, si autem in media syllaba, thesi duas syllabas damus. 480, 12 uni cuique pedi accidit arsis et thesis, hoc est elevatio et positio; sed arsis in prima parte, thesis in secunda ponenda est. MAR. VICTOR. gramm. VI 47, 6 trochaeus cum iambo syzygian efficiunt, in qua arsis unum, alterum thesis pedem obtinebit. *cf.* ATIL. FORT. gramm. VI 280, 10. 281, 5. 286, 24 (sublatio; depositio). *in pronuntiatione singulorum verborum*: PS. PRISC. gramm. III 521, 25 in unaquaque parte orationis arsis et thesis sunt, non in ordine syllabarum, sed in pronuntiatione: velut in hac parte 'natura' quando dico 'natu' elevatur vox et est arsis intus: quando vero sequitur 'ra', vox deponitur et est thesis deforis. quantum autem suspenditur vox per arsin, tantum deprimitur per thesin. sed ipsa vox quae per dictiones formatur, donec accentus perficiatur in arsin deputatur, quae autem post accentum sequitur, in thesin. SERG. gramm. IV 482, 17 *accentus* arsin thesinque moderantur. POMP. V 120, 29 *sqq.* IVLIAN. V 321, 11 *sqq.* *V.*

Arsis *v.* Argiza. **Arsisius** *v.* Arsenius.

Arsita *opp. Armeniae, Ptolemaeo Ἀρσῖτις χώρα*. RAVENN. p. 70, 17.

Arsius *v. sub* Arrius *p. 646, 67.*

Arsō *v.* Arzum.

Arsoae *gens Caucasa.* TAB. Peut. 9, 5 *et* 10, 1. PLIN. nat. 6, 38 Abzoae *codd. cf.* Aorsi. *Diehl.*

Arsulāna *nom. mul.* INSCR. Rhen. Bramb. 398 M. Gavio Primo a militi(i)s Arsulana Germanilla ... coniugi. *Otto.*

Arsum *v.* Arzum.

Ar⟨sumalac⟩ *nom. Punicum.* CORP. VIII 16811 (= 4636, *in prov procons.*) Azrubal Ar⟨sumalac⟩ (*filius*). *patris nomen restituit Derenbourg ex titulo gemello punico.* *Diehl.*

Arsuniācus *v. sub* Arrius *p. 646, 77.*

ārsūra, -ae *f. ab* ardere. Ps. APVL. herb. 118, 2 ad arsuram stomachi *sic vulgo*; arduram *vel* ardorem *codd., cf. tamen nos sub* ardor *II 489, 46 et* arsio. PLAC. med. 31, 16 ad arsuram stomachi. Ps. AMBR. acta S. Sebast. 12 quem ... incendii arsura extorquet. [*it. prov.* arsura. *M.-L.*] *V.*

Arsuris *opp. prov. Byzacenae.* CORIPP. Ioh. 7, 273. *incola* **Arsuritānus**. VICT. VIT. not. Byz. 67 Servius Arsuritanus. *cf.* Arzugis *et Pietschmann, PW. II 1290.* *Diehl.*

Arsus *nom. vir.* CORP. VIII 9054 (*in Mauret. Caes.*) Dassio Albino ... Arsus posuit (ex) coh. si(n)g(ularium). *?* **Arso** *nom. vir.* CORP. VIII 17245 (*in prov. procos.*) d. m. s. Nine Arson(is*?*) fil.

Arsus *nom. mul.* CORP. VI 4544 (*in monumento Marcellae*) Claudia Arsus. Claudius Nicephor. *Otto.*

Arta *v.* Artas.

artaba *vel* **-bē**, -ae *f.* [*a graeco ἀρτάβη tractum. Th.*] *v. Hultsch, PW. II 1300.* EPIPHAN. de mensur. 11 artaba mensura est apud Aegyptios sextariorum LXXII (ISID. orig. 16, 26, 16). eundem vero modum secundum scripturam continet et metreta mensura. METROL. p. 133, 9 urnae tres cadum id est artabam (GROM. p. 376, 10). CARM. de pond. 88 est etiam terris quas advena Nilus inundat artaba, cui superest modii pars tertia post tres. POL. SILV. chron. I p. 549, 14 III modii et tertia pars artaba. VVLG. Dan. 14, 2 impendebantur ... similiae artabae XII. HIER. in Is. 5, 10 p. 75 Vall. artabas sex, quae mensura Aegyptiaca est. EVCHER. instr. 2 p. 159, 8 artabae Aegyptiorum mensurae. GLOSS. *V.*

Artabanus (-ēs), -ī (-is), *Ἀρτάβανος*. AMM. 27, 12, 9 *et* 11 Artabannes. 27, 12, 5 *et* 14 *dativ.* -i *ibid.* 6 *abl.* -e. 30, 1, 3 *gen.* Artabanis. MARC. COM. add. chron. II p. 108, 14 Artabanes. *ibid.* 16 Artabanis *nomin.* IORD. Rom. 384 *abl.* Artabane (CAPITOL. Opil. 8, 3). *idem* 385 Artabanus. *ceterum semper* Artabanus. *varii Persae, Parthi, Armenii*: NEP. reg. 1, 5 *Xerxes* ab Artabano (arth- *codd.*) praefecto ferro interemptus est (IVST. 3, 1 *saepius* [OROS. hist. 2, 11, 7]. prol. 3 HIER. in Dan. 7, 5). TAC. ann. 2, 3 Arsacidarum e sanguine (2, 4. 6, 33. 6, 36 *s.* 6, 42. 6, 43). 2, 58 rege Parthorum (6, 31 SVET. Tib. 66 Cal. 14 Vitell. 2). *eiusdem filius* 11, 8. IVST. 42, 2, 1 in *Phrahatis* locum Artabanus, patruus eius, rex substituitur (prol. 42). CAPITOL. Opil. 8, 3 Artabane *Partho* graviter necem suorum civium vindicante. HIER. chron. a. Abr. 1552 Persar. VI Artabanus (astabanus *F*) mensibus VII (in Ezech. 1, 4 Migne 25 p. 45 IORD. Rom. 63 COMPVT. a. 452 chron. I p. 152, 45 PROSP. chron. I p. 396, 193 BEDA chron. III p. 273, 167). AMM. 27, 12, 5 *rex Persidis* Cylaci spadoni et Artabanni commisit Armeniam. *saepius.* MARC. COM. add. *l. c.* 14 Artabanes *Armenius, dux Carthaginis,* Gunthariun occidit (16 IORD. *l. c.* VICT. TONN. chron. II p. 201, 28 CORIPP. Ioh. 4, 373. 4, 235 *circumscribitur* Armenius. *cf.* Armenius *p. 608, 80 et 609, 1*) *et* Asbana. *nomen corruptum pro* Artabazes AMPEL. (*ex Sallustio*) 30, 5, Artavasdes OROS. hist. 6, 19, 3. *de singulis cf. Seeck, Hartmann, F. Cauer, PW. II 1290 ss.*

Artabasdēs *v.* Artavasdes.

Artabassis *nom. vir.* VOPISC. Prob. 4, 1 Syrus. *cf.* Artavasdes *et* Artabazus.

Artabatitae *gens Aethiopica.* PLIN. nat. 6, 195 quadripedes (*v. l.* arth- *et* anth-). SOL. 30, 8. ISID. orig. 11, 3, 20 Artabatytae.

Artabazus (-ēs), -ī (-ae), *Ἀρτάβαζος, Ἀρταβάζης*. PROB. gramm. IV 31, 18 'zes' et ipsa barbara producta primae declinationis, 'Artabazes' 'Artabazae' (MAR. PLOT. gramm. VI 482, 25). *eadem redit forma* FLOR. 1, 40, 1 (AMPEL. *ex Sallustio* 30, 5 *nomen corruptum in* Artabanes). *ceterum semper* Artabazus. **1** NEP. Paus. 2, 5 *Xerxes* cum epistula Artabazum ad Pausaniam mittit (4, 1). **2** CVRT. 3, 13, 13 in eodem grege uxor quoque eiusdem Ochi fuit Oxathrisque — frater hic erat Darei — filia et coniux Artabazi, principis purpuratorum, filiusque, cui Ilioneo fuit nomen. 5, 9, 1. 5, 9, 12. 5, 9, 17 omnibus imperatoriis fungebatur officiis. 5, 10, 10 *sq.* 5, 12, 7 *sq.* 5, 12, 18. 6, 5, 1 *et* 4 *sqq.* 6, 5, 22. 7, 3, 2. 7, 5, 1. 7, 11, 5 *et* 29. 8, 1, 10 *et* 19. *de utroque cf. Judeich, PW. II 1298 sqq.* FLOR. 1, 40, 1 *Ponticarum* gentium ... rex antiquissimus Aeetas, post Artabazes, a septem Persis oriundus (SALL. ap. Ampel. *l. c.*). MON. Ancyr. 5, 29 *Armeniam maiorem* regi Ariobarzani regis Medorum Artaba⟨zi⟩ filio regendam tradidi.

Artabius, -ī *Gedrosiae fluv.* AMM. 23, 6, 73 *Gedrosia* Artabio uberior flumine. *Wagner scripsit* Arabio *ad* 23, 6, 71.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Artabrī, -ūm, *Ἄρταβροι, gens Hispana.* MELA 3,13 in *Callaeciae ora* ... Artabri sunt etiamnum Celticae gentis. ... in Artabris sinus ... Adrobricam urbem et quattuor amnium ostia incingit. PLIN. nat. 4,114 gentem Artabrum. *nota* promunturium Artabrum (-ŭ- *ut videtur*): PLIN. nat. 2, 242 quo longissime frons procurrat Hispaniae. 4,113 promunturium quod aliqui Artabrum appellavere, alii Magnum, multi Olisipponense ab oppido (SOL. 23, 5 MART. CAP. 6, 611).

Arrotrebae, -ārum: STRABO 3, 154 *οἱ δὲ νῦν τοὺς Ἀρτάβρους Ἀροτρέβας καλοῦσιν.* PLIN. nat. 4, 114 Arrotrebas ... quos ante Celticum diximus promunturium (*Artabrum*), hoc in loco posuere litteris permutatis. 4,119 e regione Arrotrebarum promunturi. 4,111. *v. Hübner, PW. II 1301.*

Artabur *v.* Ardabur.

Artacabenē *Arianae regionis opp.* PLIN. nat. 6, 93 oppidum Artacoana, Arius amnis, qui praefluit Alexandriam ab Alexandro conditam. patet oppidum stadia XXX multoque pulcrius *est* sicut antiquius Artacabene (-bane *Riccard.*). Artacoana *et* Artacabene *idem oppidum censet Tomaschek, PW. II 1304 sub* Artacoana.

Artacaeon *insula Propontidis.* PLIN. nat. 5,151 Artacaeon cum oppido. *cf.* Artace.

Artacana, *Ptolemaeo Ἀρτάκανα, opp. Parthiae. nunc* Ardekân. AMM. 23, 6, 43. *cf.* Artacoana.

Artacē portus, *Ἀρτάκη, in Arctonneso Propontidis.* PLIN. nat. 5, 141 ubi oppidum fuit. *cf.* Artacaeon *et* Ariace. *ibidem fons laudatur* **Artaciē,** *Ἀρταιίη.* PANEG. Mess. 59 incultos adiit Laestrygonas Antiphatemque, nobilis Artacie (artacre *A*) gelida quos irrigat unda. *v. Hirschfeld, PW. II 1303.*

Artacēs *v.* Artoces.

Artāchis, -is *nom. vir. Germ.* VEN. FORT. carm. app. 3 inscr. ad Artachin *Radegundis reginae nepotem.* 3, 27 care Artachis alumne. *cf.* Artaces.

Artacoana, *Ἀρταχόανα, Ariorum regia.* CVRT. 6, 6, 33 ad Craterum, qui Artacoana obsidebat, redit. PLIN. nat. 6, 93 *in Ariana regione Indiae* oppidum Artacoana, Arius amnis, qui praefluit Alexandriam, ab Alexandro conditam. ITIN. Alex. 32 urbem Artacoenta, Ariorum regiam, venit. *huc fortasse pertinet* RAVENN. p. 63, 1 Artatio *Mediae provincia. editores contulerunt Ἀρταχηνή vel Ἀρταχάηνα Strabonis. cf.* Artacabene *et* Artacana. *v. Tomaschek, PW. II 1304.*

Artagenis, -is, *Ἀρταγενίς.* CORP. VI 6381 (*e columb.*) Plebeia Státília Philerotis líbertií unctoris et Artagenis fília. *contulit editor Μηνογενίς. cf.* Artas.

Artagira, -ae, *Ἀρτάγειρα, Armeniae opp.* CORP. IX 5290 (*Cuprae Maritimae, periit, a. p. Chr. 4*) *C. Caesar Aug. f.* bellum cum ⟨hostibus p. R. gerens⟩ in Armenia percuss⟨us est dum obsidet Ar⟩taciram Ar⟨meniae oppidum. VELL. 2, 102, 2 circa Artageram (Artagera *Muretus*). FLOR. 2, 32, 44 Donnes, quem rex Artageris (*G. Vossius,* artaxer ser par this, artaxatis, artasatis *codd.*) praefecerat. *cf.* RVF. FEST. brev. 19 Donnes quidam, quem Parthis Arsacis praeposuerat. RAVENN. p. 50, 8 Exagigarda (*Ptolemaei Ἀρταγίγαρτα*). *cf.* TAB. Peut. 11, 3 Thalbasaris. *v. Baumgartner, PW. II 1302 et* Artogerassa.

deo **Artahe** *vel* **Artehe.** *nomen dei Pyrenaeorum.* CORP. XIII 70 deo Artahe L. P(ompei) Pauliniani. *cf.* 73. CORP. XIII 71 Artehe deo. 64 Lexeia Odanni f. Artehe v. s. l. m. *tituli omnes reperti sunt ad vicum* St.-Pé-d'Ardet.

Mercurio Aug. **Artaiō** sacr. CORP. XII 2199 (*prope Viennam*).

Artamis *Bactrianorum fluvius, Ptolemaeo Ἄρταμις.* AMM. 23, 6, 57.

Artamisia *v.* Artemisia.

Artamo, *Ἀρτάμων.* **1** *lorarius* PLAVT. Bacch. 799 constringe tu illi, Artamo, actutum manus. 832 agedum tu, Artamo, forem hanc pauxillum aperi. *cf. K. Schmidt, Hermes 37 (1902) 178.* **2** CORP. VI 8239 C. Calventi(us) C. l. Artamo. *cf.* Artas *et* Artemon. *Diehl.*

artana Cappadocum lingua Aprilis mensis dicitur GLOSS. V 168, 33. *V.*

Artanē *statio Bithyniae.* TAB. Peut. 9, 3 RAVENN. p. 364, 5. p. 99, 11 Artamen. Guido p. 530, 1 Arcene. *cf.* Ariace *et Ptolemaei Ἀρτάκη χωρίον. v. Hirschfeld, PW. II 1305 sub* Artanes *1 et* artana.

Artanī, -ōrum. CORP. V 4088 (*Betriaci*) Iuventuti Artanorum posuit collegium.

Artānius *v. sub* Arrius *p. 645, 49.*

Artannēnsis, -e. VEN. FORT. carm. 10, 5 *et* 10 inscr. de oratorio Artannensi (*v. l.* -n-).

Artaphernēs, -is, *Ἀρταφέρνης, nom. Persicum.* **1** NEP. Milt. 4, 1 Darius ... *classi* Datim praefecit et Artaphernem. PLIN. nat. 35, 57 Datim, Artaphernen. IVST. prol. 2 *et* AMPEL. 15, 9 *nomen corruptum in* Tisaphernes. **2** *Darei frater*: IVST. 2, 10, 9 Artaphernen. **3** IVL. VAL. 3, 59 Hyrcaniam Artaphernae *remitto.*

Artara *statio Alpis Iuliae.* RAVENN. p. 222, 20. *v. Tomaschek, PW. II 1308.*

Artās, *Ἄρτας vel Ἀρτᾶς, nom. vir. et cogn.* CORP. XV 6958 (*in ansulis scyphorum, litteris antiquioribus*) Artas Sidon(ius), *Ἄρτας Σειδών(ιος): exemplaria quindecim. accedunt alia*: CORP. V 8118, 2. IX 6085, 1. X 8062, 2. *cf.* XV 6959 Artas *et Ἀρτᾶς.* 6023 (*titulus scariphatus*) Arta⟨s? CORP. VI 9102 b 12 D. Arta faber *libertus. Diehl.*

artātio, -ōnis *f. ab* artare. GLOSS. II 437, 15 *στενοχωρία* artatio. DIOM. gramm I 438, 28 cum quadam artatione sermonis (*pronuntientur?*), quae *ἐμφατικῶς* a poetis congeruntur (DOSITH. gramm. VII 429, 4). COMM. instr. 1, 41, 9 (*loco plane corrupto*:) Helias veniet prius signare dilectos, res qua suffine (quas affine *Paris.*) regit (regis *Paris.*) et artatio tota. '*fortasse* rex quia sub fine redit et artatio (*i. persecutio, cf.* arto *II B 1*) tota' *Dombart. Hey.*

Artatio *cf.* Artacoana.

Artatus *Illyriae amnis.* LIV. 43, 19, 8. *v. Tomaschek, PW. II 1308.*

Artavasdēs, -is, *Ἀρταουάσδης. acc.* -en: LIV. perioch. 131 VELL. 2, 82, 3 TAC. ann. 2, 3. Artabasdes: CORP. VI 32264 TREB. Val. 3, 1. Artavazdis *gen.*: MON. Ancyr. 6, 11 (*ibid. bis* -s-). *cf.* VELL. 2, 94, 4 Artauzdi *MA.* CIC. epist. 15, 2, 2 Artuasdes. *cf.* IVST. 42, 2, 6 Artoasdi. *nomen corruptum ex* Artaxias (*vel* -xes) VELL. 2, 94, 4, *in* Artabanen OROS. hist. 6, 19, 3. *Armenii, imprimis Armeniae reges varii*: CIC. Att. 5, 20, 2 Armenius. epist. 15, 2, 2 rex Armenius. Att. 5, 21, 2 *Deiotari* filio pacta est Artavasdis (-adis *M*) filia. MON. Ancyr. 5, 26 Tigrani, regis Artavasdis filio, nepoti autem Tigránis regis. LIV. perioch. 131 VELL. 2, 82, 3. TAC. ann. 2, 3 regem Armeniorum. IVST. *l. c.* OROS. *l. c. v. Baumgartner, PW. II 1308.* MON. Ancyr. 6, 11 Médi *acceperunt regem* Ariobarzanem, regis Artavazdis filium, regis Ariobarzanis nepotem (5, 30. 6, 1). TAC. ann. 2, 4. *cf. Wilcken, PW. II 1309.* CORP. VI 32264 (*saec. I in.*) ⟨C. Iulius C. f. Fab.⟩ Artabasdes ⟨Artabasdis fili⟩us regis Ariobarzanis ⟨nepos⟩. *cf. geminum graecum*: *⟨Γάιος Ἰού⟩λιος Γαΐου Φαβ ⟨Ἀρταβάσδη⟩ς Ἀρταβάσδου ⟨.... ν⟩ἱὸς βασιλέως ⟨Ἀριοβαρζάν⟩ου υἱωνός. cf. Hülsen ad l.* TREB. Val. 3, 1 Artabasdes, rex Armeniorum, talem ad Saporem epistolam misit. *cf.* Artabazes *et* Artabassis.

Artaxansēn *acc. Persidis opp.* CAPITOL. Gord. 26, 6 et post Artaxansen (Artaxatam *Salm.*) et Antiochiam recepit et Carras et Nisibin, quae omnia sub Persarum imperio erant.

Artaxarēs, -is, *Ἀρταξάρης.* MON. Ancyr. 5, 54 ad mé supplices confugerunt regés ... Medorum ⟨Artavasdes, Adiabenorum⟩ Artaxares

Artaxata, -ōrum (-ae), *τὰ vel ἡ Ἀρτάξατα. femininum primus ponit* TAC. ann. 2, 56 *et* 6, 33 urbe Artaxata, *sed idem quater pluraliter.* EVTR. 6, 13 ab Artaxata. SERV. Aen. 10, 51 dicimus ... 'haec Cythera', sicut 'haec Solyma' 'haec Artaxata'. IORD. Rom. 234 in Artaxata urbe. **1** *opp. Armeniae*: PLIN. nat. 6, 26 in maiore *Armenia* ... iuxta Araxen Artaxata. 6, 42 ab Artaxatis *bis.* IVV. sat. 2, 170 sic praetextatos referunt Artaxata mores (SCHOL. *ad l.* civitas Armeniae. *cf.* GLOSS. V 652, 30 Artaxata genus vestis peregrinae). TAC. ann. 12, 50 urbes Armeniorum Artaxata et Tigranocerta (*nomin.*). 13, 39 caput gentis *Armeniorum* (*acc.*). 13, 41 Artaxatis ignis inmissus deletaque et solo aequata sunt. *ibid.* Artaxata pergeret. 14, 23 post deleta Artaxata. FLOR. 1, 40, 27 captis ... Artaxatis (CAPITOL. Aurel. 9, 1). FRONTO p. 121, 3 N. *nomin. plur.* RVF. FEST. brev. 16 apud Artaxata. AMM. 25, 7, 12 *acc.* (COD. Iust. 4, 63, 4 *a. 408 vel 409* SIDON. carm. 9, 22). SIDON. carm. 2, 445 Caspia *acc.* IVL. HONOR. geogr. p. 42, 5 oppidum (COSMOGR. p. 85, 47 Araxata). TAB. Peut. 11, 4 RAVENN. p. 49, 12. p. 73, 13. *v. Baumgartner, PW. II 1311.* **2** *v.* Arasaxa.

Artaxerxēs, -is, *Ἀρταξέρξης. ad declinationem*: *nomin.* Artaxerxis HIER. chron. a. Abr. 1612 *A* OROS. hist. 3, 7, 6 *PR* LIB. gener. B chron. I p. 131, 189. 193. 194. *gen.* -is: NEP. Epam. 4, 1 VAL. MAX. 9, 2 ext. 7 SOL. 35, 4 IVST. 6, 1, 2 HIER. chron. a. Abr. 1569 VVLG. *saepius.* SVLP. SEV. chron. 2, 10, 3. 2, 11, 7 OROS. hist. 3, 1, 6. -i: ITIN. Alex. 32. *acc.*: -en: NEP. Ages. 2, 1 Dat. 1, 1 Them. 9, 1 CVRT. 6, 6, 13 FRONTIN. strat. 4, 2, 7 LAMPR. Alex. 55, 1. 56, 7. *alii.* -em: NEP. Dat. 8, 6 VVLG. I Esdr. 4, 7 Esth. 12, 2 IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 40 *v. l.* -en. *nota plur.* Artaxerxae NEP. reg. 1, 3. *ad orthographiam et formas*: -ses: NEP. Con. 2, 2 FRONTIN. strat. 4, 2, 7 *G* SOL. 35, 4 *plurimi codd.* ITIN. Alex. 32 LAMPR. Alex. 55, 1 *B* SVLP. SEV. chron. 2, 9, 1 *sq.* 2, 9, 8 *sq.* 2, 12, 1 *sq. saepius. pars codicum*: IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 40 CHRON. *saepe. cf. Lucas in indice hominum.* OROS. hist. 2, 18, 1 *sq.* 3, 1, 1. 3, 1, 6. 3, 1, 7. 3, 1, 25. 3, 7, 6 IORD. Rom. 64. 68. 69. Artarxer- *pars codicum vel omnes*: FRONTIN. strat. 2, 3, 6. 4, 2, 7 SOL. 35, 4 HIER. chron. a. Abr. 1569. 1584. 1613. 1652 SVLP. SEV. chron. 2, 12, 1. 2, 14, 4 *al.* CHRON. *saepius.* OROS. hist. 3, 1, 1. 3, 1, 6. 3, 1, 7. 3, 1, 25. 3, 7, 6 IORD. Rom. 64. 68. 69. HIER. chron. a. Abr. 1569 artaxarxis *F* OROS. hist. 2, 18, 1 *D. nomen corruptum in* Artaxe (NEP. Chabr. 2, 3), *in* Xerxes (HIER. chron. a. Abr. 2239 PROSP. chron. I p. 436, 791 CHRON. Gall. a. 511 chron. I p. 641, 395 CASSIOD. chron. II p. 146, 914). *cf.* LAMPR. Alex. 55, 1. 56, 7; *ex* Cambyses (CHRONOGR. a. 354 add. chron. I p. 152, 38), *ex* Xerxes (*ibid.* 152, 40). *interpretatur* HIER. nom. hebr. p. 56, 3 lumen silentio tentans. *Persidis reges, memorati a scriptoribus inde a* CIC. Att. 10, 8, 7, *imprimis a* NEP. IVST. VVLG. Esdr. *et* Esth. CHRON. *celeberrimi* Macrochir (NEP. reg. 1, 3 AMM. 30, 8, 4 IORD. Rom. 64) *vel* Longimanus (HIER. chron. a. Abr. 1553 in Dan. 7, 5 CHRON.) *vel* Longibracius (CHRONOGR. a. 354 add. chron. I p. 152, 39) *et* Mnemon (NEP. reg. 1, 3 IVST. prol. 9 *et* 10 HIER. chron. a. Abr. 1612 in Dan. 7, 5 IORD. Rom. 68 CHRON.), qui ab Hebraeis Asuerus et a LXX interpretibus Artaxerxes vocatur (in Dan. 7, 5 adv. Pelag. 3, 10) *et* Ochus (VAL. MAX. 9, 2 ext. 7 HIER. chron. a. Abr. 1652 in Dan. 7, 5 CHRON. OROS. hist. 3, 7, 6 IORD. Rom. 69 ISID. orig. 5, 39, 21).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Artaxēs, -is, *Ἀρταξῆς, nom. vir. Persicum.* **1** Cod. Iust. 3, 26, 11 (*a. 442*) impp. Theodosius et Valentinianus AA. Artaxi praeposito sacri cubiculi. Conc. Calch. Mansi VI 566ᵃ. 939ᵇ. VII 3ᵇ. **2** *v. sub* Artaxias *2.*

Artaxiās, -ae, *Ἀρταξίας, Armeniae reges.* **1** Hier. in Dan. 7, 8 Artarxiam, regem Armeniae. *ibid.* contra Artarxiam ... dimicasse ... Antiochum novimus. **2** Tac. ann. 2, 3 *Artavasdis* filius Artaxias. *ibid.* occiso Artaxia. Mon. Ancyr. 5, 25 rége *Armeniae maioris* Artaxe. Vell. 2, 94, 4 *traditur* Artavasdi Artauzdi. *ad ambos cf. Baumgartner, PW. II 1326, 1 et 2.* **3** Tac. ann. 2, 56 ceteri (*Armenii*) venerantes regem (*sc. Zenonem, Polemonis, regis Pontici, filium*) Artaxiam consalutavere. 2, 64 regem Artaxian Armeniis a Germanico datum. 6, 31 defuncto rege Artaxia. *cf.* Inscr. numm. Cohen I 8, 1 Germanic. Artaxias. *v. Wilcken, PW. II 1326, 3.*

Artaxius, -ī, *Ἀρτάξιος. cf.* Artaxes *et* Artaxias. *martyr.* Pass. Perp. et Felic. 11 Iocundum et Saturninum et Artaxium, qui eadem persecutione vivi arserunt.

arteisti Cappadocum lingua Maius mensis dicitur Gloss. V 168, 35. *cf. Ideler, Chronol. I 442.*

Artemās *v.* Artemis *p. 683, 78.*

Artemis, -is *vel* -idis, -idos, *Ἄρτεμις.* **1** *dea: etr.* artumes *nomin.* aritimi *dat.* Plin. nat. 25, 73 sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent *Artemisiam.* Hier. nom. hebr. p. 67, 15 Artemis (id est Diana) suscitans aegrotationes. violentum est. *litteris graecis apud* Macr. *et* Gell. **2** *in titulis nom. et cogn. mul.: nota* Corp. VIII 14320 (*Vticae*) Tanonia Arthemis. Corp. VI 11124 Aemilia Artemis sibi et T. Flavio Theodoro optimo coniugi et Tryphoni Ermiae f. (= 21969 *ubi teste Fabrettio male* Manlia). 12459 liberta. 15105 d. m. Ti. Claudio Hermae Artemis coniugi suo b. m. fecit. 17303 Eubulionis Flaviae Artemis vernae. 18038 Flavio Demetrio Artemis dívae Iuliae Aug. liberta fratri. 18548. 24524 Pompeia M. l. Artemis. 27948 Valeria L. (mulieris) l. Artemis. XIV 3382 (*Praeneste*) Stertiniae Artemidis. X 1308 (*Nolae*) Iulia P. f. Apusia Artemis. 6805 (*in Aenaria insula*). II 3784 (*in Tarraconensi*). **mūtātio Artemis** *Bithyniae.* Itin. Hier. 573. **Peos Artemidos,** *Ἀρτέμιδος σπέος, Aegypti mediae.* Itin. Anton. 167 (*v. l.* arth-). Not. dign. or. 31, 43 *sub dispositione ducis Thebaidos* ala secunda Hispanorum, Poisarietemidos. *v. Pietschmann, PW. II 1335.*

Artemīsia, -ae, *Ἀρτεμισία.* **I** *nom. mul.* **A** *reginae:* **1** Cic. Tusc. 3, 75 Artemisia illa, Mausoli Cariae regis uxor, quae nobile illud Halicarnasi fecit sepulchrum (Val. Max. 4, 6 ext. 1 Mela 1, 85 Plin. nat. 36, 30 Gell. 10, 18, *ubi v. l.* arth- *et* arteme-. *cf. l. 57.* Amm. 28, 4, 9 Hier. adv. Iov. 1, 44). Vitr. 2, 8, 14 *et* 15. Plin. nat. 25, 73 mulieres quoque hanc gloriam adfectavere (*herbarum nominandarum*), in quibus Artemisia uxor Mausoli adoptata herba, quae antea parthenis vocabatur. **2** Ivst. 2, 12, 23 regina Halicarnasi, quae in auxilium Xerxi venerat (Oros. hist. 2, 10, 3 *nomen corruptum in* Artemidora). *v. Judeich, PW. II 1441, 2 et 3.* **B** Cod. Iust. 5, 34, 2 (*a. 225*) *imp. Alexander* A. Artemisiae. *in titulis nom. et cogn. pleraeque sunt Romanae: ad prosodiam:* Corp. VI 7772 Cameria Artemísia et Camerius Apollo *parentes* Cameriae Syntyches. 16034 Postumiáe Artemísiae. *ad orthographiam:* Artimisia: Corp. VI 33919. X 5757 (*Sorae*) Vertuleia Artimis⟨ia?⟩. XI 557 (*Caesenae, periit*) Sextilia Simplicia Artimisia. 3776 (*Careis*). 6394 (*Pisauri*) Octavia⟨e⟩ Auli l. Artimisiae medicae. V 103 (*Polae*). 8988 (*Concordiae*). VIII 2878 (*Lambaesi*) Iulia Artimisia, *cuius fili* Furií Candidus et Artimisia. III 2343ᵃ (*Salonis*). Corp. VI 12462 Artemesia *cf. l. 42.* 20802 Iunia Atermisia. *cf.* Artermisius. 20825 Iunia Aptemisia. *ibid.* M. Iunio Phoebo. 16315 Cornelia Artamisia. *primae in columbariis:* Corp. VI 5607. 6623. 6894. 32429 (*a. 98*) c 7. *e Romanis praeter has paucas tantum huc apponam:* Corp. VI 581 Silvano sacrum Aeburia Artemisia d. d. 12463 d. m. Artemisiae alumnae suae ... fecit Hermes. 13621 d. m. L. Boionio Olympo Paelia Artemis coniugi benemerenti fecit. 14949 Ti. Cl. Bacchius fecit sibi et Cl. Artemisiae coiugi dulcissimae bene merenti. 16354 d. m. Corneliae Artemisiae ... fecit Cornelia Luperca vernae suae. 29089 (*cf.* add.) Vitellie Artemisíe. Corp. XIV 1179 (*Ostiae*) d. m. Iulia Artemisia fecit Sex. Iulio Hermeti coniugi b. m. 1491 (*Ostiae*) d. m. C. Pontio Hermeti Pontia Artemisia coiugi carissimo. 2353 (*in agro Albano*) Ar⟨t⟩emisie. 2546ᵃ (*in agro Tusculano*) Iavolenae Artemisiae. IX 357 (*Canusii*). 1714 (*Beneventi*). 2486 (*Saepini*). 3269 (*Corfinii*). X 2636 (*Puteolis*) d. m. Laecaniae Artemisiae, *cuius filius* Laecanius Venerianus. 1571 (*ibid.*) *bis.* 7374 (*in thermis Himeraeis*). 8372 (*Puteolis*) Ephem. epigr. VIII 421 (*Puteolis*). Corp. XI 2734 (*Volsiniis*) Afrania Q. l. Artemisia *mater* Veneriae (2733). 182 (*Ravennae*). V 1142 *et* 1365 *Aquileiae.* 5950 (*Mediolani*). II 2326 (*in Baetica*) *bis.* XII 3778 (*Nemausi*). XIII 2004 (*Luguduni*) d. m. ... ⟨I⟩uliae Artemisiae ⟨n(atione)⟩ Asiana ... ⟨Ti⟩tus Fla. Hermes ⟨c⟩oniugi. III 2172 *et* 2540 *et* 8893 *Salonitanae.* 2700 (*Tragurii, periit*) Turiae Artemisiae ... Iulius Artemisianus matri dulcissimae b. m. p. **II** *insula:* Plin. nat. 3, 81 *insulae* Igilium et Dianium, quam Artemisiam *Graeci dixere,* ambae contra Cosanum litus. *cf.* Dianium *et* Artemius *1.* **III** *herba:* artemisia, -ae *f.* [*francog.* armoise. *M.-L. cf. p. 682, 13*]. Dioscor. 3, 123 artimisiam. Gloss. III 549, 14 artemesia. Plin. nat. 25, 73 mulieres quoque hanc gloriam adfectavere (*herbas nominandi*), in quibus Artemisia uxor Mausoli adoptata herba, quae antea parthenis vocabatur (ind. 36 *cf. l. 17*). sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent (Ps. Apvl. herb. 13 Isid. orig. 17, 9, 45 *cf. l. 35*), quoniam privatim medeatur feminarum malis. est autem absinthii modo (Dioscor. 3, 123 similis absentio. Galen. alfab. 23 subsimilis absentio. *adde l. 50*) maioribus foliis pinguibusque. ipsius duo genera. altior latioribus foliis, altera tenera tenuioribus et non nisi in maritimis nascens. sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent (Dioscor. 3, 123) ... quam quidam botryn (27, 28 *et* 55 ind. 25, 36. 27, 11 *et* 31 Dioscor. 3, 124 *et* 125), alii ambrosiam vocant, talis in Cappadocia nascitur (27, 28 *et* 53 ind. 25, 36. 27, 11 *et* 31 Dioscor. 3, 124 *et* 125. Gloss. III 552, 40. 552, 8 armosia. *cf. francog.* armoise). Ps. Apvl. herb. 11 Graecis dicitur toxetesia (Gloss. III 578, 24 monoclonos), aliis ephesia (Gloss. III 562, 4 monoclonos), aliis charistelochia (Gloss. III 552, 9 monoclonos: aristolocia. 621, 62 caristelon. 557, 58 monoclonos: charistelon), aliis lia (Gloss. III 570, 9 nim*?*), aliis parthenion (Gloss. III 573, 67. *cf. l. 2*), hypolysos (Gloss. III 552, 10 monoclonos: apolisus), aliis anactirion, aliis sozusa, aliis lycophryx (Gloss. III 567, 32 monoclonos: lioparis). prophetae haema anthropu (Gloss. III 562, 3 *et* 4 monoclonos), alii onicanthen (Gloss. III 570, 56/57 monoclonos: onocantistrisia), alii chrysanthemon (Gloss. III 557, 60 *et* 622, 17 t⟨r⟩agant⟨h⟩es: crissantimi. *cf. l. 37*), ... alii bubas theoscardian (Gloss. III 553, 68 monoclonos: bobatis. III 618, 19 bobastis id est artemisia monoculo), ... alii haema Cronu (Gloss. III 562, 5 monoclonos: emoronu), alii gonos Hephaestu (Gloss. III 564, 35 monoclonos: genefefes), alii philacterion (Gloss. III 563, 15 monoclonos: filacterion meca), ... Pythagoras pexasin (Gloss. III 563, 16 monoclonos: fexaga) et toxobolon (Gloss. III 578, 25 monoclonos: tonox), Galli ponem, alii titumen (Marc. med. 26, 41 Gallice bricumum. Gloss. III 631, 22 gallice briginus) ... Itali serpillum maius, alii sirium (Gloss. III 535, 42 serpillo maiore sive iptios [*an ὕπτιος?*]). *ibid. ter* artemisia monoclonos (*cf. l. 48*), *quam praeterea interpretantur* Gloss. III 552, 7 atalentis. 552, 11 alsabalsa. 557, 59 coethene vel ceethene *cf. l. 49.* Veg. mulom. 3, 6, 7 ex radice Dianaria, quam artemisiam vocant (Gloss. V 496, 52). Ps. Apvl. herb. 12 herbae artemisiae traganthis (Gloss. III 586, 22 *et* 595, 68 *et* 629, 63 *et* 632, 63 *ubi* tagantes, -is. 578, 46 trigiantes. 630, 6 tigaritas. *adde l. 22*). *idem quater. hanc herbam interpretatur* Gloss. III 578, 27 tanacipan (*ubi* tanacetum *v. Fischer-Benzon p. 74*). Ps. Apvl. herb. 13 herbae artemisiae leptophyllae. *ibid.* herbam artemisiam leptaphyllon (Gloss. III 550, 55). Ps. Apvl. herb. 11 artemisia Lysimachi (*cf.* Plin. nat. 25, 72 ind. 25, 35/36). *restant* Gloss. III 569, 48 mater herbarum (607, 18. 614, 30. 616, 26. III 631, 22 matrona). III 554, 35 britania (618, 63). III 591, 12 gibber (612, 31. 624, 52). *cf.* III 535, 17 zimper (*i.* zingiber*?* III 630, 62. 549, 26 timber). III 570, 41 origano id est col[on]ena (*cf.* Gloss. origanum) sive coronabuli (*i.* corona bubula) vel artemisia. III 571, 67 passiphea. III 626, 64 monoglosa (*i.* monoclonos). III 621, 64 cetene (*cf. l. 35*). III 576, 76 santonica (*cf.* Gloss. absinthium *et l. 17*). III 549, 14 *ἀμάραχος* artemesia. *adde* III 569, 8 mile artemisia id est altea *et* Dioscor. Vind. (C. 21ʳ N. 3) *αρτεμισιαμ. ad usum et vires: cf.* Scrib. Larg. 106 Plin. nat. 25, 130. 26, 24 *et* 26. 26, 81. 26, 150 *et* 159 Pelagon. 14. 364 Marc. med. 8, 169. 25, 36. 26, 46 Soran. 2, 21 (69) Theod. Prisc. eup. faen. 47 log. 54 gyn. 10. 15. 17 Cael. Avrel. chron. 5, 2, 40 Oribas. syn. 2 add. 847. *cf. Wagler, PW. III 195.* **artemideion** *n., ἀρτεμίδειον.* Ps. Apvl. herb. 63 dictamnus a Graecis artemedeion appellatur, aliis cretice, aliis ephemeron, ... Italis ustilago rustica, aliis labrum Veneris. *cf.* Scrib. Larg. 106 in *aqua* decoquitur herba, quae artemisia dicitur aut quam *δίκταμνον* appellant. **Artemīsius,** -ī, *Ἀρτεμίσιος.* **1** *mons qui dividit Arcadiam et Argolidem:* Plin. nat. 4, 21. 4, 17 (*ubi codd.* Artemius). *Graecis Ἀρτεμίσιον.* **2** Gloss. V 168, 36 Artemesios Perinthinorum lingua October mensis dicitur. 168, 37 Byzantinorum lingua Aprilis mensis dicitur. 168, 38 Macedonum lingua Maius mensis dicitur. **3** *nomen et cogn. vir.:* Plin. epist. 9, 28, 2 Popilium Artemisium. Symm. rel. 28 (*a. 384*), 2 Artemisius Olybri clarissimi atque inlustris viri actor. *alius sub* Artemius *1. plures in titulis:* Corp. VI 11915 L. Antistius Artermisius. *cf.* Atermisia. *vetustissimum exemplum* Corp. VI 5528 (*e columb.*) M. Vlpio Artemisio. Corp. VI 8613 paedagogus et lib. 10643 d. m. T. Aeli Afrodisi ... Chresimus et Afrodisia filia pientissimo et Artemisius frater fecerunt. 17622 líbertus. X 7733 (*Caralibus*). XII 5690, 13 (*in signaculo*). Corp. VI 15185 Q. Cl. Papirio Asclepiade filio dulcissim .... G. Cl. Artemisius infelix pa(ter). X 2138 (*Puteolis*) Ti. Aurel. Artemisio. V 4449 (*Brixiae*) P⟩o⟨b(licius*?*) A⟩rtemisius qui et ⟨...⟩sco. VIII 12145 (*in prov. Byzac.*) Caelius Ceri⟨alis*?* ...⟩ Artemisius Restitutus a⟨e⟩di⟨l.⟩ III 2427 (*Salonis*) Marcio Artemisio. VI 18479 *traditur* Claudius Artiminus: *'fuit fortasse* Artemisius' *editor. deriv. latin.* **Artemīsiānus,** -ī, *cogn. vir.* Corp. III 2700 (*Tragurii, periit*) Turiae Artemisiae ... Iulius Artemisianus matri dulcissimae b. m. p. **Artemīsium,** -ī, *Ἀρτεμίσιον, Eubaeae promunturium cum oppido.* Nep. Them. 3, 2 classis communis Graeciae ... primum apud Artemisium inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regiis conflixit. 3, 4 ut ab Artemisio discederent.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 Salamin et Artemisium Xerxis naufragia numerantur. 8, 14 ext. 1 Artemisium et Salamina, navalis gloriae fertilia nomina. PLIN. nat. 4, 64 *urbe*. *cf. Hirschfeld, PW. II 1443, 1.*

Artemidōrus, -ī, Ἀρτεμίδωρος. *ad orthographiam*: Artimidorus: CORP. VI 8207 (*e columb.*). 8656 Ti. Iulius Aug. et Aug. l. Artimidorus. 34283 Artimidorae sorori Artimidorus frater. X 6494 (*Vlubris, periit*). XII 3697 (*Nemausi, periit*). III 1218 (*Apuli, periit*). PATR. Nicaen. 4, 119 *pars codd.* CORP. XI 2039 (*Perusiae*) L. Cassius L. l. Arte|imidorus. PATR. Nicaen. 1, 132 *et* 3, 127 Arthemidorus *plur. codd* (CASSIOD. var. 1, 43, 5). PATR. Nicaen. 2, 127 arth-, arteme-, arthime-, artimo- *codd.* CORP. X 2500 (*Puteolis*) L. Iulio Atemidoro *cuius filius* Helvius Asclepius. CORP. XIV 4062 (*Fidenis*) d. m. Artemtdori Aug. lib. adlecto a memoria. AGNELL. chron. I p. 333, 39 Artemetoris. *nom. vir. cf.* VARRO ling. 8, 21 *sub* Artemas *l. 79 sqq. adde* 22 omnes impositis nominibus eorum item declinant casus atque eodem modo dicunt huius Artemidori et huius Ionis et huius Ephesi, sic in casibus aliis. **1** *apud scriptores*: *Graeci multi, celeberrimus geographus Ephesius, de quo cf. Brzoska, PW. II 1329.* PLIN. nat. 2, 242 (ind. MART. CAP. 6, 611). 244 (MART. CAP. 6, 613). 246 (MART. CAP. 6, 616). ind. 3 nat. 4, 77 (ind.). 121. 5, 40 (ind.). 47. 59 (MART. CAP. 6, 676). 129. 6, 36 (ind.). 70. 156. 163. 183. 207. 7, 30 (ind.). 36, 79 (ind.). *alii*: *Lampsacenus* (CIC. Verr. 2, 79), *Aetnensis* (CIC. Verr. 4, 105), *Pergaeus* (CIC. Verr. 4, 69 Artemidorum Cornelium medicum. 4, 54. 117. 138). SEN. nat. 1, 4, 3 Parianus (7, 13, 1), *artifices* PLIN. nat. 36, 34 *et* MART. 5, 40, 1, *gladiator* MART. 6, 77, 3, *ab his diversus* MART. 8, 58, 1 *et* 9, 21, *quo epigrammate* Artemidorus *et* Calliodorus *deluduntur, philosophus* (PLIN. epist. 3, 11, 1. 3, 11, 5, *episcopus Sardensis* (PATR. Nicaen.), *alii in rescriptis* COD. Iust. 2, 6, 1 *a. 216.* 8, 46, 3 *a. 227.* 5, 53, 5 *a. 294* (6, 2, 16). CASSIOD. var. 1, 42 (*a. 509/510*) inscr. Artemidoro v. i. p. ū. Theodericus rex (2, 34. 3, 22. *cf.* 1, 43, 5. 1, 44, 2). AGNELL. chron. I p. 333, 39 extra portas Artemetoris, quod usque hodie vocamus ad farum (*Ravennae*). **2** *in titulis nomen servile et cogn. lib. exemplum vetustissimum* CORP. III 713 (*a. u. c. 662? 624, Samothrace*) M. Luuceius M. l. Artemidorus. *longe plurimi sunt Romani, Latini, Itali, unus Africanus* (CORP. VIII 12250 *Carth.*). *e columbariis*: CORP. VI 7581ª. 8192. 8207. 33319. CORP. VI 44, 4, 14 (*a. 115*). 10241 *donatio* T. Flavi Artemidori (*aevi Hadriani*). 9428 (*M. Aurelii aetatis*). 1058 (*a. 210*) 5, 78 T. Flavius Artemídor(us) *et* 7, 64 C. Asinius Artemídor(us) *et* 7, 131 M. Aelius Artemidorus *milites.* III 3412 (*a. 228, Aquinci*). VI 30841 (*a. 244*) per Au⟨rel⟩ium Artemidorum c. v. curat. alvei ⟨et ripar.⟩ Tiber. et cloacar. urbis. 32564 (*saec. III med.*) 1, 4 *et* 3, 11 *praetoriani. ex magno titulorum Romanorum numero hos tantum affero*: CORP. VI 203 vilicus. 3133 L. Sulpici Artemidori mil. class. pr. Misenens. IIII Fortun. natione Aegyptius. 9133 ab aerario. 9675 L. Arlenus L. l. Artemidorus nat(ione) Paphlago mercator sagarius (12331). 9813 plumario. 31172 Q. Marcius Artemidorus medicus castrorum (31187). 32926. 8627 Caecilius Artemidorus *cuius mater* Flavia Pallas. 10317 L. Rutilius L. l. Artemido(rus). *ibid.* A. Carvilius L. l. Diodorus. 10756 T. Ael. Parthenio . . . T. Ael. Artemidorus filio dulcissimo fecit. XV 4729 (*tit. pict. amph.*) muri(a) Artemidori. XIV 256 (*Ostiae*), 28 Clodius Artemidorus *faber navalis* (40). 873 (*Ostiae*). 2505 (*in agro Tusculano*). 2746 (*Aeserniae*). 3951, 12 (*Nomenti*). IX 64 (*Brundisii*). X 1300 (*Nolae*). 3359 (*Miseni*). 6625 (*Velitris*). 8187 (*Puteolis*). XI 3448 (*Tarquiniis*). 6392 (*Pisauri*). V 2271 (*Altini*) Tettenius Artemidorus vivus posuit . . . Cassio Artemidoro . . . filio. 4636 (*Brixiae*) M. Livius Artemidor(us) sibi et . . . Liviae Athenaidi uxori. 6070 (*Mediolani*). II 464 *et* 517 *Emeritae.* 1737 (*Gadibus*) Albanius Artemidorus medicus ocularius. 4969 (*in lucerna*). XII 3749 (*Nemausi*). 5718 (*in Alpibus Grais*) Ti. Claudius Artemidori f. Quir. Phoebus Tiberiopolitanus. III 2308 (*Salonis*). 7728 (*in Dacia*). 12371 (*in Moes. infer.*). tab. cer. 1 Artemidorus Apolloni magister collegi Iovis Cerneni. **Artemidōra,** -ae, Ἀρτεμιδώρα. *nom. et cogn. mul. a scriptoribus una memoratur*: COD. Iust. 6, 54, 4 (*a. 215*), *satis multae in titulis. ad orthographiam*: CORP. XIV 498 (*Ostiae*) Acsiliae Artimidorae. *adde* VI 34283 *l. 6.* VI 14941 *teste Gudio* Claudia Arthimodora. *ibid.* Arphocration. *vereor ne fictus sit titulus ad illum* XIV 479. CORP. VI 5930 (*e columb.*) Venuleia⟨e⟩ Artemidorae. 1458 Cl. Artemidora c. f. 8533. 10849. 15474. 15730 P. Clodius Ap. l. Eros Numitoria (mulieris) l. Artemidora. 26498. XIV 479 (*Ostiae*) Flaviae Artemidorae. *cf. l. 67.* 1886 (*Ostiae, chr.*). 2330 (*in agro Albano*) Ayr. Artemidor(a). EPHEM. epigr. VIII 98 (*Beneventi*) ⟨For⟩tunata Artemidora. X 2623 (*Puteolis*). XI 1772 (*Volaterris*). III 10233 (*Sirmii, chr.*). 13739 (*in Moes. infer.*). *deriv. lat.* **Artemidōriānus,** -ī *nom. et cogn. vir.* CORP. IX 4022 (*Alba Fucente*) Publiciae Severine fil. kar. Artemidorian(us) et Iusta par(entes). 3945 (*ibid.*) d. m. s. Publiciae Marsille matri piissimae C. Publicius Artemidorianus (quattuor)vir aed. et Concordia fili b. m. p. **Artemās (-a),** -ae, -ātis, Ἀρτεμᾶς, *nom. et cogn. vir.* VARRO ling. 8, 21 tres cum emerunt Ephesi singulos servos, nonnumquam alius declinat nomen ab eo qui vendit, Artemidorus, atque Artemam (*idem expectes* 22 *pro* Artemidorum) appellat. HIER. nom. hebr. 79, 24 Arteman anathematizantem sive conturbantem. *ad orthographiam*: CORP. VI 12457 (*periit*) Artimae *dat. sed cf. Graecorum vel potius barbarorum* Ἀρτείμας, Ἀρτίμας. *ex scriptoribus* Artemam *quendam affert* VVLG. Tit. 3, 12 (*cf. p. 683, 82*). *ceteri in titulis memorantur, tam servi quam liberti, longe plurimi Romani*: *nomin.*: Artemas: CORP. VI 33176 (*e columb.*). 32526 (*a. 197/198*) 1, 8 L. Aurelius L. f. Aem. Artemas Durr(achio) *miles.* 1057 (*a. 210*) 2, 108 M. Aurel. Artemas *miles* (2, 28. 4, 136). 3, 86 T. Claud(ius) Artemas. 10513 d. m. Aciliae Apolloniae L. Lorenius Artemas coniugi carissimae (*cf.* 21513). 23448 Olympiadi . . . Artemas et Nome parentes fecerunt. 25168. XIV 1589 (*Ostiae*). II 114 (*Eborae*). 4150 (*Tarracone*). 2992 (*Caesaraugustae*) c(olonorum) c(oloniae) se(rvus) *bis.* III 11382 *et* 11385 (*in tegulis Pannoniae super.*). Artema: CORP. VI 5243 (*e columb.*) M. Iulius Augustae l. Artema. 33422 (*e columb.*) L. Ennius Artema cant(or). XV 840 (*in latere saec. I in. vel vetustiore*) ⟨A⟩rtema Babur(i) Q. s. CORP. VI 88 A. Aemilius Artema. 9296 *ibid.* Herma. 11027. 11321. 16599 L. Critonius L. l. Artema. 20506 Ti. Claudius Artema (*cf.* 14942). 21230 L. Licinius L. l. Artema. *ibid.* L. Licinius Luculli l. Aprodisius. 26508. 29470. X 1762 (*Puteolis*). 6143 (*Formiis*) M. Vítruvius M. l. ⟨A⟩rtema. CORP. V suppl. ital. 734 (ad 5348). VIII 12934 (*Carthagine*) II 2235 (*Cordubae*). *restat dubium* CORP. VI 14834 C. Cirrius Arte · m⟨as *vel* ⟨a. *gen. et dat.* Artemae: CORP. VI 5184 (*e columb.*) Helena Artemae Augustae l. argent(arii) (uxor). 6524 (*e columb.*) T. Statílius Anuptes Artemae l. 12456 dís man. Artemae Caesaris Amomiano fec. Aug. lib. Phocas f. suo pientissimo. 12457 *v. p. 683, 83.* 14299. 14942 Claudio Actes lib. Artemae (*cf.* 20506). 16068. 18852 Ti. Galerio Artemae qui et Aleschio. 21513 (*cf.* 10513). 22698. 24439. 33873. X 1762 (*Puteolis*) Valeriae Artemae l. Crispinae. XI 6343 (*Fani Fortunae*) M. Valerio M. l. Artemae architecto. *nota dat.* Artemati: CORP. VI 12458. V 1562 (*Aquileia*). *acc.* Artemam *et* Arteman *v. p. 683, 82 et l. 1.* *voc.* Aeli Artemas CORP. VI 1056 (*a. 205*) 1, 79. *utrum* Artemidorus *supplendum sit an* Artemas *an* Artemius *an* Artemisius *non constat* CORP. XV 5238 (*in sign. vasc. Arret.*) M. Gra( ) Artem( ). 1308 (*in lateribus*) A. Muci Arteme (*i.* Artemae) *vel* Arteme(dori). VIII 12460 (*christ.*). **Artemius,** -ī, Ἀρτέμιος. *ad orthographiam*: CORP. V 702 (*in agro Tergestino*) Artimio. *cf. l. 56.* 4766 (*Brixiae, periit*) Arthemio *v. l.* Artemio. *cf.* X 7751 (*Caralibus, recognovit Mommsen, chr.*) ?⟩ Arthemi ⟨? -th- *passim redit in libris. nom. vir., tam ethnicum quam christianum. satis multi christiani.* **1** *ethnici*: AMM. 17, 11, 5 curans vicariam praefecturam. AMM. 22, 11, 2 ex duce Aegypti (3 *et* 8 CASSIOD. hist. 6, 36). COD. Theod. 8, 3, 1 (*a. 364*) ad Arthemium correctorem *Lucaniae et Bruttiorum* (1, 16, 9. 6, 35, 6. 8, 5, 21. 9, 40, 6 *et* 7 COD. Iust. 10, 26, 2. 12, 54, 1). *eundem* 8, 2, 2 (*a. 370*) Arthemium vicarium Hispaniarum (11, 26, 1 *a. 369* COD. Iust. 10, 30, 1). CORIPP. Ioh. 4, 902 *Romanum.* MARC. med. 13, 17 p. 129 H. compositio dentifricii, quam Artemius Dianio (*cf.* Artemisia *II*) ostendit contra dentium stridorem (36, 54 p. 377 Artemisius Dianio). CORP. VI 11179 Aeriae coniugi k. Artemius. VIII 9913 (*in Mauret. Caesar.*) Artemius pater Atarbio fil. cariss. XIII 2172 (*Lugudunī*) Hilarius et Artemius. **2** *christiani*: AMBR. epist. 8 Migne 16, 916ª *et* 939ᶜ *episcopus* (VIGIL. THAPS. c. Pallad. 1 Migne 62, 433ᵇ COD. Theod. 16, 2, 23 *a. 376* CONC. Aurel. a. 533 Mon. Germ. leg. III 1 p. 65, 16). CONC. Matisc. a. 583 Mon. Germ. *l. c.* p. 161, 7 Artemius episcopus Vasensis (p. 161, 35. CONC. Valent. a. 585 *ibid.* p. 163, 22 Arth-. CONC. Matisc a. 585 *ibid.* p. 173, 20). CONC. Matisc. a. 583 *l. c.* p. 160, 31 Artemius Senonensis aeclesiae episcopus (p. 161, 16 CONC. Matisc. a. 585 *ibid.* p. 164, 16 p. 172, 12 GREG. TVR. Franc. 8, 31, *ubi v. l.* Artimeum *et* Arthemium). GREG. TVR. Franc. praef. 1 p. 33, 3 Arthemio *episcopo Arvernorum* (Franc. 1, 46. 2, 13 *v. l.* -te- *et* -ti-). CONC. Caesaraugust. a. 592 Mansi X 472ª episcopus Tarraconensis provinciae metropolitanus (CONC. Tolet. a. 589 Mansi IV 1002ᵈ). FACVND. HERM. epist. (CONC. Mansi VIII 763) *presbyter.* VITA Arid. 43 (Script. hist. Merov. III) Artemius *monachus Atanensis.* CORP. IX 4968 (*Spoletii, chr. a. 384*) ⟨fr⟩atre(m) dignumq(ue) minestrum Tullium Anatolium Artemium c. p. **Artemia,** -ae, Ἀρτεμία, *nom. mul.* COD. Iust. 6, 20, 11 (*a. 293*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Artemiae. XIII 1084 (*Mediolani Santonum*). GREG. TVR. vit. patr. 8, 1 Florentinus quidam ex senatoribus accepta Artemia coniuge. CORP. V 6256 (*Mediolani, chr.*) Principius se vivo sibi et Artemiae virginiae suae domum perpetuam fecit. CARM. epigr. 772 (*coloniae Agrippinae*) hic iacit Artemia, dulcis aptissimus infans. III 6400 (*Salonis, chr.*) *depositio* Artemiae hon. fem. **Artimio,** Ἀρτεμίων, *nom. vir.* CORP. V 4087 (*Betriaci, liberae rei publ. aet., periit*) Artimio Spediol. C. s. **Artemo (-ōn),** -ōnis, Ἀρτέμων. *ad declinationem*: *nomin.* Artemo: LVCIL. 985 Arabus Artemo. CIC. Verr. 3, 128 Climachias cognomine *Cephaloeditanus.* SEN. contr. 7, 1, 26 *sed cf. l. 83.* VAL. MAX. 9, 14 ext. 1 *Syriae* regi Antiocho (*coniugi Laodices*) unus ex aequalibus et ipse regiae stirpis nomine Artemo perquam similis fuisse traditur (PLIN. nat. 7, 53. *contra* SOL. 1, 80 Artemon). CORP. VI 13763 L. Cecilius Artemo. 13967 Q. Caesius Q. l. Artemo. 14498. XIV 2875 (*Praeneste, liberae rei publ. aet.*). IX 1947 (*Beneventi*). X 7435 (*in thermis Himeraeis*). 8265 (*Tarracinae*) XI 3668 (*Caere, liberae rei publ. aet.*) C. Mini M. L. l. Artemo. III 3455 (*Aquinci*) C. Iul. Artemo trib. mil. leg. II ad. 7449 (*Moesiae inf., a. 155*) 8 med(icus) Aurel(ius) Artemo (23). Artemon: SEN. contr. 1, 6, 12. 1, 7, 18. 2, 1, 39. 2, 3, 23. 9, 2, 29. 10, 1, 15. 10, 4, 20 PLIN. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

28,7. 35, 139 TERT. anim. 46 (FVLG. myth. 14). SERV. auct. Aen. 9,503 inventor ... testudinis Artemon Clazomenius fertur (*cf.* PLIN. nat. 7, 201 *et* artemon). GENNAD. dogm. eccl. 3 *haereticus*. CONC. Burdig. Mon. Germ. leg. III 1 p. 216,28 episcopus. CORP. VI 23893. 34525. XI 5295 (*Hispelli*). *cf. l. 11.* 5312/13 (*ibid.*). 6312 (*Pisauri*). *gen.* Artemonis *saepius. nota* CORP. XIII 2119 (*Lugudun*i) P. Curtilio Artemón(is) l. Anthioco et Ianuarió fil. *acc.* Artemonem: CIC. Verr. 3, 156 Centuripinum legatum. PLIN. nat. 7, 201. PLIN. nat. 34, 56 Artemona. *nota abl.* FEST. 274 Artemoni. *ad orthographiam*: FEST. 305 Artimone. CORP. X 4324 (*Capuae*) P. Ponti C. l. Artimonis. XI 5295 (*Hispelli, periit*) Arthemon Antiochenus. CIC. Verr. 4, 200 Arthemone *Entellino* (*sic codd. plerique, inter quos optimus Lg. 42*). CIC. Verr. 4, 108 Arthimoni *Lg. 42. cf.* Artamon *2.* **1** *nom. vir.*: *Graeci multi, imprimis artifices* (PLIN. nat. 34, 56. 35, 139. 36,38) *et scriptores* (SEN. contr. *rhetor*, PLIN. nat. 28, 7 medicus. *cf.* ind. ex auctoribus externis. TERT. anim. 46 *de somniis scripsit. cf.* FVLG. myth. 14). *alii*: CIC. epist. 13, 67, 1 Androne Artemonis filio Laodicensi. *cf.* CORP. X 770 (*Stabiis, a. p. Chr. 68, in diplomate*) extr. 14 Diomedi Artemonis f. Phryg. ⟨L⟩audic. HIER. chron. a. Abr. 2283 Artemonis heresin (vir. ill. 71 CONS. Ital. chron. I p. 268, 13 AVG. haeres. 44 GENNAD. *l. c.* CASSIOD. hist. 1, 14 Migne 69, 910^{c}). COD. Iust. 4, 26, 3 (*a. 215*) imp. Antoninus A. Artemoni. *in titulis ut vidimus nom. et cogn. virile, inde ab infima liberae rei publicae aetate. adde hos*: CORP. VI 2730 (centuria) Artemonis (32551 *a. 246*). 14486 . . .⟩lio Artem⟨o⟩ni coíugi b. m. 34387 M. Ampudi M. l. Artemonis. X 6263 (*Fundis*) Q. Verrio Q. l. Artemoni. V 2411 (*Ferrarae*) Claudiae Aug. l. Ianuariae Artemonis Caesaris Aug. III 14402^{f} (*in Lydia*) Claudi⟨is⟩ Asclepide et Artemone. **2** *titulus fabulae Plautinae*: FEST. 165 Plautus in Artemone (274. 305). *cf.* Artamo *1.* **3** *Ciliciae fluvius*: RAVENN. p. 113,14. **Artemōna,** -ae, *Ἀρτεμώνη, nom. mul. matrona* PLAVT. As. 855. **Artemōnis,** -idis, **Ἀρτεμωνίς, cogn. mul.* CORP. VI 26433 (= X 638) Serviliae A. l. Artemonidi *quae fuit uxor* A. Servilio Apellae. **artemōnion,** *ἀρτεμώνιον, herba.* DIOSC. 4, 38 multi istam (*eupatorium*) artemonion dixerunt esse, sed alia est. **Artimicla,** -ae, *cf. Ἀρτεμοκλέα.* CORP. XI 3836 (*Veis, periit*) Lygiae (mulieris) l. Artimiclae. **Artemita** (-ē), -ae (-ēs), *Ἀρτεμίτα* (-η). **1** *oppidum Assyriae regionis quae vocatur* Apolloniatis: PLIN. nat. 6,117 *Mesopotamiae oppida* Seleuciam, Laodiceam, Artemitam. TAC. ann. 6, 41 Halumque et Artemitam, Parthica oppida. TAB. Peut. 12, 1. RAVENN. p. 67,3 Artemida. *v. Fränkel, PW. II 1444, 1.* **2** *ex Echinadibus insulis*: PLIN. nat. 4, 5 amnis Achelous ... Artemitam insulam adsiduo terrae invectu continenti adnectens. SCHOL. Stat. Theb. 2, 728 *ubi codd.* Artemites. **3** *e Cycladibus insulis*: PLIN. nat. 4, 67 Rhene, quam Anticlides Celadusam vocat, item Artemiten, Celadinen. *Diehl.*

artemo, -ōnis *m.*, *ἀρτέμων, -ωνος, si est graecum.* [*it.* artimone, *hisp.* artemon. *M.-L.*] *conveniunt omnia usus genera in eam vim primariam ut* artemo *sit tignum rectum non ad perpendiculum locatum, sed libratum vel obliquum.* **1** VITR. 10, 2, 9 in radice *polyspasti machinae* conlocatur tertia troclea, eam autem Graeci *ἐπάγοντα*, nostri artemonem appellant. **2** GLOSS. II 246, 5 *ἀρτέμων πλοῖον* artemo. III 205, 24 artemon artemo. 400, 61 artemo ar⟨te⟩mon. 434, 19 *αρτεμον* artemon. IV 311, 7 artemon malus navis *scil. parvus obliquus in prora* (V 267, 55. 338, 40). V 632, 33 instrumentum navis. STAT. silv. 3, 2, 30 exploret primos gravis artemo lembos (arte molorchos *cod.*) *artemo inservit loco trocleae ad exonerandas ad proram lintres.* IAV. dig. 50, 16, 242 malum navis esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait, quia pleraeque naves sine malo inutiles essent ideoque pars navis habetur, artemo autem magis adiectamento quam pars navis est. *inde velum parvum hoc in malo religatum*; GLOSS. V 561, 41 artemone breve velum. SEN. contr. 7, 1, 2 *damnati in navicula exarmata* ubi spes? in gubernaculo? nulla est. ... in velo? in artemone? poenae instrumenta (*i. navis*) circumcisa sunt; *ubi* in arte in omnia paene (poene *B*) *codd.* VVLG. act. 27, 40 levato artemone secundum aurae flatum (*ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ*) tendebant ad litus. PAVL. NOL. epist. 49, 2 artemone armari. AVG. psalm. 31 enarr. 2, 4 fac ... hominem optime gubernare navim et perdidisse quo tendit: quid valet quia artemonem optime tenet, optime movet, dat proram fluctibus? ISID. orig. 19, 3, 3 genera velorum ... artemon dirigendae potius navis causa commendatum quam celeritatis. SCHOL. Iuv. 12, 69 *ad verba* inopi miserabilis arte cucurrit vestibus extentis et quod superaverat unum velo prora suo *notat* id est artemone solo velificaverunt. **3** GLOSS. Plac. V 5, 10 (= 48, 24) artemo temo *cf. tamen* GLOSS. *l. 52.* **4** GLOSS. Scal. V 590, 8 artemo instrumentum arietis *oppugnatorii v.* Artemo *nomen l. 2.* *V.*

artemonion *v. sub* Artemis *l. 34.*

artēna *v.* arytaena.

Artēna, -ae *opp. Volscorum.* LIV. 4, 61, 6 Artena ... Volscorum oppidum. 4, 61, 9 diruta et arce et urbe Artena. 4, 61, 10 sunt qui Artenam Veientium, non Volscorum fuisse credant. *cf.* Artenia *et Hülsen, PW. II 1449.*

Artenia *opp. Carniae, nunc* Artegna. PAVL. hist. Langob. 4, 37. *cf.* Artena *et Mommsen, Corp. V p. 169.*

Artenna *v. sub* Arrius *p. 645, 51.*

Artennitēs *gens Africae.* IVL. HONOR. geogr. p. 54, 6. *cf.* Arsinna. *Diehl.*

artepell⟨i⟩ōnēs gunnarii GLOSS. V 441, 32. *cf.* pellio. *V.*

artepta *v.* artopta.

artēria, -ae *f.* GLOSS. III 247, 58 *ἡ ἀρτηρία.* ISID. orig. 11, 1, 56 arteriae vocatae, sive quod per eos a pulmone aer ... fertur, seu quod arctis et angustis meatibus spiritum vitalem retinent, unde vocis sonos emittunt. artiriis GALEN. alfab. 10 (*bis*). *de genere*: CAPER gramm. VII 108, 2 arteriae hae. *neutri generis* LVCR. 4, 529 (*cf.* gloss. marg. cod. Harl. Nonii ad 453, 8, *de quibus Lindsay, Archiv 9 (1896) 599*, artheria neutraliter dixit). CHIRON 18. PELAGON. 96 *cod.; sed* Hippiatr. cod. Parisinus 2322 *et* VEG. mulom. 5, 67, 1 *de eadem re agentes femininum exhibent, ut de* PELAGON. *dubitare liceat.* MARC. med. *saepe. genus venarum, quibus spiritus diffunditur*: **1** *quae sunt per omne corpus hominum et bestiarum*: *de natura et functionibus*: GELL. 18, 10, 9 vena est conceptaculum sanguinis ... mixti confusique cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, quam spiritus; arteria est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis (*cf.* AMBR. Noe 25, 92 VINDIC. med. 44). CIC. nat. deor. 2, 138 sanguis per venas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias. SEN. nat. 3, 15, 1 venae ... et arteriae, illae sanguinis, hae spiritus receptacula. PLIN. nat. 11, 219 arteriae, id est spiritus semitae ... venae, id est sanguinis rivi. IREN. 5, 3, 2 arteriae et venae sanguinis et spiritus transitoria. ARNOB. nat. 3, 13 per omnia viscera commeantes purpurei sanguinis venas cum arteriis spiritalibus coniugatas. VINDIC. med. 42 sanguinem in venis contineri, spiritum in arteriis. 44 AVG. anim. 4, 6 MACR. sat. 7, 4, 22. PLIN. nat. 11, 220 arteriae carent sensu, nam et sanguine. nec omnes vitalem continent spiritum. TERT. anim. 10 organa spiritus, pulmones et arterias. *ibid.* nam neque homo, si pulmonibus et arteriis structus est, idcirco aliunde spirabit, aliunde vivet. *ibid.* spirari cur non putes sine pulmonum follibus et sine fistulis arteriarum? CHALC. comm. 202 est praeterea *quiddam in corporibus* plenum spiritus, ut sunt eae venae, quae arteriae nuncupantur (303). 214 per arterias, quae sunt a corde porrectae, pervenit *spiritus* ad caroticas ita adpellatas venas, VINDIC. med. 43 pulmonem esse velut cellarium spiritus ad arterias mittendi. CLAVDIAN. MAM. p. 63, 17 quas (*particulas aeris*) in pastum totius corporis venae illae capiunt, quas *ἀρτηρίας* Graeci vocant. CIC. nat. deor. 2, 24 venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu. PLIN. nat. 11, 219 arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum evidens (*cf.* GELL. 3, 10, 13 venas etiam in hominibus, vel potius arterias, medicos musicos dicere ait numero moveri septenario). TERT. anim. 53 viarum *corporis*, ut venarum, ut arteriarum. THEOD. PRISC. log. 57 derivatio ... ex eo (*capite*) defluens per varias arterias continuo infundit, quae attigerit loca. VINDIC. med. 5. 18. ORIBAS. syn. 5, 44 *sicci* venas rectas et maiores habent, quemadmodum et arteriae maiores sunt simul et fortiter pulsant. *de sede in corpore et generibus*: CIC. nat. deor. 2, 139 qui (*nervi*) sicut venae et arteriae a corde tracti et profecti in corpus omne ducuntur. CELS. 4, 1 in dextra sinistraque circa guttur ... arteriae, quas *καρωτίδας* vocant, sursum procedentes ultra aures feruntur (*cf.* CHALC. comm. 214). 2, 10 p. 54 D. iuncta ... est venae arteria. 7, 18 cum quorum utroque *nervo* binae descendunt et venae et arteriae (*ter*). 7, 19. 20. 22. PLIN. nat. 11, 208 inter eam (*vesicam*) et alvum arteriae ad pubem tendentes, quae ilia appellantur. AMBR. exam. 6, 9, 61 initium ... arteriarum ... cor esse plerique arbitrantur. SORAN. 8 *matrix* contexta est pulpis etiam et arteriis et venis multis. 53. 54. ORIBAS. syn. 1, 10 *iossanae venae* subiacit arteria. 5, 44. PLIN. nat. 11, 213 adips cunctis sine sensu *est*, quia nec arterias habet nec venas. 11, 218 sine nervis sunt quaedam animalia, ut pisces, arteriis enim constant. 11, 220 aves nec venas nec arterias habent, item serpentes .... ind. 11, 89—92. TERT. anim. 10 culicibus et formicis et tineis deesse pulmones et arterias. 32. *de damnis et morbis*: CELS. 1 praef. qui (*Erasistratus*) transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit. 2, 10 arteria incisa neque coit neque sanescit. 5, 26, 2 cui ... circa fauces grandes venae vel arteriae praecisae sunt, *servari non potest* (5, 28, 12 p. 213 D. 7, 5, 1). 5, 26, 3 p. 186 D. quodcumque *vulnus* musculum aut nervum aut arteriam aut membranam aut os aut cartilaginem laesit. 7, 5, 4 p. 271 D. PLIN. nat. 11, 219 arteriarum pulsus ... index fere morborum (*cf.* GELL. 18, 10, 5 quod ... arteriae ... motu atque pulsu suo habitum et modum febrium demonstrent). HEGES. 5, 24, 2 nulla vis dentium ... nulla arteriarum substantia. VINDIC. med. 35 tetanici ... fiunt statione sanguinis arteriae. CASS. FEL. 39 p. 86 si fuerit nigellus *sanguis* ... ex minutis venis significatur. si vero flavus fuerit ... ex arteriis venis (*i. grandibus vel maioribus venis*) esse manifestatur (CAEL. AVR. chron. 2, 11, 129). *de incisione curandi oculos causa*: ORIBAS. syn. 1, 12 arterias ... dividuntur a medicis ... probter oculorum ... reuma ... alii ... incidere arterias pigent. **2** aspera arteria, *gr. τραχεῖα, quae vocatur, i. vena spiritalis a pulmonibus usque ad os intimum pertinens: fusius agunt de ea* CIC. nat. deor. 2, 136 cum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adiunctum linguae radicibus paulo supra ... eaque ad pulmones usque pertineat ex-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cipiatque animam ... tegitur quodam quasi operculo. 2, 149. CELS. 4, 1 deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant; alterum stomachum. arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad ventriculum fertur: illa spiritum, hic cibum recipit *eqs.* PLIN. nat. 11, 175. GELL. 17, 11 (*affert* MACR. sat. 7, 15, 5) per alteram .⁄. . fistulam, quae Graece appellatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum a summo ore in pulmonem ... commeare .... *audit et* faux *vel* gargarila, gargala. CAEL. AVR. chron. 2, 11, 127 arteria asperior, quae etiam faux nuncupatur. ORIBAS. eup. 2 G 6 non in arteria solum, que gargarila dicitur, sed et ... (*versio cod. La* arteria tracea, quam Romani gargalam dicunt). PLIN. nat. 11, 180 rostri acie comminuit *testudo* omnia. postea arteria et stomachus .... GRAMM. suppl. 220, 2 arteriae ... sunt os compaginatum a gutture usque ad cor. VINDIC. med. 33 arteriam, quae spiritum spargit per omnem corporis regionem. COMM. Bern. Lucan. 4, 327 quoniam duas arterias habemus, unam, qua spiritum accipimus, alteram, qua reddimus (*nugae!*).
via vocis: CIC. nat. deor. 2, 149 per quam (*arteriam*) vox principium a mente ducens percipitur et funditur. PLIN. nat. 11, 176 spiritu et voce illā meante. 11, 266 vocem non habere *animalia* nisi quae pulmonem et arterias habeant ... Aristoteles putat. 11, 267 ceteri pisces, quamvis pulmone et arteria careant, non in totum sine ullo sunt sono. GRAMM. suppl. 220, 2 vox est aër ictus ... in arteriis, id est in viis spiritus. TERT. orat. 17 quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? FORTVN. rhet. 3, 17. MACR. sat. 7, 10, 13 arteriam, per quam sonus vocis ascendit. 7, 15, 5. BOET. herm. sec. p. 4, 19 M. vox est aeris per linguam percussio, quae per quasdam gutturis partes, quae arteriae vocantur, ab animali profertur. p. 5, 26. p. 53, 18 ISID. orig. 11, 1, 56. *v. p. 686, 5.* *cartilaginosa*: CELS. 4, 1 p. 120 D. ipsa ... arteria dura et cartilaginosa ... constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum, quae in spina sunt: ita tamen, ut ex parte exteriore aspera, ex interiore stomachi modo lēvis sit. PLIN. nat. 11, 170 ex cartilagine et carne arteria ... constat. *de passionibus et remediis*: RHET. Her. 3, 12, 21 laeditur arteria, si, antequam voce leni permulsa est, acri clamore conpletur. *ibid.* arteriae reticendo adquiescunt. *ibid.* ictus ... fit et vulnus arteriae acuta atque attenuata nimis adclamatione. LVCR. 4, 528 radit vox fauces saepe facitque asperiora foras gradiens arteria clamor (GELL. 10, 26, 9). SVET. Nero 25. APVL. flor. p. 79 Oud. tragoedi ... ni cotidie proclament, claritudo arteriis obsolescit. ISID. orig. 4, 7, 14 quod *arteriasis* raucam vocem et clausam reddat ab arteriarum iniuria. 4, 9, 8. CELS. 7, 13, 1 in cervice, inter cutem et asperam arteriam, tumor increscit. SCRIB. LARG. 73 ad arteriam exasperatam simplicia ... haec faciunt. *ibid.* hoc medicamentum et ad arteriae tumorem et ad tussim facit. 74 altera arteriace ad fluorem et ad raucitatem arteriae, item ... ad tussim et abscisum sonum vocis (*bis*). 75 (MARC. med. 1, 14, 5—7). PLIN. nat. 20, 179 ad arterias asperas *sucus Heraclii* cum galla et melle teritur. 22, 100 radix *silphii* prodest arteriis exasperatis. GARG. MART. med. 19 quod (*papaveris genus*) faucibus in tumore positis asperatas arterias sanat. 44 *gummis gutta* asperam arteriae canalem leviorem facit. FORTVN. rhet. 3, 17 quia iis (*frigidis potionibus*) indurantur arteriae. 3, 18. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 101 siquidem ... arteria, hoc est gutturis via, asperatur et raucos facit. 2, 11, 127 loci sunt plurimi, *ex quibus sanguis fluit*, arteria asperior, quae etiam faux nuncupatur. 2, 11, 129. 2, 12, 137 quod obsident uvida plurimo tempore habitudinem gutturis, sive cannae, quam arteriam vocant. 2, 12, 143 *fluores* ex arteria, hoc est pulmonis calamo. ORIBAS. syn. 9, 1 dum dormit, supinus non iaceat, sic enim iacentibus facile in arteria tracea umor decurrit. eup. 2 G 6 glycirizae sucus asperas effectas arterias (*cf. s.* GARG. MART. med. 44) leniores reddere solet. CELS. 1, 5 p. 23 D. qui vel capitis vel arteriae dolores habere consuerunt, vel quoslibet alios oris adfectus. 4, 11 aliquando ... gutture et arteriis exulceratis, frequens tussis sanguinem quoque extundit. SCRIB. LARG. 83 ad sanguinis eruptionem, sive ex arteriis sive a pulmone vel pectore ea fuerit. PLIN. nat. 20, 8. 38. 49 tussim et destillationes thoracis, pulmonis et arteriae vitia sanat. 20, 148. 221. 22, 35. 124. 136. 23, 15. 136. 24, 105. 27, 86. 130. 28, 189 lacte bubulo ... arteriae exulceratae iuvantur. gargarizatur tepidum (MARC. med. 14, 56). SVET. Vit. 2 cuius (*libertinae*) ... salivis melle commixtis ... arterias et fauces pro remedio fovebat. PALLAD. 2, 15, 19 ut ex eo (*melle*) facta potio arterias curet et fauces. CHIRON 18 quibus fastidium erit aut faucium causa vel arteriorum tumor vel oneratio capitis. PELAGON. 96 ad arteria constricta (VEG. mulom. 5, 67, 1). MARC. med. 14, 31 qui de faucibus et arteriis laborabit. 14, 32 tumorem arteriorum evincit. 14, 39. 55. 16, 101. 17 *tit.* 20, 118. 27, 8 *al.* Ps. APVL. herb. 3, 3 *herba quinquefolium* arteriam purgat. GALEN. alfab. 110 ficus ... carice ... faucebus et artiriis ... utiliter prosunt. *ibid.* artiriis et tunsillis tumentibus optimum gargarismum est. MART. CAP. 3, 225 arterias ... pectusque cuiusdam medicaminis adhibitione purgabat.

artēriacus, -a, -um, ἀρτηριακός. ISID. orig. 4, 9, 8 arteriaca *medicamenta dicta sunt* quod apta sint gutturis meatui et tumores faucium et arteriarum leniant. CAEL. AVR. chron. 2, 6, 93 *ad vocis amputationem* adhibenda etiam et arteriaca medicamenta. *f. pro subst.* **artēriacē**, -ae *medicamentum ad vitia arteriae asperae adhibitum.* PLIN. nat. 23, 136 panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata (ind. 23, 71). *de compositione auctores dissentiunt*: CELS. 5, 27, 17 arteriace ... hoc modo fit: casiae, iridis, cinnamomi, nardi ... singulorum p. ℈ I *eqs.* SCRIB. LARG. 74 altera arteriace ad fluorem et ad raucitatem arteriae, item ... ad tussim et abscisum sonum vocis. 75 arteriace, qua melior non est, refertur autem ad Asclepiaden nostrum, facit ad omnia superius dicta efficacius et quicquid in arteria vitii est. *ibid.* fit durissima haec arteriace (MARC. med. 14, 6. 7). PLIN. nat. 20, 207 medicamento, quod ... arteriace vocatur. CHIRON 828. 909. 910. 911 PELAGON. 391. 392 MARC. med. 14, 46 THEOD. PRISC. eup. faen. 53 CASS. FEL. 33 p. 71. *morbum esse putat Rose*: VITR. 1, 6, 3 vitia autem sunt quae difficulter curantur ... gravido, arteriace, tussis (*sic ed. II*, gravitudo arteria ca&ussis *H*, gravitudo arteriaeç [-ce *S*] tussis *GS*), pleuritis ... *sed dubia res est.*

artēriasis, -is *f.* [*vocabulum graecum non traditum. Th.*] GLOSS. III 597, 7 raucitudo vel asperitas in faucibus. ISID. orig. 4, 7, 14 raucedo amputatio vocis. haec et arteriasis vocatur, eo quod raucam vocem et clausam reddat ab arteriarum iniuria.

artēriōsus, -a, -um *adi. lat. ab* arteria. CASS. FEL. 71 p. 171 iuxta auriculas in ipsis arteriosis locis.

artēriotomia, -ae *f.*, ἀρτηριοτομία. GLOSS. III 597, 35 sectio venarum. THEOD. PRISC. log. 46 aliqui arteriotomian *adhibuerunt ad capitis dolores.* 48 *epilempticis* arteriotomiae faciendae. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 45 *ad capitis passiones* arteriotomiam probant. 1, 4, 127 *ad epilepsiam.* 1, 4, 178 *ad maniam.* ORIBAS. syn. 1, 12 tit. de arteriothomia. *ibid.* arteriothomias post aures faciunt (*v.* arteria *p. 686, 78*).

artērium, -ī *n. v. s.* arteria *p. 686, 10.* *Bannier.*

Artescūsa *v.* Arescusa.

Arthedōn *insula ante Troada sita.* PLIN. nat. 5, 138. *cf.* Anthedon.

Arthemōn *v.* Artemon.

Arthetaurus, -ī *Illyrius.* LIV. 42, 40, 5. 42, 41, 5. 42, 13, 6 Arthetarum *V.*

? **Arthianus** *figulus.* CORP. VII 1331, 16 *in amphora bis* SWVIIITЯA ⟨...*?*

Arthitae *gens quondam Dalmata.* PLIN. nat. 3, 143. *Diehl.*

arthrisis, -is *f. graecum non legitur; fortasse falsa ex analogia natum. i. q.* arthritis. PRVD. perist. 10, 495 nodosa torquet quos podagra et arthrisis (artresis, arthesis *sim. codd.*). MARC. med. 25, 11 remedium mirum adversum nesciam (*i.* sciam) vel arthrisim. PLIN. VAL. 2, 45 potio *heliotropii* ad sciam, ad coxam, ad arthrisin, ad pedes.

arthrīticus, -a, -um, ἀρθριτικός. *articulari morbo captus*: LVCIL. 283 quod deformis senex arthriticus ac podagrosus est. CIC. epist. 9, 23 non ... arbitror cocum etiam te arthriticum habere. FRG. Vat. 130 sive ... quis arthriticus sit, sive †posicus (podagricus *Mommsen, puto recte*) sive epilempticus sive orbus et his similia. *subst.* CASS. FEL. 52 differt podagricus ab arthritico, quia podagrici in cruore solum causationem habent, arthritici autem in omnibus articulis. GARG. MART. med. 30 *sucus cauliculi* podagricis et arthriticis ... utiliter inponitur. MARC. med. 18, 11 summum opisthotonicis et arthriticis remedium. 25, 21 sciaticis et arthriticis. 34, 67 (*bis*). 35, 30. THEOD. PRISC. log. 112 tit. de arthriticis. *ibid.* arthriticis omnium ex articulorum commotationibus subito initium passionis emergit. 116. DIOSC. *saepissime*: *habes formas* adartreticis, adtriticis, artriticis, arteticis, artiticis *sim.* CAEL. AVR. chron. 5, 2, 38 arthriticis ... convenit etiam digitis ceram emolliendam dare. ORIBAS. syn. 1, 16 oportet ... purgare ... arthriticos. 1, 17 (*bis*). 1, 35 ad nefreticis et cyliacis et ad podagricis et artriticis. GALEN. alfab. 204. *articulos pungens*: SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 3 *Augustus* dolore arthritico laborans. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 28 quidam medici arthriticam passionem genus vocant, podagricam vero speciem. 5, 2, 32 peiorante passione arthritica sufficitur passio. CASS. FEL. 52 tit. ad podagram et arthriticam. ISID. orig. 4, 7, 31 arthriticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit.

arthrītis, -idis *f.*, ἀρθρῖτις. *articulorum dolor*: CAEL. AVR. chron. 5, 2, 27 podagra pedum tantummodo dolor est, arthritis vero etiam cunctorum articulorum sive multorum. 5, 2, 28 arthritis ... non ilico podagra dici potest. GLOSS. III 597, 1 arthritis (artredire *cod.*) dolor qui iuncturis contigit ex humore melancholico, descendit per ossa et coagulationem sanguinis accipit et dolorem facit. *cf.* II 363, 56. III 489, 33 articuli, -orum dolor ἀρθρῖτις. SCRIB. LARG. 101 ad articulorum morbum, quem ἀρθρῖτιν vocant (MARC. med. 20, 6 quem arthritim Graeci appellant). VEG. mulom. 1, 6, 1 articularis morbus, quem graece ἀρθρίτην vocant. CHIRON 164 alii artritem hunc *morbum* vocant graece, quod latine articularium dicitur. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 27 tit. de articulorum passione, quam Graeci ἀρθρῖτιν vocant. PORPH. Hor. epist. 1, 15, 6 'cessantem morbum' aut generaliter quemlibet morbum, aut podagram et arthritin (*Meyer*; adtriti *codd.*). MARC. med. 7, 20 *aluta* facit ... ad arthritim. 35, 1 nervis et arthritidi adeps vulturina ... medetur. 35, 5 ad podagram et arthritim. 35, 9. 36, 39. 51.

arthrum, -ī *n.*, ἄρθρον. GLOSS. IV 21, 38 arthron articulos. *de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corpore: MARC. med. 36, 51 lavanda membra, hoc est arthra vel iuncturae quae dolent. *de oratione*: HIER. in Matth. (Migne 26,149) 21,10 'hic est Iesus propheta a Nazareth Galilaeae' propheta, quem et Moyses similem sui dixerat esse venturum et qui proprie apud Graecos cum arthro scribitur (*οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης Ἰησοῦς ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας*). *Bannier.*

Artiāca *v.* Arciaca.

? **Articabe** *opp. Hispaniae citerioris.* RAVENN. p. 310, 9.

Artichnus, -ī *nom. vir.* CORP. X 1747 (*Puteolis*) Eunea vixit annīs XX ex collegio Baula(norum*?*) permissu Corinthi proc. Artichnus f. *cf.* CORP. inscr. Graec. III 4039, 38 *Ἀρτίχνου*. *Diehl.*

Articilla *cogn. mul. fortasse barbaricum, sed cf.* Articuleius. CORP. XII 3360 (*Nemausi*) d. m. Tertii Pompei Materni civis Rei(ensis) Iulia Articilla marito ... posuit.

Articula *insula maris rubri.* PLIN. nat. 6, 184. *Otto.*

articulae, -ārum *f.* GLOSS. V 441, 31 articulae articuli breves.

articulāmentum, -ī *n. ab* articulare. *i. q.* articulus: SCRIB. LARG. 206 *hoc emplastrum* ad luxatum omne et eiectum et repositum articulamentum bene facit et ad podagram praeter quodvis aliud medicamentum satis convenit. 214 *ad* contusa vel incisa articulamenta. 263 (MARC. med. 32, 1) ad dolorem articulamentorum. 264 (MARC. med. 32, 2) ad omnem dolorem corporis ⟨praecipue⟩ articulamentorum. HYG. grom. p. 134, 5 si ... per articulamenta membrorum pertemptari solent corpora. CHIRON 329 *de equo*: subito cadet et articulamenta eius extensa sunt. 882. PLAC. med. 16, 42 vexata articulamenta. 24, 7 omnem nervorum dolorem et articulamenta emendat (*tit.* nervorum ... et articulorum). *Bannier.*

Articulānus pagus. CORP. IX 1455, 3, 12 (*in Ligurum Baebian. oppido, a. 101*) pago Articulano. *Otto.*

articulāris, -e. *ab* articulus, *cf.* articularius, *quam formam* PLIN. nat. *praetulit. inde a* SCRIB. LARG. **1** *articulos vexans: nonnisi* articularis morbus, passio, valitudo, malleus, umor. SCRIB. LARG. 101 ad articularem morbum, quem *ἀρθρῖτιν* vocant (MARC. med. 20, 6). VEG. mulom. 1, 6, 1. CASSIAN. conl. 24, 15, 2 cum se ad articulos quosque et ad manuum summa transfuderit, articularis atque chiragrica dicitur valitudo. GLOSS. articulare *ἀκροδάκτυλον, ἀρθριτικόν, ἀκρώνυχον*. PLIN. nat. 20, 195 lenit articularis morbos (*sic codd. et fortasse hoc uno loco ipse* PLIN.). SVET. Galba 21 manibus pedibusque articulari morbo distortissimis. APVL. met. 5, 10 GARG. MART. med. 19. 30 SER. SAMM. 695 tit. SPART. Sept. 16, 6 PLIN. med. 3, 1 (*bis*) SCHOL. Pers. 5, 58 PELAGON. 10. 16. 23 HIER. adv. Iov. 2, 12 chron. a. Abr. 1849 MARC. med. 30, 51. 35, 11. VEG. mulom. 1, 2, 2 *de equo*: mallei ... articularis (CHIRON 168). CHIRON 156 umor. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 30 passione. **2** *technice apud grammaticos de pronominibus demonstrativis articuli vice fungentibus*: DIOM. gramm. I 330, 35 *pronomen* articulare praepositivum vel demonstrativum qualitatis finitae generis masculini hic huius.... 331, 5 pronomen articulare subiunctivum vel relativum qualitatis finitae ⟨generis masculini⟩ is eius .... PRISC. gramm. II 54, 13 *stoici* ipsos ... articulos, quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant vel, ut alii dicunt, articulos connumerabant pronominibus et articularia eos pronomina vocabant. 141, 10 articulum sive articulare pronomen. 592, 16 articularibus vel demonstrativis pronominibus. SERV. gramm. IV 410, 16 *pronomina* iste ista istud et hic haec hoc, quae non nulli pronomina etiam articularia vocant, eo quod more Graeco cum nominibus declinantur. CLED. gramm. V 15, 3 articulare *pronomen* ideo dicitur, quia articuli huius pronominis nominibus iunguntur. 50, 19 articularia *pronomina* nominibus iunguntur, quia funguntur articulis Graecorum. GRAMM. suppl. 149, 30 articulare *pronomen* dicitur, quod declinatur cum nomine et cum pronomine. 203, 21 articularia dicuntur haec pronomina eo quod pro articulis ponantur. *adde*: VEREC. in cant. exod. 1, 3 'hic deus meus' articulari usus est verbo dicens 'hic'. *alia his similia passim.* praepositivum articulare *cf.* DIOM. gramm. I 330, 35 (*l. 58*). BOET. herm. pr. 1, 3 p. 62, 17 unde Graeci quoque his per se dictis verbis aliquotiens addunt articularia praepositiva, ut est *τὸ τρέχειν, τοῦ τρέχειν* (herm. sec. 1, 3 p. 72, 1). herm. pr. 1, 3 p. 62, 25 hoc quod dicimus 'id quod est scamnum' ad ipsum scamnum articulare praepositivum iunximus, tanquam si diceremus hoc scamnum. *cf. s.* articulus *p. 695, 29 sqq.* **3** *de voce i. q.* articulatus: MAR. VICTOR. gramm. VI 4, 22 alii eam *vocem*, quae dicitur in usu articularis, litteralem dicunt, ut nomina verba adverbia et ceteras partes orationis. BOET. arithm. 2, 1 p. 77, 9 quoniam articularis vocis elementa sunt litterae.

n. subst. **articulāre,** -is *genus fasciolae sive anuli aurei summo articulo digiti, ut videtur, gestati. cf. A. Funck, Archiv 8 (1893) 390.* GLOSS. III 21, 39 (*de veste*): *καρπόδεσμος* fascioliae. articlare. 203, 3 (*de aureis*): *ἀκρονύχιον* articulare. 324, 19 *ἀκροκονδύλιον* articulare.

articulārius, -a, -um. *ab* articulus. *i. q.* articularis, *quam formam* PLIN. nat. *uno fortasse loco excepto (v. supra l. 37) sprevisse videtur.* GLOSS. *ἀρθριτικός, καρπόδεσμος*. *non legitur nisi de morbo*: CATO agr. 157, 7 morbum articularium nulla res tam purgat, quam brassica cruda. PLIN. nat. 20, 9 podagris ... et articulariis (*sic Mayhoff*, articularibus *Q*) morbis. 20, 81. 21, 150. 157 (*bis*). 22, 34. 115. 158. 23, 3. 15. 75. 162. 25, 54. 28, 127. 223. 29, 79. 31, 64. 32, 39. 96. 110 CHIRON 164. 812.

articulātim *adv. ab* articulare. *secundum artus, articulos, particulas, membratim*: *de corpore*: GLOSS. II 244, 30 *ἀρθριτικῶς*. TRAG. inc. 167 puerum *Absyrtum* ... optruncat *Medea* membraque articulatim dividit. PLAVT. Epid. 488 istic homo te articulatim (-um *A*) concidit. ASCON. Mil. p. 36 B. ut eum (*servum*) articulatim consecarent. FIRM. err. 6, 3 articulatim membra concisa. PS. HIER. epist. (Migne 30, 87) 6, 8 *corpus* non modo artuatim, verum etiam articulatim recompaginandum. PRVD. apoth. 859 numquid manus articulatim est digesta dei? AVG. gen. ad litt. 8, 21 quemadmodum *cardines membrorum* articulatim dispositi sint. *de aliis rebus*: LIB. gloss. ed. Mai VII 552 gradatim. PLAVT. Boeot. frg. 3 qui mihi comminuit ... articulatim diem. VARRO ling. 10, 75 nisi *definitiones* articulatim sunt explicata⟨e⟩. CIC. leg. 1, 36 quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincta dicuntur. LVCR. 4, 554 necessest verba quoque ipsa plane exaudiri discernique articulatim. AVG. conf. 12, 17, 24 caeli et terrae totum istum visibilem mundum prius universaliter et breviter significare voluit, ut postea digereret dierum enumeratione quasi articulatim universa. c. Faust. 19, 11 *ista* membratim articulatimque discussa. 22, 86 enucleatius ... et membratim ... articulatimque.

syn.: membratim, enucleatius. *opp.*: fuse, universaliter.

articulātio, -ōnis *f. ab* articulare. *de arboribus et vitibus*: PLIN. nat. 16, 101 clare ... tunc cernitur *germinantibus arboribus* excrescentium cacuminum articulatio. 17, 163 quibus (*surculis arborum*) non sit articulatio. *noxia vitibus*: PLIN. nat. 17, 226 vitibus praeter vermiculationem et siderationem morbus perculiaris articulatio. *in arte grammatica*: FVLG. myth. 3, 10 in grammaticis prima *ars* lectio, secunda articulatio. Virg. cont. p. 97, 5 Dionisius in Grecis articulationibus. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 38 linguae impedimentum atque locutionis inapprehensibilis articulatio.

articulātor, -ōris *m. ab* articulare. GLOSS. II 23, 39 articulator *μελοκόπος*.

articulēius, -ī *m. ab* articulus. GLOSS. IV 406, 24 articuleius articulus brevis. *Bannier.*

Articulēius, -a *nom. gent. Ἀρτικυλήιος Παῖτος senator aetatis Augusteae*: DIO 54, 14. Q. Articuleius Regulus *praetor, procos., leg. Caesaris Aug. pr. pr.*: CORP. IX 331 (*Canusii*). Q. Articuleius Paetus *cos. a. 101*: SPART. Hadr. 3, 1 Traiano quater et Articuleio consulibus. ACTA Arv. a. 101 1, 22 Q. Articuleio ⟨Paeto⟩, Se⟨x⟩. ⟨Att⟩io Suburano cos. *al.* Q. Articuleius Paetinus *cos. a. 123*: CORP. VI 154 Q. Articuleio Paetino cos. *al.* CORP. VI 12467 Q. Articuleius Eros. 12468 Q. Articuleio Onesimo ... et Q. Articuleio Soso. 12470 Articuleiae Athenaidis. 23688. 26540 L. Siccius Lucrio, Articleia Horme. 35050 Articuleia Iris. XV 841 (*saec. II ineunte*) *al.* INSCR. Eph. epigr. VIII p. 368, 34 (*in Lusitania*) Q. Articuleius Q. f. Avitus. *adi.* **Articulēiānus**. DIGEST. 40, 5, 51 Articuleiano senatus consulto *de fideicommissa libertate facto, nominato a Q. Articuleio Paetino cos. a. 123.* *Otto.*

articulo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* articulus. *legitur apud* LVCR. *tum ab saec. II. de corpore: articulis ornare, compingere, distinguere*: GLOSS. articulatus articulis compositus, conpactus. IREN. 1, 24, 1 scintillam vitae, quae erexit hominem et articulavit et vivere fecit. 2, 32, 4 quod ... *corpus* ab illa (*anima*) spiratur et vivificatur et augetur et articulatur. AMBR. exam. 6, 5, 34 coniuncta ... et articulata facilius quam concreta atque solidata aut doloris sensum aut causam offensionis admittunt. PAVL. NOL. epist. 21, 1 *senis* pollicibus articulati pedes. AVG. c. epist. fund. 16 in molibus corporum articulatis. civ. 14, 24 quae *membra* conpactis articulata sunt ossibus, sicut manus et pedes et digitos. mor. Manich. 2, 11, 21 an articulata dei forma est? (*var. lect.* an particula dei anima est? *sed cf.* PRVD. apoth. 859 numquid manus articulatim est digesta dei?). *de versu: distinguere*: AVG. mus. 2, 4, 5 cum pedes syllabis constent, id est distinctis et quasi articulatis motibus, qui sunt in sonis. 5, 3, 3 has priores partes versuum eiusdem dimensionis invenies, id est quinto semipede articulatos. *speciatim de voce, sonis, verbis: in verba conformare, sensu, significatione ornare*: LVCR. 4, 549 mobilis articulat *voces* ... daedala lingua. APVL. flor. p. 44 Oud. verba hominis articulant *psittaci* (*cf.* SOL. 52, 45 ISID. orig. 12, 7, 24). ARNOB. nat. 3, 18 quorum (*dentium*) inflictu et mobilitate multiiuga lingua sonos articulet et vocem in verba conformet. PAVL. NOL. carm. 6, 98 vocis articulare sonum. 29, 1 articulata modestis vox numeris. *frequens est hoc sensu part. perf. pass. adiectivi loco*: GLOSS. II 297, 40 **articulatus,** -a *ἔναρθρος*. DIOM. gramm. I 420, 11 omnis vox aut articulata est aut confusa. articulata est rationalis hominum loquellis explanata. eadem et litteralis vel scriptilis appellatur, quia litteris comprehendi potest. confusa est .... PRISC. gramm. II 5, 5 vocis ... differentiae sunt quattuor: articulata, inarticulata, litterata, illiterata. articulata est, quae coartata, hoc est copulata cum aliquo sensu mentis eius qui loquitur profertur. *fere idem* PROB. gramm. IV 47, 4 DON. gramm. IV 367, 5 PS. SERG. *ibid.* 487, 5. 519, 13 CLED. gramm. V 26, 30 POMP. *ibid.* 99, 11. MAR. VICTOR. gramm. VI 4, 14 *qui addit*: hanc Graeci quid appellant? *ἔναρθρον φωνήν*. 189, 10. CASSIOD. gramm. VII 145, 9 AVD. *ibid.* 323, 6 DOSITH. *ibid.* 381, 3 FRG. Bob. *ibid.* 538, 6 GRAMM. suppl. 220, 32 AVG. dialect. 5 ISID. orig. 1, 14.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

DIOM. gramm. I 421, 15 littera est pars minima vocis articulatae. 422, 8 vocales ideo dictae, quod ad scribendas voces articulatas necessariae habentur. 436, 10 dictio est vox articulata cum aliqua significatione. PROB. gramm. IV 48, 33 CLED. gramm. V 26, 25 MAR. VICTOR. gramm. VI 4, 24 CASSIOD. gramm. VII 215, 4 CHALC. comm. 44. 220 FAVON. EVLOG. somn. Scip. 14, 31. AVG. sol. (Migne 32, 894) 2, 11, 19 est ... grammatica vocis articutatae custos. BOET. herm. sec. praef. p. 5, 5. praef. p. 8, 11. 9, 21. 1, 2 p. 53, 28. praef. p. 6, 2 linguae percussione, articulato vocis sonitu, imaginatione aliqua proferendi fit interpretatio. interpretatio namque est vox articulata per se ipsam significans. p. 6, 11. SOL. 52, 45 articulata verba ... eloquitur *psittacus* (ISID. orig. 12, 7, 24). ARNOB. nat. 7, 9 articulatas exprimunt voces *homines*. AMM. 30, 1, 20 cum ... aedes ... nervorum et articulato flatilique sonitu resultarent. HIER. epist. 30, 12 per dentes articulata vox promitur. Didym. spir. sanct. 3 Iesaiam prophetasse ... cum articulata voce *διὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*. AVG. gen. ad litt. imp. 6 in quantum ad res significandas *nomina lux et dies* articulata voce enuntiantur. mag. 1, 2 epist. 169, 10. 187, 25 gen. ad litt. 9, 12. THEOD. PRISC. log. 47 vocis articulatae quadam confusione sonos magis et ululatus excludunt *epilemptici*. CAEL. AVR. chron. 1, 3, 56 acut. 3, 2, 8. ISID. orig. 11, 1, 51 quod per articulatos sonos *lingua* ligat verba. PASS. Desid. 5 articulatae vocis officium perpetua taciturnitas obcelabat.

nota substant. pro articularis, articulus: VIRG. gramm. p. 127, 27 qualiter articulata a pronominibus distant. 128, 15.

syn.: coniungere, distinguere; conformare. litteralis, scriptilis. *opp.*: concrescere, solidare. confusus, inarticulatus.

adv. **articulātē**. GELL. 5, 9, 2 planeque et articulate elocutus est. *fortasse huc spectat* GLOSS. V 491, 58 *et* 561, 49 arcicolater rationabiliter.

articulōsus, -a, -um. *ab* articulus. *articulis praeditus*: PLIN. nat. 24, 150 *dracontion* radice longa veluti signata articulosaque. CASS. FEL. 23 *reuma* contingit frequenter, maxime tamen in articulosis locis, ut exempli causa in genu aut in cubito aut iugulo aut maxilla. 24. 27. *translate in articulorum particulas divisus*: QVINT. inst. 4, 5, 24 vitanda ... maxime concisa nimium et velut articulosa partitio.

articulus, -ī *m.* [*ab* artus, *deminutive. Th.*] *legitur inde a* PLAVTO. PRISC. gramm. II 106, 13 *de deminutivis*: artus articulus (GRAMM. suppl. 70, 14). ISID. orig. 11, 1, 84 quorum (*artuum*) ... diminutiva sunt articuli (*cf.* NOT. Tir. 53, 91 artus. 92 articuli). GRAMM. suppl. 220, 32 ab articulis, id est parvis artubus. PROBI app. gramm. IV 197, 21 articulus, non articlus. *legitur* articlis *in codd. α* CAES. Gall. 6, 27, 1 *cf. Groeber, Archiv 1 (1884) 243. neutrum exhibent* GLOSS. II 23, 44. 244, 31. III 351, 18. 19. LIB. gloss. ed. Mai VII 552 VIRG. gramm. *passim*; *fortasse* VARRO ling. 10, 30 (*cf. p. 695, 46*). articolorum, -colis GLOSS. III 489, 33 GALEN. alfab. 190. 237. [*it.* artiglio, *francog.* orteil, *hisp.* artejo. *M.-L.*]

I ***de corpore*: 1** *iunctura membrorum*: GLOSS. *ἄρθρον, καρπός, κόνδυλοι. legitur de iuncturis omnium partium corporis hominum, bestiarum, vitium, herbarum. non raro pronomen* ipse *voci adiungitur*. CIC. de orat. 2, 359 multa enim sunt verba, quae quasi articuli conectunt membra. LIV. 27, 49, 1 ipso in articulo, quo iungitur capiti cervix (*de elephanto*). CELS. 4, 29 extremas partes corporis ..., quae articulis inter se conseruntur. 8, 16 in omnibus ... membris longis, quae per articulum longa testa iunguntur. SEN. dial. 1, 6, 8 articulus ille qui caput collumque committit. PLIN. nat. 11, 135 circa articulum, qua caput iungitur. 11, 177. 11, 216 nodos ... corporum, qui vocantur articuli. AVG. gen. ad litt. 8, 21 non ... movetur solus digitus, nisi manus fixa sit, a cuius articulo, velut inmoto cardine, moveatur. sic tota palma ab articulo cubiti, sic cubitus ab articulo humeri ...; sic plantae in talo est articulus, quo stante moveatur; sic cruris in genu et totius pedis in coxa. et nullus membri motus ... est ..., nisi ab aliquo articuli cardine *eqs.* (*cf.* SERV. Aen. 1, 672 *de proverbio*: 'res in cardine est', hoc est in articulo). *adde* RHET. Her. 4, 16 quod *genus* appellamus dissolutum, quod est sine nervis (verbis *codd.*) et articulis. PLIN. nat. 35, 56 articulis membra distinxit. *hominum*: LVCR. 3, 697 *de anima*: exsolvere sese omnibus e nervis atque ossibus articulisque. VITR. 3, 1, 2 ab articulo *palmae* ad extremum medium digitum. 3, 1, 5. SEN. contr. 10, 5, 17 nervorum articulorumque positio. CELS. 8, 1 plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri. SEN. dial. 3, 1, 4 articulorum se ipsos torquentium sonus (5, 4, 2 PETRON. 17 QVINT. inst. 11, 3, 158). 4, 1, 2 ossa nervique et articuli, firmamenta totius *corporis*. 5, 28, 3. benef. 2, 6, 1 presso articulo. nat. 3, 15, 2 quiddam additum articulis, per quod citius flectantur (PETRON. 34 ut articuli eius *larvae* vertebraeque luxatae in omnem partem flecterentur). PETRON. 96 caput *Gitonis* ... stricto acutoque articulo percussi. QVINT. inst. 2, 12, 2 †illum (*gladiatorem*) vehementis impetus excipit adversarii mollis articulus. 10, 5, 16 si nobis (*oratoribus*) sola materia fuerit ex litibus necesse est deteratur fulgor et durescat articulus (11, 1, 70). SVET. Tib. 68 articulis *manus* ita firmis, ut ... mālum digito terebraret. APVL. met. 4, 11 ictu per articulum medium temperato. 5, 23 trementis ... articuli nisu fortiore. flor. p. 52 Oud. palmarum. LACT. opif. 5, 9 alios *nodos* ... fecit *deus* simplices et in orbem rotundos, in iis dumtaxat articulis, in quibus moveri membra in omnes partes oportebat. 10, 23 numerus perfectus *digitorum* ... et articulorum parium curvatura flexibilis. ITALA I reg. 5, 4 (Lucif. Athan. 1, 12, 1) ambo articuli manus illius. EVGRAPH. Ter. Ad. 226 articuli sunt in digitis, quorum nodo atque flexu adactus (*gen.*) facilis explicatio est. ac si in ipso articulo quis aliquem teneat rigore confecto, confixura nulla fiet, nihil agi exinde potest. SORAN. 2, (19) 29 manus ... ac pedes, ... intus ab articulis praecidimus (*bis*). PHYSIOGN. 5 nodis et articulis summorum pedum et summarum manuum firmis. 58. 59 *al.* *multa inveniuntur apud scriptores, maxime medicos, de articulorum morbis et curis eorum; elegi haec*: GLOSS. II 363, 56. III 489, 33 articuli, -orum dolor *ἀρθρῖτις*. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 27 tit. de articulorum passione, quam Graeci *ἀρθρῖτιν* vocant. ISID. orig. 4, 7, 31 arthriticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit. THEOD. PRISC. log. 34 arthriticis omnium ex articulorum commotationibus subito initium passionis emergit, podagricis vero ex uno prius articulo est initium et principium ..., ischiadicis vero ex uno coxae articulo tormenta suppeditant. CELS. 5, 18, 28 recenti cicatrice contractos articulos, quae *ἀγκύλας* Graeci nominant. CATO agr. 157, 8 haec si uteris, omnis articulos poteris experiri (*v. Keilium ad l.*). CIC. Att. 1, 5, 8 Terentia magnos articulorum dolores habet. HOR. sat. 2, 7, 15 postquam illi ... cheragra contudit articulos. OV. met. 8, 807 auxerat articulos macies. CELS. 2, 1 p. 28 D. ii ... morbi, qui in articulis nervisque modo urgent modo quiescunt. p. 29 articulorum dolores (p. 31. 2, 7 p. 40. p. 42 *et sic* 2, 7 *saepius*). p. 39 dolor articulorum, prout in pedibus manibusve aut alia qualibet parte sic est, ut eo loco nervi contrahantur. *ibid.* podagram cheragramque, vel eius articuli, in quo id sentitur, morbum. 2, 8 p. 45 articulorum vitia, ut podagrae cheragraeque (4, 31 p. 156). 4, 31 p. 157 si tumor calorque est *articulorum*. 4, 31 p. 158 inducere articulis crocum. 5, 18, 36 si quando ... in articulis callus increvit. 5, 26, 28 p. 195 ubi recurvato articulo curatio adhibita est. 5, 26, 34 p. 198 *gangraenam curari non difficillimum est, si* .... neque ullus magnus articulus nudatus est. 5, 28, 12 p. 213 si *fistula* articulum occupavit. 7, 5, 4 p. 271 si telum vel ossi inhaesit, vel in articulo se inter duo ossa demersit. 8, 10, 1 p. 345 linteis fasciis utrimque capita articulorum deliganda. 8, 10, 1 p. 346 si iuxta articulum fractura est. 8, 11 p. 352 modo articuli suis sedibus excidunt. SEN. epist. 24, 16 libidines *adferunt* pedum, manuum, articulorum omnium depravationes. 78, 19 artus in diversum articulis exeuntibus tortos. 95, 16 retorridi digiti articulis obrigescentibus. 104, 18 extorsit *aliquis* articulum. SCRIB. LARG. 188 lividos articulos et artus facere. PERS. 5, 58 cum lapidosa cheragra fecerit (fregerit *P*) articulos veteris ramalia fagi. PLIN. nat. 20 *sqq.* *multa profert velut* 20, 230 *Hippocrates radicis decoctae sucum* musculis nervis articulis inposuit. 20, 259 radix articulos contractos emollit in aqua cocta. 24, 21 *galbanum inponitur* articulorum nodis. 24, 110 articulos contusos. 24, 188 *farina medetur* podagrae chiragrae articulis. 30, 78 incussos articulos. 79 luxatis. FRONTO p. 231, 12 N. in singulis articulorum tuorum doloribus. APVL. flor. p. 67 Oud. ut minimum afuerim, quin articulum etiam a crure defringerem. tamen articulus loco concessit. SER. SAMM. 702 si ... articulos tabes ... per omnes haeserit. ARNOB. nat. 2, 45 ut articulis sederent aliae *animae in corpora ire iussae* colligatis. AMM. 29, 2, 15 quosdam ... conplicatis articulis praeire mandavit. SCHOL. Pers. 5, 58 quia chiragricorum articuli tubercula habent, quae lapidis duritiam exercent, et sunt ramorum fere tumidorum similitudine pares. MARC. med. 34, 48 nomine clavellorum pernicies articulis increscit. PHYSIOGN. 40 articulos sine vigore. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 28 aliquando a pedibus sumens dolor exordium ceteros articulos implicavit. *in imagine de populo*: VARRO Non. 117, 17 per omnes articulos populi hanc mali gangrenam sanguinulentam permeasse. *bestiarum*: LVCIL. 122[a] (*puto de bestia*) ⟨caput ipsum⟩ haeret verticulis adfixum in posteriore parte atque articulis: nam ut nobis talu' genusque est. VARRO rust. 2, 9, 4 *canes* internodis articulorum longis. CAES. Gall. 6, 27, 1 *alces* crura sine nodis articlisque habent. LIV. 27, 49, 1 ipso in articulo *elephanti*. COLVM. 7, 12, 4 *canis* vestigiorum articulis (auriculis *codd.*) ... amplissimis. 7, 12, 14 nervus est, qui per articulos spinae *catulorum* prorepit (PLIN. nat. 8, 153). PLIN. nat. 8, 183 ut *cauda vituli* articulum suffraginis contingat. 10, 109 auro insectis alarum articulis *columbarum*. 11, 135 *cervorum*. 11, 177. 217. 11, 228 *vespertilionum* alae quoque articulos habent. 11, 245 iuxta cruris articulum *leonum luporum canum* .... 11, 248 *elephanto* in posterioribus articuli breves. 11, 255 in articulo pedis *leonis*. 28, 99 articulo spinae *hyaenae* (*bis*). 28, 213 in pernae suum articulo. 30, 100 scorpionis caudae IV articulos. 32, 148 bracchia ... *elephanti locustarum generis* II binis articulis. NEM. cyn. 161 *catulorum*. PELAGON. *saepius de articulis equorum*. PLAC. med. 8, 1 membri vulpis. APIC. 8, 339 pernae. *herbarum*: CIC. Cato 53 existit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur. COLVM. 2, 11, 9 antequam seges in articulum eat (PLIN. nat. 18, 159. 185). 4, 9, 1 quae putatio *vitium* non debet secundum articulum fieri. 4, 11, 1. 4, 24, 14 truncum duorum articulorum (particulorum *codd.*) vel trium. 4, 24, 15 (arculum *codd.*). 4, 24, 20. 9, 8, 9 arundinis internodium cum suis articulis ex-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciditur. PLIN. nat. 16,88 pars inferior *foliorum* a terra herbido viret colore, ab eadem leviora nervos callumque et articulos in superiore habent parte. 17,152 ferulae ipsae breves et ad summa breviores articuli utrimque (utique *codd.*) sua internodia includunt. 17,160 satos malleolos XXIV mense recidere ad imum articulum. 17,176 ut ternos quaternosve singulis annis adiciant articulos *palmites*. 226. 18,159. 19,47 geniculatus hic est (*caulis rubiae*) quinis circa articulos in orbe foliis. 24,180 *graminis*. 25,70 *clymenus herba* caule inani articulis praecincta. 27,116. PALLAD. 4,9,2 *cardui*. 5,7,3 *cannae*. AMBR. exam. 3,12,52 sarmentorum *vitis*. *nota de montibus i. iugum, collis humilior, sim. montes coniungentia*: PLIN. nat. 37,201 quod (*Italiae felicitas*) contigit ... aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis .... *de mundo sensu mathematico cardinis punctum, sim.*: MANIL. 4,162 Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam ... articulum mundi retinet lucesque reflectit. 2,905 sed medium post articulum (*sic Bentleius*; astra diem *codd.*) curvataque primum culmina nutantis summo de vertice mundi aethera Phoebus habet. PLIN. nat. 2,68 stationes *stellarum* in mediis latitudinum articulis *esse*, quae vocant ecliptica. AMM. 20,3,4 si contigua isdem iuncturis praestrinxerint spatia *sol et luna*, dilutior erit defectus. 5 si vero articulis ipsis inhaeserint, qui coactius ascensus vinciunt et descensus, offunditur densioribus tenebris caelum.

2 *membra, praecipue minora*: POMP. gramm. V 99,13 artus ... dicimus membra maiora, articulos minora membra in omni corpore (GRAMM. suppl. 220,37). PLIN. nat. 35,64 reprehenditur tamen *Zeuxis* ceu grandior in capitibus articulisque (35,128). APVL. Plat. 1,17 tertiam *substantiam corporis esse* de discrepantibus diversisque membris, id est capite, utero et articulis disparibus. ITALA levit. 26,30 cod. Lugd. ponam articulos (*κῶλα*) vestros super articulos idolorum vestrorum. ANTH. 111,9 tot linguae quot membra viro. mirabilis ars est, quae facit articulos ore silente loqui. *speciatim digiti*: ISID. orig. 11,1,84 artus dicimus membra maiora, ut bracchia, articulos minora membra, ut digiti (*?*). PS. SERG. gramm. IV 519,16 articulis, id est digitis. 548,9. GRAMM. suppl. 220,32 ab articulis, id est parvis artubus, quibus penna teneatur vel calamus (*cf.* PLIN. nat. 17,224 in articulos, hoc est cacuminum digitos). CIC. orat. 59 nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens (*affert* QVINT. inst. 11,3,122). nat. deor. 1,79 naevus in articulo pueri delectat Alcaeum. CAT. 99,7 multis diluta labella abstersti guttis omnibus articulis. PROP. 2,34,79 quale *carmen* Cynthius inpositis temperat articulis. OV. am. 2,15,3 te (*anulum*) ... articulis induat illa suis. epist. 10,140 litteraque articulo pressa tremente labat. Pont. 2,3,17 sibi quid sit utile, sollicitis supputat articulis. EPIST. Sapph. 74 nec premit articulos lucida gemma meos (SEN. nat. 7,31,2 MART. 5,11,2). VITR. 2,1,2 *cum* ... manibus et articulis quam vellent rem faciliter tractarent. 3,1,9 si convenit et articulis hominis numerum inventum esse. SEN. contr. 2,5,9 distortis manibus, emotis articulis. SEN. epist. 24,14 singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur aptata (dial. 6,20,3 *locus similia, sed corrupte exhibens*). PLIN. nat. 2,158 quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus! 11,246 pollex quoque iis (*simiis*) et articuli ut homini. QVINT. inst. 1,1,27 celerius ac saepius sequendo certa vestigia *in tabella* firmabit articulos *infans* (HIER. epist. 107,4). PS. SERG. gramm. IV 548,9 articuli ... ab articulo ... vocabulum sumserunt, ita ut exerto articulo aliquem aut aliquid demonstremus. POMP. gramm. V 99,12 *vox* articulata dicta est, quod potest articulo scribi (*saepius*). MAX. VICTOR. gramm. VI 189,12 AVD. gramm. VII 323,7. AGROEC. gramm. VII 113,6 ab animo ad manum, a corde ad articulum pervenis. APVL. met. 2,21 porrigit dexteram et ad instar oratorum conformat articulum. ANTH. 107,7 quae (*sepia*) sapit in morsu et probat articulos *doctorum* (*locus intricatus*). HIER. epist. 36,1 ego linguam et ille (*notarius*) articulum movebamus. VVLG. Dan. 5,5 rex aspiciebat articulos manus scribentis. 5,24. 10,10. *particula digiti et pedis*: PLIN. nat. 11,244 hominis digiti ternos articulos habent, pollex binos (LACT. opif. 10,25). QVINT. inst. 7,10,7 ut pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoque articuli. PETRON. 32 extremo ... articulo digiti sequentis minorem *habebat anulum*. PLIN. nat. 33,24 ceteri *digiti* omnes *anulo* onerantur, atque etiam privatim articuli minoribus aliis. QVINT. inst. 11,3,95 idem (*digitus index*) summo articulo utrimque leviter adprehenso, ... aptus ad disputandum est. *ibid.* qui medium articulum ... tenent. 99 ipse (*pollex*) prioribus *digitis* ad medios articulos iungitur. 142 medios articulos *anulis* non transeuntibus. ARNOB. nat. 3,13 *manus* articulis, digitis et cubitorum mobilitate tractabiles (articulatis *Reifferscheid absque necessitate*). SEN. contr. 10,4,2 huic convulsi pedum articuli sunt. NEPOTIAN. 1,4,2 sic illisit pedem, ut eius excuteretur articulus. GREG. TVR. Mart. 1,4 super summis articulis ... stare.

II ***de aliis rebus***: *significat similiter rem alias res coniungentem vel partes aliquas parvas*: 1 *de tempore et temporalibus*: *momentum, nodus, punctum. subest plerumque aut nota iusti temporis aut necessitatis, periculi, sim. unde hic etiam saepius quam sub I pronomen* ipse *adiungitur; additur et omittitur genetivus* temporis *sim.* GLOSS. IV 446,3. V 503,49 in articulo diei in hora vel momento. DON. Ter. Andr. 532 in ipso tempore. in ipsa opportunitate, in ipso articulo. PLAVT. Men. 139 non potuisti magis per tempus mi advenire quam advenis. :: ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio. TER. Ad. 229 ut in ipso articulo oppressit (EVGRAPH. ita hic temporis articulum collocavit, quoniam oppressus actus suos ducit implicatos. DON. *non sine probabilitate hanc significationem temporalem cum illa corporali conectens*: *μεταφορὰ* perseverans a scrupulo, id est lapillo, qui nos in calceo latens plerumque laedit. *spectat huc* GLOSS. V 536 ubi maxime dolet vulneravit). CIC. Quinct. 19 ut eum ... in ipso articulo temporis astringeret. MANIL. 2,429 permixtosque dies mediis hiemem inter et aestum articulis. 2,657 in quibus *signis* (*sc. Arietis, Cancri, Libri, Capricorni*) articulos anni deus ipse creavit. 4,324 in illo temporis articulo. VAL. MAX. 4,2,2 in aspero ac difficili temporum articulo. SEN. epist. 89,15 aliud est ... dignitates et pretia rerum nosse, aliud articulos. CVRT. 3,5,11 in quo me, ... articulo rerum mearum fortuna deprehenderit. PLIN. nat. 2,216 in ipsis quos dixi temporum articulis. 17,11 hoc est illud quadriduum oleis decretorium, hic articulus austrinus nubili spurci, quod diximus. 18,222 hi cardines singulis etiamnum articulis temporum dividuntur. 18,350 sunt et ipsius lunae VIII articuli. 351. SVET. Claud. 4 quin per eosdem articulos et gradus producendus sit *Claudius*, per quos. *ibid.* si de singulis articulis temporum deliberabimus. CENS. 14,7 post septimum quemque annum articulos quosdam ... natura ostendit. DON. Ter. Andr. 844 in ipso articulo periculi. 916 nuptiarum *al.* GAVDENT. (Migne 20,956) 16 tali ... conclusus articulo (HIER. epist. 22,30 apol. adv. Ruf. 1,11). DAMAS. epist. (Migne 13,356) 3 profectionis (HIER. epist. 102,1. 119,1). SYMM. epist. 2,76 (75),2 muneris. AMM. 16,12,37 proeliorum (30,4,15). 16,12,45 necessitatis (17,9,6. 18,2,5. 18,6,1. 20,11,22. 23,3,5. 31,4,9 HIER. epist. 119,11 adv. Pelag. 2,16 AVG. epist. 157,31). HIER. c. Lucif. 20 in tali articulo ecclesiae. VVLG. gen. 7,13 diei illius. AVG. *et posteri* temporis, temporum *passim*. civ. 21,26 temptationis. 16,43 in quo *Christo* articulus quidam factus est et exordium quodam modo iuventutis populi Dei. conf. 7,6,8 horarum. gen. c. Manich. 1,14,21 si currant tempora et nullis distinguantur articulis, qui articuli per siderum cursus notantur. gen. ad litt. 2,14 si hoc modo intellegamus tempora, dies et annos, ut articulos quosdam, quos per horologia conputamus. 10,13 ab anni quarti decimi articulo, cum pubescere coeperint *pueri*. LEO M. epist. 16,3 paschalis festi. COD. Iust. 1,33,3 quam (*poenam*) decet in articulo exigi. EVGIPP. Sev. 1,5 in ipso discriminis articulo. *nota usum vocis de longioribus temporum particulis*: AVG. catech. rud. 6 quia et per quinque temporum articulos praenuntiari venturus *Christus* prophetarique non destitit. 39 isti ... articuli duarum aetatum *mundi* eminent in veteribus libris. 5. civ. 16,24 cum sint insignes articuli temporum ab Adam usque ad Noe et inde usque ad Abraham et inde usque ad .... 2 *de oratione et versibus*: *comma, distinctio verborum*: RHET. Her. 4,26 articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguentur caesa oratione, hoc modo: 'acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti', item: 'inimicos invidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti'. VARRO Mar. Victor. gramm. VI 55,11 versus est verborum iunctura, quae per articulos et commata ac rhythmos modulatur in pedes. RHET. Her. 4,16 quod *genus orationis* appellamus dissolutum, quod est sine nervis et articulis. CIC. de orat. 3,96 ut gravis, ut suavis ... *oratio sit*, non est singulorum articulorum, in toto spectantur haec corpore. 3,186 quod si continuatio verborum haec soluta multo est aptior ac iucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta membra illa modificata esse debebunt. QVINT. inst. 9,3,98 adicit his ... Cornificius ... sententiam, membrum, articulos. 11,3,51 non solum in membris causae, sed etiam in articulis. BASS. gramm. VI 263,20 puto me satis diligenter persecutum hendecasyllabi singulos articulos. RVT. LVP. 1,14 cum sententiae multorum articulorum convenienti copia continentur. 1,15 demptis omnibus articulis sententiae divisae pronuntiantur. CARM. de fig. 52 *de polysyndeto*: multiugum dico articulis quod pluribus iungo. IVL. VICT. rhet. p. 580, 35. 384,5. AVG. mus. (Migne 32,1117) 3,4 quod ... metrum antequam claudatur, non habet certum et statutum aliquem articulum. ISID. orig. 1,38,2 versus dicti ab eo, quod, pedibus in ordine suo dispositis, certo fine moderantur per articulos, qui caesa et membra nominantur. *caput, sectio libri cuiusdam, disputationis, sim.*: *notabilis est significatio cardo, res summa* ARNOB. nat. 7,39 ventum est ... ad ipsum articulum causae, ventum rei ad cardinem. *qua in re* TERT. *attributo* praecipuus resurr. 39 de praecipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione, *uti debuit*. TERT. ieiun. 10 ad proprium huius speciei articulum. fug. 1 ne a praesenti articulo avocemur. adv. Marc. 2,24 et apud Graecos interdum malitiae pro vexationibus et laesuris, non pro malignitatibus ponuntur, sicut est in isto articulo (*sc. Is. 45,7 Ier. 18,11*). 4,11 ad praesentes ... quosque articulos *Marcionis* respondendum est. adv. Hermog. 23. 28. 33 adv. Prax. 15. IVL. VICT. rhet. p. 374,15 scire ... est rem ... pernoscere ... et peristasin causae ... et in ea iudicatum ... per singulos proprii status articulos investigare. AMBROSIAST. in I Cor. 7,25 dedit ... articulum Christum fatendum deum. AVG. gen. ad litt. 5,27 inter illa ... opera dei ... et ista ...., quendam scriptura interponens suae narrationis articulum. civ. 9,1 tit. ad quem articulum disputatio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praemissa pervenerit. 15,21 articulus quidam interponitur et dicitur. 15,27 iam usque ad hunc articulum perductus liber iste claudendus est. 16,12 c. Faust. 33,8. Oros. hist. 1,21,20 cum veluti articulis quibusdam dicendi ordinem definirem. Mart. Cap. 5,556 ut singula capita plures quaestionum articulos continerent. Clavdian. Mam. p. 23,13 si eandem (*rationem*) in articulo *a plerisque* reposcas, adiciunt auctoritati potius oportere concedi. p. 62,12 statum tractatus tui in articuli istius condicione posuisti, ut. p. 106,7. *saepe apud* Ictos. Gaivs inst. 2,2 (= dig. 1,8,4,1) summa ... rerum divisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt divini iuris, aliae humani. Ivl. dig. 1,3,12 non possunt omnes articuli singillatim aut legibus aut senatus consultis comprehendi. Papin. dig. 1,5,9 in multis iuris nostri articulis. Pavl. dig. 19,5,5,2 articulus ille 'do ut des'. Vlp. dig. 24,3,22,12 transgrediamur nunc ad hunc articulum, ut quaeramus, adversus quos. Cod. Iust. 4,28,7,1 in pluribus ... iuris articulis (Inst. Iust. 3,19,13). 8,17(18),12,6 pleno legis articulo consummavimus. 8,47(48),10,1 d (1) ne articulum adoptionis ... sine lege relinquamus. *adde*: Evgraph. Ter. Andr. 749 articulos honesti et utilis. Don. Ter. Andr. 643 articulus omnis defensionis. Greg. M. epist. 2,50 de excommunicationis ... articulo ... beatitudo vestra inmerito queritur. *vox, enuntiatum*: Pomp. dig. 28,5,29 hoc articulo 'quisque' omnes significantur. 34,2,34,7 quoniam articulus 'aurum quodcumque uxoris causa paratum esset, uti heres uxori daret' est praesentis temporis demonstrationem in se continens. 35,1,4,1 quia hic articulus 'tum' extremi quinquennii tempus significat. Ivl. dig. 36,1,28,2 detracto hoc articulo 'quisquis mihi heres erit'. 50,16,142 si hos articulos detrahes 'et' 'que' 'cum'. Clavdian. Mam. p. 144,16 ut et plures caeli plurium caelorum et duo caeli duorum caelorum tacito numeri articulo accipi posse videantur. *technice apud grammaticos ea pars orationis, quae graece ἄρθρον audit*: Gloss. ἄρθρον. Ps. Serg. gramm. IV 548,9 articuli ... ab articulo ... vocabulum sumserunt, ita ut exerto articulo aliquem aut aliquid demonstremus. Isid. orig. 1,7,4 articuli ... dicti quod nominibus artantur, id est colligantur, ut cum dicimus 'hic orator'. Varro ling. 8,45 appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta a quibusdam provocabula quae sunt ut quis, quae; ⟨vocabula⟩ ut ...; nomina ut ...; pronomina ut hic, haec. duo media dicuntur nominatus; prima et extrema articuli. 8,50 in infeineiteis articulis, ut est quis [quem] quoius. 51 non modo in virili ... sed etiam in neutris articulis, ut ... eius pabuli. 52. 63. 10,19(18). 10,20(19). 10,30 relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia *atque in nominatibus*; de quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra, et quod alia sunt ut significent unum, ⟨alia⟩ ut plura et casibus quod habent quinos; nam vocandi voce notatus non est. proprium illud habent, quod partim sunt finita (-i?) ut hic haec, partim infinita (-i?) ut quis [et] quae. 10,50 alia ab dissimilibus similiter declinantur ut in articulis ab hic iste hunc istunc. Qvint. inst. 1,4,19 paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus *partium orationis* ac primum convinctionibus articuli adiecti. *ibid.* noster sermo articulos non desiderat. Char. gramm. I 190,15 articulo, id est *τῷ ἄρθρῳ*, deficiente *apud Romanos*. Diom. gramm. I 301,2 Latini articulum ... non adnumerant (Prisc. gramm. II 54,12. 548,14. III 120,1. 492,9). *contra* Serv. [Serg.] gramm. IV 428,15 nos articulo non penitus caremus, sed in pronomine conputamus (Cled. gramm. V 11,8. 15,3. 34,27 Pomp. V 135,3 *sqq.* Consent. V 344,16 Cassiod. VII 199,16. 200,15 suppl. 63, 153 *sqq.* Isid. orig. 1,7,4). *similia passim. notabilia*: Prisc gramm. II 54,9 secundum Stoicos ... quinque sunt eius (*orationis*) partes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, coniunctio. 54,12 articulis ... pronomina connumerantes finitos ea articulos appellabant, ipsos autem articulos, quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant .... cum dicimus 'idem', *ὁ αὐτός*, non solum articulum praepositivum, sed etiam pronomen in eadem dictione significamus, similiter 'qui', *ὅστις*, articulus subiunctivus intelligitur. 141,10 *genus* commune articulum sive articulare pronomen tam masculini quam feminini generis assumit, ut 'hic sacerdos' et 'haec sacerdos', neutrum autem separatum ab utroque genere articulum asciscit, ut 'hoc regnum'. 409,9 genetivo casu articuli ... dativo. III 11,23 non est ... pronomen (*sc.* o): nec articulus vero, cum semper in demonstratione ponitur 'o', quae contraria est relationi, quam articulus significat. 124,16 articulus secundam notitiam suppositorum demonstrat. si enim dicam *ἄνθρωπος ἦλθεν*, primam notitiam ostendo; sin *ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν*, secundam. Don. gramm. IV 372,25 partes orationis sunt octo, nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, coniunctio, praepositio, interiectio. ... Latini articulum non adnumerant, Graeci interiectionem. Prob. gramm. IV 133,7 hoc monemus, quod Plinius Secundus 'hic' tunc voluit dici pronomen, quando solum reperitur declinari, ut puta hic huius. ... at vero si cum alia parte orationis inveniatur declinari, articulum appellari, ut puta hic Cato huius Catonis. ... sed haec discretio ... supervacue visa est constitui. Cled. gramm. V 53,22 pro articulis *pronomina* tunc ponuntur, quando corripiuntur et nominibus iuncta fuerint; pro demonstratione tunc, quando producuntur et adverbia faciunt loci (Don. Ter. Ad. 225). Ps. Asp. gramm. V 550,20 sunt quaedam nomina quae non flectuntur in varios casus declinata, sed una appellatione per omnes articulos efferuntur, ut frugi nequam. Cassiod. gramm. VII 199,16 omnes articuli a vocali incipientes cum adspiratione proferuntur, ut hic haec hoc ... absque vocativo o. Boet. herm. pr. 1,3 p. 62,20 M. velocius est id quod est currere eo quod est ambulare, in illo nominativum iunxit articulum dicens id quod est currere, in illo vero ablativum dicens eo quod est ambulare. herm. sec. praef. p. 8,7 in opere ... de poetica *Aristoteles* ... omnes omnino locutionis partes adposuit confirmans esse locutionis partes elementa, syllabas, coniunctiones, articulos, nomina, casus, verba, orationes. Mart. Cap. 3, 238 V finit articulos ut tu. 3, 249. 250. 256. 4,383 quicquid ... dixerimus quod aliquid significet ... unum est de his decem (*praedicationibus*) exceptis dumtaxat illis verborum quodam modo articulis. sunt enim pleraque a grammaticis in orationis partibus enuntiata, quae per se nihil valent. *adde*: Hier. Didym. spir. sanct. (Migne 23,105) unde et cum articulo eius (*sp. s.*) meminit, quasi solitarium et unum esse contestans, ubi dicit non simpliciter *πνεῦμα ἅγιον*, hoc est spiritus sanctus, sed cum additamento articuli *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, hoc est hic spiritus sanctus. 15. *de pronominibus demonstrativis articuli vice fungentibus cf. praeter alios Rönsch, Itala u. Vulg. p. 419 sqq. Meader, the Latin pronoun 193 sqq.* *sonus articulatus*: Arnob. nat. 1,33 si arbores, glaebae, saxa, sensu animata vitali, vocis sonitum quirent et verborum articulos integrare. Prosp. in psalm. 150,5 admiratio eius similis fit iubilationi, quae in eo miratur sono, qui nullis syllababarum comprehenditur articulis. **3** *generalius pars, portio*: Apvl. Plat. 2,8 hanc *δύναμιν τοῦ πείθειν ἄνευ τοῦ διδάσκειν* definivit Plato, quam civilitatis (civilis *libri*) articuli umbram ... nominavit (*cf.* Plato Gorg. 436 D *πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*. Qvint. inst. 2,15,19 civilitatis particulae simulacrum. Amm. 30,4,3). Cod. Iust. praef. 3 constitutiones ... quibus maximus antiquarum rerum articulus emendatus coartatus est. **4** *in iure*: *interlocutio*: Cod. Theod. 11,36,1 nec temere nec ab articulis praeiudiciisque ... provocare debebunt. 11,36,3 *et* 23. Cod. Iust. 7,65,5,3 provocatores vel ab exsecutione appellantes vel ab articulo. **5** *technice apud agrimensores*: Boet. arithm. p. 395,6 digitos ..., quoscunque infra primum limitem, id est omnes quos ab unitate usque ad denariam summam numeramus, veteres appellare consuerunt. articuli autem omnes a deceno in ordine positi et in infinitum progressi nuncupantur. *de quibus in sequentibus agitur accuratius.* *Bannier.*

Artidius *v. sub* Arrius *p. 645,54.*

artifex, -icis. [*cf. c.* ars *et* facio. *Th.*] *vox rara apud priscos, frequens apud* Sen. phil. Plin. nat. *et* (*adiect.*) Ennod. Varro ling. 5,93 ab arte artifex dicitur. Pavl. Fest. 21 artifices dicti quod scientiam suam per artus exercent sive quod apte opera inter se artent. Gramm. suppl. 74 artifex id est arte⟨m⟩ faciens, opifex id est opus faciens (*cf.* Isid. orig. 19,1,2 artifex generaliter vocatus, quod artem faciat). Diom. gramm. I 491 similiter atque is qui versum facit dictus *ποιητής*, cum et artifices, cum aeque quid faciant, non dicantur poetae. Diff. ed. Beck (Groningae 1883) 93 inter artificem et artificiosum et artificialem: artifex est, qui suam artem exercet; artificiosus, qui alienam suo ingenio exprimit; artificialis, qui studiis liberalibus in artis subtilitate exercitatus est. *cf. p. 700,81.* Gloss. *τεχνίτης*, opifex. e *brevem testatur* Ps. Prisc. gramm. III 525. Prisc. gramm. II 340 hic et haec et hoc audax triplex artifex ... ab artifice vel artifici (*hanc formam firmat testimonio* Stat. Ach. 1,322 *cf.* II 354 Plin. Char. gramm. I 127). 354 artifex: ab hoc et ab hac artifice vel artifici, horum et harum artificum. *abl. adi.* artifice *legitur* Sidon. epist. 9,11,9. *genetivum* artificium *nusquam habui in schedulis, nam* Qvint. inst. 7 pr. 1 artificum *extat.* Varro ling. 9,12 artifices *cod F* (*in eodem* pontufices). Corp. VI 10091 arteficibus (*ca. 200 p. Chr.*). Inscr. christ. Gall. Le Blant 573 senatur artefex fecit. artefices *cod.* Symm. orat. 4,14. Gramm. suppl. 299 artifex ... per x litteram scribi debet (*sc. non* -es).

I ***substantivum***: **A** ***proprie***: **1** *generaliter qui quamlibet artem exercet*: Plavt. Cas. 356 plus artificum est mihi quam rebar: hariolum hunc habeo domi (*de servis qui apud dominum artem tractant, cf.* Cic. Verr. 2,92 servos artifices pupilli cum haberet domi ... suos esse dicebat, se emisse. Varro rust. 1,2,21 sic etiam res aliae diversae ab agro erunt adsumendae, ut si habet plures in fundo textores atque institutos histonas, sic alios artifices. 1,16,4 si enim a fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parant quos habeant in villa, sic ceteros necessarios artifices. 3,3,4 tria genera artificum paranda: aucupes venatores piscatores. Nep. Att. 13,2 *in Attici familia* erant pueri litteratissimi, anagnostae optimi et plurimi librarii, ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset, pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. Frontin. aq. 119 ut aestimet ... quae per redemptores effici debeant, quae per domesticos artifices. Modest. dig. 6,1,32 quodsi artificem fecerit *servum*. Vlp. dig. 7,7,6. 33,7. 12,42 artifices quorum operae ceteris quoque praediis exhibebantur, legato non contineri. Pavl. sent. 3,6,58 domo cum omni iure suo ... legato urbana familia, item artifices et ostiarii et zetarii et aquarii eidem domui servientes legato cedunt. Pavl. Pell. 211).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Varro ling. 5, 93 artificibus maxima causa *nominandi* ars. 9, 111 non sit ars, sed artifex reprehendendus. 10, 64 quae observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus artifices. Cic. rep. 1, 35 cum in suo quemque opere artificem, qui quidem excellat, nihil aliud cogitare meditari curare videam. nat. deor. 2, 87 *mundus* has ipsas artes (*pingendi et gubernandi*) et earum artifices et cuncta conplectatur. fin. 5, 7 mathematici, poetae, musici, medici denique ex hac (*Academia*) tamquam omnium artificum officina profecti sunt. fat. 11. Aetna 35 *sidera* neque artificum curant tractare laborem. Ov. trist. 3, 14, 5 suspicis exceptis ecquid mea carmina solis artibus, artifici quae nocuere suo? (Ib. 6). Liv. 5, 3, 6 tamquam artifices improbi opus quaerunt. 42, 3, 11 quia *tegularum* reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit. frg. 22 neque materia artificibus praeparatis ante omnibus ... nec suo quisque operi artifex deerat. Vitr. 1, 1, 3 neque enim ingenium sine disciplina aut disciplina sine ingenio perfectum artificem potest efficere. 1, 1, 14. 3 pr. 1. 6 pr. 6 artifices non erudiebant nisi suos liberos aut cognatos. Cels. 1 pr. Sen. dial. 4, 26, 3. benef. 4, 21, 3 artifex est etiam cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt (5, 25, 6 epist. 87, 14). nat. 1, 17, 7. epist. 121, 5 artifex instrumenta sua tractat ex facili, rector navis scit⟨e⟩ gubernaculum flecti⟨t⟩, pictor colores ... celerrime denotat. frg. 36. Plin. nat. 13, 99. 36, 118 quid enim miretur quisque in hoc primum, inventorem an inventum, artificem an auctorem, ausum aliquem hoc excogitare an suscipere an iubere? 36, 195 ferunt Tiberio principe excogitato vitri temperamento, ut flexile esset, totam officinam artificis eius abolitam. Val. Fl. 4, 286 pervigil ut cum artificum notat ipse manus et fulmina Cyclops prosubigit. Stat. silv. 3, 1, 134 decrescunt scopuli (*Hercule operante*) et rosea sub luce reversi artifices mirantur opus. Qvint. inst. 2, 21, 24 *instrumento* non artem credo egere, sed artificem. neque enim scientia desiderat instrumentum, ... sed ille artifex (opi- *B*), ut caelator caelum et pictor penicilla. Fronto p. 229, 3 Minervam artium atque artificum magistram. Asp. gramm. V 547 ars est comprehensio praeceptorum ad utilitatem usui accommodata per artificis sui exercitationem, medendi ut medici, declamandi ut rhetoris, legendi ut grammatici. Vlp. dig. 9, 2, 27, 29 plerumque artifices convenire solent, cum eiusmodi materiae dantur, non periculo suo se facere. 19, 2, 13, 5 nisi periculum quoque in se artifex receperat. 19, 2, 9, 5. 21, 1, 17, 20. 21, 1, 19, 4. Florent. dig. 18, 1, 43 at si dixerit, hominem litteratum vel artificem praestare debet. Pavl. dig. 19, 2, 22, 2. Vlp. dig. 38, 1, 7, 5 si forte vel librarius vel nomenculator vel calculator sit vel histrio vel alterius voluptatis artifex. 46, 3, 31 inter artifices longa differentia est et ingenii et naturae et doctrinae et institutionis. 50, 13, 1, 7 ceterarum artium opificibus sive artificibus. Ivl. dig. 38, 1, 25, 3 Callistr. dig. 50, 6, 6, 12. Tarrvt. dig. 50, 6, 7 quibusdam aliquam vocationem munerum graviorum condicio tribuit, ut sunt mensores, optio valetudinarii, medici, capsarii et artifices et qui fossam faciunt. Arnob. nat. 2, 17 opifices manus atque omni genere perfectionis artifices. Serm. Arian. frg. 8 (Migne 13, 635ᵃ) artifex qui diligentius operatur pelles animalium quae dicuntur pergamena. Hier. epist. 78, 39 artificis ... politus manu *mons*. Vvlg. exod. 36, 4 IV reg. 12, 15. IV reg. 24, 16 omnem artificem et clusorem. I par. 4, 14 Ioab patrem vallis artificum; ibi quippe artifices (*τέκτονες*) erant (II Esdra 11, 35). 29, 5 opera fiant per manus artificum. II par. 2, 14. 24, 12 caesores lapidum et artifices operum singulorum (*λατόμους καὶ τέκτονας*). 34, 11. 34, 17 datum est *argentum* praefectis artificum et diversa opera fabricantium. cant. 7, 1 monilia, quae fabricata sunt manu artificis. eccl. 9, 11 sap. 14, 2 *et* 18 Sirach 9, 24. 45, 13. Ier. 10, 9 aurum de Ophaz, opus artificum (*τεχνιτῶν πάντα*) et manus aerarii. act. 19, 24 praestabat artificibus non modicum quaestum. apoc. 18, 22 omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius. Clavd. 15, 172. Avg. civ. 7, 3 cum propter pecuniam sint artifices multi. 11, 10 quoniam deus non aliquid nesciens fecit quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest (11, 25 Isid. orig. 2, 3, 2). Physiogn. 11 quamvis et praecaventem attentus artifex (*h. e. φυσιογνώμων*) detegat. Ennod. op. 3 p. 357 Vind. quod ab ipso templi tholo artifices cum ingenti machina corruerunt. carm. 2, 42, 2 nec plures venter concutit artifices (*i. coquos*). Cod. Iust. 10, 66, 1 artifices artium brevi subdito comprehensarum. Greg. M. epist. 9, 17 ipsum ad se artificem tollat. Bened. reg. 57 artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes. Corp. II 5181 conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito. VI 10091, 12 cum artificibus posuit (*οἱ τεχνεῖται ἀνέθηκαν. ubi quo iure Henzen scaenicos artifices intellegat nescio, de marmorariis potius cogitandum*). VIII 656 C. Valerius Felix art. hon. (artis honestae *an* artifex honestus*?*) Pius. X 3479 C. Terentius Longinus optio factionis artificum. XII 722. 5336. 5811.

opponitur artifex *indocto*: Cic. de orat. 1, 51 quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, orator id, si tamquam clientis causam didicerit, dicet melius et ornatius quam ipse ille rei inventor atque artifex. 1, 111 ne ut quidam magister atque artifex sed quasi unus e togatorum numero atque ex forensi usu homo mediocris neque omnino rudis videar. 1, 248 aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem. Brut. 185 quibus virtutibus oratoris horum quidque efficiatur ... artifex aliquis iudicabit. 187. ac. 2, 22 qui distingues artificem ab inscio? non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed cum alterum percepta (*i. θεωρήματα*) ... tenere videmus, alterum non item. Qvint. inst. 2, 5, 8 ea sola in hoc ars est, quae intellegi nisi ab artifice non potest. 12, 10, 50 iudices artis habeat artifices (Hier. epist. 66, 9 in Is. 16 pr.). Plin. epist. 1, 10, 4 ut enim de pictore scalptore fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem. 3, 6, 3 talia ... ut possint artificum oculos tenere, delectare imperitorum. Mart. Cap. 4, 350 homo ... inperitus et artifex et vir et mulier esse potest. *cf.* Tert. nat. 2, 12 *deos* caelibes an et le⟨cto iunctos⟩? artifices an et inertes? *notabile elogium* Corp. V 5930 (*Mediolani*) qui in arte sua quod fecit male, quis melius? quod bene, non alius.

Vvlg. III reg. 7, 14 artificem aerarium. Callistr. dig. 41, 1, 12, 1 cum diversae materiae aes atque argentum sit, ab artificibus separari ... solet. *de agricola*: Colvm. 1, 1, 15 eiusmodi scriptorum monimenta magis instruunt quam faciunt artificem. Symm. orat. 3, 6 artifex rusticandi. *de agrimensore*: Front. grom. p. 34, 18 providentiam ... artificis. Agenn. grom. 5, 20 ut nostra professio coram artificibus integra et omnem veritatem indagans approbetur. 64, 11 uno enim libro instituimus artificem, alio de arte disputavimus. *al.* Cassiod. hist. 2, 16 codices ... ab artificibus antiquariis ... scribi. Amm. 28, 2, 2 artificibus peritis aquariae rei. *de architecto*: Vitr. 1, 1, 8. 7, 5, 7 subtilitas artificis adiciebat operibus auctoritatem. 9 pr. 6 normam sine artificis fabricationibus inventam. Plin. nat. 36, 93. Qvint. inst. 7 pr. 1 nisi disponendis eis (*saxis*) collocandisque artificum manus adhibeatur. Plin. epist. 10, 41, 3 superest ut tu libratorem vel architectum ... mittas qui diligenter exploret sitne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contenderunt. artifex armorum *cf. l. 44.* Vvlg. Ier. 10, 3 lignum de saltu praecidit opus manus artificis in ascia. *de aucupe*: Petron. 109 *volucres* textis harundinibus peritus artifex tetigit. *de auriga*: Plin. nat. 7, 186 ne hoc gloriae artificis daretur. Manil. 5, 506 artifices auri faciet *Cassiope*. *cf.* Sen. epist. 94, 59. Vict. Vit. prol. 4 speciem *auri* non cunctabor artifici ... examinandam contradere. Lampr. Alex. 52, 1 servum ei dedit quod artifex carpentarius esset. Lampr. Heliog. 12, 2 ad vicesimam hereditatium mulionem curare iussit, iussit et cocum et claustrarium artificem. Vvlg. sap. 13, 11 aut si quis artifex faber (*ὑλοτόμος τέκτων*) de silva lignum rectum secuerit. *cf.* Trebell. trig. tyr. 8, 13 quod gladiorum atque armorum artifex fuerim. Carm. epigr. 1191, 11 arti⟨fi⟩cí artifices Nigro damus ista so⟨dales⟩ carmina. Tert. nat. 2, 12 nondum enim Vulcanus artifex ferri. Alc. Avit. epist. 87 p. 97 P. artificem figulum. artifex gladiorum *cf. l. 43.* *de grammaticae auctore*: Serv. gramm. IV 413 quas regulas Probus artifex tuetur. Plin. nat. 7, 213 neque facti horologii rationem neque artificem significat *Fabius Vestalis*. Greg. Tvr. Franc. 4, 26 erant ... artificis lanariae filiae. Vvlg. exod. 38, 33 qui et ipse artifex lignorum egregius fuit. II reg. 5, 11 misit ... Hiram ... artifices lignorum artificesque lapidum ad parietes (I par. 14, 1 artifices parietum lignorumque). I par. 22, 15 habeo quoque plurimos artifices, latomos et caementarios artificesque lignorum et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos. Is. 44, 13 artifex lignarius (*τέκτων*) extendit normam. *de magis*: Avg. civ. 21, 6 magicae artes earumque artifices extiterunt. *de medicis*: Prop. 2, 1, 58 solus amor morbi non amat artificem. Cels. 1 pr. *causis* non a cogitatione artifices, sed ab ipsa arte reiectis. 3, 4 ab uno medico multos non posse curari: eumque si artifex est, idoneum esse .... Sen. dial. 7, 26, 8 cum aliquis secandi lacertos artifex brachia atque umeros suspensa manu cruentat. nat. 3, 25, 1 qualia sunt magnorum artificum venena. Apvl. met. 10, 2 quam facilis licet non artifici medico, cuivis tamen docto veneriae cupidinis comprehensio! Tert. nat. 2, 14 *Iuppiter* impius in nepotem (*Aesculapium*), invidus in artificem. Amm. 17, 5, 7 medellarum quoque artifices urere nonnumquam et secare. Avg. civ. 22, 8 postea quam venit ille (*medicus*) laboremque illorum in cicatribus sicut artifex vidit. Soran. 2, 30 (83). Cael. Avr. acut. 3, 15, 119 confundit atque turbat haec passio non solum inertes, sed etiam artifices (*i. medicos*). Cassiod. var. 619, 5 medendi artifices. 8, 27, 1 praeceptum merentur artificis. Oribas. syn. 6, 22 *febres* non est ab artifice difficile sanare. Ven. Fort. carm. 11, 16, 4 si non artificis fraus latuisset inops (*v.* 11 medicus). *cf.* Tert. scorp. 5 *manus medici* mercede cumulabit et artifices optimas praedicabit. Passio quatt. coron. 1 dum omnes artifices metallicos (*var.* metalli) congregaret. Corp. III 3136 artificibus Miner(vae) Babullia Sex. f. Maxi⟨m⟩a v. s. (*Ruggiero artes Minervae quasi personas intellegit; fortasse de collegio artificum Minervae accipiendum*). Flor. 1, 2, 3 quid ille militiae artifex Tullus? Cassiod. hist. 6, 27 publici ... opifices artificesque monetae, qui in duas erant divisi partes principum praeceptione priscorum, ... Cyzicum habitare sunt iussi. Vitr. 5, 4, 4 artifices qui organa faciunt. Corp. IX 1719 M. Lucilio M. f. Diocli tibicin(i) artific(i) or-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gan(um). *de oratore, sim.*: Cic. de orat. 1, 23 quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt (Apvl. apol. 15 Demosthenen ... primarium dicendi artificem). Qvint. inst. 2, 14, 5 rhetorice ... sic ... optime dividitur, ut de arte, de artifice, de opere dicamus. ... artifex est, qui percepit hanc artem, id est orator. 2, 15, 4 esse rhetoricen persuadendi artificem (opificem *B*) id est *πειθοῦς δημιουργόν*. 2, 15, 17 Gorgias apud Platonem suadendi se artificem in iudiciis et aliis coetibus esse ait. 3, 3, 12. 5, 10, 121. 9, 3, 100. 12, 10, 1. Gell. 17, 5 tit. quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videtur. 17, 5, 9 ille rhetoricus artifex. Macr. somn. 2, 17, 8 Pythagoras ... artifex disserendi. Sidon. epist. 4, 1, 3 inter Aristotelicas categorias artifex dialecticus atticissabas. Amm. 15, 3, 4 ut in conluctationibus callere nimis quidam solent artifices palaestritae. Vitr. 8, 6, 11 exemplar ab artificibus plumbariis possumus accipere. *de poeta artis auctore*: Ov. Ib. 6 artificis periit cum caput Arte sua. Tert. spect. 23 ille artifex pugnorum impunitus ibit. Passio quatt. coron. 3 multi ex artificibus quadratariis. 6. *de scaenicis artificibus, cf.* Gell. 20, 4, 2: Plavt. Amph. 69 sive qui ambissint palmam histrionibus sive cuiquam artifici. Poen. 37 ne palma detur quoiquam artifici iniuria. Cic. Quinct. 78 cum artifex eiusmodi sit *Roscius*, ut solus dignus videatur, qui in scaena spectetur. Arch. 10 quod scaenicis artificibus largiri solebant. Sest. 128 de orat. 1, 254. Liv. 5, 1, 5 artifices quorum magna pars ipsius servi erant, ex medio ludicro repente abduxit. 7, 2, 6 vernaculis artificibus, quia ister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum. 39, 22, 2 multi artifices ex Graecia venerunt *ad ludos M. Fulvi.* 39, 22, 10. 41, 20, 10. 45, 32, 9 artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant ... multitudo et athletarum ... convenit. Vitr. 5, 6, 2 omnes artifices in scaena dant operam. 5, 7, 2. Phaedr. 5, 5, 7. Sen. benef. 7, 20, 3 si pro magno petet munere artifices scaenae et scorta. epist. 11, 7 artifices scaenici. Qvint. inst. 11, 3, 73 in iis quae ad scaenam componuntur fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuantur. 11, 3, 106 *et* 112. Svet. Caes. 84 tibicines et scaenici artifices. Fronto p. 210 N. ne histrionum quidem ceterorumque scaenae aut circi aut harenae artificum indiligentem fuisse principem. Gell. 3, 3, 14 *pecuniam Plautus* in operis artificum scaenicorum pepererat. 20, 4, 2 id genus autem artifices Graece appellantur *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται*. Tert. spect. 5 *ex Etruria* Romani artifices mutuantur. 17. 22 artem magnificant, artificem notant. 23. Paneg. 9, 19 familiaribus sibi artificibus ... favere. Amm. 38, 4, 32 artifices scaenarii per sibilos exploduntur. Corp. VI 10114 M. Vlpius Aug. lib. Apolaustus maximus pantomimorum coronatus adversus histriones et omnes scaenicos artifices XII. *cf.* Nep. Chabr. 1, 3 ut postea athletae ceterique artifices iis statibus in statuis ponendis uterentur, quibus (cum *codd.*) victoriam essent adepti. Ov. ars 3, 351 artifices lateris, scaenae spectacula, amantur. Mart. 9, 38, 8. Apvl. flor. p. 55 Oud. *Pythagoran* comperio inter sellularios artifices gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem (-es *Becichemus*) quaesisse. Corp. VI 9896 Maecio Aprili artifici signario. Corp. VI 9927 artifex artis tessalarie lusorie. *de tonsore*: Mart. 6, 52, 6 artificis levior non potes esse manu. *cf.* Tib. 1, 8, 11 quid *prodest* ungues artificis docta subsecuisse manu. *de topiario*: Plin. epist. 5, 6, 35 alibi pratulum, alibi ipsa buxus intervenit in formas mille descripta (di- *Dresd.*), litteras interdum, quae modo nomen domini dicunt, modo artificis. *de eo qui tormenta vel fabricat*: Liv. 29, 35, 8 nova *tormenta machinasque* in armamentario multis talium operum artificibus inclusis fiebant. *vel curat*: Amm. 23, 4, 2 quarum (*cochlearum*) prope unam adsistit artifex contemplabilis. 24, 4, 14 locabant ... artifices tormenta muralia. 24, 4, 28 quem (*lapidem*) artifex titubanter aptaverat fundae. Sen. dial. 7, 8, 3 *sapiens* artifex vitae. epist. 90, 27 artificem vides vitae. 95, 7 artifices vivendi. *cf.* 97, 10. Plin. nat. 5, 76 Sidon artifex vitri. Inscr. Rev. arch. 14 (1889) p. 176, 132 a(rtificis) v(itrarii) m(anu) *intellegit Espérandieu.*

2 *qui summis artibus operam dant*: Varro ling. 9, 18 neque enim Lysippus artificum priorum potius est vitiosa ⟨secutus⟩. 9, 12 pictores Ap[p]elles Protogenes, sic alii artufices egregii non reprehendundi. Cic. Verr. 5, 4 didici etiam artificum nomina. idem opinor artifex eiusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis. 5, 5 Canephoroe ipsae vocabantur, sed earum artificem quem? quemnam? recte admones, Polyclitum esse dicebant. 5, 12 praeclara nomina artificum. 5, 54 palam artifices omnes caelatores ac vascularios convocari iubet *Verres*. Muren. 29 ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint. de orat. 2, 73. orat. 9 nec vero ille artifex (*Phidias*) cum faceret Iovis formam aut Minervae, contemplabatur aliquem e quo similitudinem duceret. epist. 1, 7, 7 te tuis ut egregium artificem praeclaris operibus laetari. 5, 12, 7. Verg. Aen. 1, 455 artificumque manus inter se operumque laborem miratur. 12, 210 *sceptrum* olim arbos, nunc artificis manus aere decoro inclusit. Ov. met. 6, 169 artificis status ipse *Apollinis* fuit. 12, 399 pectoraque artificum laudatis proxima signis. trist. 2, 521 in domibus nostris ut prisca virorum artificis (*var.* -ci) fulgent corpora picta manu. Pont. 4, 1, 29 ut Venus artificis labor est et gloria Coi. fast. 6, 663 aedilis, pompam qui funeris irent, artifices (*i. tibicines*) solos iusserat esse decem. Liv. 31, 26, 11 terra Attica et copia domestici marmoris et ingeniis artificum praebuit huic furori materiam. Vitr. 4, 2, 2. 7 pr. 13 singulis frontibus singuli artifices sumpserunt certatim partes ad ornandum et probandum Leochares Bryaxis Scopas Praxiteles. Pavl. Fest. 58 colossus a Caleto artifice, a quo formatus est dictus. Sen. exc. contr. 8, 2 sanguinem deus (*Iuppiter*) sui vidit artificis (*Phidiae*). contr. 10, 5, 18. Vell. 1, 13, 4 maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas. Val. Max. 8, 11 ext. 5 summi artificis Euphranoris. 8, 11 ext. 7 naribus spumas adicere cupiens tantus artifex ... frustra terebatur. 8, 12 ext. 3. Phaedr. 5 pr. 4 ut quidam artifices nostro faciunt saeculo, qui pretium operibus maius inveniunt, novo si marmori adscripserunt Praxitelen suo. Sen. dial. 9, 1, 7 argentum grave rustici patris sine ullo nomine artificis. 11, 11, 3 antiquis nominibus artificum argentum nobile. clem. 1, 26, 2. epist. 9, 7 artifici iucundius est pingere quam pinxisse. 47, 16. 53, 11 magni artificis est clusisse totum in exiguo 58, 20 *et* 21 *et* 28. 65, 3. 123, 7 *muli* crustallina et murrina et c⟨a⟩elata magnorum artificum manu portent. Cvrt. 4, 7, 23 quam (*effigiem*) vulgo diis artifices accommodaverunt. 5, 1, 22 artifices cum fidibus sui generis. 6, 2, 5 non contentus artificum, quos e Graecia exciverat, turba. Scrib. Larg. pr. p. 4 H. nemo ne imaginem quidem suam committat pingendam nisi probato prius artifici. Plin. nat. ind. 33, 55 nobilitates operum et artificum in argento. ind. 34, 19 nobilitates ex aere operum et artificum CCCLXVI. ind. 35, 31 operum et artificum in pictura nobilitates. ind. 35, 45 nobilitates artificum in plastice XIV. ind. 36, 4 nobilitates operum et artificum in marmore CCXXV. pr. 26. 9, 140. 16, 214. 21, 4. 25, 6 non signa externorum artificum nec aera aut marmora *erant apud maiores in atriis. passim in libris* 33—37. Sil. 14, 653 hinc sancta vetustas artificum manibus. Stat. silv. 4, 6, 23 artificum veteres agnoscere ductus. 4, 6, 44 quanta experientia docti artificis curis. 5, 1, 8 curasque fatigat artificum. Qvint. inst. 2, 19, 3 si illud (*marmor*) idem artifex expolisset. 5, 10, 125. 5, 12, 21 statuarum artifices pictoresque clarissimi. 8, 5, 26. 12, 10, 6 *Euphranor* pingendi fingendique idem mirus artifex. 12, 16, 9 Phidias ... dis quam hominibus efficiendis melior artifex creditur. Ivv. 11, 102 magnorum artificum frangebat pocula miles. Plin. epist. 4, 19, 4 versus quidem meos cantat etiam formatque cithara, non artifice aliquo docente, sed amore. 4, 28, 3. 7, 33, 2. Svet. Nero 20 generis eius artifices *h. e. citharoedos*. 49 qualis artifex pereo! Vesp. 18 artifices Coae Veneris. Fronto p. 337 N. summum artificem (*Arionem*) audire. Apvl. flor. p. 24 Oud. imaginem suam ... noluit *Alexander* a multis artificibus vulgo contaminari. p. 26. 76 quid ... superest ad statuae meae honorem nisi aeris pretium et artificis ministerium? apol. 61. 62. mund. 1. 31. 32. Tert. idol. 3 priusquam huius monstri (*i. idolorum*) artifices ebullissent. *ibid.* artifices statuarum et imaginum et omnis generis simulacrorum. 4. 7 artifices idolorum. nat. 2, 5. Passio quatt. coron. 1 ut simulacrum Solis ... artifices sculperent. Hier. epist. 53, 3 mollis cera et ad formandum facilis, etiamsi artificis et plastae cessent manus. 64, 12 ut diversos flores ac gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. 66, 9. 98, 17 Vvlg. II par 2, 7 Is. 40, 20. Ier. 10, 14 confusus est artifex omnis in sculptili. Os. 8, 6 Clavd. carm. 17, 20 artificis tacitae quod meruere manus. Avg. civ. 21, 6. 22, 19 statuam potest artifex homo ... conflare. Sidon. epist. 2, 2, 6 non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis prostat historia, quae sicut ornat artem, sic devenustat artificem. Cod. Iust. 12, 23, 7, 10 sculptores et ceteri artifices (*var.* aurifices).

3 *de deo sive natura mundum fabricantibus*: Cic. Tim. 6 si pulcher est hic mundus et si probus eius artifex (*ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός*). Sen. dial. 1, 5, 5 non potest artifex mutare materiam. nat. 1 pr. 16 a magno artifice prave multa formantur. 2, 45, 1 animum ac spiritum mundi, operis huius dominum et artificem. epist. 65, 19 quis sit istius artifex mundi. 113, 16 mirabile divini artificis ingenium. Bvc. Eins. 1, 29 divina potestas quae genuit mundum septemque intexuit orbis artificis zonas. Apvl. Plat. 1, 5 deus artifex conformat universam *materiam*. Tert. nat. 2, 4. 2, 5. anim. 10 vitalia ... omnibus propria animalibus temperaverit artifex deus. 34 patris artificis huius mundi. Lact. inst. 1, 6, 16 aedificator mundi et artifex rerum. 2, 5, 17 deus universi artifex. 2, 10, 16. 6, 1, 2 artificem solis et caeli deum. 6, 21, 6. epit. 1, 1. op. 2, 1 artifex ille noster ac parens deus. 10, 5 promissumque est ab artifice summo. Favstin. trin. 3, 2 omnium conditorem sicut et omnium artificem. Hier. epist. 124, 9 quae novit artifex deus. Vvlg. sap. 13, 1. Hebr. 11, 10 civitatem cuius artifex et conditor deus (*ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός*). Clavd. carm. min. 32, 11 artificem ... poli *Christum*. Avg. civ. 11, 22 deus ... ita est artifex magnus in magnis, ut ..., 11, 23. 12, 4. 12, 26. 14, 5. 22, 19 quid de omnipotenti artifice sentiendum est? Leo M. serm. 49, 4. Sidon. epist. 7, 14, 8 deus artifex. Vict. Vit. 1, 21 artifice deo de fonte mundus ascendi. Alc. Avit. carm. 1, 48 placet ipsa tuenti artifici factura suo. Cic. nat. deor. 2, 58 mundi ... natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur. Aetna 600 artificis naturae ingens opus aspice. Val. Max. 1, 8 ext. 13 omnis bonae malaeque materiae fecunda artifex ... natura. Octavia 386 natura, ... operis immensi artifex. Plin. nat. 2, 166 quod

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita formasse artifex natura credi debet, ut . . . . 2,3 si haec infinitas naturae omnium artifici possit adsignari. 10,196 in quo vel praecipua naturae artificis (arcitae et hi *codd.*) vis. 22,117 parens illa ac divina rerum artifex. GELL. 12, 1, 9 inter ipsas artificis naturae manus. SOL. 1, 78 artificis naturae ingenium. DRAC. Rom. 1,10 artifex (artis et *cod.*) natura rerum. BOET. in Porph. dial. 2 init. *natura* nos ita quasi quaedam benigna artifex humanitatis excoluit. *similiter* AVG. conf. 5, 3, 5 veritatem (*fere i. q. deum*), creaturae artificem, non pie quaerunt. PASSIO sept. monach. 8 (Corp. Vind. VII p. 111) quod in uno baptismate artifex trinitatis dignatus est titulare.

B ***translate:*** *qui alicuius rei praecipue gnarus est vel aliqua re callet vel qui aliquid commisit.* **1** *absolute*: TER. Phorm. 259 artificem probum! CIC. Quinct. 77 cum contra talem artificem (*Hortensium*) dicturus essem. de orat. 2, 350 lubenter enim te cognitum iam artificem aliquandoque evolutum illis integmentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio. VERG. Aen. 2, 124 mihi (*Sinoni*) iam multi crudele canebant artificis (*Vlixis*) scelus. 11,406 cum se pavidum contra mea iurgia fingit, artificis scelus (*sc. est*) et formidine crimen acerbat (SERV. sceleratorum est simulare formidinem). OV. ars 2, 676 artifices qui facit usus (3,47 *cf.* 1,7). met. 6,615 artificem (*i. patratorem adulterii*) mediis inmittam (*Progne*) Terea flammis. SEN. nat. 4 pr. 5 Plancus, artifex (*i. blandiendi*) ante Villeium maximus. epist. 88, 13. rem. fort. 16, 1 'uxorem bonam amisi'. utrum inveneras an feceras? . . . si feceras, bene spera: res periit, salvus est artifex. PS. QVINT. decl. 16,10 crudelis artifex non reliquit nobis, ut imponeremus. IVV. 4,18 consilium laudo artificis (*i. hereditatum captandarum*). OROS. hist. 7, 1, 9 nos auctorem rerum potentiam, non artificem scientiam quaerimus. **2** *cum gen.*: RHET. Her. 4, 3 necesse est eius rei summus artifex sit. CIC. fin. 1, 42 *philosophia* expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis. 2,116 artifex callidus comparandarum voluptatum. PROP. 1, 2, 8 nudus Amor formae non amat artificem. AETNA 189 opus artificem incendi causamque requirit. OV. ars 1,655 neque enim lex aequior ullast, quam necis artifices arte perire sua. met. 11, 634 artificem simulatoremque figurae Morphea. 13, 551 vadit ad artificem dirae Polymestora caedis (SEN. Phaedr. 1220 leti). LIV. 6,36,10 artifices . . . tractandi animos plebis (QVINT. inst. 11, 1, 85). frg. 1 Pyrrhus unicus pugnandi artifex. SEN. Ag. 983 sceleris infandi artifex (Phaedr. 559 Med. 734 Tro. 750 machinator fraudis et scelerum artifex. COD. Theod. 16, 7, 3 MAR. VICTOR aleth. 2, 62 SEDVL. carm. pasch. 4, 167). epist. 9, 5 faciendarum amicitiarum artifex. 85, 41 sapiens artifex est domandi mala. PLIN. nat. 28, 6 eversor iuris humani monstrorumque artifex *Ostanes*. COLVM. 1, 8, 10 nec tantum operis agrestis sit artifex. 11, 1, 6 operum probatissimi artifices. PS. QVINT. decl. 5,4 humani doloris artifex. 5,6 ille mortalitatis artifex deus. IVV. 14, 115 egregium . . . adquirendi artificem. TAC. hist. 2,86 serendae in alios invidiae artifex. ann. 12,66 deligitur artifex talium vocabulo Locusta. SVET. Cal. 32 miles decollandi artifex. GELL. 3, 1, 6 Sallustium vel subtilissimum brevitatis artificem. TERT. nat. 2, 3 artificem et arbitrum motus. test. anim. 3 Satanan . . . totius erroris artificem (anim. 1. 57 AVELL. 2, 12 p. 10, 1). orat. 8 *diabolum* praesidem et artificem temptationis demonstravit. carn. Chr. 14 duo salutis artifices. LVCIF. mor. esse 4 artifex fraudis ac mortis (*i. diabolus*). SYMM. rel. epist. 10, 26, 5 factum urinandi artifex (*nota convicium*) non negavit. AMM. 27, 9, 2 transferendaeque in alios invidiae artifex. 28, 1, 10 tamquam usos artificibus laedendi. VVLG. sap. 7, 21 omnium enim artifex docuit me sapientia (8, 6). PRVD. perist. 9, 33 poenarum artifici (*i. carnifici*). AVG. civ. 3, 30 Cicero disertus ille artifex regendae rei publicae. PHYSIOGN. 11 artifex rei huius. OROS. hist. 3, 12, 11 callidus doli artifex. 5, 4, 11 artifices illi circumventionum. MAR. VICTOR aleth. 2, 164. SEDVL. op. pasch. 2, 14 spiritum, vetustae malignitatis artificem. PASSIO Desid. 9 cunctorum artificem vitiorum (*i. diabolum*). **3** *cum praep.* ad *cf. p. 702, 35*: CIC. Verr. 6, 183 qui in hoc reo aut potentes aut audaces aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse. SEN. nat. 4 pr. 3 artifices sunt ad captandos superiores. AVR. VICT. epit. 42, 7 artifex . . . ad occultandam audaciae specie formidinem. in *c. abl.*: CIC. de orat. 3, 35 summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum. Q. CIC. pet. 47 Cotta in ambitione artifex. LAMPR. Comm. 1, 8 in his artifex, quae stationis imperatoriae non erant, ut calices fingeret, saltaret, cantaret, sibilaret. ARNOB. nat. 7,26 religionibus artifex in commiscendis Numa. AMM. 14, 5, 8 ut erat in complicandis negotiis artifex dirus. in *c. acc.*: IVST. 9, 8, 8 in seria et iocos artifex. **4** *cum infinitivo*: PERS. 1,70 nec ponere lucum artifices nec rus saturum laudare. prol. 11 negatas artifex sequi voces. HEGES. 4, 13, 1 artifex *Iohannes* dolo quos vellet circumscribere. *nota: possunt quaedam ex iis quae sub 2. 3. 4. dedimus etiam ad adiectivam vim vocis pertinere.* *feminine legitur substantivum*: CIC. fin. 1, 42 SEN. Med. 734 Phaedr. 559 PLIN. nat. 5, 76 QVINT. inst. 2, 15, 3 (*e graeco, var.* opificem) TAC. ann. 12, 66 TERT. scorp. 5 VVLG. sap. 7, 21. 8, 5 OROS. hist. 7, 1, 9 GREG. TVR. Franc. 4, 26. *cf. etiam p. 700, 81.*

II ***adiectivum:*** **A** *active i. q. peritus, sollers*: **1** *absolute*: CIC. Brut. 96 hoc in oratore Latino primum mihi videtur et levitas apparuisse illa Graecorum et verborum comprensio et iam artifex, ut ita dicam, stilus. orat. 172 *Theodectes* politus scriptor atque artifex. PROP. 4, 2, 62 *Mamurio* tellus artifices ne terat Osca manus (OV. am. 3, 2, 52 artifices in te verte, Minerva, manus. met. 15, 218 artifices natura manus admovit. trist. 2, 522 *pro varia lectione* artifici . . . manu; *al.* -is. CYPR. GALL. exod. 787 *saxa* artifici levigata manu. *cf.* AMM. 17, 4, 7. SYMM. orat. 2, 20 artifex manus geminas aggerum institutiones mole vallavit. VVLG. deut. 27,15 opus manuum artificum. ARNOB. nat. 2,17 quamvis sint nobis opifices manus atque omni genere perfectionis artifices. STAT. Ach. 1, 332 artifici victurae pollice cerae). OV. ars 3,555 sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas, comparibus frenis artificemque reget. COLVM. 2, 2, 2 eas (*varietates*) enumerare non est artificis agricolae. PLIN. nat. 8,55 vir tam artificis ingenii (PLIN. Char. gramm. I 127 ENNOD. epist. 2, 27. 6, 37 in astipulatione artificis genii). PLIN. nat. 8,150 artifici dimicatione. ANTH. 460, 3 hoc artificis scelus puellae est (*cf. p. 701, 39*). AMM. 23, 6, 80 acerrimi bellatores, sed magis artifices quam fortes. HIER. epist. 48, 13 videbitis eum . . . quam artifex, quam prudens, quam dissimulator sit. in Is. 30, 23 quae artifex lingua composuerat. 44, 6 *haeretici* simulacra dogmatum suorum . . . artifici corde componunt. MACR. somn. 1, 6, 47 artifex fabricatoris providentia. SIDON. epist. 2, 2, 20 bonus arbiter et artifex lector non paginam quae spatia describit, sed villam quae spatiosa describitur grandem pronuntiabunt. FAVST. REI. epist. 6 p. 196 Vind. artifex dei nostri misericordia gemina exercet officia. ENNOD. epist. 4, 13 o artificem scientiam bonis caelestibus institutam! 4,19 pastor artifex. carm. 1, 8, 8 artificem dominum (*Solem*) lux bene nota tulit. dict. 1 p. 428 Vind. *Christus* fractas Romani nominis vires artifici medela solidat. VEN. FORT. carm. 10, 6, 54 tactu artifici (*i. medico*) . . . superasse neces. **2** *cum gen.*: CIC. orat. 161 quodsi indocta consuetudo tam est artifex suavitatis. SALL. Iug. 35, 5 per homines talis negoti artifices. SEN. dial. 11, 8, 3 ratio ingentium operum artifex. QVINT. inst. 12, 3, 5 strenuum et fortem et omnium, quae pugna poscit, artificem (*cf. p. 701, 39*). SVET. Tit. 7 quosdam . . . tam artifices saltationis, ut mox scaenam tenuerint. **3** *cum* ad *cf. p. 701, 64*: PLIN. nat. 6, 187 artifici ad formanda corpora effigiesque caelandas mobilitate. SCHOL. Iuv. 10, 238 *meretricem* artificem ad inquietandum senis inguinem. VEG. mil. 1, 15 doctores ad hanc rem artifices eligendi. GENNAD. vir. ill. 84 vir ad loquendum artifex et ad disputandum subtilis. ENNOD. epist. 8, 41 ad hoc magnitudo tua artifex . . . scripsisti. op. 3 p. 335 Vind. fabricatus ad blanditias, ad intercessiones iam tunc artifex.

